AU 4962 T

Gift of

Harvard College
Library

FROM THE FUND GIVEN BY
Stephen Salisbury
Class of 1815
IN MEMORIAM, SAMUEL ADAMS
for Books and Public Education

Digitized by Google

Digitized by Google

DILUCIDATIONUM

PINDARICARUM

VOLUMINA DUO

SCRIPSIT

THEOPH. LUCAS FRIDER. TAFEL

PHIL. D. LITER. ANTIQ. IN ACAD. TUB. PROF.

VOLUMEN PRIUS

OLYMPIA ET PYTHIA.

BEROLINI

APUD GEORGIUM REIMERUM

1824.

Digitized by Google

Gp 75,460

HARVARD COLLEGE LIBRARY

1863, Aug. 28.

$2.92

Salisbury Fund.

TUBINGAE

TYPIS HOPFERI DE L'ORME

1852
44-33
16

Digitized by Google

PINDARI

OLYMPIA ET PYTHIA

ILLUSTRAVIT

THEOPH. LUCAS FRIDER. TAFEL

PHIL. D. LITER. ANTIQ. IN ACAD. TUB. PROF.

PARS PRIOR

OLYMPIA.

BEROLINI

APUD GEORGIUM REIMERUM

1824.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Dilucidationes pindaricæ, quarum Vol. I. P. I. vergente hoc anno prodit, interpretationem poetæ spectant, crisi relicta iis, qui, codicibus vel pluribus vel melioribus quam nuperi editores instructi, textus emendationem ad finem perducere conantur.

Quæ ad explanandum scriptorem bene feliciterque VV. DD. contulerunt, ea vel omnino præterii, vel breviter attigi. Commentarium, quem vocant, perpetuum, alii vel confecerunt, vel conficient, non ego. Eam regulam tum deserui, cum ultimorum seculorum interpretes ea, quæ jam scholiastæ laudabiliter exposuere, suo nomine afferre viderem. Veteribus itaque jus suum vindicandum ratus, scholia ista repetii, alterius generis interpretamenta vel omisi, vel strictim laudavi.

Prima libri cura in dictione poetica versatur, cujus explicationem e solo Thebano interpretibusque græcis peti non posse sciunt harum litterarum cultores judicesque intelligentes. Jamque illustrandi in hac instituti parte ubertatem alii improbabunt, alii probabunt. Oneratum illi poetam dicent larga subsidiorum copia. Hi non editionem poetæ, sed explanationem tentatam respondebunt; deinde non male consultum scriptori difficillimo

Digitized by Google

monebunt, ad quem plurimorum Græciæ poetarum opes congestæ fuerint, quum non inveniri possit auctor a popularium arte adeo abhorrens, ut hujus ipsius monumentis tanquam sociis quibusdam atque administris neque indigeat neque gaudeat. Postremo iidem graviora dictionis Græcorum epicæ lyricæque capita diligentius tractata non gravabuntur. Eandem rationem secutus sum in sententiarum scriptoris egregii sensu constituendo. De carminum plurimorum consilio, ingenio etc. in explanatione locorum singulorum disputavi.

Illustrationis ordinem eum elegi, ut primo scholia graviora selectaque apponerem, secundo reliqua subsidia. Illa tum quoque meum in locum substituta vides, quum meo nomine afferre possem, quæ ad sensum poetæ juvandum facere viderentur.

Lectionem textus Pindarici ex optimis VV. DD. subsidiis concinnavi, scholia passim emendavi, numeros versuum vulgares retinui.

Tubingae 20. Octobr. 1824.

TAFEL.

Digitized by Google

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Α'

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΙ,

ΚΕΛΗΤΙ.

Carminis olympici primi duplex consilium esse videtur, cum Hieronis, tum Olympiæ celebratio. Sed ab hujus laude incipiens Noster ad Hieronem procedit, prudenter sane et magnifice; quod bis factum vides, primum generali Olympiæ laude, deinde Pelopis regis historia, in cujus ditione victoriam Hiero rex reportaverat. Jam utramque laudem quam sapienter tractarit copularitque, ipsum carmen demonstrat. *Nitet Olympia non suo tantum, sed ejus etiam splendore, qui primo ævo e terra longinqua illuc advectus Neptuni beneficio victoriam simĭlem ei reportavit, quam proxime elapso tempore Hiero Syracusanus.* Tum în Pelopis historiâ more suo prudenter ea omittit, quæ cum laudis officio minus videbantur congruere. *Non itaque in frusta dissectus Pelops Dïis apponitur comedendus, ut alii imple narrarunt, sed Neptunus in deliciis suis habitum ad Deorum sedes asportat. Neque postea cum fraude aliqua victoriam adipiscitur, sed ejusdem Dei beneficio. Denique post victoriam nil eorum evenit, quae aliorum scriptorum fama ferebat.* Hieronem vero hospitalitatis, potentiæ, aliarum deinde laudum, imprimis victoriæ equestris titulo prædicat,

ex quibus secundum et tertium in fine carminis repetitu vides. His Pelopis historia inseritur, verum ita, ut no modo Olympiæ, sed et Hieronis causa narrata apparea Arcte enim connexa est cum Tantali patris sorte, in quem quum felicitate sua inflatus beneficii divini memoriar exuisset, dupliciter animadverterunt Coelestes, primum la pide supra illum suspenso, deinde filio in terram remiss (neque tamen durius habito, sed postea ejusdem Neptur beneficio inter mortales gloriam adepto). *Hoc exempl monitus modo partum decus omnemque a Diis concessan felicitatem moderate feras, cum fausta quoque Deorun dona ferenda sint, ne tibi tuisque incommodi quid divi mitus infligatur.* Eamque admonitionem, licet Tantal historia per se indigitatam, in ipso carminis fine diserti verbis proponit, pie, ut solet, rerum humanarum ra-tionem modumque ad cœlestia referendo.

V. 1—12.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ. Sensum hujus dicti interpretum græcorum alii ex antiqua theologia repetunt, alii ex elementi ipsius natura, *quod sine aqua vivi non possit.* Posterius amplectuntur Thierschius et Böckhius, et hic quidem allato Aristotele (Rhetor. I, 7), qui aquæ primatum in usu ejus frequentissimo ponit. Idem sensisse videtur is, qui hoc dicto regem Artaxerxem utentem facit, cum gratias ageret homini Persæ aquam in cava manu offerenti (Aelian. V. H. I, 32); nec non alii, quos poetæ nostri statuas prope aquam collocasse ex Anthologia græca discimus. Joannes Barbucallus (Antholog. Palat. ed. Jacobs. Cap. IX. Epigr. DCXXIX):

Λιθε σέ, Πίνδαρε, μᾶλλον ἐμοῖς ἐκάθηρα ῥείθροις
καί κεν ἄριστον ὕδωρ τοὐμὸν ἔφησθα μόνον.

Cyrus (Ibidem DCCCIX):

Πίνδαρον ἱμερόεντα παρ' ὕδασι Κῦρος ἐγείρει,
οὕνεκα φορμίζων εἶπεν ἄριστον ὕδωρ.

His adde iudicrum illud Macedonii (Ibidem XI, CCCLXX, secundum Scaligeri et Brunckii mutationes):

Οὐ λαλέει τὸ κάτοπτρον· ἐγὼ δέ σ' ἔπηλυν ἐλέγξω,
τὴν νοθοκαλλοσύνην φύκεϊ χριομένην.
τοῦτο καὶ ἡδυλύρης ποτὲ Πίνδαρος αἶσχος ἐλέγχων,
εἶπεν ἄριστον ὕδωρ, φύκεος ἐχθρότατον.

Prædicat hunc sensum Böckhius jejuniorem, genuina communis vitæ sapientia commendabilem. Mihi secus videtur. Poetæ sententia et per se spectata et ex indole sententiarum pindaricarum late patet, non obstante auri vicina laudatione. Poterant auditorum alii apud Nostrum deprehendere locum aliquem e theologia antiqua, per Græ-

ciam ab antiquissimis temporibus sparsa, alii locum sapientia vitæ communis petitum. Neque vero multum interfuit inter utramque doctrinam, quarum altera aquam rerum omnium genitricem, altera conservatricem esse statuit. Bene hoc Aristoteles perspexisse videtur, de Thaletis philosophia disserens (Metaphys. I, 3): *λαβὼν* (Thales.) *ἴσως τὴν ὑπόληψιν ταύτην ἐκ τῶ πάντων ὁρᾶν τὴν τροφὴν ὑγρὰν οὖσαν, καὶ αὐτὸ τὸ θερμὸν ἐκ τούτου γιγνόμενον, καὶ τὸ ζῶον τούτῳ ζῶν, καὶ διὰ τὸ πάντων τὰ σπέρματα τὴν φύσιν ὑγρὰν ἔχειν.* Eam vero sententiam antiquissimos quoque theologos *πολὺ πρὸ τῆς νῦν γενέσεως* amplexos esse, ex aliorum sententia refert, memoratis Græcorum mythis de Oceano, Tethye et Styge. Hanc interpretationem aliquantisper adjuvat carmen Nemeum sextum, cujus initium similiter (ex Deorum hominumque primordiis) procedit. Neque omittendus fabulæ indicæ, cui Sacontalæ nomen, prologus. Hujus initium (versio Germ. edit. II. p. XLI) hoc est:

Wasser war des Schöpfers erstes Werk etc. — *αἰθόμενον πῦρ ἅτε διαπρέπει νυκτί.* Parum attinere videtur, *αἰθόμενον* utri voci annectas, igni [1]) a

---

1) *Πῦρ αἰθόμενον*, cui apud Nostrum respondet *αἰθούσης φλογ* Ol. VII, 86., e nostro quidem sensu otiosum videri pote (vide Sturz. ad Empedocl. pag. 618); sed fuit apud poeta Græcorum usitatissimum. Exempla homerica vide apud Dan mium, nov. Lexic. græc. etc. pag. 1068. His adde Hesio (Lösner.) Theog. v. 324. 866. Scut. Herc. v. 60. Fragn pag. 494. Empedocles v. 275 (Sturz.). Oppian. Cynege II, 597. IV, 161. Gregor. Nazianz. opp. Paris. 1630. Ton II. pag. 31. Idem ibidem pag. 90. Quint. Smyrn. (Tychs IV, 5. V, 381. VI, 169 (*πυρὸς αἰθαλόεντος*). Anthol. Pala

nocti. Alia quæstio, quaque ventilanda supersedere non poteris, ea est, quocum flamma nocturna comparetur, cum nocte ipsa, an cum alia re. Prior structura eo se titulo commendat, quod flamma expressam habeat rem, quam superet. Sunt tenebræ ipsæ, quibus circumfunditur flamma; cum his comparatadecore antecellit, ut apud Nonn. Dionys. XXIX, 19. Phosphorus nocte pulchrior est. Eam structuram suadere quoque videtur verborum ordo naturalis, nec nonproxima comparatio plene expressa. Posteriorem rationem scholiastes sequitur, his verbis explodens priorem: *οὐ γὰρ πρὸς τὴν νύκτα παραβαλλόμενον εὐπρεπές ἐστι (τὸ πῦρ sc.)· τοῦτο γὰρ ἀδύνατον, λέγειν· ἀλλ' ἐν νυκτὶ καιόμενον διαλάμπει, πρὸς τὰ ἄλλα δηλονότι παρατιθέμενον, ᾧ λαμπρότητα ἔχει.* In hac interpretatione si *τὰ ἄλλα* etc. ea tibi sunt, quae per noctem (extra flammam) oculis hominum obversantur, poteris cum Scholiaste facere, favebitque tibi prima comparatio (*ἄριστον* etc.), quæ ipsa quoque non expressam habet alteram sui partem. Accedit sequens comparatio (*μηχέθ' ἁλίᾳ* etc.), quam haud sine veri aliqua spécie e nostra progressam intelligere mihi videor. Noctis enim et eorum, quæ per noctem hominibus obversantur, cogitatio in poetæ animo excitat diei cogitationem et eorum, quæ interdiu objiciuntur mortalium oculis. — *Χρυσὸς διαπρέπει μεγάνορος ἔξοχα πλούτου.* Ol. III, 75. est aurum *κτεάνων ἀϊδοιέστατον.* Ita incertus poeta

---

XIV, xx, 1. Nonn. Dionys. XXXIX, 34. Noster Pyth. IV, 401: *φλόγα καιομένοιο πυρός.* Aesch. (Schüz.) Prom. vinct. v. 992: *αἰθαλῶσσα φλόξ.* Anthol. Palat, T. II. pag. 695. Epigr. CCXXVIII, 4: *θερμῷ καύματι.*

Anthol. Palat. T. II. p. 740 (Anthol. Palat. epigrammata, quæ in cod. Pal. non reperiuntur. Epigr. CCCLXXVIII, 6. 6.) in aurigæ nobilissimi Byzantinorum laude:

Τὔνεκα καὶ χρυσέῳ μιν ἀνεγράψαντο μετάλλῳ,
κυδίῳ στεάνῳ κύδιμον ἡνίοχον. —

Divitiæ vero sumto prædicato *μεγάνωρ* personam induunt, velut Pyth. V, 1. sq. coll. VI, 47.; nec differt *ἀγάνορα πλῦτον* Pyth. X, 27., *ἀγάνορι μισθῷ* Pyth. III, 97., *ἀγάνορα κόμπον* Isthm. I, 60. — *ἁλὶς ἄλλο θαλπνότερον φαεινὸν ἄστρον.* In his verbis *θαλπνότερον*, ut possit a *φαεινὸν* discerni, vulgarem significationem retinebit, ad quam cfr. Nem. III, 24. Steph. thes. lingu. Gr. v. *θάλπω*. Idem solis nomen v. Anthol. Palat. VII, DCCXLII, 3. 4: *ἀθρεῖς περιθαλπὲς ὄχημα Ἡελίου.* Solis (orientis) cum reliquis stellis comparationem habes in Stratonis quodam epigrammate (Anthol. Palat. XII, CLXXVIII, 1. 2.):

Ἐξεφλέγην, ὅτε Θεῦδις ἐλάμπετο παισὶν ἐν ἄλλοις,
οἷος ἐπαντέλλων ἀστράσιν ἠέλιος. —

ἐρήμας δι' αἰθέρος. Rarum alibi *αἰθέρος* genus iterum cernitur Ol. XIII, 125. Nem. VIII, 71. Et vides in aliis quoque poetis. Eurip. (Matth.) Androm. v. 1204: *λευκὴν αἰθέρα.* Jon. v. 1444: *λαμπρᾶς αἰθέρος.* Elect. v. 995: *φλογερὰν αἰθέρα.* Alcest. v. 609: *αἰθέρα τὰν Μολοσσῶν.* Fragm. incert. CXXXII: *βαθείας αἰθέρος.* Orph. (Herm.) Argonaut. v. 116: *αἰθέρα δῖαν.* Idem *Λιθ.* v. 89: *αἰθέρα λαμπετόωσαν.* v. 642: *αἰθέρος δίης.* Idem Fragm. VI, 5. (pag. 457): *αἰθέρος εὐρείας.* Jam *αἰθήρ* cur hic et Ol. XIII, 125. *ἐρήμα* dicatur, varie disputant Veteres in Scholiis, quæ vide. Aliorum de ea re sententias complexus Böckhius, æthera ideo dici putat desertum, quod nihil in æthere s. aëre conspiciatur, *διὰ τὸ*

κενὸν, ut ait Schol. rec. ad Ol. XIII, 125. 26. De ea quaestione quid ego sentiam, ingenue fatebor. Aërem apud Graecos κενὸν quoque dictum fuisse, neminem quidem latebit. cfr. Anthol. Palat. XI, CCCLXI, 8: κενεὴν ἀέρα. Verum suspicari licet, vacui (κενοῦ) hoc loco notionem alia, magis speciali impropriaque voce involutam esse. Quo ducit homericum illud αἰθέρος ἀτρυγέτοιο Il. XVII, 425. Hymn. in Cer. 67. 458. ἀτρύγετον νύκτα (mortis sc.) in Damagetis epigrammate Anthol. Palat. VII, DCCXXXV, 2. Vocem autem ἀτρύγ. ita conjunctam sterilitatis notionem habere, persuadent cum alia, tum vocabula cognata ἀτρυγής, Anthol. Palat. VII, DCXXII, 5. 6, et τρυγητός, de quo vide Steph. Thes. Tom. III. pag. 1678. 79. Est igitur αἰθὴρ ἀτρύγ. is, unde nil metitur, sterilis, ἄκαρπος. coll. Steph. ibid. Parum inde differt ἐρῆμα αἰθήρ, nisi quod verbum ἔρημος de locis usurpatum absentiam aedificiorum, incolarum, plantarum etc. involvere soleat. Quid multa? Oratione magis pedestri poeta dixisset: αἰθέρος κενῆς, i. e. ætheris, in quo nihil conspicitur. Insolentius dixit: ἐρήμας αἰθέρος. [2]) —

V. 13—26.

Ὄθεν. Olympia. Poetis quasi Olympiam veniendum est, ut inde exeat ipsorum hymnus, i. e. Olympici ludi (eorumque victores) excitant poetas ad canendum. Vide hujus carminis v. 168: ἐλθών. Adde Ol. III, 17. 18 (Πίσαν, τᾶς ἄπο νίσσονθ' ἑπ' ἀνθρώπους ἀοιδαί). Similiter poeta noster in victorum canendorum patriam se proficiscentem fingit, ad quos profectum non esse cer-

2) Ne huc trabas κενεῶνας ἀέρος, obstant ea, quae exponentur ad Ol. XIII, 125. 26.

tum est. Vide ad Ol. VII, 14—24. — ὁ πολύφατος ὕμνος. Hymnus multis auditus, celeberrimus. Nem. VII, 118: πολύφατον θρόον ὕμνων. Isthm. VIII, 128: πολύφαμον θρῆνον. Quo sensu hymnus ἀμφιβάλλεται, de eo inter doctos multa dissensio. Vide inprimis Heynii carm. Pind. edit. repet. a. 1817. T. I. p. 5 sq. Welkeri observatt. in Pindari carm. Olymp. prim. Giss. 1806. p. 4 — 10. Böckh. Explicatt. p. 104. Ea cum a Pindari usu aliena mihi videantur, aliam viam ingrediamur, ipso monstrante poeta [3]). Pindarum carmina sua sagittas vocare animumque suum linguamve arcum vel pharetram, unde emittantur, plurima loca comprobant, e quibus sequentia maxime faciunt ad nostrum locum enodandum. Nem. III, 112—117:

Τηλαυγὲς ἄραρε φέγγος
Αἰακιδᾶν αὐτόθεν,
Ζεῦ· τεὸν γὰρ αἷμα·
Σὸν δ' ἀγὼν, τὸν ὕμνος ἔβαλεν,
Ὅπι νέων ἐπιχώριον χάρμα χελαδέων.

Ibidem IX, 127—132:

Ζεῦ πάτερ,
Εὔχομαι ταύταν ἀρετὰν χελαδῆσαι
Σὺν Χαρίτεσσιν, ὑπὲρ
Πολλῶν τε τιμαλφεῖν λόγοις
Νίκαν, ἀχοντίζων σκοπᾶ
Ἄγχιστα Μοισᾶν.

3) Pracivit, quod nunc ex Welkero l. c. p. 8. disco, auctor versionis Germanicae (Neuer Deutscher Merkur. 1803. Fascic. III), cujus tamen argumenta ignoro.

Isthm. V, 58—60:

Πολλὰὶ μὲν ἀρτιεπὴς
Γλῶσσά μοι τοξεύματ' ἔχει περὶ κείνων
Κελαδῆσαι.

Jam inter hæc testimonia maxime ad nostrum locum accedit Nem. III, 112 sq., neque desidero adjectionem personarum, quibus hymnus *injiciatur*. Generaliter enim Noster ita loquitur: „E ludorum olympicorum loco disseminantur carminis missilia per omne spatium, ut feriant eos, qui hoc quasi vulnere digni sunt." — *σοφῶν μητιεσσι, κελαδεῖν.* Cum sit Olympia locus, e quo emitti dicit poeta hymnorum missilia, *μήτιες σοφῶν* erunt arcus, quibus injunctum est officium istius jaculationis, vel, si malueris, pharetræ. Ita (sermone magis proprio) poetæ mens carminum istorum origo est Nem. III, 11—15 (*ἀοιδάν, τᾶς ἀφθονίαν ὄπαζε μήτεος ἁμᾶς ἄπο*). Sed Ol. II, 161 sqq. *θυμὸν* suum exhortabundus interrogat, quonam missilia mittenda sint *ἐκ μαλθακᾶς φρενός.* coll. v. 149. sqq. ejusdem carminis. In sequentibus ad proprium sermonem redit poeta, dure quidem, sed ita, ut iterum sua ipsius auctoritate defendatur. Namque eodem plane modo in locis modo laudatis jaculatio et cantus miscentur. — *Κελαδεῖν* est subjecti ambigui. Namque relatum ad præcedentia poterit subjectum habere *ὕμνον*, ut Nem. III, 112 sqq. (*ὕμνος ἔβαλεν .... κελαδέων*); relatum ad sequentia (*ἰχομένᾳς*) subjectum habebit *αὐτούς* (*σοφούς* sc.), quos tum, quum *κελαδ.* ad antecedentia refertur, ægre pro subjecto habuerim propter loci ex Nem. citati similitudinem. Hanc ambiguitatem dicendi nativam puto atque in poetæ consilio positam. — *Κρόνᾳ παῖδ'*. Jovem. Ol. VII, 121; *Κρόνᾳ σὺν παιδὶ* eodem

sensu. — ἱκομένους legendum esse, nec mihi dubia res. Ceterum v. criticos. — ἀφνειὰν ... μάχαιραν Ἱέρωνος ἕδραν simpliciter pro ædibus Hieronis opulentis in insula Ortygia (Pyth. II, 10. 11. ibique schol.) accipio, propter locos parallelos Pyth. V, 13. 14 (Arcesilai μάχαιραν ἕδραν). Isthm. IV, 28: μάχαιραν ἕδραν. Neque tamen abnuerim, hac voce electa præparari ea, quæ vv. sqq. dicturus est Noster de poetarum cum Hierone conviviis. — θεμίστιον ὃς ἀμφέπει σκᾶπτον, i. e. tractat, habet. Sophocl. Electr. v. 643. 44. (edit. Erfurdt. maj.) sensu haud admodum absimili (coll. schol.):

Ἀλλ' ὧδέ μ' αἰεὶ ζῶσαν ἀβλαβεῖ βίῳ
δόμος Ἀτρειδῶν σκῆπτρά τ' ἀμφέπειν τάδε. [4])

---

4) Ἀμφιέπειν, ἀμφέπειν est *sectari, comitari, cingere, gerere, tractare, habere.* Homerica vide apud Dammium, Nostri usum in lexicis pindarr. His addo sequentia. Eurip. (Matth.) Med. v. 477: δράκοντά θ', ὃς πάγχρυσον ἀμφέπων δέρας (cingens eoque custodiens). Eodem sensu Iphig. Taur. 1211 (de serpente Pythio): ἄμφιπε μαντεῖον χθόνιον. Critias Atheniens. apud Athen. XIII, 8: παννυχίδας θ' ἱερὰς θήλεις χοροὶ ἀμφιέπωσι (agant). Apoll. Rhod. II, 761: δαίτην ἀμφίεπον (agebant). Opp. Hal. I, 501: Τοὶ δὲ μίαν εἰργυσι καὶ ἀμφιέπυσιν ἄκοιτιν (habent) 637: φιλέυσι καὶ ἀμφιέπυσι γενέθλην (sectantur, fovent). Nonn. Dionys. IV, 62: δέμνιον ἀμφιέποντες (habentes). VII, 281: ἀμφιέπων εἶδος ὀπωπῆς (habens). X, 287: ἀμφιέπων ὑποκάρδιον ἰὸν Ἐρώτων (gerens, habens). XXIV, 542: νέκυς ἀμφιέπων βιοτῆς παλινάγρετον ἀρχήν (habens). XXXIV, 112: σὸν δίμας ἀμφιέπει ἀνεμώνην (habet). XXXV, 254: ἄγρην ἀμφιέπειν (potiri et habere). XXXVI, 184: ἀμφιέπειν βέλος ἔμπνοον (gestans, habens). 299: ἀμφιέπων μίμημα λεοντείης προσώπου (habens imitationem, imitans). 374: ἀμφιέπων ἀνθερε-

Idem valet *σκῆπτρον ἡνιοχεύειν* Nonn. Dionys. XLI, 389.—*θεμίστειον* cur poeta Hieronis sceptrum dicat, ambigi potest. Böckhio *θεμ. σκ.* sceptrum regis est jus dicentis et leges jubentis. Jam poteris quidem secundum Ol. VI, 158. coll. Pyth. III, 126 sqq. de laude justitiæ cogitare. Verum ratio Böckhiana ideo mihi præplacet, quod sequentia (particip. *δρέπων*) eam speciem præ se ferunt, ut ibi demum laudem Hieronis incipere putes. — *Πολυμάλῳ Σικελ.* de Siciliæ fertilitate cfr. quoque Nem. I, 16—22. — *δρέπων μὲν κορυφὰς ἀρετᾶν ἀπὸ πασᾶν.* Nostro *ἀρεταὶ* arbores esse videntur, ut Virtus ipsa arbor est Quint. Smyrn. in loco pulcherrimo XIV, 195 sqq.:

ὦνα (habens). XXXVIII, 168: *Κλυμένης δόμον ἄμφεπε* (sectabatur). XLII, 392: *διπλόον ἄμφεπε Βάκχον, ὑπάονα καὶ παρακοίτην* (habe). XLV, 170: *ἀμφιέπων αἷμα γιγάντων* (habens). Nonni Conversio Evangel. secund. Joann. (Paris. 1561) IV, 254: *ἀμφιέπεις γὰρ Ζωῆς ἀενάου μελίῤῥυτα χεύματα μύθων* (habes). VIII, 145: *δαίμονος ἀμφιέπων μανιώδεα φοῖζον ἰμάσθλης* (habens). Anthol. Palat. V, CCLXXII, 4: *παρθένον ἀμφιέπων* (sectans). CCXCVII, 6: *παίγνια ἀμφιέπουσι* (sectantur et tractant). VI, LXXX, 4: *ὄργια ἀμφιέπων* (agens). LXXXVII, 4: *ἀμφιέποντι τύχην* (habenti). VIII, XII, 6: *τάφον ἀμφιέπετε* (cingite et colite). LXXVI, 4: *γῆρας ἀμφιέπει θυσίαις* (cingit colitque). CVI, 5: *τάφον ἀμφιέποντες* (cingentes colentesque). IX, DV, 7: *ἀμφιέπων μέλος* (tractans cantum, i. e. canens). Gregor. Naz. Tom. II. pag. 43: *γλυκὺν πόνον ἀμφιέποντες* (habentes). Idem pag. 46: *νόμον ἀμφιέπουσαι* (colentes). De voce *ἐφέπω* vide ad Pyth, V, 10 (*μετανίσσεται*).

Οἶδα, πόθεν κτύπος οὗτος. ἀειδομένης τάχα Θήβης
Πινδαρέης φόρμιγγος ἐπέκτυπε Δώριος ἠχώ. —

εἴ τί τοι, si quidem. Similis usus conjunctionis *εἰ* est Ol. VI, 129. IX, 38. Dubitanter loquens poeta de re per se aperta nec facile dubitanda certitudinem ejus fortius exprimit, quam si usus fuisset conjunctione *ἐπεί, ἐπειδή* etc. — *Πίσας τε καὶ Φερενίκα χάρις*. Ultima voce comprehenditur omne istud eximium, quo tum Pisa, tum equus inclaruerant. Et quæ fuerit vel multo post Pindarum tempore magnificentia Pisae s. Olympiae, serus auctor testatur Pausanias, qui (V, 10) suam locorum illorum descriptionem ita inchoat, plenus admirationis simulque religionis quodam afflatu percitus: *πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα ἴδοι τις ἂν Ἕλλησι, τὰ δὲ καὶ ἀκοῦσαι θαύματος ἄξια· μάλιστα δὲ τοῖς Ἐλευσῖνι δρωμένοις, καὶ ἀγῶνι τῷ ἐν Ὀλυμπίᾳ μέτεστιν ἐκ θεοῦ φροντίδος.* — Vocem *χάρις*, quatenus prædicatum esse debet, non de Pherenici victoria *parta* intelligo. Obstat enim victoriæ ad finem facta mentio, et conjunctio *ὅτε*. Aderat poeta in loco certaminis, ut alio quoque tempore (Ol. IV, in.), spectabatque Pherenicum decurrentem inter ceteros æmulos, victoriæque haud incertum. Tum autem *ἐλαυνόντεσσιν αἰδοία ποτιςάζει χάρις ἐυκλέα μορφάν*, ut verbis utar Pindari Ol. VI, 126 sq. de eo loquentis, qui victoriæ jamjam imminet. Victoriæ enim vix jam ancipitis vicinia, accedente ultima virium contentione, formæ concertantium singulare quoddam decus affundere videtur. Ea Pherenici *χάρις* poetæ animum „in dulcissimis posuit curis," iis nimirum, quæ Nostrum maxime ambiguum habebant, quomodo posset condigne celebrare utrum-

utrumque[6]), cum eum, qui vicisset, tum eum, pro quo vicisset. Hoc si nolueris, potueris de pulcherrimo istius equi decursu simpliciter cogitare. Jam si rem totam in planum detrahas, habebis curarum poeticarum s. furoris poetici mentionem, ut et Nem. III, 121. Isthm. V, 36. Anthol. Palat. IV, III, 111. (coll. Anthol. Lips. Tom. VI. pag. LVII.) de cura poetica: *ἐμῆς ἰδρῶτι μεριμνῆς.* De rebus domesticis usurpatur Euripidi *γλυκεῖα φροντίς* Med. v. 1025. De vocibus *κέλης*, *μονάμπυξ* etc. v. Spanhem. ad Callim. hymn. in Delum v. 113. (pag. 476. sqq.); de nominibus vero talium equorum eorumque coronis cfr. Eundem ad Callim. hymn. in Cer. v. 110 (pag. 805 sq.).[7]) —

6) Similiter Ol. V. in. *mularum victoritque* dona juxta oblata vides: *ἀκαμαντόποδός τ' ἀπήνας . . . ἡμιόνους τε δῶρα.*

7) Eam curam s. meditationem poeticam epigrammatista quidam Philiscus (Anthol. Lips. Tom. VI. p. 332. sqq. Tom. XII. p. 409 sq. Anthol. Palat. Tom. II. p. 720. Epigr. XCVI), Calliopes filiam vocans, ad canendum amicum vita functum hortatur. Quod epigramma multis, novissime Jacobsio et Wyttenbachio (Nott. ad Plutarchum. Tom. IV. p. 356) tentatum post varias duumvirorum summorum conjecturas ita mihi legendum videtur:

Νῦν, ὦ Καλλιόπης θύγατερ, πολυήγορε Φρόντι,
δείξεις, εἴ τι φρονεῖς καί τι περισσὸν ἔχεις.
τῷ γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντι καὶ ἄλλοις
ἐν νόσμοισι βίᾳ σῶμα λαβόνθ' ἕτερον
δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεχεῖν τινα Λύσιδι ὕμνον
δύντι κατὰ φθιμένων καὶ σοφῷ ἀθάνατον,
ὃς τό τ' ἐμῆς ψυχῆς δείξαι φιλέταιρον ἅπασι
καὶ τὴν τῶ φθιμένω πᾶσι βροτοῖς ἀρετήν.

Et primum quidem Wyttenbachii lectionem *Φρόντι* pro *φροντίδι* apud Plutarchum, qui nostrum poema servavit (Tom. II.

δέμας ἀχέντητον... παρέχων. Vicerat Hiero equi sui celeritate, quam, si quidem siculus fuit, communem habere potuit cum aliis quibusdam ejusdem insulæ equis. Oppian. Cyneget. I, 272 sqq.:

Ἵππων δ' ὅσσα γένεθλ' ἀτιτήλατο μυρίος αἶα
ὠκύτατοι Σικελοί, Λιλυβήϊον οἵ τε νέμονται

---

p. 836. C.), maxime firmat usus loquendi Pindaricus supra demonstratus. Sed gravior quaestio est de nomine ejus, cujus honorem totum carmen spectat. Plutarchum quidem pro voce monstrosa *Λυσιδαΐμον* legisse *Λυσίᾳ ὕμνον*, nemo dubitabit, cum ob haec verba totum hoc epigramma in vita Lysiae oratoris excitaverit (Jacobs. Anthol. Palat. Tom. III. p. 915). Verum versus 3. 4. adeo redolent philosophema aliquod, ut, nisi de homine Christiano sermonem esse velis, Pythagorei cujusdam laudes cani appareat. Hiatum autem inter *Λύσιδι* et *ὕμνον*, hac versus sede inusitatum quidem inter epigrammatarios, is excusabit, qui tertium versum ab initio claudicantem conspexerit, nostrumque elegantioris sermonis magnopere incuriosum esse deprehenderit, quo pertinent jejunae illae repetitiones, *δείξεις* v. 2. et *δεῖξαι* v. 7., *ἄλλο* et *ἄλλοις* et *ἕτερον* v. 3. 4., *ἀρετῆς* et *ἀρετὴν* v. 5. 8., *φθιμένων* et *φθιμένῳ* v. 6. 8., *ἅπασι* et *πᾶσι* v. 7. 8. Mirifici quoque sunt *κόσμοι βίῳ*, vel si malueris *σῶμα βίῳ*. — Deinde lectio *δόντα* v. 6. cum nullum sensum funderet, varie mutatam constat. Mihi *δόντι* praeplacet. In reliquis elegi lectionem hujus versus, quam Marklandus proposuit. Jam cui languet *καὶ σοφῷ*, is legat *καὶ σοφῷ ἀθανάτων*, ut sensus sit antitheticus: qui vita quidem functus est, sed inter beatos sapientiae principatum tenet. Jacobsii lectio novissima *δόντα κατὰ φθιμένων, καὶ στέφος ἀθύρατον* (Anthol. Palat. l. cit.) non unam tantum ob causam improbanda videtur.

καὶ τριχάρηνον ὄρος, ὅθι τοι σχέπας Ἐγχελάδοιο
πυρσοῖς αἰθερίοισιν ἐρευγομένοιο κεραυνῷ
Σικελίης Αἴτνης ἀνεκάχλασεν ἀέναον πῦρ. —

Præbebat *ἀχέντητον δέμας*. Ut apud Asclepiadem (Anth. Palat. V, CCIII, 5) de equo, quo Lysidice usa erat: *Ἦν γὰρ ἀχέντητος τελεοδρόμος*. Ita enim interpretor epigramma istud, cujus sensum ne Jacobsius quidem assecutus videtur Anthol. Lips. T. VII. p. 50. 51. *Non enim equi vice fungebatur Lysidice*, sed equo vecta vel cum amica quadam concertaverat in arte equitandi (coll. Anthol. Palat. V, CCII.), vel, quod in hoc quidem epigrammate non verisimile est, Venerem equitando acrius excitaverat; de quo vide Jacobs. Anthol. Lips. Tom. VII. p. 50. — Et in aliis animalibus obvia vox *ἀχέντητος*. Aelian. Hist. An. XV, 24. (Schneider.) de bobus cursoriis: *τῶν δὲ βοῶν τὴν χεῖρα ἀνέχει* (auriga)· *ἀχέντητοι γὰρ θέουσι*, ut Schneiderus e Gesneri emendatione restituit. Tum vero vocem in rem veneream apud Græcos abiisse, probabile quidem est, nec tamen satis evictum iis, quæ Jacobsius dixit ad Anthol. Lips. Tom. VII. p. 51. 408. De Ovidio certum est. v. Art. Am. II, 729., quem locum attulit Jacobs. ad Asclepiadæ supra citatum epigramma (Anthol. Lips. Tom. VII. pag. 51). — *παρέχων*, puero scil. insidenti. Vide Paus. VI, 12 (coll. VIII, 42) de hujus ipsius victoriæ monumento, quod Olympiæ viderat, loquentem his verbis: ...*κέλητες δὲ ἵπποι παρὰ τὸ ἅρμα* (curru quoque vicerat Olympiæ Hiero) *εἷς ἑκατέρωθεν ἔσηκε, καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων* (bis vicerat Hiero Olympia celete) *καθέζονται παῖδες*. De reliquis (*κράτει* etc.) vide Böckhium. — Alii *νίκην* et *κράτος* conjungunt.

Soph. El. v. 84. 85: *Ταῦτα γὰρ φέρει Νίκην τ' ἐφ' ἡμιν καὶ κράτος τῶν δρωμένων.* Incertus poeta (Anthol. Palat. Tom. II. p. 727. Epigr. cccxxxv): *Ἀλλὰ τόσον νίκης κάρτος ἐνεγκάμενον.*

V. 36–57.

Λάμπει δέ οἱ κλέος. Schol. vet.: *ἤτοι τῷ ἵππῳ, ἢ τῷ Ἱέρωνι, ὃ καὶ βέλτιον.* — Deinde *Πέλοπος ἀποικία.* Idem Scholiastes: *γράφεται καὶ ἐποικία.* „Et hoc forte verius. Nam *Pelopis colonia* nonnisi improprie diceretur seu Olympia seu Pisa. At fuit *sedes*. *Πισαίαν ἔσχε καὶ Ὀλυμπίαν.* Paus. V, 2. p. 376." *Heyne.* Huic opinioni favere videtur ipsum hoc carmen, quod inducit Pelopem tanquam hominem peregrinum, in regione culta inter veteres incolas sedes figentem. [8]) Accedit Pindari usus loquendi luculentus Ol. IX, 105., ubi *ἔποικοι* idem valent, quod *ξένοι*, qui inter alius terræ incolas vel in tempus sedem figunt, vel semper (tum *μέτοικοι* soluta oratione vocati), quorum posterius in Menoetium cadit isto loco. Adde Sophocl. Electr. v. 184. 85., ubi Electra tanquam *ἔποικον* se tractari queritur in tectis domesticis: *ἀλλ' ὡσπερεί τις ἔποικος, ἀναξία Οἰκονομῶ θαλάμους πατρός.* Ubi Schneidero Lex. gr. v. *ἔποικος* idem est quod *μέτοικος*, mihi simpliciter idem, quod *ξένος*. Verum pergit scholiastes: *ταὐτὸν δὲ δι' ἀμφοτέρων.* Jam Böckhius „*ἐποικίαν*, ait, proprie sedem

8) Thucyd. I. 9: *Λέγουσι δὲ καὶ οἱ τὰ σαφέστατα Πελοποννησίων μνήμῃ παρὰ τῶν πρότερον διεξεγμένοι, Πέλοπά τε πρῶτον πλήθει χρημάτων, ἃ ἦλθεν ἐκ τῆς Ἀσίας ἔχων ἐς ἀνθρώπους ἄπορους, δύναμιν περιποιησάμενον, τήν τε ἐπωνυμίαν τῆς χώρας, ἐπηλύτην ὄντα, ὅμως σχεῖν.*

incultam esse a colonis occupatam (v. Menandr. Rhet. de Encom. p. 83 sq.), quod ab hoc loco alienum." Eam auctoritatem alia evertam. Phavorin. (Basil. 1538): *Ἄποικοι, οἱ ἐν ἐρήμῳ τόπῳ πεμπόμενοι οἰκῆσαι. ἔποικοι δέ, οἱ ἐν πόλει. οὕτω Θουκυδίδης.* Adde Eundem v. *ἔποικος*. Aliter Strabo VIII, 6: *πολὺν δὲ χρόνον ἐρήμη μείνασα ἡ Κόρινθος, ἀνελήφθη πάλιν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ διὰ τὴν εὐφυΐαν, ἐποίκων πέμψαντος τῶν ἀπελευθερικῶν γένους πλείστους.* His subjunge XVII, 3: *πέμψαντος* (de Cæsare sermo est Carthaginem instaurante) *ἐποίκους Ῥωμαίους τοὺς προαιρουμένους.* Idem X, 1: *Ἐποίκους δ' ἔσχον (Ἐρετριεῖς) ἀπ' Ἤλιδος.* Eod. libr. c. 3: *Καὶ Ἀπολλόδωρος δ' εἴρηκεν, ἐκ τῆς Βοιωτίας ἀπελθόντας Ὑαντας ἱερεῖσθαι, καὶ ἐποίκους τοῖς Αἰτωλοῖς γενομένους.* Eodem cap. sub fin.: *καὶ οἱ μὲν ἐπιχωρίους τῆς Ἴδης, οἱ δὲ ἐποίκους* (scil. Dactylos Idæos). Jam vides, quomodo differant *ἔποικος* et *ἄποικος* (quo jam ducit vocum ipsa etymologia). Usus vocis *ἄποικος* respicit locum, quem quis reliquit, novas quærens sedes, usus vocis *ἔποικος* locum istum quæsitum petitumque, quem idem homo cepit inseditque. Ita unus idemque homo est *ἄποικος* et *ἔποικος*. Hoc e locis Strabonianis clarissime patet, in quibus descriptio regionum istarum habetur *alinnde nactarum suos incolas, non earum regionum nationumve, quae istas regiones incolis ornaverant*. Ejusdem plane generis est, quod habet Appian. Hisp. cap. 56: *Βλαισοφοίνικας· οἷς φασὶν Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον ἐποικίσαι τινὰς ἐκ Λιβύης.* Idem bell. civ. V, 137: *Λάμψακον ἐκ προδοσίας κατέλαβεν, ἣ πολλὺς εἶχεν Ἰταλοὺς ἐξ ἐποικίσεως Γαΐου Καίσαρος.* Sed II, 135. recte se habet *περὶ τῶν ἐξιόντων ἐπὶ τὰς ἀποικί-*

ας. Jamque si ea omnia Pindaro applicueris, utique tibi retinendum videbitur ἀποικία, quum appositum Λυδῶ luculenter locum indigitet, unde venit Pelops, atque in reliquis omnibus usque ad v. 140 sermo sit de pristina Pelopis patria, sc. Asia circa Sipylum montem. — Postremo bene adjicit Scholiastes; ἀποικίαν δέ, ἀφ' ἧς ἦν ἀυτὸς ἔξειλεν, ἀλλ' ἣν αὐτὸς ἐξείλατο. Ipse enim erat ἀποικία cum comitibus suis (Paus. VI, XXII, 1.) s. ἄποικος. — ἐυάνωρ est Pelopis colonia, virorum laude vel multitudine gaudens. coll. h, voce Ol. VI, 135. X, 119. Nem. II, 26. X, 66. et εὐανορίαις (virorum laudibus) Ol. V, 46. — μεγασθενὴς γαιαόχος Ποσειδᾶν. Ol. XIII, 113. 14: εὐρυσθενεῖ Γαιαόχῳ. — ἐράσσατο. De hoc Neptuni amore vide ad v. 48—71., de Pelope dissecto ad v. 72 sq. — ἐλέφαντι. Hoc loco Pindarus vulgarem narrationem sequitur, ut Nonnus quoque Dionys. XVIII, 27 sqq.:

Καὶ Πέλοπος πλατὺν ὦμον, ὅσον θοινήσατο Δηὼ,
μορφώσας ἐλέφαντι νόθῳ τεχνήμονι κόσμῳ,
υἱέα δαιτρευθέντα πάλιν ζώγρησε Κρονίων,
ἔμπαλιν ἀλλήλοις μεμερισμένα γυῖα συνάπτων.

Propriam itaque ἐλέφαντος significationem retinebimus, quamquam tum in aliis Græcorum Latinorumque locis (Anthol. Lips. T. XIII. p. 250. v. ἐλεφαντίνεος et ἐλέφας. Forcell. et Scheller. v. *eburneus* et *eburnus*), tum in narratione de Q. Fabio idem esse videtur, quod *albus, candidus*. Festus v. *Pullus:* Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui *Eburno* cognomen erat propter *candorem, quod ejus natis fulmine icta erat*. Arnob. advers. gent. Lib. IV (Lugd. Bat. 1651. p. 145): et ut Jovis dicatur pullus, in partibus Fabius aduritur mollibus *obsignaturque* posticus. Verum ea ipsa historia nescio

quomodo alludere mihi videatur ad Graecorum narrationem de Pelope. In ista corporis parte ictus Fabius quare pullus Jovis dictus fuerit per jocum, per se quidem patet. Sed reliquerat fulmen candorem in ipsius corpore [9]), dicebaturque per denominationem a parte petitam Jupiter puerum amare eburneum (improprie sic dictum), ut Neptunus ardere dicebatur in puerum eburneum, i. e. Pelopem scapula eburnea instructum. — *Ἦ θαύματα πολλά.* Alii scribunt *θαυματά*, mihi non persuadentes, cum non perspiciam, accentus alteratio quid lucis affundat loci hujus interpretationi. Vel enim leges *θαύματά* (*ἐξι*) *πολλά*, i. e. *miracula* (*sunt*) *multa*, quod jam Heynium video in ultima poetæ sui editione Böckhio opponentem; vel (cum Thierschio) construes *πολλά* (*ἐξι*) *θαύματα*: Traun Vieles ist Wunder zwar. Quorum prius ante Heynium inspectum mihi præplacuit. Denique possunt quoque voces *θαύματα πολλὰ* exclamationis vice fungi, unde verbi *ἐξὶ* absentia per se consequitur. — In lectione Böckhiana (*βροτῶν φάτιν* etc.) *φάτις* erit ea historiæ enarrandæ ratio, quam sequitur vulgus, *ἀληθὴς λόγος*, quem sequi debet. *Μῦθοι* deinde sunt poetarum ornamenta, quæ accedunt *λόγῳ ἀληθεῖ*. Atque hoc quidem titulo Böckhii lectio tautologiæ crimine caret; sed nescio quomodo ne sic quidem facere possim cum Viro celeberrimo, cujus lectio ter habet expressam narrationis

9) Fulmen in hominibus fuscis vel nigris, quos tangit, non interimit, candorem relinquit. Vidit talem hominem Vir celeberrimus de Autenrieth, universit. nostrae Cancellarius. Ceterum Festi Q. Fabium (Graev. thes. Tom. VIII. pag. 1080) *Ambustum* vocatum putat Sigonius (ibid. Tom. II. pag. 984) ob fulminis in corpore reliquias. Ab hoc Q. Fabio *Ambusti.*

notionem, quod et mihi frigidum videtur. Sed sensum meum nemini obtrudo. — *ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον.* Ahlwardtius cum schol. legit *φάτιν*, ideoque *τὸν* acute mutat in *τοι*, coll. Ol. II, 164. Extra necessitatem. — *πό τι* esse potest *nonnunquam*, adhibita loci particula ad significandum tempus; vel erit *fortasse*, *puto* etc., de quo vide Viger. edit. noviss. (1822. pag. 446. Not. 2.). — De sequentibus (*Χάρις δ'*) vide Heynium. Antea locutus videtur Noster de poetis, genuinam famam corrumpentibus, nunc causam corruptionis addit. Hominum enim naturale mirabilium studium fidem addit incredibilibus quoque. — *ἐπιφέροισα τιμάν, addito decore.* Similiter *τιμὰν φέρειν* Pyth. IV, 495. — *ἔξι δ' ἀνδρὶ* etc. Verecunde dicendum de Diis putat Noster, ac turpia vitanda, ut infra v. 82. de eadem re. coll. Ol. IX, 54. et alibi. — *μείων γὰρ αἰτία.* Prima vox Heynio est idem quod *ὀλίγη*, hæc autem pro *ἀδεμία*. coll. Pyth. I, 159. XI, 45. Mirum sane. In locis enim citt. vel merum habes comparativum, vel ellipticum. Elliptice autem nostro loco comparativus usurpatur ut Ol. IX, 157. Isthm. VIII, 27. et alibi, sensusque videtur esse: *ita minus culpae habet, quum et aliàs in crimen impietatis incurrat, et quidem haud raro impietatis non sibi conscius.* Similiter Heynius, postea ipse se corrigens: *Possumus vel sic errare in fabulis exponendis: minore tamen culpa et reprehensionis periculo, bona saltem fingendo, non prava.* Hoc præferendum. — Jamque absoluta singulorum interpretatione sententiarum nexus ita declarandus videtur, *Istam rem fieri potuisse, haud quidem negaverim, quum multa vere miraculosa evenire possint, ingeniumque humanum iis credendis haud omnino ad-*

versetur. Verum multa, quae per se miraculosa non sunt, accedente lusu poetico istam formam induunt, ut pro miraculosis habeantur credanturque; quod certo quidem, sed multo saepe tempore post detegi solet. Eae autem narrationes saepius non tantum sensui historico repugnant, sed etiam religioso, quum de Diis praedicent indigna prorsus majestate divina. Eas potissimum, ut minorem contrahat impietatis culpam, rejiciat devitetque mortalis. Quare et ego veterum circa eam rem narrationi fidem denego.

V. 58—85.

Ὑιὲ Τ'αντάλῳ, σὲ δ'. Particula μὲν et δὲ a vocativo suo dirimitur interposita vocula, ut apud Opp. Hal. V, 336: *Γαῖα φίλη, σὺ μέν*. Greg. Naz. carm. LXI. opp. T. II. pag. 145: *Ἐμπεδόκλεις, σὲ μὲν ἀντίχ' ἑτώσια φυσιόωντα*. Aesch. Choeph. 486 (Schütz.): *Ὦ Περσέφασσα, δὸς δέ τ' εὔμορφον κράτος*. Eurip. Electr. v. 122: *Ὦ πάτερ, σὺ δ' ἐν ἅδᾳ δὴ Κεῖσαι*. Callim. hymn. in Del. v. 215: *Νύμφα Διὸς βαρύθυμε, σὺ δ' ἐκ ἄρ' ἔμελλες ἄπτυξος Δὶν ἔμεναι*. Lycophr. Cass. v. 1075: *Σιτταία τλῆμον, σοὶ δὲ πρὸς πέτρας μόρος Μίμνει δυσαίων*. Oppian. Halieut. III, 26; *Ἑρμεία χλυτόβυλε, σὲ δ' ἔξοχον ἱλάσκονται Ἰχθυβόλοι*. Anthol. Palat. IV, III, 53 (Agathias scholasticus): *Ἑσπερίη θεράπαινα, σὺ δ' ἐς κρηπῖδα Γαδείρων Καὶ παρὰ πορθμὸν Ἴβηρα καὶ Ὠκεανίτιδα Θέλην Ἥπιον ἀμπνεύσειας*. Ibidem VI, CCLXXVI, 5 (Antipater): *Ἄρτεμι, σῇ δ' ἰότητι γάμος θ' ἅμα καὶ γένος εἴη Τῇ Λυκομηδείῳ παιδὶ φιλαγραυλάλῃ*. Ibidem VI, CCLXXVIII, 3. (Rhianus): *Φοῖβε, σὺ δ' ἵλαος Δελφίνιε κῆρον ἀέξοις Εὔμοιρον λευκὴν ἄχρις ἐφ' ἡλικίην*. Ibi-

habuit, teste Paus. V, XIII, 4: *Πέλοπος δὲ ἐν Σιπύλῳ μὲν θρόνος ἐν κορυφῇ τοῦ ὄρους ἐστὶν ὑπὲρ τῆς Πλαξίππης μητρὸς τὸ ἱερόν.* — *Τότ' Ἀγλαοτρίαιναν* etc. *δαμέντα.* Vox cum amore sollemniter conjuncta. De usu homerico v. Damm. v. *δαμάω* etc. pag. 400 rell. Archilochi fragm. LXXVII (Liebel.): *Ἀλλὰ μὲ λυσιμελής, ὦ ταῖρε, δάμναται πόθος.* His adde locos Sapphus, Anacreontis Theocritique a Liebelio citatos. De Pelope per Neptunum rapto adi Nonn. Dionys. X, 260:

Ἔτρεμε καὶ δυσέρωτα κυβερνητῆρα θαλάσσης,
μὴ μετὰ Ταντα λίδην, χρυσέων ἐπιβήτορα δίφρων,
εἰς δρόμον ἠερόφοιτον ἄγων πτερόεσσαν ἀπήνην κ. τ. λ.

Sensum vocum *χρυσ. ἀν' ἵππ.* explanant interprett. Addo Eurip. Electr. v. 464 (Matth.): *ἵπποις ἂν πτεροέσσαις.* Iphig. Aul. v. 744: *ἀνὰ ναυσίν* (v. Markland. v. 754. ibique a Musgravio citatum Gregorium Corinthium, qui nostri loci haud fuit immemor). Curru aureo rapuit quoque Pluto Proserpinam, hymn. hom. in Cerer. v. 19: *ἁρπάξας δ' ἀέκουσαν ἐπὶ χρυσείοισιν ὄχοισιν Ἤγ' ὀλοφυρομένην.* Ibidem v. 376: *ὑπὸ χρυσείοισιν ὄχεσφιν.* v. 432: *βῆ δὲ φέρων ὑπὸ γαῖαν ἐν ἅρμασι χρυσείοισι Πόλλ' ἀεκαζομένην.* Et v. 32. 81. sunt *ἵπποι* eandem avehentes currus cum equis. — *Ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ.* Temporis et genealogiæ Ganymedeæ variationes vide apud interpretes. Noster locus mihi quidem non persuadet, ætatem Ganymedis posteriorem fuisse Pelopis ætate, cum Noster nil dicat nisi hoc: *post Pelopem* raptus est quoque Ganymedes. Ita uterque coævus coætaneusque esse potuit, quo ducit Paulus Orosius (Histor. I, 12) infra citatus et Tzetza ad Lycophr. v. 355. Müller. p. 556. (ex Herodiano I, 11): *ὁπότε διὰ τὴν ἁρπαγὴν Γανυμή-*

δες ἐμάχοντο Τάνταλος ὁ ἐρασὴς Γανυμήδους καὶ Ἶλος ὁ ἀδελφὸς αὐτῦ. Idem Tzetza Antehomericor. v. 93. 94. de Ganymede per Tantalum rapto loquitur. Idem ad Lycophr. v. 1306. Müll. p. 998: *Τρὼς δὲ Ἶλον, Ἀσσάρακον καὶ Γανυμήδην* (γεννᾷ). — *τωὔτ' ἐπὶ χρέος.* E *contextu* quidem (*τωὔτ'*) probe elucet, quid sit hoc *χρέος*, quod de loco quoque Opp. Hal. I, 583 (*χρεος λεχέων*) valet. Verum alia quæstio est, num *χρέος per se spectatum* istam significationem habeat, ad quod probandum alii testes advocandi sunt. Adi Anthol. Palat. V, CCCII, 6 (Agathias scholasticus):

Κυρωδίαις δὲ γυναιξὶν ἀτερπέα Κύπριν ἐγείρειν
τίς κεν ὑποτλαίη, πρὸς χρέος ἐλκόμενος;

Sed hoc loco dices *πρὸς χρέος* idem esse posse, quod *πρὸς βίαν* (cum vi, violenter). Concedo. Alio vero loco allato omni dubio eximitur nostra quæstio. Anthol. Palat. XII, CCXI, 5 (Strato):

Ὃς μὲν γὰρ καλέσας ἐπὶ τὸ χρέος, εἶτ' ἀπολύσας,
εὕδει κύριος ὤν, μηδὲ λόγου μεταδύς. —

De Ganymede Jovis pullo apud Veteres plena sunt omnia. Rarius Pelopis fit mentio. V. locum supra e Nonno allatum. Adde Philostrati locum, quem citat Böckhius. In his itaque Pindarus magis verecunde de Diis locutus sibi videbatur, aliter sentientibus primæ ecclesiæ Christianæ doctoribus, qui inter Deorum amores utrumque a Pindaro memoratum haud omiserunt pristinæ religionis cultoribus objicere. Clemens Alexandr. Admonit. ad Gentes (pag. 21. A. Sylburg.; pag. 28, 20. Potter.): *Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ παίδων ἀπέσχοντο οἱ παρ' ὑμῖν θεοί· ὁ μέν τις Ὕλλου, ὁ δὲ Ὑακίνθου, ὁ δὲ Πέλοπος, ὁ δὲ Χρυσίππου, ὁ δὲ Γανυμήδους ἐρῶντες.* Clementinorum

Auctor Homil. 5. cap. 15 (Potter. edit. cit. pag. 28.): *Ὁ Ζεὺς Γανυμήδης ἐρᾷ· Ποσειδῶν Πέλοπος· Ἀπόλλων Κινύρᾳ, Ζακύνθῳ, Ὑακίνθῳ, Φόρβαντος, Ὕλα, Ἀδμήτῳ.* Tatian. contra Græc.(Potter. ibid.): *Καὶ παρ' ὑμῖν δὲ ὁ Πέλοψ δεῖπνον τῶν θεῶν γίνεται Ποσειδῶνος ἐρώμενος.* Arnobius adversus Gentes Lib. IV (edit. supra cit. p. 145): *Quid? quod non contenti feminei generis attribuisse Diis curas, etiam sexus adjungitis adamatos ab his mares. Hylam nescio quis diligit: Hyacintho est alius occupatus: ille Pelopis desideriis flagrat: hic in Chrysippum suspirat ardentius: Catamitus rapitur, delicium futurus et poculorum custos: et ut Jovis dicatur pullus, in partibus Fabius aduritur mollibus, obsignaturque posticus.* Julius Firmicus Maternus de errore profanarum religionum (Argentinæ 1562. pag. 61): *Pelops in deliciis amatoris fuit et diu prostituti pudoris damna sustinuit.* Idem (pag. 50): *Puerorum aliquis delectatur amplexibus: Ganymedem in sinu Jovis quaerat, Herculem videat Hylam impatienti amore quaerentem, Hyacinthi desiderio captum Apollinem discat. Chrysippum alius, alius Pelopem videat, ut per Deos sibi licere dicat, quicqnid hodie severissime Romanis legibus vindicatur.* His adde Paulum Orosium Histor. I, 12. (Haverkamp.): *Nec mihi nunc enumerare opus est Tantali et Pelopis facta turpia, fabulas turpiores: quorum Tantalus rex Phrygiorum Ganymedem Trois, Dardaniorum regis filium, cum flagitiosissime rapuisset, majore conserti certaminis foeditate detinuit, sicut Phanocles poeta confirmat, qui maximum bellum excitatum ob hoc fuisse commemorat: sive quia hunc ipsum Tantalum, utpote adseclam Deorum, videri vult raptum puerum ad libidinem Jovis familiari lenocinio praeparasse, qui ipsum quoque filium Pelopem epulis ejus non*

dubitarit impertdere. Taedet etiam ipsius Pelopis contra Dardanum atque Trojanos, quamlibet magna referre certamina. — *οὐδὲ ματρί.* De hac vide Böckhium pag. 108. Paulo aliter Tzetza ad Lycophr. v. 52. 53. (Müller pag. 353): *Πέλοψ υἱὸς Ταντάλου καὶ Εὐρυανάσσης τῆς Πακτωλῦ.* Variatur quoque in matris nomine. V. præterea, quæ habent interpretes, Paus. V, XIII, 4. supra citatum, ubi *Plastenen matrem* de Pelopis matre accipiendam puto. Præclare vero naturæque mirifice convenienter non pater in hac trepidatione, sed mater memoratur. In talibus enim matrum primæ sunt partes. Vide nostrum Nem. I, 74 sq., ubi Heraclisci periculo prior Alcmene mater excitatur, subveniente postea patre. Similiter apud matrem inveniunt refugium liberi detrectantes pugnam Pyth. IV, 330., nec non solatium e ludis sine laude reversi Pyth. VIII, 122. Neque ab aliis poetis abfuit hic sensus naturæ. Menander apud Stobæum Serm. LXXIV. p. 449. Gesn., LXXVI. p. 239. Grot. (Menandri et Philemonis reliquiæ. Ed. Aug. Meineke. 1823. p. 230):

Ἔστιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρός.

Quint. Smyrn. VII, 389. 90. (postquam locutus est de Deidamiæ luctu super Neoptolemi filii discessu):

οὕνεκα μήτηρ
Ἄχνυθ' ἑῷ περὶ παιδί, καὶ ἦν ἐπὶ δαῖτ' ἀφίκηται. —

In verss. sequentibus est *ὕδατος ζέουσα ἀχμὰ aquae apex*, s. flos, i. e. *ὕδωρ ἀχμαίως ζέον*, ut jam habet schol. vet. Similiter Alcman apud Antigonum Carystium Histor. mirab. 27. (Beckmann.; apud Welkerum in Fragmentis Alcm. pag. 29. Fragm. XII.):

Οὔ μ' ἔτι, παρθενικαὶ μελιγάρυες ἱεροφῶνοι,
Γυῖα φέρειν δύνανται. βάλε δή, βάλε χήρυλος εἴην·
Ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄνθος ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτᾶται
ἀδεὲς ἦτορ ἔχων, ἁλιπόρφυρος εἶαρος ὄρνις.

Adde Eurip. Phön. v. 1255 (Matth.):

Μάντιες δὲ μῆλ' ἔσφαζον, ἐμπύρους τ' ἀχμὰς
ῥήξεις τ' ἐνώμων.

Ubi scholiastes (Matth. Tom. V. p. 261): *τὰς τοῦ πυρὸς ἀναδόσεις καὶ τὰ φῶτα ἐκ τῶν ἐμπύρων ἀναφερόμενα.* Anthol. Palat. V, CCLXIV, 7 (Paulus Silentiarius): *ὁππόσον ἠβάσκει φλογὸς ἄνθεα* (i. e. flamma). Ceterum loci pindarici atque euripidei admodum conveniunt scholiastæ. Pindari Schol. in fine: *Ἄλλως· ζέουσαν, τὴν ζέσιν τοῦ ὕδατος. ἐπεὶ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχει τῷ σιδήρῳ τὸ πῦρ.* Euripidis Schol.: *Ἀχμὰς δὲ τὰς ἀναδόσεις, ἐπεὶ βιαιότατόν ἐστι τὸ πῦρ.* — Reliqua tam diversimode a criticis interpretibusque tentata constat, ut novæ viæ inveniendæ spe abjecta ex iis, quæ jam pridem proposita sunt, unum alterumve caute probabiliterque eligendum videatur. In his primus videtur Athenæus ponderandus (XIV. p. 641. C.), cujus tum citatio loci pindarici, tum illustratio inde petita haud ita levis momenti est, ut quidam opinantur. Habebat Athenæus in libro suo vel audierat *ἀμφὶ δεύτατα*, quæ ipsi erant *mensae secundae*, vel (si Athenæi interpretationem castigare velis) *epulae extremae*. His obloquitur quidem Böckhius, sed argumentis usus minus idoneis, quod vidit quoque Hermannus apud Heynium. ed. ult. Tom. III. p. 278. His alia adjicere, longum foret. Pindarus itaque cum simpliciter de fine epularum dicere potuisset, exquisite ut lyricus loquitur: *ἀμφὶ δεύτατα*. Ea vo-

ce Noster de tempore agens alibi quoque utitur. v. huj. carm. v. 157: *λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον.* Ol. II, 54: *τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον.* Pyth. VIII, 98: *ἀμφ' ἔκαστον, ὅσα νέομαι.* Ex Athenæo deinde consilium quoque suspicari licet, quo Tantalus pueri sui corpus divinis hospitibus comedendum proposuerit. *Αἱ δεύτεραι τράπεζαι* (erant) *πολιτελεῖς μεμεριμνημέναι,* ait Athenæus, majorum suorum mores in primordia Græciæ transferens; quamquam hoc nullius momenti esse videtur ad loci nostri interpretationem. Ad ultimum scilicet epularum tempus reservarat Pelops delicias quasdam, filium dissectum. Eas Diis apposuisse putandus bono consilio, ut ille filii sui immolator Abrahamus Semitarum, nequaquam, ut vulgo putant, Deos tentaturus. Nec enim de hujus tentaminis utique castigandi poena quidquam apud Græcos extare videtur, neque Pindarus ipse talem suspicionem movet; convivium potius vocat *ἔρανον ἀμοιβαῖον*, quo gratias agere volebat pro conviviis divinis, quibus ante-admotus fuerat. Eodemque ducit Tatianus Orosiusque modo allegati, nec non Tzetza ad Lycophr. v. 152. 53. (Müller. pag. 410): *Τάνταλος καλέσας τὺς θεὺς εἰς εὐωχίαν, παρέθηκε τὸν υἱὸν αὐτῦ Πέλοπα θύσας, ἵνα φάγωσι, τὸ φιλόξενον αὐτῦ ἐνδεικνύμενος.* Adde Nonnum paulo inferius citatum, ubi Lycaonis Tantalique facinus minime sceleris, sed honoris in Deos collati titulo memoratur [10]). Atque hac ratione acquiescere possumus.

10) Senecca quidem Thyest. v. 144. sqq. Tantali poenam infernam e mactatione Pelopis consecutam vult. Haud mirum. Regis enim poenam in fame et siti ponit ut Odysseae auctor, atque ad epulas Thyestis immanes auditorum animos simili facinore praeparat.

Sed est alia, quæ habet multos propugnatores, quos siv *mensæ herois Deorumque secundæ*, sive frustra Pelopi *sub finem commissationis* apposita offendere poterant Hi voculam *ἀμφὶ* adverbialiter ad *διεδάσαντο* referun ut Hermannus l. cit. pag. 278., et conjungunt *δεύτατ χρεῶν, extremitates*, puto, *corporis in frusta dissecti*, u taceam de aliis tentaminibus. Sed quomodo ad rem fa ciunt extremitates corporis? Nonne factum immane fa cillime inde detegebatur? Minime vero, si quidem ista bene cauteque erant vel dissectæ, vel apparatæ, quoc factum constat in aliis ejusdem familiæ epulis anthropophagicis, scil. Thyesteis. Corporis autem humani extremitates, et quidem partes quasdam manuum pedumque a populis quibusdam immanibus, quos Anthropophagos vocant, in maximis deliciis etiamnunc haberi, nota res. Vide inprimis Langsdorfii librum: Reise um die Welt etc. Tom. I. p. 122. sqq. in Excursu. Historiam enim anthropophagicam narrari, mihi persuasum est. coll. Nonn. Dionys. XVIII, 18—35., ubi Lycaon filium suum Diis comedendum apponens comparatur cum Tantalo idem faciente; nec facit, ut sententiam mutem, Fr. Thierschius, qui similia ex Græcorum Aegyptiorumque mythologia ingeniose afferens, reconditiorem in hac fabella sensum deprehendere sibi videtur. Tzetza de Pelope ægroto, perque Neptunum roboris præsidem restituto cogitat, ad Lycophr. v. 152. 53. Müller. pag. 410—412. Nec vero vel hoc a loci simplicitate non alienum est. — *γαστρίμαργον μαχάρων τιν' εἰπεῖν.* Schol. vet. ad v. 36 sqq.: *Μόνην δὲ τὴν Δήμητραν τῶν χρεῶν ἀγνοίᾳ μεταλαβεῖν λέγουσι, τινὲς δὲ τὴν Θέτιδα.* Illa vulgaris narratio, quam exhibet quoque Nonn. Dionys. XVIII, 27. v. supra pag. 22.—

γαστρίμ. Clemens Alexandr. Pædagog. L. II. p. 146. C. D. (Sylb.) pag. 171, 30 (Potter.): καὶ ἡ λαιμαργία μανία περὶ τὸν λαιμόν· καὶ ἡ γαστριμαργία ἀκρασία περὶ τὴν τροφήν· ὡς δὲ καὶ τὄνομα περιέχει, μανία ἐπὶ γαστέρα· ἐπεὶ μάργος ὁ μεμηνώς. Adde Hesych. v., Eustath. ad Homer. p. 1936, 51., Suid., Sturz. ad Empedocl. pag. 612. 13. Eurip. Cyclops. v. 310: τὸ μάργον σῆς γνάθυ. Oppian. Halieut. I, 241: λαίμαργος ἔρως ἀκόρητος ἐδωδῆς. II, 213: γαστρὸς ἀριμάργοιο. 217: ἀφραδίῃσι λαιμάργοις. III, 182: δείπνοις μαργῶντες. V, 365: μαργαίνεσι λαιμῷ. Nicolaus Damascenus pag. 463. 64 (Tauchniz.): τοῦτον (Camblitam Lydiæ regem) λέγεται ὕτω γαστρίμαργον σφόδρα γενέσθαι, ὥστε καὶ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἐπιθύσαντα καταφαγεῖν. .... Καὶ οἱ μὲν τοῦτον ἐκερτόμεν ὡς γαστρίμαργον. Gregor. Naz. Tom. II. pag. 19: τῶν γαστριμάργων, ὧν θεὸς ἡ κοιλία. Nefas ducit Pindarus, Deorum aliquem gulosum dicere, qui tamen eo dedecore non vacui fuerunt, ut non prætermitterent primæ ecclesiæ doctores, hanc notam veterum religioni inurere. Clemens Alexandr. Admon. ad Gentes p. 26. C. (Sylburg.), pag. 35, 30 (Potter.): αὐτοί πῃ ἐξομολογοῦνται οἱ δαίμονες τὴν γαστριμαργίαν τὴν ἑαυτῶν (Hom. Il. IV, 49). Eam inprimis sacrificia spectasse, tum locus modo citatus probat (coll. paulo præcedente, ubi λίχνοι vocantur), tum sequentes (Potter. l. cit.): Tatianus Orat. c. 20: οἱ δαίμονες, οὓς ὑμεῖς οὕτω φατέ, σύμπηξιν ἐξ ὕλης λαβόντες, κτησάμενοί τε πνεῦμα τὸ ὑπ' αὐτῆς, ἔσωτοι καὶ λίχνοι γεγόνασιν. Athenagoras cap. 23: οἱ περὶ τὴν ὕλην δαίμονες λίχνοι, περὶ τὰς κνίσσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες. Origenes in Celsum Lib. 3. pag. 133: πάντες μὲν οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν

ἅταν. Poetæ posteriores *ἑλέσθαι* habent eodem sensu. Menander fragm. incert. CCLXX (Meineke pag. 268): *χρεῖττον δ' ἑλέσθαι ψεῦδος ἢ ἀληθὲς κακόν*. Apoll. Rhod. II, 858: *κῆδος ἕλοντο*. III, 527: *κακὸν οἶτον ἑλέσθαι*. 692: *κῆδος ἕλοιο*. Oppian. Halieut. II, 633: *μοῖραν ἕλοντο*. — *Noxam, quam ipsi pater suspendit*. Ita capio voces: *τάν οἱ πατήρ κ.τ.λ.* Aliter alii, in quibus Böckhio Hermannoque *οἱ πατὴρ* idem esse videtur, quod *πατήρ οἱ*, i. e. *ὅ*, coll. Böckhii nott. critt. ad Ol. II, 28. Sed in ea quæstione mihi quidem distingui posse videtur pronominis *οἷ* positio ante nomen et post nomen. Quodsi post nomen pònitur, concedi potest, idem esse, quod *ὅ*, coll. Ol. IX, 24. Nem. VII, 32. Neque aliter tragici. Soph. Electr. v. 1144. (Erf. edit. maj.): *ἐγὼ δ' ἀδελφὴ σοὶ προσηυδώμην ἀεί*. Eur. Iphig. Aul. v. 603: *σὺ δ', ὦ τέκνον μοι, λεῖπε*. Alcest. v. 325: *σὺ δ', ὦ τέκνον μοι, πῶς χορευθήσει καλῶς*; Ubi obiter monendum, pronomen in exemplis euripideis ad sequentia quoque trahi posse, quod fecit Matth. in editione sua; ni forte in locis euripideis distinctionem prorsus omittendam censueris, quæ nunc Matthiæi sententia est, coll. Matth. ad Iphigen. Aul. v. 603 (Tom. VII. pag. 359). Et hoc præstare videtur. Verum aliter se rès habet, ubi pronomen ante nomen collocatur, velut Ol. II, 28 (*σφιν, γένει*). VIII, 109 (*σφιν, γένει*). Idem jam apud Homerum v. Damm. pag. 1488 — 91. Adde Herodot. I, 34 (citat. Matth. Gramm. gr. maj. pag. 527. 28): *μή τί οἱ κρεμάμενον τῷ παιδὶ ἐμπέσῃ*. In his locis ea, quæ pronomen sequuntur (coll. huj. carm. v. 110: *νιν, μέλαν γένειον*), epexegeseos vice fungi, dudum mihi persuasum fuit, et video idem placere Matthiæo l. c. atque aliis, qui cita-

buntur ad Ol. II, 28. His expositis, pronomen *οἵ* nostro loco alius plane quæstionis esse facile concedes. Cohæret enim cum *ὑπερχρέμασεν*, *αὐτῷ* vero cum *χαρτερόν*, quod non est molestum. Lapis enim ipsi suspensus *non erat per se spectatus χαρτερός*, sed *Tantalo soli*. Quid multa? Lapidem habemus istum *imaginarium*, de quo vide Alcm. Fragm. LIII (Welker. p. 60 sqq.), ubi Tantalus lapidem istum timere dicitur: *ὀρέων μὲν ὕδέν, δοχέων δέ*. — In pœnæ Tantaleæ genere et loco maximopere apud Veteres variari, nota res. Vide quæ collegerunt Munker. et Verheyk. ad Antonin. Lib. cap. XXXVI (pag. 244. 45). Porson, ad Eurip. Orest. v. 5 (Eurip. tragœd. edit. Porson. Lips. 1802. p. 81. sq.). Fr. Jacobs. Animadvers. in Eurip. p. 10. Idem Animadvers. in Anthol. Græc. (Lips.) Tom. I. P. 1. p. 176. Welker. libro supr. cit. pag. 60 seq. His locis addo: Forcell. et Schell. v. *Tantalus* (de Romanorum mentione Tantali creberrima). Nonn. Dionys. XXX, 293;

Ἄρεα δ' ἀῤῥαγέεσσιν ἀλυκτοπέδῃσι πεδήσω,
καί μιν ἀναλθήτοισιν ὅλον πλῃγῇσιν ἰμάσσω
εἰς τρόχον αὐτοκύλιστον, ὁμόδρομος οἷος ἀλήτης
Τάνταλος ἠεροφοίτης, ἢ Ἰξίων μετανάστης.

Anthol. Palat. V, CCXXXVI, 5 (Paulus Silentiarius) de Tantali pœna in inferno:

Τάνταλος ἀκριτόδακρυς· ὑπερτέλλοντα δὲ πέτρον
δείδιεν· ἀλλὰ θανεῖν δεύτερον οὐ δύναται.

Ibidem X, CXIV, 1 (Incertus):

Ἡ κρίσις ἐξὶ κάτω καὶ Τάνταλος.

In his narrationibus quænam (si locum pœnæ spectes) primitiva fuerit, difficile dictu. Poterat ea origina-

ria esse, quæ pœnam in ipso Tantali regno collocat. Subsequebatur ea, quæ Tantalum in inferno fingit punitum, quod habes in loco Odysseæ celeberrimo XI, 582 sqq. Hoc mihi probabilissimum videtur tum in aliis fabulis, quibus originem dedit regionum natura, tum in nostra, quæ, ut Niobes Tantalideæ supplicium, cum aliqua istius regionis mutatione physica cohærere et mihi videtur. Aristot. Meteorolog. II, 8 (Pac. Tom. I. pag. 786. B. C): *Ὅπου δ' ἂν γένηται τοιοῦτος σεισμὸς* (ventis inclusis effectus), *ἐπιπολάζει πλῆθος λίθων, ὥσπερ τῶν ἐν τοῖς λίκνοις ἀναβραττομένων· τοῦτον γὰρ τὸν τρόπον γενομένου σεισμοῦ τὰ περὶ Σίπυλον ἀνετράπη.* Strabo I, 3: *Μιμήσκεται δὲ πρὸς ταῦτα τῶν ὑπὸ Δημοκλέους λεγομένων, σεισμούς τινας μεγάλους, τοὺς μὲν πάλαι περὶ Λυδίαν γενομένους καὶ Ἰωνίαν, μέχρι τῆς Τρωάδος ἐξορῶντος, ὑφ' ὧν καὶ κῶμαι κατεπόθησαν, καὶ Σίπυλος κατεσράφη, κατὰ τὴν Ταντάλου βασιλείαν, καὶ ἐξ ἑλῶν λίμναι ἐγένοντο.* Pausan. VII, XXIV, 7: *Τοιοῦτό γε δὴ κατέλαβε καὶ ἕτερον τὴν Ἰδέαν ἐν Σιπύλῳ πόλιν ἐς χάσμα ἀφανισθῆναι· ἐξότου δὲ ἡ Ἰδέα κατεάγη, τοῦ ὄρους ὕδωρ αὐτόθεν ἐρρύη, καὶ λίμνη τε ὀνομαζομένη Σαλόη τὸ χάσμα ἐγένετο· καὶ ἐρείπια πόλεως δῆτα ἦν ἐν τῇ λίμνῃ, πρὶν ἢ τὸ ὕδωρ ἀπέκρυψεν αὐτὰ τοῦ χειμάρρου.* Idem VIII, XVII, 3: *Λευκοὺς μὲν ὀνομαζομένους κυκνίους, μᾶλλον εἰκότας κύκνῳ λευκότητα, οἶδα ἐν Σιπύλῳ θεασάμενος περὶ λίμνην καλουμένην Ταντάλου.* Plin. H. N. II, 93 (Harduin. T. I. pag. 115): (Terra devoravit) *Sipylum in Magnesia, et prius in eodem loco clarissimam urbem, quæ Tantalis vocabatur.* Quid? quod ista regio continuo fere terræ motu vexata videtur. Plin. H. N. V, 31 (Hard. T. I. pag. 279): *Interiere intus Daphnûs et Hermesia et Sipy-*

lam, quod ante Tantalis vocabatur, caput Mæoniæ, ubi nunc est stagnum Sale. Obiit et Archæopolis, substituta Sipylo, et inde illi Colpe, et huic Lebade. Huic meæ opinioni non adversatur locus homericus, antiquitate nimirum reliquorum poetarum locis potior. Primi homines, ut supra positum, in ipso regno una alterave ratione punitum Tantalum finxerunt. Hanc famam non deseruere poetæ quidam Odysseæ auctore posteriores. Postea in Orco punitum esse fama statuit; cujus rei prima mentio (*literaria*) in auctore Odysseæ (*a nobis*) deprehenditur. Ceterum similem pœnæ promotionem habes Pyth. I, 31 in mytho de Typhone, quem *primum* tenuit Cilicia, *postero tempore* regio Cumana et Sicula. — *ἔχει δὲ ἀπάλαμον βίον τοῦτον ἐμπεδόμοχθον.* Ad *ἀπαλ.* cfr. Ol. II, 105. Habet vitam *immanem.* *τοῦτον* autem vel pœnæ magnitudinem, vel formam spectat. Posterius præstat, coll. v. 173. 184. — *ἐμπεδόμ.* Noster loco simillimo Isthm. VIII, 23. Tantali saxum *μόχθον* vocat. De homine ægroto habet *ἐμπεδόμ.* Nonn. Convers. evangel. Joh. V, 11: *Ἦν δέ τις ἐμπεδόμοχθος ἀνὴρ παρὰ γείτονι πηγῇ.* De sole Tzetza Homericor. v. 277: *Ἑλμονος ἀχαμάτοιο ἐὺν γόνον ἐμπεδόμοχθον.* — Deinde vitam Tantali vocat *πόνον*, simili appositione, ut supra noxam dixerat *λίθον*, et Isthm. VIII, 23. idem saxum *μόχθον*. — De sensu *τριῶν* valde ambigitur, cum possit ex sequentibus subintelligi *πόνων*, alii vero tres maleficos illos infernos suspicentur, Ixionem, Tityum, Sisyphum. Jam priorem quoque rationem diversimode intelligi, satis constat. v. Schol. interque recentes Heynium, quocum facit Welkerus l. c. p. 61. His interpretibus cum præter facile *πόνων* supplementum nil favere vi-

deam [11]), posterius sequor, pro nihilo habita (in tali poeta) inæqualitate subjectorum in vocibus *τριῶν* et *πόνον*. Noster itaque poeta Tantali pœnam in inferno collocat, cui non adversatur totius loci contextus, aliter censente Welkero, qui l. c. Tantalum pœnam luisse inter vivos statuit. — Ambrosiam et nectar Diis clam subductum, mortalibus ipse propinarat. Unde metus, ne et ipsi immortales evaderent, quod contigerat Tantalo *Deorum* beneficio. De Tantalo nectaris ambrosiæque fure nota omnia. Vide Nonn. Dionysiac. I, 145:

Καὶ γὰρ ἐς εὐνὴν
Πλατὺς Ζεὺς Κρονίδης πεφορημένος, ὄφρα φυτεύσῃ
Τάνταλον, ἀρσενίων ἀεσιφρονα φῶτα κυπέλλων,
αἰθέρος ἔντεα θῆκε.

Idem XVIII, 31:

Ἀλλὰ τί σοι, Διόνυσε, λυκάονα παιδοφονῆα,
ξεινοδόκον μακάρων, καὶ Τάνταλον ἠεροφοίτην,
νεκταρέων ὀνόμηνα δολόφρονα φῶτα κυπέλλων,
δήϊον ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἄνδρα πιφάσκων;

Violaverat hoc furto Tantalus jus hospitii. Julius Firmicus Maternus l, c. p. 53: *Quatenus jus lædatur hospitii, vel quatenus amicitiæ jura turbentur, vel quatenus*

11) Perquam difficile est, praeter Tantali sempiternum e saxo metum tres alias aerumnas invenire. Conjungunt quidem Veteres saxum et sitim in regis supplicio, adjicique poterat fames. Enim vero in tertia aerumna haeremus. Eritne defessio, cum lapis imminens regem sedere non patiatur? Displicet. Vel cogitabis de amisso Deorum favore, regno ademto, denique filio a Diis relegato. Nec hoc probabile est. — Qui vero locum improprie sumunt (ut Heynius et Welkerus) de *labore continuo, non intermisso*, testimonia hujus dictionis luculenta nondum attulerunt.

mensæ conciliatio sancta violetur; si quis ad injuriam pronus quærit esse, ordinem scelerum de Tantali casibus ducat. — *οἶσιν.* De Tantali immortalitate vide Anthologiæ Palat. locum e libro quinto supra citatum. — *Τύτχα.* Tantali pœna duplex fuit, lapide super caput ejus suspenso et filio in terram remisso [12]). Posterius tantum h. l. commemorat, omisso priore, quod repetere jejunum fuisset. — *πάλιν αὖτις.* Duplicatio sollemnis. v. Nem. III, 109. Usum homericum habes apud Dammium pag. 1821. 22. Usum poetarum scenicorum illustrat Monkius ad Eurip. Alc. v. 189 (pag. 41. 42. repetit. Gothanæ per Wüstemannum factæ.) His addo: Soph. Trachin. v. 1090: *αὖ πάλιν.* Eurip. Heraclid. v. 791: *αὖθις αὖ.* Hel. v. 262: *αὖθις πάλιν.* v. 932: *πάλιν αὖθις αὖ.* Empedocl. v. 273 (Sturz. pag. 525): *πάλιν ὀπίσσω.* Anthol. Palat. IX, CLXXXII, 3 (Palladas): *αὖ πάλιν.* — *ταχύποτμ. ἀνέρ. ἔθνος.* Similiter Pyth. X, 43: *βρότεον ἔθνος.* Idem Nem. III, 129.

V. 109—151.

Poeta post digressionem narrationi minus piæ oppositam recurrit ad Pelopem, Olympiæ colonum gloriosum, qui Neptuni gratia istud decus assecutus fuit. *εὐάνθεμον φυάν*, ætatem floridam, i. e. juventutem. Isthm. VII, 47: *εὐανθέ' ἁλικίαν*, eodem, puto, sensu. Nonn. Dionys. XXXVIII, 154: *φέρων ἐυάνθεμον ἥβην.* Anthol. Palat. VII, DCII, 3 (Agathias scholasticus): *τεὴ δ'*

12) Paulo aliter Lycophr. v. 156:

Ὃν δὴ δὶς ἡβάσαντα καὶ βαρὺν πόθον
Φυγόντα Ναυπέδοντος ἁρπακτήριον
ἔσειλ' Ἐρεχθεὺς ἐς Λαυριωτικὰς γύας.

εὐάνθεμος ἦβη, Αἴ, αἴ, μαψιδίη νῦν χθονός ἐσι κόνις. — νιν μέλαν γένειον. de his vide ad v. 91. — ἑτοῖμον γάμον, matrimonium *paratum*, secundum scholiasten, ἐπεὶ πᾶσι παρέκειτο. Paulo aliter Eurip. Hel. v. 1385:

Ἀλλ' ἐκπερᾷ γὰρ δωμάτων ὁ τὰς ἐμὰς
γάμους ἑτοίμους ἐκ χεροῖν ἔχειν δοκῶν.

Ibi enim de matrimonio certo sermo est. — γάμον et Ἱππόδ. pendere potest a σχεθέμεν, quare post γάμον recte non distinguitur. Ceterum σχεθέμεν semper aor. videtur esse, non præsens Petro Elmsleyo ad Heraclid. v. 272 (Edit. Lips. pag. 79.), ad Med. v. 995 (Edit. Lips. 250. 51.). Aliter censet Blomfieldius ad Aeschyli Prom. v. 16 (Edit. Lips. pag. 78). Adde Hermann. ad Sophocl. Electram p. 89., monente editore Lipsiensi. — Ἀγχι δ' ἐλθὼν πολιᾶς ἁλός. Ad sententiam cfr. Ol. VI, 104. ibique scholiastes vetus (de tempore precum): Οἰκεῖος δὲ καὶ ὁ καιρὸς πρὸς θείαν ἐπίκλησιν. ηὔχετο ἴν, φησίν, αἰτῶν καὶ παρακαλῶν νυκτὸς ὑπαίθριος. ἀρχαιότατος δὲ ὁ τρόπος τῆς εὐχῆς. Ad locum precationis cfr. Nonn. Dionys. XXXV, 190 de Morrheo in mari Venerem (marinam) invocante:

ἐν δὲ ῥεέθροις
Ἰνδώην ἱκέτευεν ἐρυθραίην Ἀφροδίτην
εἰσαΐων, ὅτι Κύπρις ἀπόσπορός ἐσι θαλάσσης. —

Neptunum invocat Pelops certaminum curulium præsidem, ut Pyth. II, 23. Hiero rex curru decertaturus eundem veneratur. Teste Pausania V, XIII, 4. Venerem adorabat Pelops, antequam in certamen descenderet: Διαβάντι δὲ Ἕρμον ποταμόν, Ἀφροδίτης ἄγαλμα ἐν Τήμ-

νιν πεποιημένον ἐκ μυρσίνης τεθηλυίας. ἀναθεῖναι δὲ Πέλοπα αὐτὸ παρειλήφαμεν μνήμῃ, προϊλασκόμενόν τε τὴν θεόν, καὶ γενέσθαι οἱ τὸν γάμον τῆς Ἱπποδαμείας αἰτήμενον. — Initio autem precum Pelops generaliter loquens de Neptuni amoribus, pristinum Deo amorem in memoriam revocare putandus videtur. Sic quoque Böckhius. — *Δῶρα Κυπρίας.* Hymn. homer. in Cer. v. 102: *δώρων τε φιλοστεφάνου Ἀφροδίτης.* Anacreon (Anthol. Palat. Tom. II. pag. 748. Epigr. IV): *ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης.* — *εἰς χάριν τέλλεται.* Hoc verbum simile videtur verbo *ἔρχομαι* v. 161., ubi vide locum Sophocleum. Proprie *provenit*, ideoque *venit, est*. Denominationem a plantis desumtam puto, coll. Pyth. IV, 457. Adde Ol. XI, 5. 6. Ipsa autem phrasis leviter mutata recurrit Ol. VIII, 10: *ἄνεται πρὸς χάριν*, licet sensu diverso. De verbo *τέλλω* docte agit Schneider Lex. v. — *Οἰνομάου.* Paus. VI, XXII, 1 (a Thierschio citatus) de reliquiis Pisæ evanidis: *Τείχους δὲ ἢ ἄλλου κατασκευάσματος ἐλείπετο οὐδὲν ἔτι, ἄμπελοι δὲ ἦσαν διὰ τοῦ χωρίου πεφυτευμέναι παντός, ἔνθα ἡ Πίσα ὠκεῖτο.* Nonn. Dionys. XLIII, 61: *Οἰνομάου φιλακρήτοιο* filii. Eorum nomina sunt: *Οἰνοπίων* et *Στάφυλος*. Nicandri Colophonii Fragm. XXII (Schneider. pag. 285): *Οἰνεὺς δ' ἐν κοίλοισιν ἀποθλίψας δεπάεσσιν οἶνον ἔκλησε.* — De tredecim procis Hippodamiæ interemtis vide interprr. Addo Quint. Smyrn. IV, 526:

Ἠλιδος ἐκ δίης, ἐπεὶ μέγα ἔργον ἔρεξεν
παρφθάμενος θοὸν ἅρμα κακόφρονος Οἰνομάοιο,
ὅς ῥα τότ' ἠϊθέοισιν ἀνηλέα τεῦχεν ὄλεθρον,
κούρης ἀμφὶ γάμοιο, περίφρονος Ἱπποδαμείης.

Nonn. Dionys. XIX, 151:

Οὐ δρόμος ἱπποσύνης, ἐκ Πλιδος εἰσὶν ἀγῶνες,
οὐ δρόμος Οἰνομάᾳ γαμβροκτόνος. —

Dilationem nuptiarum idem Nonnus habet Dionys. XLVIII, 211., similem historiam cum ea comparans:

Χερσὶ δὲ παρθενίῃσι γαμήλιον ἁψαμένη πῦρ
ἠ γάμον ἀγνώσσουσα, τεὸν γάμον εἰσέτι μέλπει,
Οἰνόμαον πάλιν ἄλλον ὑπιπτεύουσα θανόντα.
Οἰνόμαος μὲν ὄλωλε, καταφθιμένῳ δὲ τοκῆος
τέρπεται Ἱπποδάμεια σὺν ἀρτιγάμῳ παρακοίτῃ.
Καὶ σὺ τεῦ γενέταο πόθῳ ῥίψασα θυέλλαις,
τέρπεο βοτρυόεντι συναπτομένη παρακοίτῃ,
μῶμον ἀλευομένη πατρώϊον. οὔ σε διδάξω
Σιθόνος ἐχθρὸν ἔρωτα καὶ ἀμβολίην ὑμεναίων,
ὃς φονίῃ παλάμῃ γαμβροκτόνον ἔγχος ἀείρων,
γηραλέην σε τέλεσσεν ἀπειρίτην Ἀφροδίτης. —

Sequitur sententia: *Magnum periculum imbellem virum non capit, λαμβάνει.* *Λαμβάνω* h. l. nil est nisi *ἄγω* Pyth. VII, 11: *ἄγοντι δέ με πέντε μὲν Ἰσθμοῖ νῖκαι.* Eurip. Fragm. Phaëth. (Herm.) v. 45: *τὸ δίκαιον ἄγει* (impellit). Nec prorsus absimile *ἀερθεὶς* Nem. VII, 111. Accedit Anacreonticum illud: *οὐδ' αἱρέει με χρυσός* (Anacr. carm. XV. edit. Fischeri ultima). Nostrates similiter: anziehen, ergreifen, i. e. begeistern. Eodem ducere videtur Scholiastæ veteris *καταλαμβάνει* (capit, tenet). — *οἷσιν, τις.* Constructio ad sensum. Ad sententiam et ad structuram facit Eurip. Iphig. Aul. v. 18. 19: *ἀνδρῶν, ὃς ἀκίνδυνον βίον ἐξεπέρασ' ἀγνώς, ἀκλεής.* Med. v. 251: *λέγουσι δ' ἡμᾶς, ὡς ἀκίνδυνον βίον Ζῶμεν κατ' οἴκους, οἱ δὲ μάρναντα δορί.* — *Omnium laudum expers.* De sensu vocis *καλὰ* apud Nostrum v. ad Ol. XI, 18 (*ἀπείρατον καλῶν*). Nec

aliter Isthm. VIII, 153: *ἵμβαν γὰρ ἐκ ἄπειρον ὑπὸ χειᾷ καλῶν δάμασεν.* — Vox *πρᾶξις* sensu nostri loci (*eventus*) repetitur Pyth. IX, 120. Soph. Aj. v. 781 (Erfurdt. ed. maj.): *Αἴαντος πρᾶξιν.* Haud aliter v. 783. De hoc significatu vide Erfurdtium ad Ai. v. 781. — Jam *ἐδ' ὤν* est *neque vero*, Pyth. IV, 529: *μήτ' ὤν.* Sed Ol. VI, 32 habes *οὐ, ὅτ' ὤν.* Anthol. Palat. XIV, XCII, 4 (Oraculum Pythiæ): *ὅτε πόδες νέατοι, οὔτ' ὢν χέρες.* Ol. VI, 87: *ὅτ' ἂν, ὅτ'.* — De voce *ἄκραντος* vide ad Ol. II, 158. — *ἀγάλλων*, *ornans*, *decorans*, *augens*. Nem. V, 79: *καὶ νῦν τεὸς μάτρως ἀγάλλει κείνᾳ ὁμόστορον ἔθνος, Πυθέα.* — *ἐν πτερ.* idem quod *σύν*, de quo vide Blomfieldium ad Aesch. Prom. vinct. v. 432 (edit. Lips. pag. 32. not.). — Neptunus dedit Pelopi currum aureum et *equos alatos*. Hoc bene vidit Böckhius. Rem ego ulterius illustrabo et evincam. Nonn. Dionys. XX, 152 Pelopem Neptuni curru vectum in Græciam venisse ait:

Οἰνομανῆς Λυκόεργος· ἀποκταμένων δὲ σιδήρῳ
ἔσχεν ἀνδρομέοισιν ἐὼν πυλεῶνα καρήνοις,
ἔκτελος Οἰνομάῳ καὶ ὁμόχρονος, οὔ ποτε δειλὴ
πατρὸς ἀνυμφεύτοισι δόμοις ἐφυλάσσετο κούρη,
χήρη, γηραλέη, γαμίων ἔτι νηΐς ἐρώτων,
ἰσόκε Τανταλίδης, ἱππήλατον οἶδμα χαράσσων,
ἄβροχον ἅρμα φέρων τετράζυγον Ἐννοσιγαίῳ,
νυμφίδιον δρόμον εἶχεν, ὅτε τροχοειδέϊ κύκλῳ
Μύρτιλος αἰολόμιτις ἐπίκλοπον ἤνυσε νίκην,
μιμηλῷ τελέσας ἀπατήλιον ἄξονα κηρῷ,
οἶκτον ἔχων καὶ ἔρωτα γοήμονος Ἱπποδαμείης.
καὶ δρόμος ἦν ἀνόνητος· ὑπ' ἠελίῳ δὲ δίφρῳ
κηροπαγὴς φλογόεντι ῥυμὸς θερμαίνετο πυρσῷ,
καὶ τροχὸν ἠκόντιζε λυθεὶς μιννώριος ἄξων.

Idem XXXVII, 338:

Εἰ μὲν ἀγηνορέης Πελοπηΐδος εἵνεκα τέχνης,
ὑμετέρῳ γενετῆρος ἁλίδρομον ἅρμα γεραίρων,
Μύρτιλος αἰολόμητις ἐπίκλοπον ἧνε νίκην,
μιμηλῷ τελέσας ἀπατήλιον ἄξονα κηρῷ.

Ubi vides duas sibi oppositas narrandi rationes, aliis Pelopem Neptuni curru[13]), aliis Myrtili fraude vicisse dicentibus. In loco antea apposito utrumque ita exhibetur, ut Neptuni curru in Græciam venisse, sed Myrtili fraude vicisse dicatur. His adde XXXVII, 307 (Scelmis ad Erechtheum in certamine curruum):

Λῆγε θαλασσαίοισι μάτην ἵπποισιν ἐρίζων·
Ἄλλον ἐμῷ γενέταο Πέλοψ ποτὲ δίφρον ἐλαύνων,
Οἰνομάῳ νίκησεν ἀνικήτων δρόμον ἵππων.

In hoc loco equi marini simpliciter esse videntur *a Neptuno concessi*. De Pelopis equis alatis nil apud Nonnum. Sed cum Pindaro facit tum Cypseli arca Paus. V, XVII, 4 (Böckh. pag. 111.), in qua Pelopis equi alati cernebantur, tum Pherecydes apud Schol. Soph. Electr. v. 498 (Erfurdt. edit. maj. p. 231. 32): *Φησὶ δὲ Φερεκύδης, ὅτι Πέλοψ νικήσας τὸν ἀγῶνα, καὶ λαβὼν τὴν Ἱπποδάμειαν, ὑπέζρεψεν ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον μετὰ τῶν ὑποπτέρων ἵππων.* Curru autem, non navigio vectum Pelopem in Peloponnesum venisse testatur Eurip. Iphig. Taur. v. 1: *Πέλοψ ὁ Ταντάλειος, ἐς Πίσαν μο-*

13) Claudian. Laud. Seren. reg. v. 166:

Curru Pisæa marino
Fugit tela Pelops. Nam perfidus objice regis
Prodidit Oenomai deceptum Myrtilus axem.

Ubi *currus marinus* is est, quem Neptunus illi dederat, vel quem per mare attulerat.

λὼν

λὼν Θοαῖσιν ἵπποις, Οἰνομάᾳ γαμεῖ κόρην. Alium vero locum euripideum (Iphig. Taur. v. 183) alienum a nostro esse, bene vidit Matth. Eurip. Tom. VII. p. 429. Neque tamen istum locum de curru solis sumserim, sed de curru Aerumnæ velocissimo. — Eosdemque equos alatos fuisse Pelopique victoriam parasse, e Palæphæto famam vulgarem impugnante apparet. Palæphatus de Incredibilibus cap. XXX (Fischer.): *Φασίν, ὅτι Πέλοψ ἦλθεν, ἔχων ἵππους ὑποπτέρους, εἰς Πίσαν, μνηστευσόμενος Ἱπποδάμειαν, τὴν Οἰνομάου θυγατέρα. ἐγὼ δὲ τὰ αὐτὰ λέγω καὶ περὶ τοῦ Πέλοπος, ἅπερ καὶ περὶ Πηγάσου* (cap. XXIX). *εἰ γὰρ Οἰνόμαος ᾔδει ὑποπτέρους ὄντας τοὺς τοῦ Πέλοπος ἵππους, οὐκ ἂν δὴ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἔδωκεν ἐπὶ τὸ ἅρμα αὐτοῦ ἀναβιβάσαι. ῥητέον οὖν, ὅτι Πέλοψ ἦλθεν ἔχων πλοῖον. ἐπεγέγραπτο δὲ ἐπὶ τοῦ πλοίου· Ἵπποι ὑπόπτεροι. Ἁρπάσας δὲ τὴν κόρην, ᾤχετο φεύγων, ἀφ' οὗ ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.* Tzetza ad Lycophr. v. 156. 57. (Müller. pag. 421): *Τὸ δὲ δοθὲν αὐτῷ* (Pelopi) *παρὰ Ποσειδῶνος ἅρμα πλοῖον ἦν πτερὰ ἔχον τὰ λαίφη, μεθ' οὗ ἀπελθὼν ἔχων ἐν αὐτῷ τῷ πλοίῳ καὶ τὸ ἴδιον ἅρμα ἐξελθὼν νικᾷ τὸν Οἰνόμαον.* — Equos Pelopis Quint. Smyrn. IV, 532. ventis similes ait: *οἱ γάρ τ' εἴδοντ', ἀνέμοισιν.* Idem vero de Achillis equis (VIII, 156):

Οἵ τε καὶ ἀτρύγετον πέλαγος διὰ ποσσὶ θέουσιν,
ἀκρονύχων ψαύοντες, ἴσον δ' ἀνέμοισι φέρονται.

Qui locus appositissimus est iis, quæ de Pelopis equis habet Philostrat. Imagg. (Böckh. pag. 111): *Καὶ εὐχομένῳ τῷ Πέλοπι ἦκει χρυσοῦν ἅρμα ἐκ θαλάττης· ἠπειρῶται δὲ οἱ ἵπποι καὶ οἷοι διαδραμεῖν τὸν Αἰγαῖον αὐχμηρῷ τῷ ἄξονι καὶ ἁλαφρᾷ τῇ ὁπλῇ.* Adde Oppian. Cyneg. I, 231:

Ἵππος ἐπ' ἀνθερίκων ἔθεεν κύφοισι πόδεσσιν.
ἄλλος ὑπὲρ πόντοιο, καὶ ὡς ςεφάνην ἐδίηνεν.

Ceterum Dii ipsi cum curribus equisque suis vere ἄβροχοι sunt. Vide Nonnum XX, 152. supra cit. pag. 47. Adde Eundem XI, 271 de eodem curru Neptuni Pelopisque loquentem:

Ὄλβιος Ἐννοσίγαιος, ἐπεί τινα γείτονα πάτρης
παιδὸς ἐμῇ Φρύγα κοῦρον ἐφίλατο· τὸν δὲ κομίζων
χρύσεον εἰς Διὸς οἶκον ἀνήγαγεν, ἀςὸν Ὀλύμπῳ,
καί οἱ, ὅτε σπεύδεσκεν ἐς ἱπποσύνην Ἀφροδίτης,
ὤπασεν ἄβροχον ἅρμα, γαμοςόλον Ἱπποδαμείης.

Idem XXIV, 111 (de Baccho):

Καὶ ςρατὸς ὡμάρτησεν ὁμοςόλος· ἐσσυμένῳς δὲ
Ἐνῢὸς ἔφθασε πάντας, ὀρεσσαύλων ἐπὶ δίφρων
ἄξονος ἀβρέκτοιο διαξύων ῥόον ὁλκῷ.

Idem XXXVI, 419 (de navibus Bacchi):

Ἄβροχον ἡνιόχευεν ὁδοιπόρον ἅρμα θαλάσσης.

Idem XXXVII, 336 (de equo Neptunio):

Ἄρσενα καὶ νέον ἵππον ὁδοιπόρον ἄβροχον ἅλμης.

Idem XXXIX, 375 (de curru Neptuni):

Μαρνάμενος δηΐοισι, καὶ ἄβροχον ἡνιοχεύων
ἅρμα Ποσειδάωνος ἐβαχχεύθη Μελικέρτης.

Idem XL, 347 (de curru Galenes):

Φθέγγεται ὑγρομέδοντι θαλυσιὰς ἐνθάδε Δηὼ,
κωφῆς ἄβροχον ἅρμα καθιππεύουσα Γαλήνης.

Idem XLIII, 203 (de equis Melicertis):

Καὶ δρόμον ὑγρὸν ἔλαυνε, τιταινομένοιο δὲ δίφρου,
ἄκρον ὕδωρ ἀδιαντον ἐπέγραφεν ἄβροχος ὁπλή.

Idem ibidem 214 (Pan per mare incedens):

Πὰν κεροέις ἀβάτοισιν ἐν ὕδασι κῦφος ὀδίτης,
ἄβροχος αἰγείῃσιν ἀνακρούων ἅλα χηλαῖς.

Idem ibidem 351 (Baccha mari insiliens):

Καί τις ἀμερσινόοιο κατάσχετος ἄλματι λύσσης
ἴχνεσιν ἀβρέκτοισιν ἐπεσκίρτησε θαλάσσῃ.

Ejusdem generis est Alphei amatoris per mare Siculum cursus *ἄβροχος*. Idem XXXVII, 172:

Ἀλφειῷ δυσέρωτος, ὃς εἰς Ἀρέθυσαν ἱκάνει,
ἄβροχον ἔδνον ἔρωτος ἄγων σεφανηφόρον ὕδωρ.

His adde, quæ de Euphemo notabuntur ad Pyth. IV. Sed ad Nostrum recurro. Aureum Pelopis currum habes Soph. Electr. v. 501:

Ἔνθε γὰρ ὁ ποντισθεὶς
Μύρτιλος ἐκομάθη,
παγχρύσων δίφρων
δυστάνοις αἰκίαις
προρριζος ἐκριφθείς. —

Post victoriam apud Euripidem comparent equi Pelopis alati per mare currentes Or. v. 979:

Τὸ πτανὸν μὲν δίωγμα πώλων
τεθριππορόμου σόλῳ
Πέλοψ ὁπότε διεδίφρευσε,
Μυρτίλα φόνον
δικὼν εἰς οἶδμα πόντου.

Quadrigam refert Euripides ad tempora heroica, coll. Hel. v. 386:

Ὦ τὰς τεθρίππους Οἰνομάῳ Πίσαν κάτα
Πέλοψ ἁμίλλας ἐξαμιλληθεὶς ποτε κ. τ. λ.

Et sic quoque artifex aetomatis in templo Jovis Olympiæ (Paus. V, 10). Vide quoque Nonnum supra citatum pag. 47. Similem confusionem temporum adnotabimus ad Amphiarai currum Ol. VI, 22. Verum talia

post Pindarum facta. — *ἀχάμαντας ἵππους.* Ol. III, 5: *ἀχαμαντοπόδων ἵππων.* — Unde Pelops egressus Græciam petierit, de eo apud Veteres variatur. Tzetza ad Lycophr. v. 158 (Müller. pag. 421): *Ἔπεμψε δὲ* (Neptunus) *αὐτὸν ἀπὸ Λυδίας ἢ ἀπὸ Παφλαγονίας κατά τινας.* Idem ad Lycophr. v. 150 (Müller. pag. 409): *ὅτι ὁ Πέλοψ κατά τινας μὲν Λυδός, κατά τινας δὲ Παφλαγών.* — Ceterum huic Neptuni beneficio haud absimile est illud, quod habes Ol. VIII, 65., ubi Neptunus dilectum a se Aeacum a Trojæ ædificatione curru suo (*ἀν' ἵπποις χρυσείαις*) ipse domum refert, Aeginam scil. insulam. — *ἕλεν δ' Οἰνομάου* etc. *Vicit et acquisivit,* quod uno verbo exprimitur. coll. Nem. X, 46: *Ἐκράτησε δὲ καί ποθ' Ἕλλανα κρατὸν Πυθῶνι, τύχᾳ τε μυλῶν καὶ τὸν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ κέφανον.* Nostram historiam duplici verbo exprimit Eurip. Iphig. Taur. v. 805:

Ἃ δ' εἶδον αὐτός, τάδε φράσω τεκμήρια·
Πέλοπος παλαιὰν ἐν δόμοις λόγχην πατρός,
ἣν χερσὶ πάλλων παρθένον Πισάτιδα
ἐκτήσαθ' Ἱπποδάμειαν, Οἰνόμαον κτανών,
ἐν παρθενῶσι τοῖσι σοῖς κεκρυμμένην.

Similem usum verbi *οἰκεῖν* habes apud Solonem XXIII, 2:

Τὴν πόλιν εὖ ναίοις καὶ γένος ὑμέτερον. —

Velocitate equorum suorum devicit Pelops Oenomaum, quum fuerint alati. „Nec curabat fabula, portentosum esse certamen et contentionem imparem inter Pelopis alatos equos Oenomaique non alatos." *Böckhius.* Curabant nonnisi homines docti, narrationes portentosas ad naturæ modum vulgarem exigentes, ut Palæphatus et Tzetza supra notati. Qui vero alas non tribuebant equis Pe-

lopeis, ii fraudem aliquam in subsidium advocare solebant. V. Tzetzam ad Lycophr. v. 156. 57. (Müller. pag. 416. 17.), ac de axibus cereis doctam Mülleri notam p. 417., quibus addo Claudiani loc. supra citatum pag. 48., et Nonn. XXXVII, 428:

Ἅρμασιν Οἰνομάοιο πανείκελος, ὁππότε κηρῷ
θαλπομένῳ Φαέθοντι λυθεὶς ἀπατήλιος ἄξων,
ἱπποσύνην ἀνέκοπτε μεμηνότος ἡνιοχῆος.

De fraude Myrtili generaliter agit Seneca Thyest. v. 140 sqq. Denique simpliciter ad Pelopis Oenomaique historiam alludit idem poeta XXXVII, 136 sqq. Pelopem vero repudiantem victo rege Hippodamiæ matrimonium fingit Anthol. Palat. IX, ccccLxxx (Incertus). Hujus generis alia vide apud Paus. VI, xx, 4. — Initi hujus matrimonii memoriam servavit quoque ex Eleorum sententia virginum certamen Olympiæ celebratum. Paus. V, xvi, 3: *Ἐπανάγουσι δὲ καὶ τῶν παρθένων τὸν ἀγῶνα ἐς τὰ ἀρχαῖα, Ἱπποδάμειαν τῇ Ἥρᾳ τῶν γάμων τῶν Πέλοπος ἐκτίνουσαν χάριν, τάς τε ἑκκαίδεκα ἀθροῖσαι γυναῖκας λέγοντες, καὶ σὺν αὐταῖς διαθεῖναι πρώτην τὰ Ἡραῖα.* Pelopi vero Hippodamiam uxorem ducenti poculum Tamasium a Diis dono datum auctor est Lycophr. v. 854. Adde, quos ibidem citat Jo. Meursius (Müller. pag. 1289). Fuit autem Olympiæ locus Hippodamiæ sacer. Paus. VI, xx, 4: *Ἔστι δὲ ἐντὸς τῆς Ἄλτεως κατὰ τὴν πομπικὴν ἔσοδον Ἱπποδάμειον καλούμενον, ὅσον πλέθρου χωρίον περιεχόμενον θριγκῷ· ἐς τοῦτο ἅπαξ κατὰ ἔτος ἕκαστον ἐξι ταῖς γυναιξὶν ἔσοδος, αἱ θύουσι τῇ Ἱπποδαμείᾳ, καὶ ἄλλα ἐς τιμὴν δρῶσιν αὐτῆς. — Ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς, alumnos Virtutum, a quibus tanquam Nymphis nutricibus alebantur diligebanturque.*

Similis personificatio virtutum, quam alibi illustrabimus, conspicitur Anthol. Palat. I, x, 28 (Incertus): *Ἀέθλως ἀριζοπόνων ἀρετάων.* Usus autem verbi, qualem hic locus sistit, in antiquissima Græcorum poesi deprehenditur. Hesiod. opp. et d. v. 231 (Lösner.) de hominibus justis: *Θαλίης δὲ μεμηλότα ἔργα νέμονται.* Ubi alii legunt: *μεμηλότες.* Extra necessitatem. Apud poetas posteriores sæpissime. Oppian. Halieut. I, 155: *Ἔζι δέ τις πέτρῃσιν ἁλικλύζοισι μεμηλὼς Ξάνθος ἰδεῖν.* 299: *Γηπόνος ἀγχιάλοισι φυτηκομίῃσι μεμηλώς.* 653: *Τόφρα μὲν ὗν τοίῃσι τιθηνείῃσι μέμηλεν.* III, 156: *Σήπιαι αὖ τοίῃσι δολοφροσύνῃσι μέλονται.* 340: *Κάνθαρος, ὃς πέτρῃσιν ἀεὶ λεπρῇσι μέμηλε.* 359: *Οὕτι σαοφροσύνῃσι μεμηλότες ἤλικες ἄλλοι.* IV, 101: *Ὡς δὲ ποδωκείῃς μεμελημένοι ἄνδρες ἀέθλων.* V, 615: *Βρώμῃ τ' ἠδὲ ποτοῖσιν ἀφαυροτέροισι μέλονται.* Idem Cyneget. III, 49: *Ἀλλὰ τὸ μὲν δόρποισι μέλει, τὸ δέ τ' αὖτε πόνοισιν.* 161: *Ἀμφότερον δὲ γάμῳ παιδοτροφίῃ τε μέμηλεν.* IV, 329: *Φυτηκομίῃσι μεμηλώς.* Quint. Smyrn. IV, 500: *Ἵππασίῃ μεμελημένον ἦτορ ἔχοντες.* 530: *Κεῖνός γε καὶ ἱππασίῃσι μεμηλώς.* X, 339. 40 (nisi vers. 40. spurius est): *Μορφῇ δὲ διέκριθεν ἄλλη ἀπ' ἄλλης· Ἡ δ' ἑτέρῃ χειμῶνι καὶ αἰγοκερῆϊ μέμηλε.* Nonn. Dionys. VI, 133: *Λάϊνον ἰσὸν ἔχοντα, μεμηλότα γείτοσι Νύμφαις.* XIII, 207: *Μύρμηκες, ἑρπύζοντες ἀθρόης, Ποσσὶ πολυσπερέεσσι μεμηλότες.* 555: *Μεμηλότα γείτονι πέτρῃ Νυμφίον Ἐνδυμίωνα ποθοβλήτοιο Σελήνης.* XIV, 92. 94: *Νόμιον . . ποιμενίῃ σύριγγι μεμηλότα.* XIX, 229: *Κύπελλα, μεμηλότα καὶ Διονύσῳ.* XXIV, 240: *Τερπνὸν ἀσιγήτοισι μεμηλότα μῦθον Ἀθήναις.* XXV, 422: *Σιγαλέῃ δὲ λύρῃ μεμελημένον ἄνδρα δοκεύων.* XXVII,

106, 7: *Σώματα Τελχίνων πατρὶ Ποσειδάωνι μεμηλότα.* XXXI, 93: *Εὐσεβίῃ δὲ μεμηλότας ἔκτανεν Ἰνδάς.* XXXII, 263: *Ἀπτολέμοισι μεμηλότα θύρσον ἀέλλαις.* XXXVII, 1: *Φιλότητι μεμηλότες Ἰνδοί.* 12: *Φαῦνος ἁρμονόμῳ μεμελημένος ἠθάδι λόχμῃ.* 202: *Τεχνήεντι δόλῳ μεμελημένος.* 495: *Ἠθάδι πυγμαχίῃ μεμελημένος.* 502: *Πατρῴῳ μεμέλητο παρημένος ἐσχαρεῶνι.* 623: *Παλλάδι νικαίῃ μεμελημένος.* XXXVIII, 98: *Κελτοῖς ἑσπερίοισι μεμηλότα μῦθον Ὀλύμπου.* XL, 145: *Ἀνδράσι παρ' Κιλίκεσσι μεμηλότα μῦθον ἀκούω.* XLI, 226: *Μεμελημένον ἐννέα Μύσαις .... ἵππιον ὕδωρ.* XLII, 431: *Ἔρωτι μεμηλότα μῦθον.* Ejusdem Convers. Evangel. Joh. I, 57: *Κεῖνος ὁ Θεσπεσίῳ μεμελημένος ἠθάδι κόλπῳ Μυγονίης.* IV, 93: *Χῶρον ἐμυθήσασθε, μεμηλότα θεσπίδι βουλῇ.* IX, 129: *Κεῖνος ἀλιτροσύνῃσι πέλει μεμελημένος ἀνήρ.* 151: *Εἰ δὲ θεοδείῃσιν ἀνὴρ μεμελημένος εἴη* XI, 207. 8: *Ἀνὴρ θυηπολίῃ μεμελημένος.* Anthol. Palat. V, CXXII, 4. 5 (Diagoras): *Οὐ γὰρ ὁ παῖς ἥπιος οὐδ' ἄκακος, Ἀλλὰ μέλων πολλοῖσι.* VI, LXXX, 3 (Agathias scholasticus): *Οὐ γὰρ Πιερίδεσσι τόσον μέλω, ὅσσον Ἔρωτι.* VII, CXCIX, 1 (Tymnes): *Ὄρνεον ὦ Χάρισιν μεμελημένον.* Ibidem CCCLXX, 1 (Diodorus): *Βάκχῳ καὶ Μούσαις μεμηλότα ... Μένανδρον.* VIII, CXLVII, 1 (Gregorius theologus): *Βάσσε φίλος, Χριστῷ μεμελημένος ἔξοχον ἄλλων.* IX, CIII, 7 (Mundus Munatius): *Ἴλιον ἃ Νεμέσει μεμελημένον.* DCXXXI, 1 (Agathias scholasticus): *Χῶρος ἐγὼ Δαναοῖς μεμελημένος.* DCCVI, 1 (Ignotus) Arbor de se loquens: *Μέλομαι καὶ ξύλον Ἡλίῳ.* X, XVII, 5 (Antiphilus): *Εἰ Φοίβῳ μεμελήμεθα πάντες ἀοιδοί.* Eadem Anthol. Tom. III. pag. 970. Append. etc. CCCCI, 9. 10 (Incertus in marmoribus Elginianis):

Ὦρξε μάλιστα Παιδείᾳ πιννυτῇ καὶ σοφίᾳ μελόμην. Jamque pindarica præoccupavit Böckhius, quibus e Nostro addo: *Χαλκέῳ τ' Ἄρει ἄδον* Isthm. IV, 24. *Μελησίμβροτον ῥίζαν* Pyth. IV, 27. Adde Stanlejum ad Aesch. Choëph. 744 (Schütz.). Ejusdem fere generis sunt sequentia: Hesiod. Fragm. (Lösner. pag. 448) de vinolentis: *Φιλεῖ δέ ἑ μαλθακὸς ὕπνος.* Eurip. Med. v. 633: *Στέργοι δέ με σωφροσύνα, δώρημα κάλλιστον θεῶν.* Anthol. Palat. VII, CCCCXL, 3 (Leonidas Tarentinus): *Πολλὸν μὲν ξάνθαισιν ἀρεσκομένη Χαρίτεσσι.* VIII, LXXXVI, 2 (Gregorius theologus): *Κάλλει καὶ σοφίῃ καὶ βασιλῆϊ φίλος.* XIV, CVI, 3 (Aenigma incerti): *Βορβόρῳ εὑρήσεις ἐμὲ φίλτατον.* Eadem Anthol. Tom. II. (Appendix epigrammat. etc.) Epigr. XXXVI, 1 (Theætetus): *Ἥνδανεν ἀνθρώποις, ὁ δ' ἐπιπλέον ἥνδανε Μούσαις Κράντωρ.* Ibidem Epigr. CCXCV, 1 (Incertus): *Μούσαισι ποθεινὸν Τιμόθεον.* Ibidem Epigr. CCCXVII, 2 (Incertus): *Διονυσίῳ Μούσαις ἔξοχα φιλαμένῳ. — Νῦν δ' ἐν αἰμαχεσ.* Similis dictione et sententia est locus Isthm. IV, 99., ubi enumeratis Alcidæ factis, poeta ita desinit: *Νῦν δὲ παρ' Αἰγιόχῳ κάλλιστον ὄλβον ἀμφέπων ναίει. — Victimis interest, μέμικται.* Ut Pyth. V, 130. reges Cyrenenses ante ædes suas sepulti interesse laudibus Arcesilai easque audire dicuntur. Eodem ducit in nostro loco præter alia quietis significatio in verbo *κλιθείς.* Similiter Phineus cupit, post mortem interesse omnibus conviviis Apollon. Rhod. II, 446:

Ἀντὶ δὲ τῦ θάνατόν μοι ἄφαρ θεὸς ἐγγυαλίξαι,
καί κε θανὼν πάσῃσι μετέσσομαι ἀγλαίῃσιν. —

Ἀλφεῦ πόρῳ, ad Alphei fluentum, i. e. *Alpheum*. Duplicem in ea re loquendi usum obtinuisse, sequentia

probant. Dicebatur Thryum *Ἀλφεῦ πόρος* (Il. II, 591), quod ibi vado transibant Alpheum, teste Strabone VIII, 3: *ὅτι πεζῇ περατὸς εἶναι δοκεῖ κατὰ τοῦτον τὸν τόπον*. Nec aliter Stephanus v. *Θρύον*. His non obstat ipse Homerus XI, 711: *Θρυόεσσα πόλις, τιλῦ ἐπ' Ἀλφεῷ*. Nec Quint. Smyrn. II, 241: *Θρύον ἐπ' Ἀλφειοῖο ῥείθροις*. Uterque enim simpliciter de Thryi situ loquuntur. Noster vero locus periphrasticus est, ut jam locus ille in hymnis homericis (Mercur. v. 398: *εἰς Πύλον ἡμαθόεντα ἐπ' Ἀλφεῦ πόρον ἶξον*). Idem usus sæpius apud Nostrum obtinet. Vide Lexica pindarica. De *πόρῳ* autem cum fluviis, mari etc. juncto vide, quæ congessit Spanhemius ad Callim. hymn. in Del. v. 45., nec non Müller. Lycophr. T. I. pag. 100. 188. in notis. Ego sequentia addo: Apollon. Rhod. I, 986: *πόρος ἁλός*. Oppian. Halieut. I, 426: *ἁλὸς πόρον*. III, 543: *ἁλὸς πόρον*. IV, 540: *ἁλὸς πόρος*. 595: *ἅλμης πόρος*. Nonn. Dionys. XXI, 1: *πόρον ποταμοῖο*. Tzetzæ Homerica v. 253: *πόρον Σκαμάνδρου*. Anthol. Palat. XIV, CXXIX, 1 (Metrodorus): *Πλατὺν πόρον Ἀδριαχοῖο*. Nostro loco plane respondet Eurip. Electr. v. 367: *Ἀλφειοῦ ῥεέθροις*. v. 1274: *Ἀλφειοῦ ῥοαῖς*. Anthol. Palat. Tom. II. pag. 878. Epigr. CCCLXXVI, 1 (Incert.): *Παρ' Ἀλφειοῦ δίναις*. Quint. Smyrn. II, 241: *Παρ' Ἀλφειοῖο ῥείθροις*. VI, 234: *Ῥόον Ἀλφειοῖο*. Nonn. Dionys. XXX, 210: *Ἀλφεῦ παρὰ χεῦμα. — τύμβον ἀμφίπολον*. Quodsi *αἱμαχυρίαι*, de quibus bene præcipit vet. schol., Pelopi quotannis fiebant teste Paus. V, XIII, 2., tumuli prædicatum non generaliter spectabit hominum frequentiam in Alti et Pelopio (Böckh. pag. 112), sed turbam sacrificantium Pelopi, vel in Pelopio, vel in ipso herois tumulo. Eodem modo *ἀμφίπολος* dici poterat *βωμός* (Jovis), qui nunc voce fortiore *πολυξεινώ-*

τατος dicitur, ob maximam in eo sacrificantium multitudinem, de quibus vide Böckhium l. c. Denique ad Pelopis mortui honorem respicere primitivam Olympiorum institutionem, tum hic noster locus cum sequentibus (coll. rell. de Pelope locis pindarr.) indigitare videtur, tum memorabilis locus Clementis Alexandrini de quatuor primariis Græcorum ludis sacris, tanquam monumentis mortuorum. Extat in Admon. ad Gent. pag. 21. C. D. (Sylb.); pag. 29, 5. 10 (Potter.): *Ἴθι δὴ καὶ τὰς ἀγῶνας ἐν βραχεῖ περιοδεύσωμεν, καὶ τὰς ἐπιτυμβίους ταυτασὶ πανηγύρεις καταλύσωμεν, Ἰσθμιά τε καὶ Νέμεα καὶ Πύθια καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις Ὀλύμπια. Πυθοῖ μὲν ὢν ὁ δράκων ὁ Πύθιος θρησκεύεται, καὶ τῦ ὄφεως ἡ πανήγυρις καταγγέλλεται Πύθια· Ἰσθμοῖ δὲ σκύβαλον προσέπλυσεν ἐλεεινὸν ἡ θάλασσα, καὶ Μελικέρτην ὀδύρεται τὰ Ἰσθμια· Νεμέασι δὲ ἄλλο παιδίον Ἀρχέμορος κεκήδευται, καὶ τῦ παιδὶ ὁ ἐπιτάφιος προσαγορεύεται Νέμεα. Πίσα δὲ ὑμῖν τάφος ἐξίν, ὦ Πανέλληνες, ἡνιόχυ Φρυγός· καὶ τῦ Πέλοπος τὰς χοάς, τὰ Ὀλύμπια, ὁ Φειδίυ σφετερίζεται Ζεύς. Μυχήρια ἦσαν ἄρα, ὡς ἔοικεν, οἱ ἀχῶνες ἐπὶ νεκροῖς διαθλύμενοι, ὥσπερ καὶ τὰ λόγια, καὶ δεδήμευνται ἄμφω.* Cum hoc loco conf. Paus. V, 10. in. supra cit. p. 16.

V. 151—162.

Τὸ δὲ κλέος τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις Πέλοπος. In hujus loci interpretatione alios jungere *κλέος τᾶν Ὀλυμπιάδων*, alios *κλέος Πέλοπος*, constat. Prior ratio, quæ jam in editione Pindari romana conspicitur (*ὀλυμπιάδων, ἐν δρόμοις Πέλοπος*), decursum antecedentis sententiæ turbare videtur, ubi dictum est: *in ipso sepulchri loco honore fruitur Pelops*. Jam enim commoda optabilisque erit

talis sententiæ continuatio: *sed non Olympiæ tantum maximopere colitur Pelops* [14]). *Longe lateque patet dissemenaturque ex Olympia Pelopis gloria, tum multitudinis ope ex omni Græcia confluentis, tum poetarum officio, quorum carmina ex hoc quasi fonte omnes terras pervadunt* (v. 13. 14.). Hieronis mentionem post sequentes demum sententias fieri, demonstrant verba remotiora: *ἐμὲ δὲ ϛεφανῶσαι κ. τ. λ.* Bene autem a Pelopis victoris ante celebrati laude transitur ad laudes victorum, atque inde ad laudes Hieronis. Meliorem loci interpretationem haud novi. Similiter autem disjectas voces habes Pyth. II, 101: *Τὸ πλυτεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμῳ σοφίας ἄριϛον.* Pyth. IV, 520: *Μεταβολαὶ λήξαντος ὕρᾳ ἰϛίων.* Adde ipsius hujus carminis v. 171—74. — *τηλόθεν.* Sensu proprio: *e longinquo*, i. e. in longinquum, procul. conf. *χερσόθεν* Ol. II, 132. *πεδόθεν* Isthm. V, 49. Eam locorum permutationem uberius illustrabo ad Ol. III, 22. — *δέδορχε, videt*, i. e. oratione pedestri *videtur, conspicitur*, coll. Nem. III, 145. IX, 98. Speculatur quasi fulgetque in terras longinquas decus Pelopis. Similiter Anthol. Palat. VII, ccccxcvi, 1 (Simonides):

Ἠριῇ Γερήνεια, κακὸν λέπας, ὄφελες Ἴϛρον
τῖλε καὶ ἐκ Σκυθέων μακρὸν ὁρᾶν Τάναϊν.

Ita noster Pyth. V, 75. Batti ὄλβον dicit *ὄμμα φαεινότατον.* — Deinde cum *Ὀλυμπιάδων* (sc. *ἑορτῶν*) *δρόμοις* compara Pyth. I, 60: *Πυθιάδος δ' ἐν δρόμοις*

14) Paus. V, XIII, 1: *Ἡρώων δὲ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ τοσοῦτον προτετιμημένος ἐϛὶν ὁ Πέλοψ ὑπὸ Ἠλείων, ὅσον Ζεὺς θεῶν τῶν ἄλλων.* Tempore vero Graecorum byzantinorum Pelopis nomen vides honorifice inditum aurigae cuidam eximio. Anthol. Palat. XV, XLVIII.

μῳ; qui locus nostræ interpretatioui novum calculum adjicit. Ceterum δρόμοι sunt curriculum Olympicum et cursus. — ἵνα ταχυτὰς ποδῶν ἐρίζεται. Ipsa pedum pernicitas æmulatur, ut Nem. IX, 27: ἰσχύος τ' ἀνδρῶν ἁμίλλαις. Naves æmulantes habes Isthm. V, 4: ἐριζόμεναι νᾶες ἐν πόντῳ. Eurip. Iphig. Aul. v. 210: ἅμιλλαν ποδοῖν. Currus vero solaris rotas æmulantes inter se facit Soph. Antig. v. 1052: Τροχὸς ἁμιλλητῆρας Ἡλίου. — Sic et sequentia personam induunt: ἀχμαί τ' ἰσχύος θρασύπονοι. Ad verba facit Nem. V, 72: σθένει γυίων θρασεῖ. — Post θρασύπονοι recentiores punctum figunt, quod jam habet Romana. Verba autem ἵνα — ἔνεκεν Olympiadum sistunt circumlocutionem, ratione habita certaminis et victoriæ, ac versu demum 162 ad Hieronem ipsum poeta revertitur. Colon stilo magis concinno præstitisset. Sed Noster alibi quoque dispescit sententias per se conjunctissimas. Recte igitur comma editionum priorum (Heyn. ed. ult.) relictum est. Nexus est: ... *nbi qui vicit*... — εὐδία, *serenitas* impropria, ut in Fragm. inc. VII. Heyne III, 84., Böckh. Fragm. incert. 125. pag. 669. — ἀέθλων γ' ἔνεκεν. *Quantum quidem certaminum victoriæ præstare possunt*. Ita Böckhius. Bene quidem, quamquam alii dicent, otiosum esse γε hoc loco, ut Ol. VI, 47. et alibi. Sed γε nunquam abundare et mihi videtur. Vide Viger. ed. Herm. III. (1822) pag. 490. — τὸ δ' ἀεὶ παράμερον, *quod semper adest*, ut recte vidit Böckhius. Est enim hæc sententia prædicati μελιτόεσσαν ulterior expositio. *Ubi qui vicit, in totum reliquæ vitæ decursum decus consequitur, cujus ea natura est, ut nil eo possit dulcius cogitari, cum id ipsum, quod per totam vitam bene nos afficit, summi boni nomine dignum sit.*

Aliter Thierschius: — Was stets edles bringet der Tag, naht sich vor dem andern hochragend den Sterblichen. — *Darum* etc. Quod ita exponit: Das *neuerworbene* Gute, hier *der jüngste Sieg*, ist für jeden der nächste und höchste Gegenstand seiner Freude, für den Sänger aber Anlafs zu dem Lobliede. *Darum* geziemet ihm u. s. w. Verum gaudii gradus minus e tempore pendet, quo res aliqua prospera nobis accidit, quam e natura rei ipsius, quatenus in se habet, quod nos delectet. Itaque non proximus quisque eventus nos lætissimos habet, sed prosperrimus. — *ἔρχεται.* vide ad v. 122. Similiter *ἔρχεται* Soph. Aj. v. 1127 (Erfurdt.): *Τοῦτ᾽ εἰς ἀνίαν τοὔπος ἵρχεταί τινι.* Similem verbi *venio* usum animadvertunt Lexicographi latini.

V. 162–179.

Præparato in antecedentibus ad Hieronis laudes reditu victorem ita celebrat, ut primum bonarum artium studium atque hospitalitatem regis jam in carminis initio (v. 22 sqq.) prædicatam, deinde potentiam ejus laudet, adjiciatque vota sua pro victoria curuli in ludis olympicis reportanda. — *δὲ* h. l. est signum carminis ad ipsum propositum redeuntis, coll. Ol. III, 67: *Ἐμὲ δ᾽ ὧν πα θυμὸς ὀτρύνει φάμεν, Ἐμμενίδαις Θήρωνί τ᾽ ἐλθεῖν κῦδος.* Hæc quoque in fine carminis dicta sunt. — *ἐμὲ δὲ ϝεφανῶσαι.* Similiter flos et hymnus mixtus est supra v. 23. Pyth. X, 82 (*ἄωτος ὕμνων*). — De *ἱππίῳ νόμῳ* et *Αἰοληΐδι μολπᾷ* vide Heynium et Böckhium. — *χρὴ* est *officium poeticum* ut Pyth. IV, 1: *Σάμερον μὲν χρή σε παρ᾽ ἀνδρὶ φίλῳ ϝάμεν, Μοῖσα.* — In sequentibus est criticorum dissidium, legentium vel *ἄλλον ἢ*, vel *ἀλλὰ καί.* Illud,

quod habent Pal. A. B., tueri videntur exempla Böckhiana (nott. critt. pag. 352), hoc facilitas mutationis pro *ἅμα καὶ* Aldinæ. Ego facio cum codicibus. Ceterum de *ἀλλὰ καὶ*, non præcedente *οὐ μόνον*, vide Lamb. Bos. Ellips. pag. 788. 89. (Schæfer.). *Καλὰ* sunt generaliter ea, quæ nobilem hominem Græcorum, inprimis regem decebant, quo inprimis pertinuit rei curulis s. *ἱπποτροφίας* studium. *Καλῶν* studium in alio quoque rege Noster laudat Pyth. V, 155., ubi vide, quæ notavimus. — *κλυταῖσι δαιδαλωσέμεν ὕμνων πτυχαῖς*. Ad numerorum, harmoniæ, saltationis flexus extendit Böckhius *πτυχῶν* h. l. significationem. Noster ea voce alibi solummodo de montium recessibus utitur. Pyth. VI, 28 (ubi vide notata de *πτυχός*, *πτυχῆς* et *πτυχῶν* usu apud veteres poetas). IX, 28. Nem. II, 33. Mihi e Græcorum poesi nil innotuit, quod nostram dictionem plene indubieque possit illustrare. Nec tamen reticebo locos similes. Auctor fragm. lyr. apud Plutarch. Quæst. conviv. IX, 15 (Fragm. piud. opp. T. III. p. 41. Heyne): *Καμπύλον μέλος διώκων*. Anthol. Palat. XV, XXVII (med. p. 608. 9.) e Besantini Rhodii ovo hirundinis: *κλυτᾶς πολύπλοκα μέτρα μυλπᾶς*. An de vestitu cogitandum? ut Anthol. Palat. II, 397 (Christodorus): *Μέλος ὑφαίνων*. De poesi contorta eoque obscura insipidaque habes verbum *λυγίζω* Anthol. Palat. XI, xx, 3 (Antipater Thessalon.): *Οἵ τ' ἐπέων κόσμον λελυγισμένον ἀσκήσαντες*. — De sequentibus vide Böckhium in Notis criticis, nec non in Explicationibus. Neque aliter Thierschius. Conjungendum esse *ἐπίτροπος ἐὼν ταῖσι μεριμναισιν*, et mihi dudum persuasum fuit. Deinde *μήδεται* absolute positum est, illustraturque verbis adjec-

τὶς ἔχων τῦτο χῆδος. Sed quonam pertinet τῦτο χῆδος, cum in antecedentibus non specialiter sit tale quid expositum? Cohæret, puto, cum τειῖσι μειμναισιν; quæ quales sint, expressum quidem h. l. nondum est, sed patet ex sequentibus. *Optatur victoriæ curulis ad victoriam equestrem accessio.* Simillime Nem. X, 53 — 61 taciti primo votis expetit Noster Thiæo victoriam olympicam, quam finis demum totius loci clare exprimit. Talia sunt ex numero Gratiarum illarum pindaricarum, quas primum tentamen spinosas, altior indago divino quodam decore ornatas demonstrat. Sensui vocis ἐπίτροπος cognatum est Pyth. VIII, 101: θεῶν ὄπιν ἄφθιτον; oppositum vero Pyth. VIII, 133; ἀποτρόπῳ γνώμᾳ. — Deinde ἔχων χῆδος idem est quod τῦτο χηδόμενος, quod probat locus a Böckhio citatus Nem. VI, 93. Nec aliter ἐλπίδα ἔχων Pyth. III, 196. Soph. Aj. v. 600: Ἐλπιδ' ἔχων. — γλυκυτέραν. Heynius supplet νίκην, omissam tum alias (Lamb. Bos. Ellips. pag. 320. Schäfer.), tum Ol. VII, 150., ut quidem Heynio videtur. Erat, cum ego ἀοιδὴν supplendam censerem, coll. Lamb. Bos. l. c. pag. 571. Verum id ipsum expressum est, licet procul positum, s. ὁδὸν λόγων. Mirifice autem mixta sunt diversa, scil. via sermonum, quam tum canere, tum invenire se dicit poeta. Primum ὁδὸς λόγων idem esse poterit, quod ipse λόγος, s. narratio, carmen, ut οἶμος ἐπέων Ol. LX, 72. proprie via est, qua poeta incedit ad divulgandas heroum laudes, h. e. carmen. Isthm. VI, 31. sunt κέλευθοι ἔργων carmina, s. laudes bene factorum. Similiter Fragm. incert. CLXXII. Heyne T. III. pag. 154. Böckh. II, 2. pag. 260:

Αἰολεὺς ἔβαινε Δωρίαν κέλευθον ὕμνων.

i. e. cantum doricum. Nec aliter alii poetæ. Et primum locos quosdam Aeschyli, Sophoclis, Euripidis Aristophanisque attulit J. Potterus ad Lycophr. v. 10 (Müller pag. 1371 sq.). His addo Empedocl. v. 33 (Sturz. pag. 514): *Λόγων ἀτραπόν.* Idem apud Peyronum (Emped. et Parm. fragm. etc. Lips. 1810) pag. 27. 53: *Ἐλεύσομαι εἰς πόρον ὕμνων.* Lycophr. v. 15. coll. 10: *Διεξόδους ἐπῶν.* Oppian. Cyneget. I, 20: *Τρηχεῖαν ἀταρπόν* (carminum). Musæus v. 175 (Passov.): *Ἐπέων κελεύθους.* Nonn. Convers. Evang. Joh. XVI, 96: *Μύθων κέλευθα.* Anthol. Palat. Tom. II. pag. 796. Epigr. CXI, 6 (Incertus): *Ἥρατο παντοίην ἰσορίης ἀτραπόν.* Orph. Argonaut. v. 33: *Μαντείης πολυπείρονας οἴμους.* Ceterum huic dictioni imitationem subesse rei agonisticæ, mihi quoque verisimile est, de quo agam alio hujus libri loco. Jamque illam viam *λόγων canit*, ut Ol. IX, 72 *ἐπέων οἶμον* dicit *λιγύν*, i. e. carmen ipsum sonorum. Sed *invenit ὁδὸν λόγων.* Ea conjunctio secundam ingerit *viæ sermonum* h. l. significationem, *materiem canendi*, ut Nem. VII, 75: *ὁδὸν κυρίαν λόγων.* Ibid. VI, 75: *πρόσοδοι* (copia canendi) coll. 90: *ὁδόν.* Hanc canendi materiem invenit poeta Olympiæ, quo descendit ad spectandos ludos, s. ubi abstractum malueris pro concreto: eam laudis materiam subministrat illi Olympia (victoriæ olympicæ), unde poetarum carmina emissa per totum orbem disseminantur v. 13. [15]) Sicque habes Nostrum ad initia carminis recurrentem, quod et alibi animadvertes. — *Σὺν ἅρματι.* Hæ voces junctæ cum *κλειξεῖν* significa-

15) Similem geminationem significationis in voce ἶσχος demonstrabimus ad Ol. X, 75.

nificabunt: *Curru vectus* (Hieronis victoris) *canam carmen dulcius*, i. e. *Hieronis victoria curulis carmen dulcius mihi inspirabit*. Connexæ cum ἐπίκωμον etc. ita capiendæ sunt: *Curru vectus* (Hieronis victoris) *ego hymni materiam nanciscar, ut ipse rex victoriam est nactus*. Ita Noster Ol. VI, 37 sqq. ex Agesiæ victoria curuli materiam petens celebrandorum ejusdem majorum, *curru Agesiæ vehi se fingit in patriam istorum hominum*. Priori structuræ favet ordo naturalis verborum, posteriori exemplum modo allatum. Neque vero tollendam puto eam ambiguitatem ob alteram ambiguitatem in verbis ὁδὸν λόγων supra expositam. — ἐπίκωμον, quod Thierschio est pro victoriæ olympicæ auctore divino, mihi cum ceteris interpretibus est viæ carminum prædicatum. Poeta se suosque hymnos adjutores vindicesque dicit victorum eorumque virtutis Ol. XIII, 137. Maxime vero huc facit locus, in quo poeta viam se victoribus virtutibusque eorum monstrare, in via immortalitatis gloriæque se præcedere fingit. Ol. IX, 120: *Εἴην εὑρεσιεπής, ἀναγεῖσθαι πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ*. Adde schol. ad n. locum: . . *ἐπίκωμον καὶ βοηθόν. οὐ γὰρ ἐάσει τὴν νίκην ὑπὸ λήθης ἀφανισθῆναι*. Et paulo antea: *βοηθῶν σου τῇ δόξῃ*. — Reliqua (παρ' etc.) sunt verbi εὑρών expositio. — εὐδείελον. Apud Homerum insulæ Ithacæ et generaliter insulis adjicitur hæc vox. v. Damm. p. 378. Eminent e mari insulæ, ideoque *conspicuæ* sunt. Apud Nostrum Pyth. IV, 136 eadem significatio obtinere videtur. Adde hymn. homer. in Apoll. v. 438: *Κρίσσην εὐδείελον*. Oraculum Archilochi filio editum (Steph. Byz. v. *Θάσσος*): *εὐδείελον ἄγχι*. Nonn. Dionys. XXVI, 170: *Ἀρσανίην εὐδείελον*. Nec aliter

opinor hoc loco, quum montis prædicatum sit, ob altitudinem conspicui. Ol. VI, 110: *Ὑψηλοῖο πέτραν ἀλίβατον Κρονίου.* Lycophr. v. 42: *Κρίνου παρ' ὄχθοις αἰπύν.* Anthol. Palat. XII, LXIV, 2 (Alcæus): *Αἰπεινᾷ ὑπὸ Κρονίᾳ.* Schol. ad n. locum: *τὸν μετέωρον καὶ καλῶς ἔχοντα τῇ ἡλίῳ κατὰ τὰ πρὸς ἑσπέραν καὶ τὰ περὶ τὴν δείλην ἑώαν.* Ubi vides scholiasten (coll. schol. ad Pyth. IV, 137) non abhorrere ab iis grammaticis, quibus Ithaca Odyss. II, 167 videri poterat *εὐδείελος* (admodum occidentalis, *πολὺ δείελος*, de quo vide lexica v. *δειελ.*) ob situm istius insulæ a parte Græciæ occidentalis. Ceterum noster grammaticus non duas, sed tres significationes habet (ut Phavorinus v. *εὐδείελος*): *altum* s. conspicuum, *apricum* (i. e. *εὔκρατον, εὐήλιον.* Phavorin. v. *εὐδείελος*), *occidentalem.* Duas significationes habent scholia Pyth. IV, 137. Denique cui *εὐδείελος* h. l. vindebitur improprie conspicuus, s. *claras*, ei non adversabor, quamquam non est, quod propriam significationem derelinquamus. Erat enim Cronium Pisæ *ἀκρωτήριον* secundum scholion vetus ad v. 179., quod repetit Phavorinus v. *Κρόνιον.* Eodem pertinet *Ἄλιδος ἀκρωτήριον* s. Cronium Ol. IX, 12. coll. 4. — *Κρόνιον* ut Ol. VI, 110., sc. *ὄρος* (Paus. VI, xx, 1. 2.), vel *ὄχθον* (Ol. V, 40). *Κρονίαν* quoque (sc. *χολώνην* vel *πέτραν*) habes in Anthologiæ loco supra laudato. Nominis causam refert Pausan. VI, xx, 1 (coll. VII, 4): *Ἐπὶ δὲ τοῦ ὄρους* (Cronii) *τῇ κορυφῇ θύουσιν οἱ Βασίλαι καλούμενοι τῷ Κρόνῳ κατὰ ἰσημερίαν τὴν ἐν τῷ ἦρι, Ἐλαφίῳ μηνὶ παρὰ Ἠλείοις.*

V. 179—188.

Καρτερώτατον βέλος ἀλκᾷ. Ita jungo cum aliis interpretibus, quamquam sollemnius erat *ἀλκάν*. Sed vide Ol. XIII, 72: *Σίσυφον μὲν πυκνότατον παλάμαις*, pro *παλάμας*. Idem et in aliis locis animadvertes. Ceterum hæc vocum ejusdem significationis copulatio emphatica usui homerico (*κρατερὸν μένος, κρατερῇφι βίῃφι* Damm. pag. 1147) similis est. Nec aliter Porphyrius (Orell. opusc. Græc. vett. sententiosa et moralia Tom. I. pag. 318): *Ἀλκῆς μένος*. In Damageti epigrammate (Anthol. Palat. VI, CCLXXVII, 1) habes *ἀλκήεντας ὀϊστούς*. Vocem nutriendi vel pascendi iterum vides cum armis conjunctam, sed paulo aliter, Nem. X, 23: *Θρέψε δ' (Argos) αἰχμὰν Ἀμφιτρύωνος*. Sensus autem hujus verbi h. l. ex totius sententiæ explanatione elucebit. Plurimi cum scholiaste poetam gloriantem (ut alibi Ol. II, 149. etc.) faciunt vi sua poetica. Ita versuum antecedentium, ubi suam quoque poesin auxiliatricem vocat Noster, sententia continuatur, exponendo causam, ob quam ista de se enuntiaverit. Tum erit *μὲν ὦν* idem quod *γάρ*, ut videtur Thierschio: Denn es pflegt die Muse mir das Geschofs höchster Kraft. Sed particula *μὲν ὖν* in continuando sermone cum quadam conclusionis significatione usurpatur, ut apud Latinos *et quidem*, sæpissime vero significat *imovero*, vel *enimvero*. coll. Viger. pag. 541. 845. Adde Schneiderum Lex. gr. v. *μὲν ὖν*. Hanc vero particulam nostro loco simul novæ orationis exordium esse, patet ex *δ'* post *ἄλλοισι*. Spectat igitur antecedentia et sequentia, quod apprime convenit ambiguitati sententiarum pindaricarum, quæ ipsæ quoque sæ-

pius antecedentia continuant, sequentia præparant. Jam si antecedentia spectantur, erit *χαρτερ. βέλ.* virtus poetica, qua pollere se Noster dicit, atque sententia ipsa *γλυκυτέρας ὁδῷ λόγων* ulterior expositio. Cum sequentibus connexa antithesin significabit virtutis Pindari atque aliorum. Neque tamen absimile vero est, *βέλος χαρτερώτατον* hoc loco simul esse posse singularem aliquam laudem, quam servet Musa, i. e. quam poeta illico expositurus sit. Aliis hominibus reges opponit. *Summum inter reliquos mortales culmen reges tenent. Ideo summam laudem jam in te conferam.* Ita erit *τρέφει* tum *fovet*, tum *servat*. — Ad sensum improprium vocis *βέλος* etc. apud Nostrum vide interpretes. Alii poetæ ea formula simpliciter fere utuntur pro *cogitatione* vel *sermone*. Anacr. XXXII, 11 (Fischer.): *Φιλοιδόρου γλώσσης φεύγω βέλεμνα κῦφα.* Aesch. Suppl. v. 449: *Καὶ γλῶσσα τοξεύσασα μὴ τὰ καίρια.* Eumen. v. 674: *Ἡμῖν μὲν ἤδη πᾶν τετόξευται βέλος.* Soph. Antig.: (Erfurdt. ed. minor II) v. 1071: *Ὥςε τοξότης Ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα.* coll. v. 1020. Eurip. Hecub. v. 598: *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ νῦς ἐτόξευσεν μάτην.* Suppl. v. 456: *Καὶ ταῦτα μὲν δὴ πρὸς τάδ' ἐξηκόντισα.* Incert. Rhes. v. 872: *Οὐ γὰρ ἐς σὲ τείνεται Γλῶσσ', ὡς σὺ κομπεῖς.* Ion. v. 259: *Μεθῆκα τόξα· τἀπὶ τῷδε δὲ Ἐγώ τε σιγῶ.* v. 1431: *Εἰς τοῦθ' ἱκοίμην· τῦδε τοξεύω, τέκνον.* Androm. v. 366: *Τὸ σῶφρον ἐξετόξευσε φρενός.* Tro. v. 446: *Ἀλλὰ γὰρ τί τὰς Ὀδυσσέως ἐξακοντίζω πόνους;* Herc. fur. v. 1259: *Γλώσσης πικροῖς κέντροισιν.* Menandr. fragm. incert. LXXXVII (Meineke pag. 225): *Γλώσσῃ ματαίας ἐξακοντίσῃ λόγους.* Et insequenti fragm. inc. (Meineke ibid.) sermonem comparat

cum lapidis ictu. Anthol. Palat. VII, ccccv, 6 (Philippus): *Ὀρθὰ τοξεύσας ἔπη.* Nonn. Dionys. XIII, 483: *Ἔγχος ἔχων στόμα θῆρον, ἔπος ξίφος, ἀσπίδα φωνήν.* v. 491: *Γλώσσῃ ἀϊστεύοντα λάλον βέλος.* XXXIV, 299: *Μῦθον ἀκοντίζειν.* Diog. Laërt. (Meibom.) V, 40 in vita Theophrasti: *Ῥήγνυσθαι σοφίης τόξον ἀνιέμενον.* Ex eodem fonte orta puto Eurip. Androm. v. 936: *Ἐφῆκας γλῶσσαν.* Hipp. v. 988: *Γλῶσσαν ἀφεῖναι.* Solon. XXVIII, 9: *Γλώσσαν ἂν ἔτ' Ἀττικὴν ἱέντας.* Greg. Naz. Christ. patiens (opp. T. II. p. 262): *Γλῶσσάν μ' ἀφεῖναι.* Brunk. gnom. *Εἰς λόγον* v. 8: *Ξίφος τιτρώσκει σῶμα, τὸν δὲ νῦν λόγος.* v. 15: *Χρηστὸς πονηροῖς ἃ τιτρώσκεται λόγοις.* His adde, quæ observavimus ad Ol. IX, 62. — *ἔσχατον κορυφ.* Voces ἔσχ. et κορ. junctas habes Nem. X, 59: *Ἐσχάτων ἀέθλων κορυφαῖς.* Deinde ἔσχατον idem est quod ἐσχατιὰ Isthm. VI, 17., s. *summum*. — *ἐπ' ἄλλοισι.* De *ἐπὶ* causali vide Matth. Gr. gr. pag. 859. Adde Nos ad Ol. II, 21. Ad sensum loci aliquantisper facit Ol. IX, 158., ubi sermo est de variis viis gloriæ et felicitatis. — *μηκέτι.* Antecedentia poetam monent, ut preces addat pro victore et se ipso. Regem hortatur, ne velit ultra speculari, s. *ultra suam conditionem*. Pyth. III, 39: *Παπταίνει τὰ πόρσω.* Isthm. VII, 60: *Τὰ μακρὰ δ' εἴ τις παπταίνει, βραχὺς ἐξικέσθαι χαλκόπεδον θεῶν ἕδραν.* De verbo *παπταίνω* v. Blomfieldium ad Aesch. Prom. vinct. v. 334. — *τοῦτον ὑψοῦ χρόνον πατεῖν.* Primum χρόνος h. l. est *vita*, ut Pyth. V, 163. et apud Menandrum Hypobolimæis (Meineke pag. 166): *Οὐκ εὐθανάτως ἀπῆλθεν ἐλθὼν ἐς χρόνον.* Sed circa *τοῦτον* ambigunt interpretes. Alii vertunt: *ut talis* (tali conditione gaudens) *incedas per vitam*. Alii conjungunt cum *χρόνον*,

sed varia ratione. Göttlingius, Böckhio citatus, oppon h. l. vitam dicit alii vitæ post mortem sortiendæ secundum doctrinam de regeneratione. Videatur quoque Plat. Phædr. (Ast.) cap. 29. Sed hoc alienum a loco nostro, si quidem contextus simpliciorem rationem suadet. Böckhius: *per hanc vitam, dum fato fungaris*. Similes extant Menandri loci (Meineke pag. 166. 302.); sed ibi ἅτος alium sensum habere poterit. Mihi *τοῦτον χρόνον* est *hoc vitæ genus, hanc vitæ conditionem*, ut supra v. 95. *βίον τῦτον*, et Menand. Arrhephoro (Meineke pag. 26): *Καταλιπὼν τῦτον τὸν βίον*. Antea vero P. de regno locutus est. Vult itaque Noster, gloriose (*ὑψῦ* coll. *χορυφ.* v. 181. et Pyth. X, 109) regem incedere per vitam regalem, s. frui regno, dum fato fungatur, quod posterius imprimis e pronomine *τοσσάδε* consequitur. Omnis vero generis gloriam regi precatur, imprimis eam, quæ nascitur e vita integra animoque in Deorum beneficia non ingrato, quod præcipue regem decet. Ceterum nec futuræ victoriæ aliorumque eventuum bonorum mentio excludi videtur. Cum *πατεῖν χρόνον* conf. *βίᾳ τέλος διέρχεσθαι* Isthm. IV, 8. — *τοσσάδε*. *Haud minus, quam tu alte incedis*. Böckhius. Hoc adversatur primitivæ vocis significationi. Rectius Heynius: *pariter diu*. Sed quonam sensu? *Per eandem*, puto, *vitam*. Est enim sensus: *Ut vitam tuam regalem gloriose volo decurrere, ita meam poetæ*. Quod sibi eventurum dicit P., si poeseos laude præ ceteris Græcorum conspicuus *non desierit* victoribus carmine celebrandis adesse. In ultimis iterum vides ad carminis primordia (v. 22) redeuntem. Similiter vero laudem sibi poeticam apprecans aliud carmen claudit Pindarus, scil. Ol. VI.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Β'

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΙ,

ΑΡΜΑΤΙ.

Carminis pulcherrimi consilium in laude, solatio atque admonitione versatur. Prima initium (v. 1 — 14) et finem (v. 149 — fin.) occupat, in medio (v. 15 — 149) constitutum solatium et admonitio, ita tamen, ut post solatii expositionem victoria regis (fratrisque) paulo uberius celebretur (v. 82—93). Laus regis victoris introitu carminis magnifico brevissime prælibatur; namque ad alias gravioresque laudes fit transitus, hospitalitatem, fortitudinem, factorum splendorem, generis nobilitatem. Postremum hoc poetam facit abeuntem ad alteram majoremque carminis partem, in qua familiæ regiæ fortunam ita enarrat, ut a proximis majorum fatis ad initia gentis assurgat. *In tuis tuorumque fatis eum vides ordinem divinitus constitutum, ut post adversa evenerint lætiora. Multa perpessi majores tui, hujus regionis coloni, tuta postremo sede potiti sunt. Eandem lætorum post aspera consecutionem gentis tuæ primordia viderunt, primis Cadmidarum post acerbissimam mortem divinum honorem adeptis. Nec aliter factum post Laii, Oedipodis filiorumque calamitates; restituit Thersander splendorem felicita-*

*temque gentilem.**) Hinc ad triumphum regis (fratrisque poeta recurrit. Jam sequitur admonitio, præmissis sententiis de voluptate victoriæ ac de opibus multum valentibus, si quidem accedat virtutum ornamentum. *Ea felicitate tu quoque ita fruere, ut judicii post mortem futuri memor justitiam probitatemque nunquam derelinquas.* Ceterum res post mortem futuras describens poeta multus est in enarranda felicitate proborum, parcus in describendo malorum supplicio, cum victorem admoneat justitiæ probitatisque laude florentem. Eaque futuræ felicitatis descriptio tum per se habebat, quod consolaretur regem multa perpessum, tum vitæ cum beatis agendæ promissionem, inter quos enumeratur Cadmus gentis Theroneæ auctor. Post hæc non sine superba sui mentione hostiumque Theronis nota acerba Pindarus ad laudem regis recurrit, quem ut supra (v. 11.) beneficiorum in amicos collatorum atque liberalitatis nomine prædicat.

Historicam carminis partem haud inepte scholiastæ illustrarunt, doctius vero sagacissimi in talibus ingenii vir, Augustus Böckhius.

---

*) Similiter Noster carmine Pyth. quinto Arcesilai fatis gentilibus utitur eo consilio, ut victorem a rebus terrestribus ad coelestia evehat. Ibi vero rerum prosperarum post adversa mentione rex ad gratias divino victoriae auctori agendas excitatur.

V. 1—29.

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι. Scholiastes vetus: *οἱ τῇς φόρμιγγος ἀνάσσοντες· πρῶτον γὰρ τὰ ἄσματα συντίθενται, εἶθ' ὕτω πρὸς αὐτὰ καὶ ἡ λύρα ἁρμόζεται.* Addit scholiastes recens contra oppositam aliorum interpretationem: *καὶ τἄνομα δὲ ἐνέργειαν δηλοῖ ἀεί, καὶ ἀδέκοτε πάθος.* His non obstat Odyss. I, 155., cum præludium quoque materiei carminis accommodandum fuerit. Ut vero nostro loco carminibus lyra, sic apud Pratinam Athenæi Lib. XIV. pag. 617. C. D. (Gatak. opp. critt. pag. 237. D. E., Böckh. de metr. Pind. opp. T. I. P. II. pag. 258.) tibia serviit choro:

Ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω·
καὶ γάρ ἐσθ' ὑπηρέτης.

Et hæc fere pristina fuit instrumentorum musicorum apud Græcos conditio, coll. Athen. ibid., qui haud paucos refert indignantes *ἐπὶ τῷ τὰς αὐλητὰς μὴ συναυλεῖν τοῖς χοροῖς, καθάπερ ἦν πάτριον· ἀλλὰ τὰς χορὰς συνᾴδειν τοῖς αὐληταῖς.* Nec tamen quadam dominatione caruit lyra, de quo vide Pyth. I, 1—7., ut et *μέλος* Ol. IX, 1—7. Alibi lyra et carmen unâ quasi incedunt. Apollon. Rhod. II, 161 (de Argonautis canentibus ad Orphei lyram):

Ὀρφείῃ φόρμιγγι συνοίμιον ὕμνον ἄειδον.

Apud Nonnum vero Panicæ syringis sonus cantum regit Dionys. XXIV, 39:

Καὶ σέο μυστιπόλοιο κυβερνήτειραν ἀοιδῆς
Παναΐδος σύριγγος ὁμόθροον αἴδεο μολπήν. —

Interrogationi ad hymnos similis est Sapphus interrogatio citharæ fragm. XLIX (Volg.) — *Τίνα θεὸν κ. τ. λ.* Horatio Od. I, XII. obversata, veteribus visum. Sed ordine inverso agit Romanus, cum a mortali ad Deum ascendat, præ-

dicaturus primo loco Jovem nec non alios deos, deind Romanorum viros summos, postremo Augustum. I quo carminis decursu quid vituperandum sit (Böckh Explicatt. pag. 122), equidem non video. Assurgit primum ab humanis ad divina. Deinde a principe Deorum ad inferiores cœlitum ordines gradatim descendit, a quibus simplicissimus fit transitus ad primum Romana historiæ heroem, Romulum. Deinde aliorum, qui inter Romanos famam adepti sunt, laude strictim memorata in Augusto subsistit, inter quem, ut romanæ historiæ consummationem, Jovemque imperio universi divisc carmen ad altiora graviter sane magnificeque resurgit. Jamque vides, omnem Horatiani carminis vim versari in alternanti quodam laudis ascensu ac descensu, omnemque orationem excepta conclusione meræ præparationis vice ita fungi, ut legentium animos comparatio per universum carmen decurrens ad laudis quasi culmen, comparationem dico Augusti cum Jove, sensim leniterque extollat. Multo aliter Pindarus, qui a Jove ad Theronem descendit, poematis sui consilio recte obsequens, de quo vide Prænonita. Eamque ob causam tripartitum illud exordium non ulterius persequitur. — *Ἦτοι Πίσα μὲν Διός.* Jovis dicebatur Pisa s. Olympia, coll. Isthm. II, 41 (*Ὀλυμπία Διὸς ἄλσος*), quod præerat isti regioni ludisque Ol. XIII, 35 sqq., victoriamque præstabat ibid. v. 149. Eodem trahere poteris Ol. VI, 7., si quidem junxeris *Διὸς ἐν Πίσᾳ*, de quo plura ibi exponentur. Idem alibi audit Pisæ *μεδέων*. Anthol. Palat. XI, CCLVIII, 1 (Lucillius): *Τῷ Πίσης μεδέοντι.* Ibidem XII, LXIV, 1 (Alcæus): *Ζεῦ, Πίσης μεδέων.* Eodem sensu est Nostro sensu stricto *Ὀλύμπιος* Isthm. II,

41., nec non *Νεμεαῖος* Nem. II, 7. De Pisa Jovi sacra v. quoque Himer. Orat. V, 3. pag. 476. Wernsd. — *Ὄλυμπιάδα δ' ἔστασεν.* Instituit Olympiadem, quod repetitur Ol. X, 70: *Πενταετηρίδ' ἔστασεν ἑορτάν.* De re ipsa consule schol. ad h. l. Adde Ol. III. X. — *Ἀχροθ.*, appositive, loco *ἐκ τῶν ἀχρ.*, vel erat ipsa Olympias *ἀχροθίνιον πολέμου*, ut apud Paus. V, XXVII, 8 statua quædam dicitur *ἀχροθίνιον*, a Mendæis Jovi dicatum. Non repugnat Ol. X, 96., ubi *ἀχρόθινα* sociis belli distribuit Hercules. — *Θήρωνα δέ.* Thierschius bene: Die Stärke des Lobes liegt darin, dafs so der erste der Götter und der erste der Heroen genannt, mit diesen aber Theron in gleiche Reihe gestellt wird. Laudis vero concinnitatem in eo positam vides, quod primus memoratur, cui ludi sacrati fuere, secundus, qui sacravit, tertius, qui victor in illis extitit. Sed priorum laudem non ulterius persequens, Theronem statim celebrat majoresque ejus, in quorum historia multa deprehendit poeta pius et acutus, quæ victorem ad felicitatem præsentem rite percipiendam hortari poterant. — *τετραορίας ἕνεκα νικαφόρου γεγωνητέον ὀπί.* Ahlwardtius legit *τετρωρίας*, quoniam neque hoc loco, neque Pyth. II, 8. hujus vocis literæ *αο* monosyllabice pronuntiari possint. Deinde *γεγωνεῖν* in Pindaro laudi inservit, ut Ol. III, 117. Pyth. IX, 3. In reliquis video Criticorum dissensionem. Hermannus: *γεγωνητέον. ὅπι δίκαιον ξένων.* Addit Idem vir celeberrimus! „*Significat* (*ὄπις*) *reverentiam hominum erga Deos.* Hes. Theog. v. 222. Pind. Pyth. VIII, 102.“ In quibus mihi primum cum Böckhio mutatio vocis *ξένου* in *ξένων* displicet. Deinde in *ὅπι* Hermanni hæreo. Apud auctores enim modo citatos *ὄπις* non est reveren-

tia hominum erga Deos, sed ea, quam habent Dii rerum humanarum, ratio, apud Hesiodum (e contextu) *pœna* apud Pindarum *providentia divina*. Et hoc in aliorum quoque scriptorum locis obtinet, de quibus bene disserentem habes Schneiderum Lex. v. ὄπις. Excepto vero unc loco Pyth. VIII, 101., apud Nostrum semper significat *vocem*, coll. Lex. Pindarr. Et conjungitur cum verbis soni Nem. III, 116: *Ὀπὶ νέων ἐπιχώριον χάρμα κελαδέων.* VII, 120 (Ahlwardt. ad nostr. l.): *Βασιλῆα δὲ θεῶν πρέπει δάπεδον ἂν τόδε γαρυέμεν θεμερᾷ ὀπί.* Nostroque loco erit *clara voce celebrare*, ni abundantiam statueris, ut in formula *ποσὶ τρέχειν* etc. Jam Ahlwardtius ita legit: *γεγωνητέ' ὄπι τὸν δίκαιον ξένων.* Extra necessitatem, cum possit ὄπι (ὀπὶ) in ultima syllaba produci. — *δίκαιον ξένον.* ***Hospitem*** dicit Theronem, ut Hieronem (Böckh. Explicc. pag. 122), *probum* vero, ut Nem. VIII, 70. X, 100. Ceterum hoc quoque carmine hospitalitatis laus aliarum virtutum memorationem præit, ut Ol. I, 16. — Thero est *ἔρεισμ' Ἀκράγαντος*, ut Hector v. 146: *Τροίας κίον'*. Hymn. homer. in Mart. v. 3: *Ἄρες, ἔρκος Ὀλύμπου.* Callinus (Brunk. Gnom.) de viro forti v. 20: *Ὥσπερ γάρ μιν πύργον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶσιν.* Solon XX, 5 (de se, qui utrumque civitatis ordinem a mutua injuria arcebat): *Ἕστην δ' ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισιν.* Theognis (Bekker.) v. 233: *Ἀκρόπολις καὶ πύργος ἐὼν κενεόφρονι δήμῳ, Κύρν', ὀλίγης τιμῆς ἔμμορεν ἐσθλὸς ἀνήρ.* Eurip. Med. v. 594: *Παῖδας, ἔρυμα δώμασιν.* Lycophr. Cass. v. 281: *Ὦ δαῖμον, οἷον κίον' ἀϊστώσεις δόμων, Ἕρεισμα πάτρας δυστυχῆς ὑποσπάσας.* Ubi vide, quæ J. Meursii doctrina congessit. Adde J. Potterum ad eundem

versum. Oppian. Halieut. V, 45: *Βασιλῆες, ὀλύμπια τείχια γαίης.* Idem Cyneget. I, 1 (Ad Imperatorem romanum): *Σοὶ μάκαρ, ἀείδω, γαίης ἐριτυδὲς ἔρεισμα.* Quint. Smyrn. II, 390. 435: *Ὦ Ἀχιλεῦ, μέγα ἔρκος ἐϋσθενέων Ἀργείων.* III, 449: *Ἐπεὶ τόσσον περ Ἀχαιῶν ἔρκος ἀπήρα.* 494: *Καὶ στρατὸν εὐρὺν ἀνερκέα θῆκας Ἀχαιῶν.* Anthol. Palat. II, 209 (Christodorus): Aiax Oilei *Λοκρίδος ἔρκος ἀρούρης.* Ibidem v. 230: *Μίλων Σικελῆς ἔρυμα χθονός.* VII, CXXXVIII, 2 (Aceratus grammaticus): Hector *θειοδόμε τείχευς ἔρκος ἐρυμότατον.* CCCCXLI, 1 (Archilochus): *Ὑψηλὰς Μεγάθυμον Ἀριστοφόωντά τε Νάξε Κίονας.* DCXLVIII, 5 (Leonidas Tarentinus) de eo, qui uxorem ducit liberosque procreat: *Ζωὴν στηλώσαιτο· κακὸς δ' ἄστυλος ἰδέσθαι Οἶκος.* Domus vero talis viri *εὐκίων.* VIII, VII, 3 (Gregorius theologus): Basilius *Ἕρμ' ἱερήων.* XXVIII, 6 (Idem): Mulier quædam *Ἕρμα γυναικῶν.* CXLVI, 1 (Idem): Homo quidam *Ἔρεισμα σταυροφόρων.* CLXIV, 3 (Idem): Mulier quædam *Ἕρμα γυναικῶν.* IX, CCCCXLVI, 5 (Julianus Aegyptius): *Ἔρκος ἐτύχθη Πατρὶ τέκος.* CCCCLVII, 6 (Incertus): Achilles, *Ὃς πᾶσιν Δαναοῖσιν ἀρήϊον ἔρκος ἐτύχθη.* Alia de usu vocis ἔρκος exponam ad Pyth. V, 151. Dicitur rex *propugnaculum Agrigenti*, cum hostes pepulerit (Diod. XI, 25), et alio quoque modo tutam præstiterit. — *εὐωνύμων τε πατέρων ἄωτον.* ἄωτον et ὀρθόπολιν omisso commate recte conjunguntur, ut sequentia (*καμόντες οἱ*) antecedentibus commode adhæreant. Majorum nobilium *florem*, s. ab ipsis editum vocat regem ut Nem. VIII, 15: *Ἡρώων ἄωτοι.* Frequentior apud Nostrum est usus vocum epicarum ἔρνος et θάλος. — Quare Thero ὀρθόπολις dicatur, ambigi licet. Proprie est ὀρθόπολις

is, qui urbem *erectam*, *conspicuam*, *claram* facit, coll Nem. I, 21. Isthm. IV, 65.; ideoque haud multum differt a *φερεσίπολις* Pind. fragm. inc. XXXII., quocum aliquantisper convenit *κομίζειν* Pyth. VIII, fin. Illustrem fecerat patriam victoria olympica, hostium repulsione, denique operum magnificorum exstructione. Diod. supr. cit. e quo corrigendus schol. vetus: *συνέκτισε καὶ αὐτὸς τὴν Ἀκράγαντα.* E præda enim hostili urbem ornaverat ædificiis splendidis. v. Diod. Böckhiumque Explicc. pag 123. Agrigentum alio tempore conditum, coll. v. 15 sqq et interprr. ad v. 168. Ceterum urbis propugnatio maxime continetur voce *ἔρεισμα.* — *καμόντες οἱ πολλὶ θυμῷ.* Multas ærumnas ante novam sedem occupatam perpessi fuerant majores Theronis, diu multumque per varias terras jactati; de quo v. interppr. Neque tamen ipsam urbis exstructionem omni labore vel periculo caruisse, per se probabile est. Huic non repugnat loci nostri dictio, quæ duplex illud admittit: *post multas interque multas ærumnas.* Anthol. Palat. Tom. II. pag. 794 Epigr. CVIII, l. 2 (Incertus apud Strabonem ibi cit.): *Αἰτωλός ποτε τόνδε λιπὼν αὐτόχθονα δῆμον Κτήσατο Κεκρῆτιν γῆν δορί, πολλὰ καμών.* Callim. fragm. incert XXI (Ernest. Tom. I. pag. 346) de Hercule: *Χαῖρε, βαρυσχίπων, ἐπίταχτα μὲν ἐξάκι δοιά, Ἐκ δ' αὖτ' ἀγρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών.* Nonn. Dionys. XXXV 196: *Τί πλέον Ἡρακλέης θρασὺς ἤνυσεν, εἴ τινα πηγὴν Πολλὰ καμὼν ὀλίγην ὀφιώδεα λύσατο Λέρνην;* Anthol Palat. V, CCLXXIV, 5 (Rufinus) de amante voti compos facto: *Ἤνυσα, πολλὰ καμών.* Ibidem IX, CCCCLXXII, (Incertus): *Πολλὰ καμὼν νόστησεν ἀνὴρ τλήθυμος Ὀδυσσεύς.* Ibidem IX, DCLXXVII, 1 (Agathias scholasticus) de

eo, qui multo labore domum erexit: *Πολλὰ χαμών.* Ibidem XI, CXCV, 2 (Dioscorides): Histrio fabulam ægerrime docens: *ὁ χαμὼν πολλά.* Ibid. Tom. II. pag. 836. Epig. CCLII, 4 (Incertus) de mercatore defuncto: *Πολλὰ βυθοῖσι χαμών.* Ibid. pag. 842. Epigr. CCLXIX, 5 (Incertus) de eo, qui plenus mœrore fratris cineres domum asportat: *Αὐτοχασίγνητος δὲ χαμὼν μάλα πολλά.* Haud aliter *πολλὰ μογήσας.* Quint. Smyrn. I, 76: *Ἀνὴρ αἰνοῖσιν ἐπ' ὄμμασι πολλὰ μογήσας.* Anthol. Palat. Tom. II. pag. 871. Epigr. CCCLX, 1 (Incertus): Paulus Aegineta omnem medecinam uno volumine complexus dicitur *πολλὰ μογήσας.* De labore quoque poetico usurpari formulam *πολλὰ μογήσας*, monet Jacobs. Anthol. Lips. Tom. VI. pag. 389. 90. Denique Artemo quidem, ὁ ἀπὸ *Περγάμου*, idem, quem Tzetza ad Lycophr. Cass. v. 177. *Περγαμηνὸν* vocat, de conditoribus Agrigenti refert: *οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ῥάστης συνῳκίσθησαν.* Sed hoc ita restringendum videtur, ut multo minus malorum perpessi dicantur, quam in condenda Gela. v. Böckh. Explicc. pag. 120. Namque occupata demum ad fluvium istum sede *ἀιὼν ἔφερε μόρσιμος, πλῆτον καὶ χάριν ἄγων.* — *θυμῷ* ad epicam rationem dictum ut Nem. I, 60: *Ἀλλὰ θεῶν βασίλεια σπερχθεῖσα θυμῷ.* Isthm. VI, 63: *θυμῷ θέλων.* Ol. I, 65: *Δαμέντα φρένας ἱμέρῳ.* De homericis v. Damm. v. *θυμὸς* et alibi. — *ἱερὸν ἴσχον οἴκημα ποταμῆ.* Ambigue dictum. Dici possunt majores *fluvium occupasse*, i. e. ad fluvium sedes fixisse, cum ii, qui fluvii ripas occupant, ipsum fluvium occupare dicantur. Et hoc verborum indoli videtur accommodatum. Fluvius autem *Ἀχράγας* eodem sensu dicitur *οἴκημα ποταμῆ* (Genii, qui istum fluvium inhabita-

bat. v. Böckh. Explicc. pag. 123) *ἱερόν*, quo apud alios poetas fluvii ipsi dicuntur *ἱεροί*, coll. Eurip. Med. v. 835: *Ἱερῶν ποταμῶν*. Alio tempore mihi visum: *sanctum domicilium ad fluvium*. Nec aliter Böckhius l. c., docte agens de Agrigenti templis. — *Σικελίας τ' ἔσαν ὀφθαλμός. Siciliæ decus, inter Siculos maxime conspicui*. Vide ad h. formulam interpretes. Schol. rec. ad v. 15: *οἱ περιφανέστατοι καὶ ἡγεμονικώτατοι*. Schol. vet. ad v. 17: *περίβλεπτοι ἦσαν ἐν Σικελίᾳ*, ut oculus in corpore sit *ἀξιολογώτερον*. — *αἰὼν τ' ἔφεπε μόρσιμος*. De sensu verbi *ἔφεπε* vide Heynium exponentem. Verum quomodocunque statueris, non prius illorum status videri poterat beatus, quam post Agrigenti occupationem. *Primum virtute conspicuos se reddiderunt. Hinc divitiæ, et quæ divitias comitatur gratia*. coll. Pyth. V, 5. Absolute, ut h. l. *ἐφέπω*, Pyth. V, 73 *ἕπομαι* ponitur. Adde Böckhium. — *πλῆτόν τε καὶ χάριν ἄγων γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς*. Aliis *ἐπὶ* est *propter*, aliis signum *additamenti*, ut forsan Nem. VI, 100. coll. Matth. Gr. gr. §. 586. pag. 859. Illud sequitur Heynius, de qua præpositionis *ἐπὶ* significatione vide Matth. Gr. gr. pag. cit. Sic quoque Anthol. Palat. VII, CCCLIX, 2 (Incertus): *Μισθὸν ἐπ' εὐσεβίῃ*. Ibid. Tom. II. pag. 734. Epigr. CCCLVIII, 3 (Leontius scholasticus): *Στήλην ἐπὶ νίκαις Εἴλες*. Idem pag. 873. Epigr. CCCLXXII, 1. 2 (Incertus): *Ὑβλαίῳ κήρυκι τόδ' Ἀρχίᾳ, Εὐκλέος υἱῷ, δέξαι ἄγαλμ' εὔφρων, Φοῖβ', ἐπ' ἀπημοσύνῃ*. Ego nativam loci ambiguitatem suspicor, ac sensum utrumque copulandum, ut in Orphei locis simillimis. Hymn. XXV, 7. 8 (ad Protea):

Ἀλλά,

Ἀλλά, πάτερ, μόλε μυχιπόλοις ὁσίῃσι πρόνοίαις,
Πέμπων εὐάλβῳ βιότῳ τέλος ἐσθλὸν ἐπ' ἔργοις.

Idem hymn. XXXIII, 8. 9 (ad Victoriam):

Ἄλλά, μάχαιρ', ἔλθοις πεποθημένῳ ὄμματι φαιδρῷ,
αἰεὶ ἐπ' εὐδόξοις ἔργοις χλέος ἐσθλὸν ἄγουσα.

Ultimum quidem versum Joh. Scaliger (Orph. ed. Herm. pag. 575) ita vertit:

Semper præclaro jungens operi agmina laudum.

Verum neutro loco ambiguitatem præpositionis tollendam puto. — Deinde verbi *ἄγω* similem usum observa Anthol. Palat. IX, CCCCLXVIII, 2 (Incertus): *Ἐπεὶ πόνος ἄσπετον εὖχος Ἀνδράσιν οἶδεν ἄγειν.* Orph. *Λιθ.* v. 766: *χάριν φέρων* non aliter. *χάρις* autem esse poterit *gratia, quæ sequitur divitias,* coll. Pyth. V, 1—5. Thierschius de *corporis pulchritudine* cogitat (liebliche Gestalt), contextui parum convenienter. Nec ut gloriæ simpliciter spectatæ significatio eligatur, facit v. 17., qui jam ipse hanc notionem involvit. Denique *γνήσιος* mihi h. l. est *insitus* et *verus*. Illud virtutis prædicatum habes Isthm. III, 22: *Ἀνδρῶν ἀρετὰν σύμφυτον.* — *Ἀλλ' ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας.* Schol. vet.: *ἀλλ' ὦ τοῦ Κρόνου καὶ τῆς Ῥέας παῖ Ζεῦ.* Eurip. Tro. v. 1279: *Κρόνια* (Jupiter). Reliqui Græcorum de Cronio colle cogitant. Jupiter autem Olympius invocatur, cujus magnum fuit templum Agrigenti, quamquam non perfectum. Polyb. IX, 27. Poterat in idem templum pompa triumphalis duci. — *ἕδος Ὀλυμπία* idem quod *Ὄλυμπον.* — *Ἰανθεὶς ἀοιδαῖς, delectatus his meis carminibus,* vel *chori cantu*. Raro *ἰαίνομαι,* cujus sensum bene explicat Hemsterhusius ad Hesych. T. II. pag. 4., h. sensu simpliciter usurpatur. Vide Fragm. scol. I (Heyne Tom. III. pag. 19). Apoll.

Rhod. III, 922: *Ἰαινομένη.* Quint. Smyrn. I, 80: *Ὅμως δ' ἄρα βαιὸν ἰάνθη.* Tzetza Homer. v. 294: *Γήθησαν δὲ θεοὶ καὶ ἴανθεν τόνδε ἰδόντες.* Creberrime jungitur cum substantivis *ἦτορ, θυμός, καρδία, φρήν, φρένες.* Hymn. hom. in Cer. v. 436: *Θυμὸν ἴαινον.* Apollon. Rhod. II, 306: *Θυμὸν ἰαίνων.* III, 920: *Ἰαίνετο δὲ φρένας εἴσω.* IV, 23: *Ἐν φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη.* 914: *Θυμὸν ἰανθείς.* 1096: *Φρένας ἰαίνεται.* 1591: *Ἰάνθη θυμός.* Oppian. Halieut. I, 70: *Ἦτορ ἰαίνετο.* Cyneget. I, 356: *Θυμὸν ἰαίνομαι.* IV, 373: *Θυμὸς ἰάνθη.* Musæus v. 107: *Θυμὸν ἰάνθη.* Orph. *Λιθ.* v. 265: *Μαχάρων ἰαίνεται ἦτορ.* Quint. Smyrn. I, 75: *Περὶ φρεσὶ τυτθὸν ἰάνθη.* 317: *Θυμὸν ἰαίνει.* 605: *Ἅτε φρένας ἔνδον ἰαίνει.* IV, 495: *Ὁ δ' ἐνὶ φρεσὶ πάμπαν ἰάνθη.* VI, 127: *Ἦτορ ἰαίνεται.* VII, 238: *Θυμὸν ἴηναν.* 340: *Φρένας ἰαίνεσκεν.* 382: *Ἰαίνετο θυμός.* 692: *Θυμὸν ἰαίνομαι.* Idem v. 540. X, 334: *Θυμὸς ἰάνθη.* XI, 161: *Ἰαίνετο θυμῷ.* 168: *Ἰαίνεται ἦτορ.* XIII, 63: *Νόος δ' ἰαίνετ' Ἀχαιῶν.* 83: *Φρεσὶν ἰαίνοντο.* XIV, 402: *Ἀνὰ θυμὸν ἰαινόμενοι.* 451: *Θυμὸς ἰάνθη.* Anthol. Palat. IX, DCCCVIII, 9 (Cyrus): *Θυμὸν ἰάνθη.* His adde, quæ habet Dammius ex Homero pag. 1103., Hemsterhusius ad Hesych. supra citatus, et Liebelius ad Archilochi fragm. XXV. — *Εὔφρων ἄρσρεν ἔτι πατρίαν σφίσιν κόμισον λοιπῷ γένει.* In his vocibus *λοιπῷ γένει* epexegeseos vice fungi, monui ad Ol. I, 91. Ejusdem plane generis est Ol. VIII, 109: *Κόσμον, ὅν σφιν ὥπασεν Ζεὺς γένει,* illis, sc. *generi* (*illorum*). Matthiæus Gr. gr. pag. 528: „ Ihnen, nähmlich ihrem Geschlecht.“ Simillimum est Eurip. Bacch. v. 317: *Ἡμῖν τε τιμὴ παντὶ τῷ γένει προσῇ.* Incertus

Rhesi v. 640: *Ἐχθρός τις ἡμῖν χρίμπτεται στρατεύματι.* Vide Matthiæum (Gramm. gr.) modo citatum, Hermannum in Museo antiquitatis studiorum Vol. I. P. 1. pag. 172. Müllerum ad Lycophr. v. 1112 (Tom. I. pag. 192). Elmsleyum ad Eurip. Med. v. 981. Matthiæum ad eundem Euripidis locum, opp. Tom. VI. pag. 507. 8., ubi contra Elmsleyum quædam monentur. Alia dabimus ad Pyth. I, 14. 15. coll. IV, 129. 30. — *ἄρουραν πατρίαν.* Paulo aliter Ol. XII, 28: *Ἀρούραις οἰκείαις.* — *Κόμισον, serva* et *trade*. Illud obtinet Pyth. VIII, fin., ubi vide, quæ adnotavimus. De usu verbi homerico v. Dammium. Adde Spanhem. ad Callim. hymn. in Dian. v. 17. Opp. ed. Ern. T. II. pag. 183.

V. 29—55.

Poeta transit ad generalem sententiam antecedentibus opponendam. *Arva patria, Jupiter, serva ipsorum postero generi. Et hoc non altius tua potestate. Res enim factas ne Tempus quidem omnium parens reddere potest infectas.* Junge: *τῶν δὲ ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν πεπραγμένων ἔργων τέλος,* quod mihi periphrasticum videtur, pro *τὰ δὲ πεπραγμένα ἔργα*, non *eventus* rerum, ut Nem. X, 54: *Πᾶν δὲ τέλος ἐν τὶν (Ζεῦ πάτερ) ἔργων.* coll. Isthm. I, 36. Periphrastice Noster voce utitur Ol. XIII, 80 (*μαχᾶν τέλος τέμνειν*). Theogn. (Bekker.) v. 140: *Πείρατ' ἀμηχανίης.* Eurip. Orest. v. 1328: *Σωτηρίας τέρμ'*, i. e. *σωτηρία.* Batrachom. v. 294: *Πολέμου τέλος ἐξετελέσθη.* Apollon. Rhod. IV, 1096: *Δίκης πείρατα*, i. e. *δίκη.* Archilochi fragm. XXIX (Liebel.) et Oppian. Halieut. V, 230: *Πείρατα νίκης*, i. e. *νίκη.* Steph. Byzant. v. *Ἄσσός* (Nicostratus): *Ἀσσὸν ἴθ', ὡς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.* Plura

vide ad v. 57. — *πεπραγμένων ἐν δίκᾳ* etc. Alludit poeta ad majorum Theronis ipsiusque historiam. Injuste facta (*παρὰ δίκαν πεπραγμένα*) a majoribus Theronis refert v. 70 sqq. Noster vero locus, quatenus Theronem ipsum spectat, secundum interpretes ad injustum Hieronis cum Therone bellum alludit. V. inprimis Böckhium in Præmonitis ad nostrum carmen. — *Facta infecta reddi non possunt*. Pseudo-Phocylides (Brunck. Gnom.) v. 50: *Οὐκ ἔτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.* — *Χρόνος, ὁ πάντων πατήρ.* Aliter Euripides, qui *αἰῶνα* Croni filium dicit Heracl. v. 895: *Αἰών, Κρόνου παῖς.* Sed idem poeta Tempus patrem vocat Dierum Suppl. v. 789: *Χρόνος, παλαιὸς πατὴρ ἁμερᾶν.* Deinde cum sit ante omnia, senem vocant barbatum. Aesch. Prom. vinct. v. 981: *Ὁ γηράσκων Χρόνος.* Nonn. Dionys. XXXVIII, 90: *Γέρων Χρόνος αἰών.* Idem XLVII, 472: *Πολιοῦ Χρόνου.* Idem Convers. Evangel. Jo. III, 79: *Εὐρυγένειος Αἰών.* VI, 216: *Ἕως δολιχοῦο γενείου Ἀμφιλαφὴς πολιῇσι κόμην λευκαίνεται αἰών.* VI, 146: *Αἰὼν εὐρυγένειος.* Anthol. Palat. II, 135 (Christodorus): *Γέρων Αἰών.* Ibidem IX, CCCCXCIX, 1 (Incertus): *Πολιὸς Χρόνος.* Aeternitatem Temporis vide Ead. Anthol. IX, DCCLXXXVIII, 1 (Incertus): *Ἄμβροτος αἰών.* Vim temporis sequentia spectant. Sophocl. Electr. v. 179: *Χρόνος εὐμαρὴς θεός.* Philemon fragm. incert. CXVII (Meineke pag. 429): *Ὁ Χρόνος ὁ μέγας.* Nonn. Conv. Ev. Jo. X, 62. Anthol. Pal. T. II. p. 863. Epigr. CCCXXIII, 4 (Inc.): *Πανδαμάτωρ Χρόνος.* Ibid. p. 863. Ep. CCCXXVI, 6 (Incertus): *Χειρ Χρόνοιο.* Noster Temporis potestati omnium Deorum potestatem subjicit fragm. incert. L. (Heyne Tom. III. pag. 107): *Ἄναχτα τὸν πάν-*

τῶν ὑπερβάλλοντα Χρόνον μακάρων. Persis vero Tempus fuit *Creator verus, omnibus limitibus major.* Phönicibus „*Ante omnes res Tempus, Tenebræ, Desiderium.*“ coll. Schelling: Ueber die Gottheiten von Samothrake pag. 54 sqq., ubi loci pindarici omissi sunt. — *Λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν.* Fieri *potest*, vel *solet*. v. Matth. Gr. gr. p. 722. — *Ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων πῆμα θνάσκει παλίγκοτον δαμασθέν.* Color dictionis e re militari s. agonistica tractus, quod repetitum vides v. 41 (*πένθος δὲ* etc.). *Χάρματα ἐσλὰ* sunt gaudia *fortia, calamitate obstante validiora*. Ab his *domitum* ac *devictum* quasi *necatur* infortunium. Eurip. Med. v. 1175: *Διπλῶν γὰρ αὐτῇ πῆμ' ἐπεσρατεύετο.* Herc. fur. v. 101: *Κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ συμφοραί.* Menander in Supplemento sententiarum singularium v. 48 (Meineke pag. 337): *Νίκα λογισμῷ τὴν παροῦσαν συμφοράν.* Thryphiodor. *Ἰλ. ἅλ.* v. 9: *Ξιφέων δ' ἔθνησκον ἀπειλαί.* — Idem infortunium dicit poeta *παλίγκοτον*. Etymol. M. v. *ἀβαχής. Σαπφώ. Ἀλλά τις ὐκ ἔμμεν παλιγκότων Ὀργάν.* Hesychius: *παλίγκοτα, ὀργίλα.* Melius puto Suidas: *Παλινσχίῳ, σκοτεινῷ. τὸ γὰρ πάλιν ἐπίτασιν δηλοῖ, ὡς παλιγκάπηλος, παλίμπρατος.* Jam *παλίγκοτος* proprie est *denuo iratus*, ut Nonn. Dionys. XXVII, 177: *Μηδὲ πάλιν Βάκχοισι παλίγκοτον οἶδμα κορύσσων.* XLVIII, 4: *Χόλον παλίγκοτον.* Deïnde *iteram atque iterum iratus*, i. e. *valde iratus*. coll. Nem. IV, 156. Maxime vero huc facit Aesch. Agam. v. 579 (Schütz.): *Τὸν ζῶντα δ' ἀλγεῖν χρὴ τύχης παλιγκότου.* Adde Eundem v. 863. 874: *Κληδόνας παλιγκότους.* Simillime *ira* et *inimicitiæ* personam induunt apud Iso-

cratem Panegyr. cap. 42 (Wolf. pag. 172): *Οὕτως ἀείμνηστον (semper memorem, eoque continuam, immortalem) πρὸς αὐτὰς τὴν ὀργὴν ἔχουσιν.* Idem de pace pag. 422 (Wolf.): *Ἐξ ὧν ἀειμνήστους τὰς ἔχθρας πρὸς ἀλλήλους ἔχουσιν.* Debeo utrumque locum celeberrimo Alcmanis editori pag. 86., ubi versum Theognidis 1202 (Bekker.) acute ita mutat: *Τῆς αἰειμνήστης εἵνεκα ναυτιλίης. — Ὅταν θεῦ Μοῖρα πέμπῃ ἀνεχὰς ὄλβον ὑψηλόν. Quando Dei Parca altam felicitatem sublime facit assurgere.* De voce *ἀνεχὰς* vide Schneiderum in Lexico gr. et Böckhium in Nott. critt. Idem est, quod *ἄνω, ὑψοῦ, in altum.* *Πέμπω* deinde est *erigere, tollere,* ut apud Bacchylidem carm. ad Ebrietatem, ubi de Veneris spe, cui accedant Bacchi dona, ait: *Ἀνδράσι θ' ὑψοτάτω πέμπει μερίμνας*, i. e. curas cogitationesque sublime fert. Nec differt inde *ὑψοῦ φέρειν* Pyth. X, 109. Ceterum *πέμπω* alibi apud Nostrum ad plantarum incrementa et similia alludit Ol. VII, 122. coll. 127 (*βλάστε*) de insula e mari proventura: *Φαεινὸν εἰς αἰθέρα πεμφθεῖσαν.* Similiter *ἀναπέμπειν* apud alios scriptores de terra plantas progerminante. Orph. Hymn. XXIX, 17 (ad Proserpinam): *Καρπὸς δ' ἀνάπεμπ' ἀπὸ γαίης. — θεῦ Μοῖρα. Parca.* V. 65 simpliciter habetur *Μοῖρα.* Sed nostra dictio alibi quoque invenitur. Simonides (de mulieribus) v. 104: *Θεῦ Μοῖραν.* Apollon. Rhod. I, 450: *Μοῖρα θεῶν.* Anthol. Palat. Tom. II. pag. 755. Epigr. IX, 86 (Aristoteles): *Μοῖρα θεῶν. — Ὄλβον ὑψηλόν.* Pyth. II, 47 eodem puto sensu: *Μακρὸν ὄλβον, magnam felicitatem.* Empedocles v. 355 (Sturz.): *Ἐξ οἵης τιμῆς τε καὶ ὅσσου μήκεος ὄλβου.* Idem v. 420: *Ὅς δὴ μήκιστον πραπίδων

ἐκτήσατο πλοῦτον. Eurip. Iphig. Aul. v. 585: *Εὐμήχεις τύχας.* Ceterum in versibus illustratis bene perspexit Pindarus naturam humanam, quæ capacior tenaciorque esse videtur lætitiæ voluptatisque quam doloris, cum parva sæpe felicitas summi infortunii dolorisque sensum memoriamque extinguat. — *Ἕπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις Κάδμου κούραις. Convenit hoc dictum in Cadmi filias.* Similem pronominis ὅτος in eodem nomine omissionem vides Pyth. I, 69: *Ὁ δὲ λόγος ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν φέρει.* Thucyd. I, 2: *Καὶ παράδειγμα τόδε τῷ λόγῳ* (hujus, s. nostri) *οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι.* De quo loco uberius a Nobis disputatum in Seebodii libro menstruo: Kritische Bibliothek für das Schul- und Unterrichtswesen. 1821. pag. 94—97. Aeschyl. Agam. v. 1001 (Schütz): *Νόσος γὰρ γείτων ὁμότοιχος ἕρπει;* ubi ex antecedentibus coll. v. 835. supplendum est *αὕτη.* — *εὐθρόνοις Κάδμου κούραις.* Cadmi filiæ (*Κάδμου κόραι* Pyth. XI, 1. coll. III, 174) sunt *Semele*, *Ino*, *Autonoë*, *Agaue*, coll. scholiis. Ex his prima tantum et secunda hoc carmine exempli vice fungitur, cum post magnum infortunium eximiam præ reliquis sororibus felicitatem adeptæ sint; quamquam nec hæ omni solatio caruerint, sed ipsæ quoque cum sororibus *ὕστερον ἔτυχον τῆς ἐκ θεῶν τιμῆς.* Schol. De his plura vide ad Pyth. III, 174 sqq. — *εὔθρονος* h. l. vel humanam, vel divinam Cadmidarum conditionem spectat. De Diis semper a Pindaro adhibetur vox. v. Pyth. IX, 105. Nem. III, 145. Isthm. II, 8. Ita jam Homerus apud Schol. Nec impedit quidquam, quo minus eandem significationem nostro quoque loco applicemus. Bene Heynius: „*Εὔθρονοι* ex more antiquo deæ et heroinæ, ut reginæ, præclare ad

dignitatem declarandam, ut alias *χρυσόθρονοι* [Pyth. IV, 464. de heroina Cyrene. Nem. I, 58. de Junone]." — *Πένθος δὲ πιτνεῖ βαρὺ χρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.* In hac loci scriptione criticis recentioribus scio me adversari. v. Mingarell. apud Heyniun, Böckhium in Nott. critt., Hermannum apud Heyniun, Ahlwardtium in sua poetæ editione. Iis poetæ locus „uon sententia est, sed narratio variæ Cadmidarum fortunæ, quæ incipit a verbis *ἔπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις Κάδμοιο κύραις*; generalis autem sententia præcesserat: *Λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ' ἄν* etc." Böckh. in Nott. critt. pag. 355. Jamque lenissima Böckhii mutatio est: *δ' ἐπίτνει.* Hermannus legit: *δ' ἔπιτνε.* Ahlwardtius: *δ' ἔπιτνεν.* Ego cum interpretibus prioribus facio, quibus videbatur Pindarus narrationem generali sententia, jamante v. 35. obvia, interpellare, cum potuisset concinnius æquabiliusque narrationem continuare. Quod ita consentit cum usu pindarico, ut eam ipsam ob causam veterem lectionem retinendam putem. Neque otiosa mihi sententiæ repetitio est, cum is ipse mihi cardo esse videatur in Theronis majorumque ejus fatis enarrandis. *Multa sane majores tui perpessi sunt; nec tu omnis infortunii expers fuisti. Verum ea est rerum humanarum divinitus constituta natura, ut soleat gravis licet calamitas novissimo quoque fortunæ favore oblitterari.* Jamque ex mea sententia *δὲ* post *ἔπεται* idem erit quod *γάρ.* — De verbo *πίτνω* (*πιτνῶ*) alii aliter. Videatur Elmsleyus ad Med. v. 55. ed. Lips. pag. 74. Hermannus in Elmsleyi edit. Heracl. Lipsiens. pag. 56 — 59. Idem Eurip. Bacch. præfat. pag. xxxv sq. Matthiæus Eurip. Tom. VI. pag. 436. — *Ζώει μὲν ἐν Ὀλυμπίοις ἀποθανοῦσα*

βρόμῳ χεραυνῷ ταυυέθειρα Σεμέλα. Sequuntur generalis sententiæ antecédentis duo exempla demonstrativa. — *ζώει.* Soph. Electr. v. 154. 55: *Οἵα Χρυσόθεμις ζώει.* Cfr. Oed. C. v. 1213. et Nonn. infra laudatum pag. 91. — Particulæ *μὲν* respondet remotum *δ'* v. 51. — *ἀποθανοῖσα βρόμῳ χεραυνῷ.* Eurip. Bacch. v. 6 (de Eadem): *Μητρὸς χεραυνίας.* v. 86: *Λιπῶσ' αἰθέρα χεραυνίᾳ πλαγᾷ.* v. 555: *Σεμέλας ἱερὸν ἀμφὶ τάφον, ἂν ποτε χεραυνοβόλος ἔλιπε φλόγα δὶς βροντᾶς.* De inopinato vero Numinis cujusque adspectu et occursu mortalibus pernicioso cfr. Spanhem. ad Callim. hymn. in Lavacr. Pall. v. 101. T. II. pag. 690 — 694 (Ernesti). Secundum Nonn. Dionys. XXXI, 230 (v. pag. 90) Jupiter ipse Semelam in cœlum evexit, secundum alios Bacchus filius. Anthol. Palat. III, 1 (Incertus):

Τάνδε Διὸς δμαθεῖσαν ἐν ὠδίνεσσι χεραυνῷ,
Καλλίχορον Κάδμου παῖδα καὶ Ἁρμονίης,
ματέρα θυρσοχαρὴς ἀνάγει γόνος ἐξ Ἀχέροντος,
Τὰν ἄθεον Πενθεὺς ὕβριν ἀμειβόμενος.

Quibus adde, quos citat Jacobsius Anthol. Lips. Tom. IX. pag. 402. — *Vivit inter Cœlites.* Nonn. Dionys. X, 129 (Semele de se gloriabunda):

Σεμέλη λάχε κύκλον Ὀλύμπου.

Idem XXV, 116:

Σεμέλη δ' ἐπέβαινεν Ὀλύμπου,
σὺν Διΐ, σὺν Μακάρεσσι μιῆς ψαύουσα τραπέζης,
υἱεῖ βοτρυόεντι παρεζομένη Διονύσῳ.

Idem XXXI, 33:

Σεμέλην ἔσω ναίουσαν Ὀλύμπου.

Ibidem v. 49:

Κρονίδης πόλον ἄςρων

ἔδνα πόρεν Σεμέλῃ.

Ibid. v. 230:

Ζεὺς Σεμέλην ἐς Ὄλυμπον ἀνήγαγε, μητέρα Βάκχᾳ. — V. 46. Semela dicitur *ταννέθειρα*, non diversa dictione a *καλλίκομος* in Anthol. loco supra citato, quod aliâs quoque Heroinæ prædicatum est Pyth. IX, 186., ut generaliter mulierum Nem. X, 17. Atque Ol. III, 2. est Helena *καλλιπλόκαμος*. Alii Semelam ideo *ταννέθειραν* dici putant, quod passis et longioribus quam ceteræ deæ vel heroinæ crinibus picta sit, ut filius quoque ejus Isthm. VII, 5. *εὐρυχαίτας* dicitur, et Nonn. Dionys. XXXV, 218 *ταναπλόκαμος*. Sed istam artis formam non semper sibi constitisse inde patet, quod apud Nostrum Fragm. Dithyramb. III. (Heyne III, 68) eadem Semele *ἑλικάμπυξ* vocatur. — *φιλεῖ δέ μιν Παλλὰς ἀεί.* Jovi Minerva filia semper assidet. Callim. hymn. Apoll. v. 29. ibique Spanhem. Debet igitur eosdem amicos et inimicos habere. Eidem mensæ S. admovetur Nonn. XXV, 116., assidetque filio Baccho Nonn. ibid. — *παῖς* scil. Semelæ, Dionysus, quo nomine semper apud Nostrum legitur ille Deus. — *χισσοφόρος*. Idem est *χισσοδέτας* Fragm. Dithyramb. III. (Heyne III, 67). — *λέγοντι δ'*. Odyss. V, 333 sqq. (Böckh. Explicc. pag. 125.). Apud Nonnum Dionys. IX, 78 — 91. his verbis Inoi vitam inter Nereidas gloriosam vaticinatur Mercurius:

Ἀλλὰ σὶ μὲν
ἔσσεαι αὐχήεσσα, τόσης ναέτειρα θαλάσσης,
οἶκον ἀμειβομένη Ποσιδήϊον· εἰναλίη δὲ
ὡς Θέτις, ὡς Γαλάτεια φατίζεται Ὑδριὰς Ἰνώ.
οὐ χθονίῳ κενεῶνι καταχρύψει σε Κιθαιρών·

ἀλλὰ σὺ Νηρεΐδων μία γίνεαι· ἀντὶ δὲ Κάδμου
ἐλπίδι λωϊτέρῃ καλέσεις Νηρῆα τοκῆα,
παιδὶ τεῷ ζώουσα σὺν ἀθανάτῳ Μελικέρτῃ,
Λευκοθέη, κρατέουσα χυτῆς κληῖδα γαλήνης,
εὐπλοΐῃς μεδέουσα μετ' Αἰόλον· εὐδιόων δὲ
σοὶ πίσυνος πλεύσειε φιλέμπορος εἰν ἁλὶ ναύτης,
βωμὸν ἕνα στήσας Ἐνοσίχθονι καὶ Μελικέρτῃ,
ῥέζων ἀμφοτέροισι. θαλασσαίοιο δὲ δίφρου
δέξεται ἡνιοχῆα Παλαίμονα Κυανοχαίτης.

Idem X, 124 (de Eadem):

Καὶ ἔπλετο ποντιὰς Ἰνὼ
Νηρεΐς, ἀφλοίσβοιο χυβερνήτειρα γαλήνης.

Idem XI, 210 (de Eadem):

Ὅττι καὶ αὐτὴν
Λευκοθέην ζώουσαν ἐδέξατο Κυανοχαίτης,
καὶ μία Νηρεΐδων κικλήσκεται. —

De Leucothea et filio Melicerte vide Pyth. XI, 3. ibique schol. Fragm. Epin. I, 1 (Heyne III, 7). Ad sensum præpositionis *ἀμφὶ* faciunt, quæ adnotavi ad Ol. I, 80. pag. 32. 33. — *βίοτον ἄφθιτον τὸν ὅλον ἀμφὶ χρόνον* est pleonasmus emphaticus ut Nem. I, 105: *Τὸν ἅπαντα χρόνον ἀεί.* Hymn. homer. in Cerer. v. 264: *Τιμὴ δ' ἄφθιτος αἰέν.* Ibid. v. 268: *Αἰὲν — ἤματα πάντα.* Menander Pseudohercule (Meineke pag. 182): *Ἐνδελεχῶς ἔξεις ἀεί.* Ubi multa ejusdem plane generis collegit editor doctissimus. Similia vide apud Eundem pag. 214. Callimach. hymn. in Apoll. v. 83: *Ἀεὶ δέ τοι ἀέναον πῦρ.* coll. Jacobs. Anthol. Palat. Tom. III. pag. LXXII. Quint. Smyrn. VII, 88: *Οὐρανὸν ἄφθιτον αἰεί.* Poeta apud Dionys. Halicarn. Hist. Lib. I. (Meurs. ad Lycophr. v. 53. Müller. pag. 1174): *Σέβας ἄφθι-*

τον αἰεί. Idem poeta ibidem: *Τὸν ἀεὶ χρόνον... ἤματα πάντα.* Anthol. Palat. XIV, xxiv, 6 (Incertus): *Μαχάρων ἱερὸν χορὸν ἄφθιτον αἰεί.* Tzetza Homer. v. 126: *Ἀεὶ κλέος ἄφθιτον.* Proxime accedit Eurip. Iphig. Taur. v. 467: *Μακρὸν χρόνον, ἀεί* (*diu*, et quidem *semper*), unde aliqua lux oritur Aeschylo Choëph. v. 955. 56.

V. 55—64.

Præceps illa in Cadmidarum domo rerum conversio, inprimis Semelæ et Inus repentina mors ad novam sententiam deducit, *incerta esse futura, tum quoad vitæ, tum quoad felicitatis durationem.* —*Ἤτοι βροτῶν γε κέκριται πεῖρας οὔ τι θανάτου.* Bene Heynius: „*Οὐ κέκριται, οὐ διακεκριμένον, οὐ δῆλον, σαφές ἐστι* (*κατά τι*), *ullo modo, quando mors mortales oppressura sit.* Similia Nem. VI, 10—13." Nec aliter scholiastæ. — In reliquis multa interpretum ærumna. Heynius in Nott. critt.: „*ὁπότε* laborat seu sensu, seu usu, seu scriptione. Vulgo accipitur ac si esset *πότερον*. In Schol. redditur *ποίαν, ποδαπήν, πότε* et *οὐδέποτε*." Idem in Nott. exeget.: „*ὁπότε* est *quando, cum, quo tempore*, et respondet *τῷ τότε*, aut alii definito; grammatica itaque ratio ordinat verba: *οὐδὲ κέκριται, neque certum est, non constat,* (eo tempore) *quo diem finiemus integra cum fortuna*. Quæ jenuna sunt: sive *Ἀμέραν* de singulis diebus, sive de novissimo die seu de vita intelligas. Nec quæritur, *quando*, sed *num*, *πότερον*, *integra felicitate* morituri simus. Videtur adeo *ὁπότε* requirere *τότε* in anteced. *οὐδὲ* (*κέκριται πέρας θανάτου τότε* sc. *γενησόμενον*) *ὁπότε τελ.*, *nec liquet, mortem nos oppressuram esse tum, cum integro fortunæ statu vitam tranquille finire licebit*. Sin *ἀμέ-*

ραν de singulis diebus dictum est, erit accipiendum: ne tum quidem πέρας θανάτω constat, quum, *quoties diem hilariter integra felicitate exigemus*. Quod vix placere potest." — Böckhius: „In sequentibus magna difficultas est, de qua expedienda prope desperaveram, quod ὁπότε positum reperitur, ubi exspectaveris εἴποτε. Id optime perspexit Thierschius Act. philol. Monac. T. I. F. II. p. 207., ubi dicit: „*In eo loco duplex constructio in unam conflata: ὁπότε τελευτάσομεν et εἰ σὺν ἀγαθῷ τελευτάσομεν*;" quod tamen quomodo fieri possit, non intelligo: ac si dixeris, ὁπότε prægnanti sensu esse pro hoc, ὁπότε τε καὶ εἴποτε, hoc ipsum et ratione et exemplo caret. Nec tamen ulla ratio mihi superesse videtur, nisi ut dicas, poetam quidem voluisse etiam de *tempore* dicere: *incertum est, quando obituri simus*; simul tamen id admiscuisse, *an tum, quando obituri simus, integra affutura sit* felicitas." Thierschius nunc simpliciter (Pindarus Werke etc. T. I. pag. 20): „Noch ob wir in Behagen endigen den Tag sehn mit ganz undurchbrochenem Besiz, den Sohn Halios." — Ea omnia tentamina intuta esse, eorundem auctores vel concesserunt, vel puto concedent. Nil tamen sensu loci simplicius. *Neque constat* (κέκριται), *quoties diem tranquillum integra cum felicitate finituri, s. cubitum abituri* atque *obdormituri*, i. e. *quot dies vere felices exacturi simus*. In antecedentibus de dierum *vitalium* numero, i. e. de *vitæ* duratione sermo habetur, hoc loco de dierum *felicium* numero, i. e. de duratione *felicitatis*. Τελευτάσομεν vero elegit pro ζήσομεν, cum antecesserit πεῖρας θανάτω, i. e. θάνατος, finis rerum. Hoc optime convenit cum Cadmidarum illarum historia, quarum et vita et felicitas brevis

fuit, quum in flore juventutis tristissima morte occubuerint. — *Πείρας θανάτω finis* est, *quem constituit mors*, i. e. *mors ipsa*. Sollemnis Græcorum circumlocutio, cujus exempla quædam dedi ad v. 33.; addo sequentia. Homerica v. apud Dammium; pindarica in his Dilucidationibus ad Ol. XIII, 80. Pyth. IX, 118. Hesiod. Scut. Herc. v. 357: *Θανάτοιο τελευτήν*. Homer. et Hesiod. certamen (Hesiod. Lösner. pag. 490): *Θανάτοιο τέλος*. Archilochi fragm. LI, 3: *Θανάτω τέλος*. coll. ibi Liebel. pag. 150. Theognis (Bekker.) v. 57: *Θανάτοιο τέλος*. Idem v. 1166: *'Οδῶ τέρματ'*, i. e. *ὁδόν*. Mimnerm. (Brunk. Gnom.) II, 8: *Τέλος γήραος*, i. e. *γῆρας*. Idem ibid. v. 9: *Τέλος θανάτοιο*. Eurip. Med. v. 154: *Θανάτω τελευτάν*. Hippol. v. 139: *Θανάτω τέρμα*. Empedocl. (Sturz. pag. 517) v. 106: *Θανάτω τελευτήν*. Apollon. Rhod. I, 836: *Φόνω τέλος*. Oppian. Halieut. I, 527: *Θανάτοιο τέλος*. V, 293: *Μόρω τέλος*. v. 465: *Τέλος ἴβης*, i. e. *ἶβη*. Cyneget. II, 598: *Θανάτοιο τελευτάν*. Quint. Smyrn. I, 104. 310. III, 615. VII, 522: *Θανάτοιο τέλος*. VII, 613: *Πανύρον βιότοιο τέλος*, i. e. *πανύρον βίον*. Anthol. Palat. XII, CLVIII, 8 (Meleager): *Ἐν σοί μοι ζωῆς πείρατα καὶ θανάτω*. Ibidem Tom. II. pag. 844. Epigr. CCLXXVI, 3 (Incertus): *Τέλος θανάτοιο*. Ibid. pag. 856. Epigr. CCCXIII, 10 (Incertus): *Τέλος θανάτω*. Orph. Argonaut. v. 106: *Τέλος θανάτοιο*. v. 1116: *Θανάτω τελευτήν*. Nonn. Dionys. XXV, 170: *Μόθω τέλος*, i. e. *μόθον*. Idem Convers. Evang. Joh. XXI, 114. 132: *Θανάτω τέλος*. Tzetza Posthomer. v. 413: *Θανάτοιο τελευτήν*. v. 416: *Θανάτοιο τελευτῆς*. — *Ἄμέραν, παῖδ' Ἀλίω*. Similiter loco Euripideo supra cit. pag. 84. horarum pater est Tempus. —

Ῥοαὶ δ' ἄλλοτ' ἄλλαι εὐθυμιᾶν τε μετὰ καὶ πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν. *Fluctus* (fatorum) *cum rebus lætis adversisque vadunt in homines.* Böckhius (ut Heynius) jungit *μετέβησαν*, ut sint *ῥοαὶ εὐθυμιᾶν τε καὶ πόνων.* Mihi favet loci ipsa natura et Ol. VII, 175., ubi *αὖραι* ut nostro loco elliptice usurpatur pro *αὖραι* fatorum. *Undis* vero vel *mari* fortuna creberrime comparatur; nec raro fortuna quoque adversa. Eurip. Androm. v. 350: *Κακῶν τοσούτων οὐχ ὁρᾷς ἐπιῤῥοάς;* Herc. fur. v. 724: *Ἰώ! δίκα καὶ θεῶν παλίῤῥους πότμος.* Expressam habes calamitatem Ol. X, 46: *Ὀχετὸν ἄτας, canalem, s. fluentum ἄτας.* — *Εὐθυμίαι* sunt *res lætæ* ut Isthm. I, 88. — *ἄλλοτε* cum *ἄλλος* et *ἀλλοῖος* conjunctum Pindaro sollemne. Ol. VII, 19. Isthm. IV, 8. et alibi. V. indicem Böckhianum. Copulat hæc phrasis temporis et personæ variationem. coll. Viger. pag. 76. nott. Ad sententiam vide Ol. VII, fin. Isthm. IV, 8.

V. 65—93.

Sententia antecedens illustratur et firmatur Cadmidarum reduce infortunio. *Non aliter prospera quidem fuit* (*εὔφρων*) *horum virorum fortuna universim spectata, neque tamen abfuit fatorum iniquitas.* — *Τῶν δε.* *Theronis et majorum*, non, ut aliis visum, *hominum* (v. 64. *ἄνδρας*), *i. e.* Cadmidarum. *ὅδε* scriptoribus græcis is esse solet, de quo sermo habetur, vel, qui modo præsens est tempore locove. Apud Nostrum vide Ol. VII, 54. et locos plurimos in indice Böckhiano. conf. Böckh. ad Ol. VI, 174. — *θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ.* Schol. Aesch. Prom. v. 790: *Ἐκ θεῶν ὁρμώμενον, ἤτοι θεῖον.* Photius: *Θεόῤῥυτον (θέορτον)· ἐκ θεῶν προϊόν.* vide Blom-

fieldium ad istum Aeschyli locum. — Deinde junge *ἐπάγει*. — Totum locum Böckhius ita intelligit: „*Parcam referre etiam damnum*, ut Cadmidis inde a Laio; sed id ipsum esse *παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ*, *alio tempore recedere et refugere*, nempe inde a Thersandro: tum *ἐξ ὅ* pertinet ad primariam sententiam *Μοῖρα πῆμ' ἐπάγει*, non ad *παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ*." Mihi secus videtur. Recte quidem colligitur ex *ὅτω — τῶνδ' — ἐξ ὅ περ*, sententia relicta ad narrationem reverti; neque tamen sententiæ usus plane exclusus est, ob verbum *ἐπάγει*, quod non tantum præsentis historici, sed etiam præsentis vulgaris vice fungi mihi persuasum est. Sententiam Noster miscuit cum narratione. Deinde *παλιντράπελον* jungit Böckhius cum *ἄλλῳ χρόνῳ*. Id ipsum contextui verborumque nativæ simplicitati adversatur. Nec enim sermo est primum de felicitate, tum de infortunio, denique de infortunio recedente, i. e. felicitate restituta, sed de infortunio felicitatem excipiente. Felicitatis restitutio versibus remotioribus narratur, sed antea verbis haud admodum paucis calamitas in Oedipodem filiosque irruens. Postremo *παλιντράπελος* mihi simpliciter est, qui *retro convertitur*, ideoque *πῆμα παλιντράπελον* malum, quod *ab alio ad alium transit*, *τρέπεται*, i. e. ab aliis hominibus ad Laium ejusque familiam. Sed poteris quoque præpositionem *πάλιν* proprie intelligere, cum post primum Cadmi filiarumque infortunium tempore interjecto eandem familiam (Laium, Oedipodem filiosque ejus) infortunium denuo afflixerit; *παλιντράπελος* itaque erit pro *πάλιν*, ut *παλίνορσος* apud Empedoclem (Peyron. pag. 27): *Αὐτὰρ ἐγὼ παλίνορσος ἐλεύσομαι ἐς πόρον ὕμνων*. — Deinde *ἄλλῳ χρόνῳ* loci sententioso colori optime respondet,

cum

cum *narratio ὑστέρῳ χρόνῳ* requisisset. — *μόριμος υἱός*, *fatalis*, ambigue, s. *fato concessus*, s. *fato obsequens*. — *Ἰδοῖσα δ' ὀξεῖ' Ἐριννὺς ἔπεφνέ οἱ σὺν ἀλλαλοφονίᾳ γένος ἀρήϊον.* Eurip. Phön. v. 379: *Κακῶς θεῶν τις Οἰδίπᾳ φθείρει γένος.* — *ὀξεῖ'* ob *ἰδοῖσα* ad aciem oculorum pertinebit. coll. Nem. X, 107 (de Lynceo): *Ὀξύτατον ὄμμα πάντων ἐπιχθονίων.* — Ad *ἀρήϊον* Schol. rec. coll. vet.: *ἀρήϊον, πολεμικόν, ἤγουν τὸν ἐξ Ἄρεως καταγόμενον. ἐξ Ἀφροδίτης γὰρ καὶ Ἄρεως Ἁρμονία ἡ προμήτωρ αὐτῶν.* Posterius sequitur Ahlwardtius *Ἀρήϊον* scribendo. Prius mihi simplicius videtur, nec alienum a Pindari usu. Isthm. VIII, 52: *Υἱέων τ' ἀρηΐφιλοι παῖδες.* Adde *ἄρειος* quoque improprium usum Ol. IX, 116. Pyth. V, 113. Isthm. V, 60. Deinde cum euphemismo quodam neque ejus nomen apponit, qui patrem occidit, neque fratrum, qui mutuo se obtruncarunt. Omissæ quoque Oedipodis nuptiæ incestæ. In sola cæde necessariorum versatur narratio, quod haud alienum a carminis consilio videtur. Intercedebat inter Theronem atque Hieronem Syracusanum affinitas. Nihilominus paulo ante bello petierat Hiero Theronem. Adversus eundem nova moliti fuerant cognati Capys et Hippocrates; de quibus omnibus conf. Scholia. Dicit igitur poeta: *quod ultimo tempore experta est familia tua, idem vidit in primordiis suis, insidias suorum bellumque intestinum.* — *Λείφθη δὲ Θέρσανδρος.* Thersander relictus cum fratribus, solus memoratur, quod ab eo familia Theronis originem ducebat. Thersander erat filius Polynicis et Argiæ, Adrasti filiæ. coll. schol. In fratrum nominibus aliquantisper variatur. Schol.: *ἀδελφοὶ δὲ αὐτῷ* (Thersandri) *Τιμέας καὶ Ἀλάστωρ.* Deinde: *ἐλείφθη δὲ τῷ Πολυνείκους πεσόντος Θέρ-*

σανδρος, Ἀνδρότιμος, Ἄλαστος. — Uxorem duxit Thersander Δαμώνασσαν τὴν Ἀμφιαράου. coll. Schol. — Νέοις ἐν ἀέθλοις ἐν μάχαις τε πολέμου τιμώμενος. Mingarellus νέος pro *juvenilis* bene illustrat ex Eurip. Med. v. 48: Νέα γὰρ φροντὶς οὐκ ἀλγεῖν φιλεῖ. Nec aliter Noster Nem. IX, 26 sqq.: Νέαισί θ' ἑορταῖς ἰσχύος τ' ἀνδρῶν ἀμίλλαις ἄρμασί τε γλαφυροῖς. ubi vides juvenes virosque juxta positos. Soph. Ai. v. 505 (de filiolo Ajacis): Εἰ νέας τροφῆς στερηθείς, i. e. νέων τροφῆς. Ubi Scholiastes: τὸ δὲ (ἁρμόττει) τοῖς νέοις καὶ νηπίοις καὶ ἀνατροφῆς δεομένοις. Liv. XL, 14: *In juvenili (juvenali) armorum certamine*. Usum Latinorum uberius illustrant Forcell. et Schell., quos vide. — Agonistica vero et bellica virtute laus vitæ heroicæ comprehendebatur. Pyth. VIII, 35 (de temporibus insulæ Aeginæ heroicis): Πολλοῖσι μὲν γὰρ ἀείδεται νικαφόροις ἐν ἀέθλοις θρέψαισα καὶ θοαῖς ὑπερτάτους ἥρωας ἐν μάχαις. Paulo aliter *armis palæstram* opponunt Romani. Cic. Brut. cap. 9: Non tam *armis* instructus, quam *palæstra*. Μάχαις πολέμου, i. e. μάχαις, simili pleonasmo ut Eurip. Heracl. v. 793: Μάχης ἀγῶνα. — De honore Thersandri agonistico et bellico vide Scholia et Böckhium. — Ἀδραστιδᾶν θάλος ἀρωγὸν δόμοις. Junge: θάλος ἀρωγὸν Ἀδραστιδᾶν δόμοις. Heynius de *Adrastidarum germine* loquitur. Adrasti liberos enumerat Apollodorus I, 9, 13. coll. Heyn. notis. Aegialeus ac Cyanippus, Adrasti filii, sine prole decesserunt. De filiarum trium liberis vide Heynium ad Apollod. l. cit. Solus Thersander, Argiæ filius, Adrasti stirpem longa ἐπιγενομένων serie propagasse videtur, quare ἀρωγὸς dici poterat. Ab eo Theronis familia. Aliter scholiastæ, qui de bello Epigonorum co-

gitant: *ἐπεὶ Θέρσανδρος καὶ Διομήδης οἱ ἐπίγονοι ἐπιστρατεύσαντες ταῖς Θήβαις τῶν προαναιρεθέντων πατέρων ἐξεδίκησαν φόνον.* His adversatur ipse poeta, qui de *Adrastidarum* domo loquitur, non de *Cadmidis* etc. — *θάλος* (*surculus*) de hominibus ut hoc loco usurpatur Ol. VI. 114. Isthm. VII, 34. Eurip. Iphig. Taur. v. 165. 200. Phön. v. 88. Electr. v. 15. — *ὅθεν σπέρματος ἔχοντι ῥίζαν. πρέπει τὸν Αἰνησιδάμυ ἐγχωμίων τε μελέων λυρᾶν τε τυγχανέμεν.* Locus ob *ἔχοντι* difficillimus, quod cum Didymo et Aristarcho scholl. omnesque codd. agnoscunt. Schol. vetus: *ὅθεν σπέρματος ἔχοντι ῥίζαν· εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς· πρέπει τὸν Αἰνησιδάμυ.* Retinuit hanc lectionem Böckhius, atque in Explicc. pag. 126. *Asyndeton vero,* ait, *non modo non offendit (Cfr. Olymp. VI, 71. 72), sed egregiam vim habet, propterea quod nova incipiente sententia verba πρέπει τὸν Αἰνησιδάμυ magis insignia redduntur, nec minus præcedentia ὅθεν σπέρματος ἔχοντι ῥίζαν; quæ vis perit, ubi asyndeton sustuleris. Accedente autem cantu emphatico et sonis instrumentorum asyndeti pulchritúdo magis credo illucescebat.* Verum locus Ol. VI, 71. 72 (122. 23.) alius generis est. Non enim e verbis *ὄλβος* etc. nova incipit sententia, sed ex antecedentibus *ἐξ ὅ* etc., quod ipsum quoque de *ὅθεν* nostri loci valet. Deinde nil frigidius isto additamento, *ὅθεν σπέρματος ἔχοντι ῥίζαν,* atque asyndeton tam durum in toto Pindaro non deprehendi, qui ubi ad victorem canendum recurrit, asyndeta quidem non omnino respuit, sæpissime tamen nexu grammatico arctiore utitur. Denique verbi *ἔχοντι* subjectum remotissimum est, sc. *τῶνδ'* v. 66. Nihilominus veterum testimoniis parendum, quum lectionem *ἔχασι* monente

Böckhio tantum interpretationis causa adscriptam habeant tres codices. *ἔχεσι* amplectitur Hermannus et Ahlwardtius ita jungendo: *Πρέπει τὸν Αἰνησιδάμᾳ* (*αὐτοῖς ἔνθεν*) *σπέρματος ῥίζαν ἔχεσιν ἐγχωμίων τυγχάνειν*, hoc puto sensu: *inter* (*ἐν*) *cujus posteros Theronem decet* etc. Schmidii conjecturam *ἔχοντα* facillimam elegantissimamque cum plurimis Pindari editoribus secutus est Thierschius. — *ὅθεν*, i. e. *δόμοι Ἀδραστιδᾶν*, vel *θάλος ἀρωγόν*, Thersander. Illud præfero. — *σπέρματος ῥίζαν*, *generis originem*, *ῥίζαν σπερματικήν*, *γενετικήν*. Similiter Cyrene dicitur *ἀστέων ῥίζα* (*mater*) Pyth. IV, 26. Eurip. Jon. v. 1576: *Παῖδες ῥίζης μιᾶς* (eorundem parentum). Anthol. Palat. VII, CXXXV, 2 (Incertus) de Hippocrate medico: *Φοίβᾳ ἀπὸ ῥίζης*. Ibidem VIII, CLXII, 4 (Gregorius theologus): *Ῥίζα τόση* (pater tantus). Ibidem Tom. II. (Anthologiæ Planudeæ etc.) pag. 716. Epigr. CCXCVII, 1 (Incertus). CCXCVIII, 1 (Incertus): *Ῥίζαν Ὁμήρου*. Adde Schellerum v. *radix*. sect. 3. — De Thersandri posteris, s. de Theronis stemmate conf. schol. et Böckhium. — *ἐγχωμίων μελέων*. Nem. I, 10: *Ἐγκώμιον μέλος*. Pyth. X, 82: *Ἐγχωμίων ὕμνων*. — Deinde carmina et lyra junguntur ut Nem XI, 8: *Λύρα δέ σφιν βρέμεται καὶ ἀοιδά*. — *Ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ αὐτὸς γέρας ἔδεκτο*. In his *αὐτὸς* opponitur fratri, ut Pyth. VIII, 79 Pindarus (*αὐτὸς*) se Amphiarao (v. 55) opponit. — *γέρας*, *decus victoriæ*, coll. Ol. VIII, 15. Pyth. V, 41. 168. VIII, 112. Nem. VII, 149. Isthm. I, 18. — *ὁμόκλαρον*, *ejusdem hereditatis*, *sortis*. Bene schol. vetus: *διὰ τὴν συγγένειαν*. Nem. IX, 11. sunt Latonæ liberi *ὁμόκλαροι*, quod scholiastæ non idem esse debebat quod *ἴσοι*. — De v. *κλᾶρος* vide ad Ol. XIII, 88. — V. 90 Gratiæ *com-*

mines dicuntur, quum fratris honor in fratrem redundarit. Pyth. V, 135. audiunt Arcesilai majores defuncti *σφὸν ὄλβον υἱῷ τε κοινὰν χάριν ἔνδικόν τ' Ἀρκεσίλᾳ*. Pyth. VI, 15. victoriam dicit *πατρὶ κοινάν τε γενεᾷ*. Deinde *Gratiæ* flores (triumphales) hoc loco præstant, ut Ol. VI, 126. *Gratia* victoriæ imminentibus decoram formam adspergit. Pyth. V, 60. *Gratiæ* victorem Carrhotum illustrant. Gratias vero secundum Pindarum omnia mortalibus jucunda et dulcia largiri nota res. — *ἄνθεα τεθρίππων*. *Flores* proprie sumti, de quibus v. interprr. *Equorum florem* improprium s. *decus* habes Ol. III, 6.

V. 93–102.

Victoriam adepti sunt fratres, eoque ærumna exuti. Eâ enim exuitur, qui tentato certamine victor discedit. Hæc est sententiæ cum antecedentibus connexio. Quomodo sequentibus adhæreat, post singula illustrata exponetur. *Τὸ δὲ τυχεῖν*. Elliptice ut Nem. VII, 16. 81., et *λαχὼν* Nem. X, 50. Quid supplendum sit, sequentia docent. — *ἀγωνίας*, i. e. *ἀγῶνος*. Vide indd. pind. coll. Eurip. Suppl. v. 525. *Ἀνδροκμῆτας προσφέρων ἀγωνίας*. Cum *πειρώμενον ἀγωνίας* conf. *πειρᾶσθαι ἀέθλων* Nem. XI, 29. — Is eventus *παραλύει δυσφρόνων*, *a sollicitudine et aerumna liberat*, ut Ol. VIII, 9 (v. interpp.) victoria est *ἀμπνοὰ πόνων*. Et Nonnus Dionys. XIII, 274. *νίκην* vocat *λυσίπονον*. Pyth. V, 142. est *μέλος* triumphale *λυτήριον δαπανᾶν*. Atque postremum hoc poetæ animo inter alia obversatum fuisse e sequenti de divitiis sententia concludo. Non enim, ut scholiastæ volunt, de ærumna generaliter poeta loquitur, sed de ærumna, quæ certamen (*πειρώμενον ἀγωνίας*)

præibat et comitabatur. Eodem vero sumtum pertinuisse, qui satis magnus debebat esse adspirantibus ad victoriam curulem, per se probabile est, coll. Pyth. V, 142. Isthm. IV, 50. et alibi. — *ὁ μὰν πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος φέρει τῶν τε καὶ τῶν καιρόν, βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν ἀγροτέραν.* In his *ἀρεταὶ* Heynio recte sunt *studia laudum ipsaeque laudes*. De *probitate* ad opes accedente, i. e. de usu opum sancto et religioso agunt sequentia (*εἰ δέ*). Sunt igitur tales opes, quas quis non domi abscondit (Nem. I, 44.), sed artibus liberalibus (*καλοῖς*) impendit. — *τὰ καὶ τὰ* pro contextu apud Pindarum habet sensum varium, coll. interpp. Hoc loco simpliciter est *haec et illa*, *varia* vel *multa*, ut Nem. I, 43. Nem. VII, 81. — *φέρει καιρόν*. Pyth. I, 111: *καιρὸν διδύς*, simili sensu. *Opes acrem strenuumque dominum nactae opportunitatem variarum rerum gerendarum afferunt*. Divitias per se spectatas nullius momenti esse, non fugit veteres. Theognis (Bekker.) v. 717:

Ἀλλὰ χρὴ πόντας γνώμην ταύτην καταθέσθαι,
ὡς πλοῦτος πλείστην πᾶσιν ἔχει δύναμιν.

Accedere debet *ἡ περὶ τὰ χρήματα ἀρετή*, ut verbis Aristotelis utar Eth. Nicom. IV, 1: *Καὶ πλούτῳ δὴ χρήσεται ἄριστα ὁ ἔχων τὴν περὶ τὰ χρήματα ἀρετήν*. De vi opum *probitati* (*ἀρετᾷ καθαρᾷ*) junctarum v. Pyth. I, in. Ceterum adde, quos citant loci nostri scholiastæ. — *βαθεῖαν ὑπέχων μέριμναν ἀγροτέραν*. Ut occasio variarum rerum gerendarum sese offerre possit, *antea* (vide schol. infra allegatum) debent opes *μέριμναν ἀγροτέραν ὑπέχειν, subdere, suggerere, subministrare studium quasi venatorium*, i. e. *acre*. *ὑπέχων* hoc loco mere activum est, ut *παρέχων*. Schol. ve-

tus: *διδύς, παρασχών, προπαρασχών, ὑποτιθείς.* De *ἀγροτ.* Idem: *διάνοιαν εὔκολον καὶ εὔληπτον καὶ ἀγροτέραν.* Idem: *προπαρασχὼν τὴν μέριμναν, δι' ἧς πάντα ἀγρεύεται.* Idem: *ἀγροτέραν ἀντὶ τῆ εὐαγροτέραν, τὴν ἅπαντα ἀγρεύουσαν καὶ θηρευτικὴν εἰς τὸ πορίζειν.* Idem: *ἀγροτέραν, ἀγρευτικὴν τῶν ἡδέων, θηρευτικωτέραν πρὸς τὸ πορίζειν τὰ ἀγαθά.* Cum his conf. Hermiam ad Plat. Phædr. (Böckh. Explicc. pag. 128), nec non Glossam a Böckhio allatam. Non aliter Pindarus alibi, coll. indicc. Adde Schneiderum Lex. gr. — De vario usu vocis *βαθὺς* vide ad Ol. XIII, 87. — *ἀστὴρ ἀρίζηλος. Insigne sidus*, i. e. *decus.* Anthol. Palat. XV, CCLXXXI, 5 (Incertus) de sacerdote quodam: *Σοφίης ἐριαυδέος ἀστήρ, qui ipsam quasi Sapientiam decorat.* Ibidem Tom. II. pag. 715. Epigr. CCXCV, 2 (Incertus): *Κολοφών, τρυφερῆς ἄστρον Ἰωνίης.* — *ἐτήτυμον ἀνδρὶ φέγγος.* De his vide ad v. 102 sqq. — Jam vero, expositis singulis, utriusque sententiæ ad res Theronis rationem breviter exponam. *Victoriam reportasti (ut frater tuus), eoque omnem ærumnam agonisticam deposuisti. Id tibi præstiterunt opes, quæ dominum nactae haud inertem multarum rerum stimulos* (coll. Ol. I, 174. *μερίμναισιν*) *admovent, unde, si bene cesserint proposita, multus honor redundat.* Vides simul, verba *ὁ μὰν πλοῦτος κ. τ. λ.* non abruptam constituere sententiam, sed pendere a præcedentibus, eumque nexum fortiter exprimi particula *μάν.*

V. 102 — 149.

Εἰ δέ μιν ἔχων τις οἶδεν τὸ μέλλον. Crux criticorum atque interpretum ob *ἔχων* structuræ adversum,

quod tamen agnoscunt scholiastæ veteres et libri fere omnes. Scholia recentia habent facilius ἔχει. Participium scholiastis prioribus ἀναχόλυθον fuit, quod varie supplent. Schol. vetus ad v. 102: *Εἰ δέ τις τοῦτον ἔχων τὸν πλοῦτον ὁρᾷ καὶ πρὸς τὸ μέλλον, ὅτι τῶν ἀδίκων τελευτησάντων τὸν βίον τιμωρία καὶ κρίσις παρὰ τοῖς ἀποιχομένοις ἐστίν, ὦχ ἅν αὐτῷ εἰς ἀδικίαν ἐχρήσατο.* Ita post v. 108 apodosis statuitur. Schol. vetus ad v. 104: *εἴ τις οἶδε τὸ μέλλον, ὅτι οἱ μὲν ἐν τῷ ζῆν ἁμαρτάνοντες ἐν ᾅδου κολάζονται, οἱ δὲ ἐν ᾅδου ἐν τῷ ἡμετέρῳ βίῳ ἐν τῇ τοῦ Διὸς ἀρχῇ (ταύτην γὰρ εἶπε τὸν ὑποκείμενον τῷ οὐρανῷ τόπον)· καὶ ἐάν τις ἐν ταῖς τρισὶν ἀναβιώσεσιν, ἃς ὑφίστανται, ἀναμάρτητος εἰς τὰς τρεῖς ἑκατέρωθεν μένῃ, τοῦτόν φησιν εἰς τὰς τῶν μακάρων νήσους προπέμπεσθαι.* Huic interpreti circa v. 128 apodosis statuenda videtur. Eam longissime ablegat Hermannus, sc. post v. 159: „Delatus (poeta) ad descriptionem illius beatorum sortis, pro apodosi, quæ sequi debebat, *aliam liberius conformatam* substituit v. 160: *Ἔπεχε νῦν σχοπῷ τόξον*, et quæ sequuntur." Ex his si unum aliquid eligendum erit, primum eligam. Sed aliud anacoluthi exemplum in hoc poeta desidero. Idem valere puto de aliorum Græcorum sententia, quibus ἔχων fuit idem, quod ἔχων ἐστὶ vel ἔχει. coll. schol. atque Eustath. ad Il. VIII, 306 (Böckh. Explicc. pag. 129). Böckhius in Explicatt. perquam ingeniose legit: . . *φέγγος εἴ γέ μιν ἔχων κ. τ. λ.* Id mihi secundum meam superiorum interpretationem hunc fere sensum suppeditat. Pindarus, *divitias*, ait, *domino haud inerti verum decus esse ait, siquidem, qui eas teneat, judicii non sit immemor, quod post mortem homines maneat*. Ita sane vocum *ἐτήτυμον ἀνδρὶ φέγγος* justus

sensus emergit, quum opibus vere ornatus non dici possit, nisi qui usum earum ad summum rerum arbitrum retulerit. Restat alia loci medela: *Ἐὺ δέ μιν ἔχων τις οἶδεν τὸ μέλλον. Eas opes qui habet, bene novit futura.* Nem. IV, 69: *Εὖ οἶδ', ὅτι χρόνος ἕρπων πεπρωμέναν τελέσει* coll. Pyth. IX, 86: *Χῶ τι μέλλει, χὠπόθεν ἔασεται, εὖ καθορᾷς.* Sed quonam sensu *οἶδεν* capiendum, si vel anacoluthon, vel Böckhii rationem expositam rejeceris? *Non per se novit iste homo futura eorumque memor est, sed debet nosse*, i. e. *opum suarum usum fructumque ad judicium futurum accommodare.* Ea Theroni, viro justo sanctoque, præcipi minime absurdum erat. Judicii enim post mortem futuri descriptio fere tota est in enarranda eorum beatitudine, qui per vitam triplicem justitiæ studiosi fuerunt. His adde, quæ de solatio exposita sunt in Præmonitis pag. 72. Sed in describendo malorum supplicio hostes Theronis perstringi, et mihi probabile est. Nec tamen facere possum cum Thierschio, qui sensum totius loci nimis contrahere videtur. „Da aber zwischen Königen kein anderer Richter steht, als die Götter, so weiset er, zur Warnung für die Zukunft, auf ihr Urtheil, auf die Strafe, welche sie dem Frevler bestimmt, aber auch auf die Belohnungen hin, welche dem Bewährten bereitet sind.“ P. nude agit de judicio inferno, quod *omnes* maneat *pro terrestri opum usu.* — *Ὅτι θανόντων μὲν ἐνθάδ' αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρένες ποινὰς ἔτισαν.* In his *μὲν* respicit remotum *δὲ* v. 109. — *ἐνθάδ'* bene cum *ἀπαλ. φρ.* jungunt scholiastæ, qui eandem vocem de vita humana intelligunt. Nec aliter Pindarus Fragm. thren. I (Heyne T. III. pag. 31). — *αὐτίκ'. Statim post dis-*

cessum e vita. Alibi Pindarus improborum statum quendam inter mortem et pœnam infernam intermedium statuere videtur, ni alia interpretatio præplacuerit, de qua vide infra. Fragm. thren. III (Heyne T. III. p. 36. Böckh. pag. 623):

Ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπερώνιοι
γαίᾳ πωτῶνται ἐν ἄλγεσι φονίοις
ὑπὸ ζεύγλαις ἀφύκτοις κακῶν.

Sed poterit *αὐτίκα* cum schol. rec. ad v. 102. idem esse, quod *τάχιστα*. — *τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ ἀλιτρὰ κατὰ γᾶς δικάζει τις, ἐχθρᾷ λόγον φράσας ἀνάγκᾳ*. Antecedentis sententiæ repetitio illustrativa. Ita erit δ' *et* vel *nam*. — *ἐν τᾷδε Δ. ἀ.* oppositum puto *alii* ejusdem Jovis imperio, sc. *coelesti*. Schol. rec.: *Διὸς ἀρχὴ ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ κόσμος*. conf. schol. rec. ad v. 102. Alii opponi volent *aliorum* imperio, tum Croni beatorum in insulis, tum Plutonis in inferno. coll. schol. vet.: *Διὸς ἀρχὴν φησι τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἄνω διαγωγήν*. — *κατὰ γᾶς δικάζει τις*. Gravissimus pronominis usus pro judicis nomine expresso, ni volueris de reticentia quadam mystica cogitare. Quis vero iste *δικάζων* sit, mihi cum Chrysippo scholiastæ veteris ad v. 104. non satis liquet. Scholium vet. ad v. 106: *λέγει δὲ τὸν Πλούτωνα τιμωρεῖσθαι αὐτούς*. Jam v. 137 sqq. alium judicem vides (Rhadamanthum) in insulis beatorum, quas iste contextus in *terra* collocat. Noster vero locus judicem *infernalem* habet. Num igitur convenienter doctrinæ de animarum vita triplici (v. 112 sqq.) alius judicat post vitam terrestrem priorem, alius post vitam terrestrem posteriorem? — *ἐχθρᾷ ἀνάγκᾳ*. *Cum infesta necessitate, s. ita, ut flecti nequeat*. coll. Schol. rec. ad v. 108. Scholia vett. ad v. 107. 8. dæmonem *Ἀνάγκαν* statuunt, cui

vel „tradantur improbi“, vel cui „peccata narrent audientes.“ Ita ἀνάγκᾳ merus erit dativus. Parum probabiliter. — In universo loco (ὅτι — ἀνάγκᾳ) interpretando veterum quosdam aliter sensisse, vetus docet scholiastes ad v. 104: *Χρύσιππος ἅτως ἀκούει· ἐνθάδε* [antĕ mortem] *μὲν ὑπὸ τῶν θανόντων ἐτιμωρήθησαν* [*ποινὰς θανόντων*] *κάτω δὲ ὑπὸ τῶν κάτω δικαζόντων, εἴτε Ἅιδης ἐστὶν εἴτε ἕτερός τις. οὐκ ἀπίθανον δέ, φησίν, ὑπὸ τῶν τελευτησάντων τιμωρεῖσθαι τοὺς ζῶντας· μεστὴ γὰρ τούτων ἐστὶν ἡ τραγῳδία, ὅτι οἱ ἀδικούμενοι εὐχὰς τοῖς καταχθονίοις ἥρωσι ποιοῦνται, ἵνα ἐπικυρήσωσιν αὐτοῖς· οἷον Ἠλέκτρα τῷ Ἀγαμέμνονι.* Pergit idem scholiastes: *ἔνιοι δέ φασι, τῆς κατὰ Πυθαγόραν παλιγγενεσίας μνημονεύειν· τὰς γὰρ ψυχὰς εἰς ἕτερα σώματα ἐνδυνούσας ἀνανεοῦσθαι, ὥστε, ὅσοι μὲν ὑπὲρ γῆς ὄντες ἐπλημμέλησαν, τούτους ἐν ᾅδου δίκην ὑπέχειν· ὅσοι δὲ ἀνάπαλιν ἐν ᾅδου ἐνεωτέρισαν, ὑπὲρ γῆς γινόμενοι δίκας τίνεσιν, ὥστε μηδαμόθεν αὐτοὺς ἀποφυγεῖν τὴν προσήκουσαν τοῖς ἡμαρτημένοις δοῦναι δίκην.* Conf. Eund. schol. supra allatum p. 104. Ex his Chrysippicum nil habet, quo se commendet, et ineptam facit umbrarum mentionem. Posteriori nil favet, nisi antitheseos quædam species inter verba *θανόντων μὲν* et *τὰ δ'*. — *ἴσον δὲ νύκτεσσιν αἰεί, ἴσα δ' ἁμέραις ἄλιον ἔχοντες ἀπονέστερον ἐσλοὶ νέμονται βίοτον.* Junge: *ἐσλοὶ δὲ, αἰεὶ ἔχοντες ἄλιον, ἴσον νύκτεσσιν, ἴσα δ' ἁμέραις, νέμονται βίοτον ἀπονέστερον.* Pro *νέμονται* codices quidam habent *δέρκονται*, pro quo ego scripserim *δράκον τοι.* Lycophr. v. 814: *Γαληνὸν ἦμαρ ὕποτ' ἐν ζωῇ δρακών.* Vel *δράκεν* (*ἐδράκησαν*) *τοι*, quem aoristum habes Pyth. II, 38. Nem. VII, 4. Unus ex auditoribus Dissenii (Böckh. Explicc.

pag. 129.) acute legit: *ἐσλοὶ δέχονται* (*sortiuntur*), cui conjecturæ favet Isthm. VI, 22: *Δέξασθαι ἀΐδαν γήρᾳς τε πολιόν.* Alias conjecturas vide apud criticos. Mirum sane, quod hoc loco isti codices suum *δέρχονται* habent, non v. 120., ubi de tollenda verbi *νέμονται* repetitione cogitari poterat. *ἴσον* ut *ἴσα* mihi adverbium est. Ad *ἴσα* conf. Fragm. incert. LXI. 4: *Πάντες ἴσα νέομεν ψευδῆ πρὸς ἀκτάν.* Diodor. Sic. Excerpt. libr. X (ed. Bipont.): *Ἴσα θεοῖς παρὰ τοῖς Κροτωνιάταις ἐτιμᾶτο.* De utriusque adverbii apud Homerum usu vide Dammium. — *ἀπονέστερον*, pro *ἀπονώτερον.* v. 171: *ἀφθονέστερον* pro *ἀφθονώτερον*, cujus formæ non immemor fuit Antiatticista in lexicis Seguerianis (Bekkeri Anecd. T. I, p. 80, 7.). Idem ibidem 8: *Ἀρχαιέστερον: Πίνδαρος ὕμνοις* (Pind. Heyne T. III. p. 53. Böckh. p. 566., ubi Bh. addit *αἰδοιέστατον* Ol. III, 76., coll. Etymol. M. v. *αἰδοιέστατος*). De Aeschylo talibus formis utente Athenæus IX, p. 402. C. (Schweigh. T. 3. p. 488.) *Αἰσχύλος*, ait, *διατρίψας ἐν Σικελίᾳ, πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς.* Aesch. Fragm. LVIII (Schütz. T. V. pag. 54): *Ἀφθονεστέραν λίβα.* Fragm. CLXXIII (Schütz. p. 119): *Γένος ἀρχέστατον.* Plura habent Athen. X, p. 424. (Schweigh. T. IV. p. 51.) et Etymol. M. v. *αἰδοιέστατος*. Alia v. ad Ol. III, 76. De sensu comparativi *ἀπονέστερον* ita schol. vet. ad 110: *ἀπονέστερον δὲ ἡμῶν διάγουσι τὸν χρόνον.* Non aliter Schol. rec. ad v. 108: *ἀπονέστερον τῶν ἐν τῷ βίῳ.* Schol. ad v. 111: *ἄθλιβον καὶ ἄλυπον.* Schol. ad v. 109: *ἄπονον, ἀκοπίατον.* Ceterum hoc quoque loco status infernalis describitur. Beatorum enim conditio medium locum occupat inter primam et secundam descriptionem damnatorum v. 104 — 108. 121 — 22., qui

in inferno degunt (v. 107). Sol igitur horum beatorum alius erit ac noster. Fragm. thren. 1 (Heyne p. 31., Böckh. p. 619) de beatis in inferno collocatis:

Τοῖσι λάμπει μὲν μένος ἀελίου
τὰν ἐνθάδε νύκτα κάτω.

Fragm. thren. IV. infra cit. pag. 112: *τὸν ὕπερθεν ἅλιον.* Priorem solem dicit *φῶς ἄδυτον* schol. ad v. 110. Adde Böckhium Explicc. p. 130. — *οὐ χθόνα ταράσσοντες ἐν χερὸς ἀκμᾷ οὐδὲ πόντιον ὕδωρ κεινὰν παρὰ δίαιταν.* De vv. *ἐν χερ. ἀκμ.* vide Böckhium Nott. critt. pag. 358. Sensum totius loci recte interpretantur scholl. ad vv. 113. 14. Anthol. Palat. Tom. II. pag. 826. Epigr. ccxix, 6 (Incertus): Piscator vita functus de se:

Πέπαυμαι
Νόσων καὶ καμάτοιο καὶ ἄχθεος ἠδὲ πόνοιο.

Anthol. Lat. Tom. II. Epigr. XLVIII p. 36.:

Nunc etenim vivis: nunc et felicius ævum
Ducis, ab humana conditione procul.

De his alia vide ad locum de beatorum insulis v. 128 sqq. Ea laboris absentia gavisi fuerant ævi aurei homines. Hes. opp. et d. v. 115:

Τέρπονθ' ἐν θαλίῃσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων. —

κεινὰν παρὰ δίαιταν. Plurimi interpp.: *ob victum tenuem*, quam præpositionis significationem alio Pindari loco non obviam alii habent scriptores. coll. Viger. p. 645. ibique not. 24. Matth. Gr. gr. pag. 864. Eam interpretationem suadet quoque Gregorii Nazianzeni locus nostro simillimus de Spiritibus cœlestibus. Opp. T. II. pag. 43 (Carmen II. In laudem virginitatis):

Οὐ πλῦτος κείνοισιν ἐράσμιος, οὐδ' ὅσα θνητοῖς
γαῖα φέρει καχίης μελεδήματα. οὐκ ἀρόωσιν,
οὐ πελάγη πλώουσιν ἀτειρέος εἵνεκα γα-
στρός. —

In sequentibus *τίμιοι θεῶν* allis sunt alii, mihi *honorati inter Deos*, i. e. *Dii quidam inferi*, quorum nomina venerabundus reticet, ut v. 108. judicis illius nomen reticuit, coll. Orpheo, qui Hymn. I, 29. 30. cum Stygis aqua refert *μειλιχίους θεούς*, nominibus oppressis. Noster vero fragm. thren. III (Heyne T. III. p. 36. Böckh. pag. 623.) beatos cœlestes *Beatum magnum* facit celebrantes carminibus. Scholiastes dicit esse Plutonem et Proserpinam, mihi probabiliter, cum ob verborum naturam, tum ob jusjurandum eodem contextu memoratum, quod Stygem Deosque inferos spectasse omnes sciunt. Accedit usus epithetorum simillimorum, quibus Dii inferorum utuntur. Orph. Hymn. XIX, 10. est Proserpina *σεμνή*, eademque v. 3. *Πλούτωνος πολύτιμος δάμαρ*. Hymn. XVIII, 17. Pluto est *ἀγλαότιμος*. Furiæ dicuntur *σεμναί*. coll. Meinekio ad Menandr. pag. 346. Alibi vero honoris prædicatum omnibus Diis simpliciter adjicitur. Empedocles v. 89 (Sturz.): *Θεοὺς τιμῇσι φερίστους*. Idem v. 409: *Θεοὶ τιμῇσι φέριστοι*. Menander Superstitioso (Meineke pag. 42. 43): *Πολύτιμοι θεοί*. etc. Ceterum juris jurandi mentio simul alludere potest ad res Theronis Hieronisque. — *τοὶ δ' ἀπροσόρατον ὀχχέοντι πόνον*. Graviter recurrit ad malorum supplicium. Sed brevis ea repetitio est, cum sit pœna illorum *ἀπροσόρατος*. — *τοὶ δ'*. *Illi*. Constructio ad sensum, coll. v. 104. 5: *θανόντων ἀπάλαμνοι φρένες*. — *Laborem tolerant, quem nemo adspicere potest*, i. e. *δεινότατον*. Fortius Noster, quam in similibus tragici Græco-

rum. Aesch. Prom. vinct. v. 69 (Vulcanus de Prometheo vinculis constricto):

Ὁρᾷς θέαμα δυσθέατον ὄμμασι.

Idem v. 690 (Oceaninæ de Eodem):

Οὐδ' ὧδε δυσθέατα καὶ δύσοιστα
πήματα, λύματα, δείματα
ἀμφήκει κέντρῳ
ψύχειν ψυχὰν ἐμάν.

Soph. Ai. v. 992 (de Ajace):

Ὦ δυσθέατον ἔμμα καὶ τόλμης πικρᾶς. —
ὀχχέοντι πόνον. Tzetza ad Lycophr. v. 1108. 9 (Müller. pag. 931): *οἱ γὰρ Αἰολεῖς τὸν ὄχον ὄχχον φασί.* Bene ibidem Müllerus confert Ol. VI, 40. Vide sequentia: Odyss. XXI, 302: *Ἴιεν, ἣν ἄτην ὀχέων ἀεσίφρονι θυμῷ.* Plures Odysseæ locos addit Dammius v. *ὀχέω.* Aesch. Prom. vinct. v. 143: *Φρυρὰν ἄζηλον ὀχήσω.* De simili sensu verbi *ὀχμάζω* v. schol. Eurip. Or. v. 254. 55 (Matth. T. IV. pag. 327). Nec aliter *ὀτλέω.* Callimachus apud Schol. Soph. Trach. v. 7 (Ern. T. I. pag. 395): *Κενεὸν πόνον ὀτλήσαντες. — ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἑστρὶς ἑκατέρωθι μείναντες ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν ψυχάν.* *Quicunque sustinuerunt.* Aeseh. Prom. 999 (1055. Blomf.): *Τόλμησον, ὦ μάταιε, τόλμησόν ποτε Ἱρὸς τὰς παρούσας πημόνας ὀρθῶς φρονεῖν.* Plura de hac verbi significatione ibidem congessit Blomfield. pag. 155. ed. Lips. — *ἑστρὶς* scribo cum Böckhio, ut *ἑσαεὶ* Ol. X, 10. De sensu videatur Hermannus ad Vig. pag. 857: „*Εἰς ἅπαξ, ἐς τρίς* non idem est, atque *ἅπαξ* et *τρίς*, sed significat proprie *usque ad eum numerum*, i. e. non minus quam semel vel ter. Theocr. I, 25. Soph. fragm. inc. 23." — *μείναντες, commorantes, degentes.* coll. Nem.

III, 75. Reliquis omnibus fere locis (v. indd.) *μένειν* est simpliciter *manere*. Et hanc significationem alii cum *electione* illa vitæ Platonica miscebunt. Plat. Phædr. (Ast.) cap. 29: *Ἐὰν ἕλωνται τρὶς ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον* (terrestrem, et quidem humanum, oppositum *βίῳ θηρείῳ*) Eodem sensu paulo post: *Ἐπὶ κλήρωσίν τε καὶ αἵρεσιν τῦ δευτέρυ βίυ, αἱρῦνται, ὃν ἂν ἐθέλῃ ἑκάστη· ἔνθα καὶ εἰς θηρίυ βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται, καὶ ἐκ θηρίυ, ὅς ποτε ἄνθρωπος ἦν, πάλιν εἰς ἄνθρωπον.* cap. 39: *Τὴν ὑπὸ τῶν πολλῶν μακαριστὴν αἵρεσιν εἵλέσθην.* Sed hoc a Pindaro alienum. — Utri deinde eorum, qui vitam secundam s. infernam agunt, dicantur *ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν ψυχάν*, damnati an beati, superfluum dices inquirere. Neque vero de sempiterna omnium malorum pœna inferna h. loco agitur, (coll. Platone infra citando), et alibi discrimen statui videtur inter malos istos. Fragm. thren. IV (Heyne T. III. p. 36. 37. Böckh. pag. 623. 24):

— Οἵσι δὲ Φερσεφόνα ποινὰν παλαιῦ πένθεος
δέξεται, ἐς τὸν ὕπερθεν ἄλιον κείνων ἐνάτῳ ἔτεϊ
ἀνδιδοῖ ψυχὰς πάλιν.
ἐκ τᾶν βασιλῆες ἀγαυοί κ. τ. λ.

Vides, quosdam in inferno collocatos pœnitentiam agere vitæ prioris, quos inter damnatos referre poteris. Quod si cui displicuerit ob versus sequentes, qui eosdem homines in vitam (terrestrem) reversos ad summa vitæ humanæ culmina evehunt, is eam saltem beatorum in inferno vitam concedet, unde vitæ terrestris alterius conditio pendeat. His positis supplicium malorum Pindaro e vita terrestri prima consequitur, beatitudo bonorum e vita eorundem prima et secunda (inferna). Eorundem vero

to status in vita terrestri posteriori ægre tentaminis nomen habebit. Erit vitæ in beatorum insulis initium quoddam et præludium, minimo jam peccandi periculo. Hos itaque non vides iterata morte occumbere, relicta *Διὸς ἀρχᾷ*, sed *τεῖλαι Διὸς ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρσιν* v. 126 sqq. *ἀποιχεσθαι* Plat. Phædr. cap. 29. Jam vero cum toto loco conf. Plat. Phædr. c. 29: *Αἱ δὲ ἄλλαι* (*ψυχαί*, exceptis philosophorum, quæ mortem vere non experiuntur) *ὅταν τὸν πρῶτον βίον τελευτήσωσι, κρίσεως ἔτυχον· κριθεῖσαι δέ, αἱ μέν, εἰς τὰ ὑπὸ γῆς δικαιωτήρια ἐλθοῦσαι, δίκην ἐτίνυσαν, αἱ δ', εἰς τοῦ οὐρανοῦ τινα τόπον ὑπὸ τῆς δίκης ἀνεσθεῖσαι, διάγουσιν ἀξίως, ὅ ἐν ἀνθρώπου εἴδει ἐβίωσαν βίον. τῷ δὲ χιλιοστῷ ἀμφότεραι ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσίν τε καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου, αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ ἑκάστη.* — V. 126 sqq.: *ἔτειλαν Διὸς ὁδόν.* De hac via vide doctorum sententias apud Böckhium expositas Explicc. pag. 130. Cum probi ultimo loco dicti in insulas beatorum deveniant *terrestres*, terram non amplius subeunt, i. e. *moriuntur* sensu vulgari, sed vita licet relicta manent quodammodo *ἐν τῷδε Διὸς ἀρχῷ* (aura sc. terrestri). *Is eos ad Croni patris turrim*, s. *insulas beatorum prosequitur*. Schol. vet. ad v. 104: *Τοῦτόν* (qui triplicem vitam cum pietate exegit) *φησιν εἰς τὰς τῶν μακάρων νήσους προπέμπεσθαι*, i. e. *comite aliquo proficisci*, Jove, ut animas in Orcum *abigit* Ἀγεσίλας (Callim. hymn. in Lav. Pall. v. 130), Proserpina easdem in lucem *remittit* Fragm. Pind. thren. supra c. pag. 112. Böckh. (coll. Heyn.): „Unice satisfacit Jovis viam dici iter ad beatorum insulas, quod in eas regiones Juppiter soleat commeare et ibi habitare: unde in ea vicinia *Ζηνὸς μελάθρων κοῖται* ap. Eurip. Hippol. 749 (Matth. v. 744. Elmsl. v. 746). Cf. J. H.

Vossium Alte Weltkunde J. A. L. Z. 1804. T. II. p. xxix.“ In loco Euripideo Atlantis tantum cacumina cœlo Jovisque cubilibus proxima dicuntur (*τέρμονα οὐρανῦ*); e cœlo autem in Elysium descensus est secundum Quintum Smyrn. XIV, 224 (de umbra Achillis):

Αἶψα δ᾽ ἐς Ἠλύσιον πεδίον χίεν, ἦχι τέτυκται
ὐρανῦ ἐξ ὑπάτοιο καταιβασίη τ᾽ ἄνοδός τε
ἀθανάτοις μακάρεσσιν.

Eidemque Elysio Olympus est propinquus. Anthol. Palat. T. II. pag. 845. Epigr. CCLXXVIII., quod deinde apponam. In hunc igitur locum Dii quandoque *e cœlo* descendere putabis. Pindarus vero *ex hac terra in alium terræ locum* (sive Elysium dicas, sive beatorum insulas; de quo v. Odyss. IV, 563. Hes. opp. et d. v. 169) probos facit commeantes, duce quodam Deo, quem iter *terrestre* ingredi putabis. Similiter v. 143 h. carm. Achillem mater per mare (dea marina) in eandem regionem terrestrem asportat, ubi v. similia. Mihi igitur de Jove animas *ex his terris* in beatorum insulas prosequente persuasum est, similemque video opinionem veteres Persas de abitu animarum amplexos. Zendavesta Kleukeri Tom. III. pag. 59. med.: „Bahman, zweiter Amschaspand, Ormuzd's erstes Geschöpf, Herzog in Ormuzd's Welt, empfängt die Gerechten an der Brücke Tschinevad, die nach Gorotman, der Wohnung der Seeligen führt.“ Ibidem Tom. II. pag. 379: „Die Seelen der Gerechten gehen auf diesem erhabenen und schauervollen Berge; sie gehen in Begleitung der himmlischen Ized's über die Brücke Tschinevad, die Schrecken eingiefst.“ Ibidem Tom. II. Farg. XII: „Dahman nimmt aus Seroch's Hand der Gerechten Seelen, und führt sie zur Wohnung der Seeligen.“ Ibidem Tom. III. p. 115: „Or-

muzd selbst wird die Körper der Auferstandenen zu sich in die Höhe ziehen." Ibidem T. I. p. 122: „Wenn ich sterben soll, dafs dann doch Aban und Bahman mich in den Schoofs der Freuden tragen!" — Similia, non ejusdem generis, sequentia sunt de *via Deorum* ac *via animarum*. Orph. Fragm. VI, 25 (Hermann.): *Ἀντολίη τε δύσις τε θεῶν ὁδοὶ ἠρανιώνων.* Diog. Laert. (Meibom.) II, 58 (Vita Xenophontis): *Ἀλλ' ἄνοδον ζητῶν εἰς Διὸς ἥ τις ἔγοι.* Anthol. Palat. VII, CCCXXXVII, 7 (Incertus): *Εἰς ἠρανίης γὰρ ἀταρπὸς ψυχὴ παπταίνει σῶμ' ἀποδυσαμένη.* Ead. Anthol. Tom. II. Appendix etc. pag. 797. 98. Epigr. CXIX, 11 (Incertus): *Ἰητὴρ δ' Ἀσκληπιάδης μαχάρων τρίβον ἤγεν.* Ead. Anthol. Tom. II. ibid. pag. 819 (coll. Tom. III. pag. 930. 31). Epigr. CXCV, 3 (Incertus) de anima Calocæri in juventute defuncti: *Σπεῦδεν ὁδὸν θείην γὰρ ἀποπρολιπῶσα μερίμνας Πευκεδανοῖο βίου ὡς ἀγνὴ καθαρή.*[1]) Quæ Thierschius e Platone affert de *via justitiæ* ac de *migratione Dei per Universum*, a nostro loco aliena videntur. Noli quoque cum loco Pindarico miscere Anthol. Palat. Tom. II. Appendix etc. pag. 826. Epigr. CCXIX, (Incertus): *Ἡ δ' ἑτέρη (ψυχὴ) σὺν αἰθερίοισι χορεύει, Ἧς στρατιῆς εἷς εἰμί, λαχὼν θεὸν ἡγεμονῆα. — παρὰ Κρόνου τύρσιν.* *Regnat* in Elysio s. beatorum insulis (*ἐνθα*) Cronus, habet igitur *arcem*, i. e. *regiam*, ut Pluto

---

1) In hoc disticho codd. habent *ἀνίη* absque sensu commodo. Jacobs. (Anthol. Lips. T. XIII. p. 775) conjicit *ἀνίης*. Idem vero nunc suadet *ἀνίῃ* (Anthol. Palat. Tom. III. p. supr. cit.). Mihi legendum videtur *ἀνύῃ* (*conficiat*), coll. Anthol. Palat. Tom. II. Appendix etc. pag. 797. Epigr. CXIX, 8 (Incertus): *Ἤνυσαν οἶμον* (viam vitalem).

Aesch. Axioch. c. 19. coll. Horat. Od. III, 3, 10. — *ἔνθα μακάρων νᾶσος ὠκεανίδες αὖραι περιπνέουσιν.* In his *νᾶσος* (*νήσυς*) recte legunt pro *νᾶσον*, quam habes Anthol. Palat. VII, DCXC, 4 (Incertus): *Γῶ ῥα καὶ ἐς μακάρων νῆσον ἔβης, Πυθέα.* Pluralis tamen usitatissimus apud scriptores. Easdem insulas s. Elysium *ἡρώων ἱερὸν δόμον* vocat Incertus Anthol. Palat. Tom. II. pag. 842. Epigr. CCLXIX, 7. — *ἄνθεμα δὲ χρυσῷ φλέγει. Flores aurei.* Vide ad hanc dictionem locum classicum Callim. hymn. in Del. v. 260 sqq.:

Χρυσέα τοι τότε πάντα θεμείλια γείνετο, Δῆλε,
χρυσῷ δὲ τροχόεσσα πανήμερος ἔῤῥεε λίμνη,
χρύσειον δ' ἐκόμισσε γενέθλιον ἔρνος ἐλαίης,
χρυσῷ δὲ πλήμυρε βαθὺς Ἰνωπὸς ἑλιχθείς.

Adde Sapph. Fragm. XV (Volg. p. 61): *Παῖς, χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν ἐμφερὴ ἔχοισα μορφάν.* Eurip. Jon. v. 888: *Κρόκεα πέταλα χρυσανταυγῆ.* Herc. fur. v. 393 (de malis Hesperidum): *Χρυσέων πετάλων.* Nicander Theriac. (Schneider.) v. 504 (de flore Chironeo): *Ἄνθεα δὲ χρύσεια φαείνεται.* Ubi cfr. doctam editoris annotationem pag. 246. 47. — *φλέγει.* Nicandr. fragm. II, 64: *Ἅυταί τ' ἠΐθεαι ἀνεμωνίδες ἀστράπτουσαι.* Anthol. Palat. XII. LVIII, 3. 4 (Rhianus): *Ὅσσον ἐν ἄλλοις Ἄνθεσιν εἰαρινοῖς καλὸν ἔλαμπε ῥόδον.* Ibidem XII, CXCV, 6 (Strato): *Ῥόδον λαμπύμενον.* — In sequentibus duplex distingue florum genus, *terrestrium* (*arboreorum*) et *marinorum*. Tertium genus alienum a nostro loco. *Χερσόθεν*, quod oppositum est vocibus *ὕδωρ δ' κ. τ. λ.*, proprie sumi potest, ut sit: *e terra continenti* (*φλέγοντα*), quo et ducere videtur *ἀπ'*. *Ex insulis conspicuos isti se flores præbent beatis adventantibus.* Simplicius aliis vi-

debitur *in terra continenti*, collatis iis, quæ annotabuntur ad Ol. III, 22. — De floribus in beatorum sede inferna v. Fragm. thren. I (Heyne T. III. pag. 31 — 34. Böckh. pag. 619. 20). Eorundem vero superam quoque sedem floribus ornatam fuisse, testatur locus pulcherrimus nostræque descriptioni simillimus Anthol. Palat. Tom. II. pag. 815. Epigr. CCLXXVIII (Incertus):

Οὐκ ἔθανες, Πρώτη, μετέβης δ' ἐς ἀμείνονα χῶρον,
καὶ ναίεις μακάρων νήσους θαλίῃ ἐνὶ πολλῇ,
ἔνθα κατ' Ἠλυσίων πεδίων σκιρτῶσα γέγηθας
ἄνθεσιν ἐν μαλακοῖσι, κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων.
Οὐ χειμὼν λυπεῖ σ', οὐ καῦμ', οὐ νῦσος ἐνοχλεῖ,
οὐ πενίη σ', οὐ δίψος ἔχει σ'· ἀλλ' οὐδὲ ποθεινὸς
ἀνθρώπων ἔτι σοι βίοτος· ζώεις γὰρ ἀμέμπτως
αὐγαῖς ἐν καθαραῖσιν Ὀλύμπου πλησίον ὄντος.

De sede infera illud prædicat Aesch. Axioch. cap. 20: *ἔνθα ἄφθονοι μὲν ὧραι παγκάρπου γῆς βρύουσι, πηγαὶ δὲ ὑδάτων καθαρῶν ῥέουσι, παντοῖοι δὲ λειμῶνες, ἄνθεσι ποικίλοις ἐαριζόμενοι, συμπόσιά τε εὐμελῆ καὶ εἰλαπίναι αὐτοχορήγητοι, καὶ ἀκήρατος ἀλυπία, καὶ ἡδεῖα διαγωγή· οὔτε γὰρ χεῖμα σφοδρὸν ὅτε θάλπος ἐγγίνεται, ἀλλ' εὔκρατος ἀὴρ χεῖται, ἀπαλαῖς ἡλίου ἀκτῖσιν ἀναχιρώμενος.* Adde Plutarchum Stob. (Gesner.) Tit. CCIX. pag. 602, 40. — *βυλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος, ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἕτοιμον αὐτῷ πάρεδρον.* *Judicium* in beatorum insulis exercere videtur Rhadamanthus, *regnum* Cronus. coll. Hes. opp. et d. v. 169. Anthol. Palat. Tom. II. pag. 774. Epigr. LI, 9 (Böckh. Explicatt. pag. 131). Uterque tamen, Cronus et Rhadamanthus, judicio socius fungitur (*πάρεδρον*), quamquam *e voluntate* s. sententia *Rhadamanthi* Elysium intrare beati dicuntur. Neo-

dispescuit summa antiquitas regnum judiciumque. Deinde ad Rhadamanthum mortuorum judicem vel solum vel Minoi junctum spectat Anth. Palat. V, CCLXXIV, 5. 6 (Paulus Silentiarius): *Τῦτον καὶ Φαέθοντι καὶ Ἄϊδι, βάρβαρε, δείξω, Κρῆσσαν ἐπισπέρχων εἰς σὲ δικασπολίην.* — Summum thronum habet Rhea, cum sit Dearum vetustissima. Orph. Argonaut. v. 607: *Ῥείην πρεσβυγενῆ.* — Jam recensentur aliquot heroes in beatorum insulis positi. — *ἀλέγονται, numerantur*. Anthol. Palat. Tom. II. Appendix etc. pag. 772. Epigr. L, 6 (Marcellus): *Τόφρα κε καὶ Τριόπειαι ἐν ἀθανάτοις ἀλέγονται.* — Peleo memorato filium quoque Achillem adjicit, cujus rei causam deinde exponam. De Pelei mentione v. Böckhium Explicc. pag. 121. — *Ἀχιλλέα τ' ἔνεικ', ἐπεὶ Ζηνὸς ἤτορ λιταῖς ἔπεισε, μάτηρ.* Cur Jovem Thetis exoraverit, docere conatur Er. Schmidius: „Iratus enim erat Jupiter Achilli ob Hectorem sibi carum interfectum, et inhumaniter tractatum." Poteris causam latius patentem suspicari. *Achilles iracundiæ indulgens, nonnulla, dum viveret, injuste facta commiserat*. Atque illi affectui ut resistat, Neoptolemum filium patris umbra monet Quint. Smyrn. XIV, 209: *Τέκνα μείλιχος ἔστω.* Cum dea marina filium suum in beatorum sedes ferente confer piscatores istos in Oceani litore habitantes, qui mortuorum animos in beatorum insulas avehere dicebantur. Tzetza in Lycophr. v. 1204 (Müller. pag. 954—57): *Λέγεσι δὲ τὰς τῶν ἀποθνησκόντων ψυχὰς ἐκεῖσε διακομίζεσθαι. περὶ γὰρ τὴν ἀκτὴν ὠκεανῦ, τῦ περὶ Βρεττανίαν ταύτην νῆσον, ἰχθυοθῆραι ἄνθρωποι κατοικῦσιν, ὑπήκοοι μὲν Φραγγοις, φόρον δὲ μὴ τελῦντες αὐτοῖς διὰ τό, ὥς φασιν, παραπέμπειν τὰς τῶν τελευτώντων ψυχάς κ. τ. λ.* Alios alii

in sedem beatorum asportarunt. Achillis filium, Neoptolemum, *patris equi* in campum Elysium avehunt, *jubente Jove*. Quint. Smyrn. III, 761.

Τὸν καὶ ἐς Ἠλύσιον πεδίον μετόπισθεν ἔμελλον
Ζηνὸς ἐπ' ἐννεσίῃσι φέρειν, μακάρων ἐπὶ γαῖαν.

Regillam *zephyri* eodem ferunt, *jubente Jove*, secundum Marcellum poetam Anthol. Palat. T. II. pag. 774. Epigr. LI, 21. 22 (coll. Jacobs. Anthol. Lips. T. IX. pag. 391):

Ζεὺς μὲν ἐς Ὠκεανὸν θαλερὴν ἔστειλε γυναῖκα
ἄνρῃσι ζεφύροιο κομιζέμεν ἠλυσίῃσιν.

Similiter Menelaum in campum Elysium *missuri sunt Dii* Odyss. IV, 563. 64. Ex his locis patet, posse quoque *Διὸς ὁδὸν* v. 126. simpliciter pro ea sumi, quam *jubente* s. *annuente* Jove in Elysium proficiscentes ingrediantur. Sed præplacent, quæ supra monui p. 113. Aliam animam Proserpina in choros beatorum ducit. Anthol. Palat. Tom. II. pag. 877. Epigr. CCCLXXXIV, 15 (Incertus):

Ἀλλὰ σύ, παμβασίλεια θεά, πολυώνυμε Κύρα,
τήνδ' ἄγ' ἐπ' εὐσεβέων χῶρον, ἔχουσα χερός.

Aliam Mercurius. Anthol. Lips. T. XII. 283 (coll. ibidem Jacobs.):

Ἑρμείαο λόγοις, ὅς μ' ἀρανὸν ἤγαγε χειρῶν. —

Habitantem in Orco cum reliquis heroibus fecerat Achillem Odysseæ auctor XI, 466 sqq., cui tamen campus Elysius non fuit incognitus (IV, 563 sqq.), quo veniendum esset Menelao. Achillem vero in campo Elysio collocat Apoll. Rhod. IV, 811 (Juno ad Tethidem):

Εἶτ' ἂν ἐς Ἠλύσιον πεδίον τεὸς υἱὸς ἵκηται.

Apud Quintum Smyrn. III, 771 sqq. Neptunus Tethí-

di pollicetur, filium ipsius umbris relictis in *Olympum* esse ascensurum:

Οὐ γὰρ ὅγε φθιμένοισι μετέσσεται, ἀλλὰ θεοῖσιν,
ὡς ἠΰς Διόνυσος ἐδὲ σθένος Ἡρακλῆος.
οὐ γάρ μιν μόρος αἰνὸς ὑπὸ ζόφον αἰὲν ἐρύξει
οὐδ' Ἀΐδης· ἀλλ' αἶψα καὶ ἐς Διὸς ἵξεται αὐγάς.
καί οἱ δῶρον ἔγωγε θεσπέα νῆσον ὀπάσσω
Εὔξεινον κατὰ πόντον, ὅπη θεὸς ἔσσεται αἰὲν
σὸς πάϊς· ἀμφὶ δὲ φῦλα περικτιόνων μέγα λαῶν
κεῖνον κυδαίνοντα θυηπολίῃς ἐρατεινῇς
ἶσον ἐμοὶ τίσουσι. —

Achillem alii tradiderunt post raptam a Diana Iphigeniam sororem in insula Leuce vixisse (Tzetza ad Lycophr. v. 180. Müller. pag. 468), sororem Iphigeniam uxorem duxisse (Antonin. Liberal. Verheyk. cap. XXVII), ibique dæmonem factum (Idem ibidem. coll. nott. Munk. ad Ant. Lib., et Meurs. ad Lycophr. v. 187. Müller. pag. 1200). — Deinde poterant plures heroes addi, ut Menelaus Anthol. Palat. Tom. II. pag. 751. Epigr. IX, 21. 22 (Aristoteles):

Ὄλβιος, ὦ Μενέλαε, σύ τ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως
ἐν μακάρων νήσοις, γαμβρὲ Διὸς μεγάλου. —

Hectorem quoque insulas beatorum habitaturum vaticinatur Lycophr. Cass. v. 1204. coll. Tzetza (Müller. pag. 954.) et Meursio (ibid. p. 1320). Sed fini poetæ ista nomina sufficiebant, ejusdemque populi heroas, exclusis barbaris, memorari decorum poterat Nostro videri, ut Odysseæ auctori, qui et ipse Ulyssi populares tantum in Orco obvios factos narrat. — Jam barbarorum fortissimi memorantur, ab Achille cæsi. — *Τροίας χίονα. Trojæ columnam.* Eundem Lycophr. v. 527. *δυσμενῶν μοχλὸν*

vocat. Iis, quæ ad v. 12. annotavi, addo sequentia. Anthol. Palat. IX, LIX, 6 (Antipater): *Γαῖε, πάτρας ἔρυμα.* Gregor. Nazianz. Opp. Tom. II. pag. 46: *Βιότοιο ἔρεισμα.* — Cycnum saxo interemit Achilles. Lycophr. v. 233. ibique Meurs. (Müller. pag. 1206). —

V. 149—180.

Poeta sese revocat a rerum futurarum contemplatione, in qua miscuit doctrinam popularem mysticamque, quarum posteriorem apertius exposuit in fragmentis threnorum. In his fragmentum III (Heyne T. III. pag. 36. Böckh. pag. 623) descriptioni sedis damnatorum infernæ beatorumque terrestri aliam tradit oppositam, cum beatos faciat *ἐπουρανίους*, damnatos *ὑπουρανίους*. Nec aliter incertus inscriptionis auctor Anthol. Palat. Tom. II. pag. 826. Epigr. CCXIX, 9—12 (coll. Münteri libello: Erklärung einer griechischen Inschrift, welche auf die Samothracischen Mysterien Bezug hat. pag. 35 sqq.):

Ἐν δὲ τεθνειῶσιν ὁμηγύριές γε πέλωσιν
δοιαί, τῶν ἑτέρη μὲν ἐπιχθονίη πεφόρηται,
ἡ δ' ἑτέρη τείρεσσι σὺν αἰθερίοισι χορεύει,
ἧς στρατιῆς εἶς εἰμί, λαχὼν θεὸν ἡγεμονῆα.

Ea quanam ratione veteres cum doctrina populari conciliarint, alienum ab hoc libro inquirere. — De nexu sequentium cum antecedentibus ita Thierschius: „Die Erwähnung so vieler Heroen regt in ihm das Bewufstseyn der ganzen Fülle von Gesängen über sie, welche sein Inneres bewegen, auf.“ Mihi narrationis antecedentis natura aliud suadere videtur. *His equidem alia possem de statu post vitam futuro adjicere, vel uberiora, vel reconditiora.* *Sed ad propositum recurro, Theronem*

laudaturus. Huic sententiæ *ὡς ἐν παρόδῳ* immiscet notam hominum quorundam acerbitatis plenam superbiæque. — *πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος ὠκέα βέλη ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας, φωνᾶντα συνετοῖσιν· ἐς δὲ τόπαν ἑρμηνέων χατίζει.* Missilia (carmina sua) vocat *clare sonantia*, i. e. *aperta*. Ol. IX, 1. 2. *μέλος φωνᾶεν* simpliciter est carmen sonorum. Minus improprie dixisset: *συνετὰ συνετοῖς*, quem lusum poetis Græcorum non infrequentem fuisse, sequentia docent. Eurip. Iphig. Taur. v. 1061: *Εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοάν*. Maxim. Tyr. Dissertat. XXII, 4: *Συνετὰ συνετοῖς λέγων, καὶ πιστὰ πιστοῖς*. Iphig. Aul. v. 456: *Παρὼν δ' Ὀρέστης ἐγγὺς ἀναβοήσεται Οὐ συνετὰ συνετοῖς· ἔτι γάρ ἐστι νήπιος.* [2]) Phön. v. 1506: *Δυσξύνετον ξυνετὸς μέλος ἔγνω Σφιγγός*. Anthol. Palat. VII, ccccxxix, 9. 10 (Alcæus) de ænigmate: *Φέγγος μὲν ξυνετοῖς, ἀξυνέτοις δ' ἔρεβος*. Eadem Anthолog. T. II. pag. 815. Epigr. clxxx, 3 (Incertus) de *πρωκτῷ*: *Ἀξύνετα ξυνετοῖσι λέγων*. — In reliquis metri causa cum Böckhio legendum videtur *τόπαν*. *Ἐς τόπαν* per se nil quidem differt a *πάντως, παντελῶς*, vel *σύνολον*, coll. Aesch. Choëph. v. 931. Eumen. v. 52. 82. Eurip. Heracl. v. 574. Sed ob antithesin antecedentium (*συνετοῖς*) abstractum h. loco idem erit quod concretum *οἱ πολλοί*, s. *τὸ πολὺ* (multitudo, turba) ap. Eurip. Iphig. Aul. v. 1336. Ahlwardtius, qui sensum orationis *τὸ πᾶν*

2) Retinendum utique Piersoni et Marklandi *συνετοῖς* (Iphig. Aul. ed. Markl. Lips. pag. 33.) pro *συνετῶς*, quod e versu remotis 1228 sq. defendit Matthiaeus Eurip. T. VII. pag. 351., mihi perquam improbabiliter. Praebent enim verba *ἔτι γάρ ἐστι νήπιος* antecedentium interpretationem luculentam tum, cum legis *συνετοῖς*.

requirere perhibet, una syllaba amissa legit: *Ἑρμηνέων δ' ἐς τὸ πᾶν χατίζει.* De quantitate ultimæ syllabæ vocularum *ἅπαν, ἐπίταν* etc. alii aliter. Vide Ahlwardt. ad h. l. et Meinekium ad Menandr. pag. 51. Mihi ea quæstio adhuc sub judice esse videtur. In epicis *πρόπαν* ultimam corripere, docet locus Oppian. Cyneget. II, 188. — *σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ.* In his *σοφὸς* ejusdem subjecti erit, cujus *συνετοῖσιν* in antecedentibus. *Intelligentes vero ii sunt, qui docti* (*πολλ. εἰδ.*) *nascuntur.* Nondum hoc loco poeta de se loquitur, sed in subsequentibus. Ceterum et alibi naturam doctrinæ præfert, coll. interpp. Simillime Menander (in sententiis singularibus v. 213) ed. Meineke pag. 320:

Ἡ φύσις ἁπάντων τῶν διδαγμάτων κρατεῖ.

Idem ibidem v. 557 (Meineke pag. 335):

Ὡς ἁδὲν ἡ μάθησις, ἂν μὴ νοῦς παρῇ. —

μαθόντες δὲ λάβροι παγγλωσσίᾳ κόρακες ὡς ἔκραντα γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον. Hæc sine interpunctione scribens ita conjungo: *μαθόντες δὲ λάβροι παγγλωσσίᾳ ἔκραντα γαρύετον, ὡς κόρακες* (*γαρύουσι*) *πρὸς ὄρνιχα θεῖον Διός. Discendo docti procaces loquacitate garriunt, ut corvi* (*garriunt s. crocitant*) *Jovis adversus alitem divinum.* Cum *σοφοί, s. οἱ πολλὰ εἰδότες φυᾷ* iidem esse possint ac *συνετοί*, i. e. *auditores carminum pindaricorum intelligentes*, *μαθόντες* respondebunt multitudini hebeti (*τόπαν*), quare et ipsi erunt *auditores*. Inter hos vero poetæ fuerint, nec ne, scire parum refert, si meam totius loci interpretationem amplectaris. Unum sufficit, quod Pindarus ipse luculenter docere videtur. Reprehenderant duo homines (*γαρύετον*) Thebani vatis artem, notando vel obscuritatem ejus,

vel alia quædam. Eos poeta, sententiae miscens singularia, in numerum refert eorum, qui discendo tantum docti procacesque loquacitate inanem vociferationem moveant adversus ea, quæ sint altiora intellectu ipsorum, quemadmodum corvi aquilæ obstrepant vana crocitatione. Deinde quum carmen hoc homini Siculo missum fuerit, duo isti judices insipidi vel Siculi esse debebant, vel in Sicilia degentes, Theronique haud incogniti. Simonidem et Bacchylidem in medium proferunt scholiastæ, quos a popularibus suis maximi habitos quis credat a Pindaro talibus conviciis esse commaculatos? Et in his, quæ ultimo modo dixi, verum vidisse Thierschium puto, qui alia addit (*Tom. I.* pag. 80) acuta sane tantoque vate digna. In reliquis me habet dissentientem. Cogitat vir celeberrimus de aulicis Hieronis Syracusani. Quidni Theronis, quem spectat totum carmen? Hos certe probabiliter is eliget, qui accuratius quæstionem ventilare voluerit. Sed ego nil definio. His expositis, nec *πρὸς κ. τ. λ.* esse poterit *ad alitem Jovis comparati*, nec junges *γαρύετον Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον*. Corvi crocitant (*γαρύουσι*) adversus aquilas, homines adversus homines. Ceterum nota pluralem (*κόρακες*) singulari (*Διὸς ὄρνιχα*) egregie oppositum, coll. Tryphiodori loco deinde allegando. Similiter sibi multitudinem (*τόπαν*), et in hac duos quosdam opponit. — Restat singulorum illustratio. *λάβροι παγγλωσσίᾳ*. Vox prior de hominibus adhibita Nostro est *vehemens, turbulentus*, coll. Pyth. II, 160 (de plebe turbulenta). Usum homericum vide apud Dammium. Similiter *λαβροσύνη* de pisce quodam apud Oppianum Halieut. II, 130. Ori vero vocique haud raro adjicitur. Nonn. Dionys. III, 99: *Στόμα λάβρον ἀναπτύξασα*. VIII, 335: *Δειμαίνων στόμα λά-*

βρον ἀσιγήτοιο τιθήνης. XV, 200: *Στόμα λάβρον λεαίνης.* XVI, 147: *Παρθενικῆς στόμα λάβρον.* XXX, 11: *Δεξιτερον στόμα λάβρον κυδοιμῶ.* XXXV, 218: *Ἔχων στόμα λάβρον.* Aesch. Prom. vinct. v. 327: *Μηδ' ἄγαν λαβροστόμει.* Soph. Ai. v. 1136: *Καὶ τὸ σὸν λάβρον στόμα.* — *ἄκραντα γαρύετον.* Proprie *quæ* vel *nondum perfecta sunt*, vel *non perficiuntur*. Diog. Laërt. (Meibom.) I, 103: *Τὸν δ' ἔτι μῦθον ἄκραντον ἐνὶ στομάτεσσιν ἔχοντα.* Apollon. Rhod. I, 469: *Ἀκράαντον ἄεθλον* (nondum perfectum). III, 69: *Ὀνείρατα ἀκράαντα.* Aeschyl. Choëph. v. 63: *Ἄκραντος νύξ* (quæ non finitur). Idem ibid. v. 874: *Ἄκραντα βάζω* (inania). Eurip. Iphig. Taur. v. 506: *Οὐδ' ἄκραντ' ἠκούσατε.* Bacch. v. 1183: *Οὔτ' ἄκραντ' ἠκούσαμεν.* Suppl. v. 771: *Ἄκραντ' ὀδύρει.* 871: *Ἄκραντον οὐδὲν οὐδ' εἰς οἰκέτας ἔχων, Οὐδ' εἰς πολίτας.* Here. fur. v. 879: *Ἄκραντα βακχεύσει.* Quint. Smyrn. XII, 526: *Κασσάνδρη, τῆς ὕποτ' ἔπος γένετ' ἀκράαντον.* — *Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον, aquilam.* Pyth. IV, 7: *Διὸς ὀρνίχων.* Soph. Antig. v. 1027: *Οἱ Ζηνὸς αἰετοί.* Eurip. Jon. v. 156: *Ὦ Ζηνὸς κήρυξ, ὀρνίθων γαμφηλαῖς ἰσχὺν νικῶν.* Aratus (Buhle) Phænom. v. 522: *Ζηνὸς μέγας ἄγγελος.* Nonn. Dionys. II, 50: *Αἰετὸν ἤσθιε μᾶλλον, ἐπεὶ Διὸς ὄρνις ἀκύει.* XXXVIII, 63: *Ὄρνιν Ὀλύμπου.* Quint. Smyrn. XIII, 104: *Αἰετόν, ἱερὸν ὄρνιν.* Anthol. Palat. IX, CCXXII, 2 (Bianor): *Οἰωνῶν μόνος ἐνουράνιος.* Ibidem CCLXV, 1 (Apollonidas vel Philippus): *Διὸς ὄρνις.* — Graculos deinde aquilæ obstrepentes habet Tryphiodorus *Ἰλ. ἅλ.* v. 240: *Ἅτ' ἰχῆεντες ἰδόντες Αἰετὸν ἁλκήεντα περιχράζουσι κολοιοί.* Adde easdem aves aquilæ oppositas Nem. III, 138—144., ubi se cum poetis inferioribus comparat. Ad sensum vero comparationis, quam

noster locus præbet, parum facere videntur loca Aristidis a Böckhio excitata. Simpliciter enim de se profitetur, *censorum suorum arrogantia et stupore altiorem se esse non aliter, ac Jovis alitem corvorum inani crocitatione.* Alio quidem loco (Pyth. V, 148 sqq.) Arcesilaum Cyrenensem vocat aquilam *γλῶσσάν τε θάρσος τε.* Sed hoc ab nostro loco non minus alienum est, quam scholion illud mirificum Tzetzæ ad Lycophr. v. 264: *Ἢ ὅτι ἡδεῖαν φωνὴν ἔχει ὁ ἀετὸς καὶ ἐξαίρετον παρὰ τὰ λοιπὰ ὄρνεα. — ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον. ἄγε θυμέ, τίνα βάλλομεν, ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρενὸς εὐκλέας ὀϊστὸς ἰέντες; Intende tela scopo,* ut simplex *ἐπίχειν instare* Eurip. Heraclid. v. 841. ibique Elmsl. Post *τόξον* punctum alii figent, et in antecedentibus supplebunt *θυμέ.* Namque *ἄγε* et *φέρε* inchoant sententias, non claudunt. coll. Viger. pag. 315. Alii scribent: *τόξον, ἄγε, θυμέ, τίνα κ. τ. λ.* Tum *ἄγε* et exhortationem et interrogationem comprehendet. — *αὖτε.* Quasi nulladum Theronis laus præiverit, se ipse interrogat: *post alios victores quem nunc temporis celebrabimus?* Sed poteris quoque cum Böckhio facere: „quærit nunc poeta, quisnam potissimum *rursus* intentis telis laudum, quas aliquo intervallo intermiserat, petendus sit." — *εὐκλέας* pro *εὐκλεέας*, epice, ut alibi apud Nostrum, coll. indd. Anthol. Palat. Tom. II. pag. 777. Epigr. LIV (Nicænetus): *Διὸς εὐκλέα νύμφην.* Ibidem pag. 802. Epigr. CXXXIV, 8 (Incertus): *Εὐκλέα ἔργα.* Adde *κλέος* pro *κλέεος* Fragm. incert. CXXVIII (Heyne Tom. III. pag. 139., Böckh. pag. 683). Anthol. Palat. Tom. II. pag. 873. Epigr. CCCLXXII, 1. 2 (Incertus): *Ἀρχία, Εὐκλέος υἱῷ.* Oppian. Halieut. II, 130: *Λάβρακα, σφετέρῃσιν ἐπικλέα*

λαβροσύνῃσιν. Sensus est: tela, quæ gloriam parant, coll. Nem. VI, 49: *Οὖρον ἐπέων ἐϋκλέα.* Nota deinde usum *θυμῷ* et *φρενός.* *Θυμὸς* erit quasi sagittarius, *φρὴν* arcus. — Respondet poeta: Agrigentum dirige tela, ubi Thero celebrandus. Paulo aliter Olymp. IX, 17: *Πτερόεντα δ' ἴει γλυκὺν Πυθώναδ' ὀϊστόν*, i. e. Delphorum causa victorem lauda. — *τεχεῖν μή τιν' ἑκατόν γε ἐτέων πόλιν φίλοις ἄνδρα.* Böckhius jungit *μή τινα πόλιν. Nullam urbem centum per annos progenuisse amicis virum* etc., ad quam genitivi significationem cfr. Matth. Gr. gr. pag. 507. Et hæc laus satis magna videtur. Sed posita hac interpretatione vide, ne simul alludatur ad Agrigenti ætatem, quod centum et quod excurrit annis ante conditum fuerat, coll. scholl. Aliis est *πόλις* urbs modo dicta, Agrigentum, quare *τινὰ* jungunt cum *ἄνδρα.* Mihi ambiguitas nativa locum videtur occupare. — *φίλοις ἄνδρα μᾶλλον εὐεργέταν πραπίσιν ἀφθονέστερόν τε χέρα.* Paulo aliter animus et manus juxta ponuntur Ol. IV, 38. — De *ἀφθονέστερον* v. ad v. 111 et Ol. III, 76. — *ἀλλ' αἶνον ἔβα χόρος, οὐ δίκᾳ συναντόμενος. Fastidium invasit laudem.* Ad hanc verbi *βαίνω* significationem v. interpp. Addo Eurip. Herc. fur. v. 405., ubi proficiscendi et invadendi sensus copulatus videtur: *Τὸν ἱππευτάν τ' Ἀμαζόνων στρατὸν Μαιῶτιν ἀμφὶ πολυπόταμον Ἔβα (Ἡρακλῆς) δι' Εὔξεινον οἶδμα λίμνας.* Similiter *ἰκάνω*, coll. Damm. et Schneid. — *χόρος.* Homines fastidiosi, beneficiorum immemores invidique. Quinam ii fuerint, exponit schol. — *συναντ.* recte explicat Böckhius. *Fastidium justitiæ non junctum*, i. e. *injustum.* — *ἀλλὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν.* Hermannus et Ahlward-

tius ad sequentia trahunt (*improborum virorum rumores*), quod sermonis æqualitatem turbare videtur. Böckhius: *Sed ab impotentis cupiditatis hominibus profecta*. Quidni *serviens?* Fastidium non justitiæ copulatum, sed μαργοσύνῃ obsequens, serviliter illi copulata. Deinde ἀλλὰ bis ponitur sensu diverso. Prius ἀλλὰ est *tamen*, *nihilominus*, posterius *sed*. Exemplorum Ahlwardtianorum quædam alius generis esse videntur. — μάργων. *Vesanorum*. V. quæ congessit Blomfield. ad Aesch. Prom. vinct. v. 909 (884 Schütz.). — Sequentium structuram v. apud Böckhium. — Lectio ἐσλῶν καλοῖς ἔργοις (*proborum bene factis*) non aliena videtur a quadam abundantiæ suspicione. — ἐπεὶ κ. τ. λ. Abrupte ad laudem liberalitatis Theroneæ redit, malitiæ ingratorum istorum oppositam. Fortiter utitur conjunctione ἐπεὶ (*siquidem*) pro partic. ὡς. Similiter Nonnus Dionys. XIII, 49:

Ἀλλὰ λιγαίνων
ἡγεμόνας, καὶ Ὅμηρον ἀοσσητῆρα καλέσσω,
εὐεπίης ὅλον ὅρμον· ἐπεὶ πλατῆρες ἀλῆται
πλαγκτοσύνης καλέεσιν ἀρηγόνα Κυανοχαίτην. —

Ad dictionem ψάμμος etc. v. Ol. XIII, 64—66. —

Finita totius carminis interpretatione addo omissa quædam ad v. 15. Anthol. Palat. VII, xcii, 3 (Diogenes Laërtius): Ἐς Σκυθίην Ἀνάχαρσις ὅτ' ἦλυθε πολλὰ μογήσας. Ibidem cxviii, 1. 2 (Idem): Ὡς ὑπὸ γήρως Πολλὰ καμὼν ἐλύθη.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Γ'

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΙ

ΑΡΜΑΤΙ.

Theronis victoria quum curulis fuerit (v. 5. 10. 59. 60. 67. 70), codicibus licet invitis in titulo apponendum curavi *ἅρματι*, omisso recentiorum *εἰς ϑεοξένια*, de quo s. de carminis ipsius occasione quid suspicer, pluribus commentarii locis exposui. Denique in eandem victoriam eamque Theronis unicam hoc et præcedens carmen scriptum esse, Böckhius statuit Explicc. p. 134.

V. 1 — 10.

Tyndaridis Helenæque placere velim, Theronis victoriam cæruleam prædicaturus; in quo officio obeundo Musæ expeto subsidium. *Τυνδαρίδαισι .... ἄωτον.* Schol. vet. ad v. 1: *Κλεινὰν Ἀκράγαντα γεραίρων, Ὀλυμπιονίκαν ὕμνον ὀρθώσας, Θήρωνος ἀκαμαντοπόδων ἵππων ἄωτον, εὔχομαι ἀδεῖν Τυνδαρίδαις τε φιλοξείνοις καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ.* Ordini verborum convenientius schol. rec. inscriptionis: *ὕμνον τῦ Θήρωνος Ὀλυμπιονίκην* etc. — *Τυνδαρίδαις.* Castori et Polluci, ut v. 70. Pyth. I, 127. Nem. X, 72. *Τυνδαρίδης* dicitur Pollux Nem. X, 138., licet Jove genitus (ibid. v. 150. coll. schol. Paris. Apollon. Rhod. I, 146 sqq.), Castor Isthm. I, 42. Eos a Dioscuris discernit Sextus Empiricus advers. Mathemat. pag. 557 sq., assentiente Creuzero, V. celeberr., Mythol. (Edit. II.) T. II. p. 335. Dioscuros in Pindari reliquiis non vides; Tyndaridæ eidem sunt dii agonistici, quamquam Pyth. V, 11 sqq. in Castoris dei curulis mentione color petitus videatur a Dioscurorum officio maritimo, cui addendum est, quod Nem. X. fin. narratur de utriusque *ἑτερημερίᾳ*. Tyndaridarum vero et Dioscurorum confusio in nonnullis scriptoribus tanta est, ut idem contextus utramque denominationem conjungat. Eurip. (Matth.) Orest. v. 1684: *Ξὺν Τυνδαρίδαις, τοῖς Διὸς υἱοῖς.* Electr. v. 1293. coll. 1296: *Ὦ παῖδε Διὸς .... Τυνδαρίδαι.* Anthol. Palat. Tom. II. Appendix etc. pag. 817. Epigr. CLXXXVIII, 1. 2 (Incertus in Plutarchi Flam. cap. XII.): *Ζηνὸς ἰὼ χραιπναῖσι γεγαθότες ἱπποσύναισι Κοῦροι, ἰὼ Σπάρτας Τυνδαρίδαι βασιλεῖς.* Ubi obiter moneo, malam distinctionem post *ἱππoσ.* et *Σπάρτ.* non sublatam a Fr. Jacobsio. Apol-

lon. Rhod. eosdem aliis locis Tyndaridas, aliis Dioscuros vocat. Vide Argon. I, 1045. II, 806. III, 517. 1315. IV, 593. coll. IV, 650. — *φιλοξείνοις.* Nem. X, 91 sqq. Uliam Argivum Tyndaridæ victorem sistunt in Heræis, quod, cum adhuc inter mortales essent, ab Uliæ majoribus hospitaliter erant tractati, ubi Noster addit: *Καὶ μὰν θεῶν πιζὸν γένος*, i. e. *gratum Deorum genus.* Ipse autem Therò plurimis mensis hospitalibus Tyndaridas deos exceperat nostri carm. v. 71 sqq., eam ipsam ob causam ab iisdem gratias agentibus victoria curuli ornatus. Ita Tyndaridæ *φιλόξεινοι* nostro loco primum esse possunt ii, *qui hospitio excipi gestiunt*, ejusque honoris tales gratias agunt, quales sequuntur ex ipsorum præsidio agonistico. Eum sensum suadet v. 70 sqq., qui carminis initium ad alia abeuntis ita repetit, ut vocem *φιλοξείνοις* interpretari videatur. Deinde erunt quoque *hospitales*, quæ est vocis significatio vulgaris, coll. Nem. I, 30. Isthm. II, 37. Schol. rec. in fine inscriptionis: *φιλοξένους λέγει αὐτοὺς διὰ τὸ συστῆσαι τὴν ἑορτὴν τὰ Θεοξένια, εἰς ἣν πολλοὶ ξένοι συνέῤῥεον, καὶ φιλοφρονήσεως ἠξιοῦντο.* Böckhius addit Liban. Epist. 112: *Τίς δ' ὕτω τοὺς Τυνδαρίδας ἐν τῇ περὶ τοὺς ξένους σπουδῇ τιμᾷ;* Fuerunt igitur Tyndaridæ inter præsides hospitalitatis. — *Ἑλένα.* Helena cum Tyndaridis Agrigenti culta videtur. Eam sacrorum communionem promiserant fratres sorori. Eurip. Hel. v. 1666 sqq.:

Ὅταν δὲ κάμψῃς καὶ τελευτήσῃς βίον,
θεὸς κεκλήσει, καὶ Διοσκόρων μέτα
σπονδῶν μεθέξεις, ξενιά τ' ἀνθρώπων πάρα
ἕξεις μεθ' ἡμῶν· Ζεὺς γὰρ ὧδε βούλεται.

Adde Creuzerum Mythol. T. II. pag. 362. Helenæ

vero mentio probabilem facit Müllèri, V. celeberr. (Orchom. pag. 339) opinionem, „ab Amyclæis Theræisque Dioscuris per Theram, unum ex Theronis majoribus, ad Emmenidas esse propagata ista sacra Agrigentina.“ — *ἀδεῖν εὔχομαι.* Tyndaridis, victoriæ Theroneæ divis auctoribus, commendat carmen suum s. poeta, s. chorus. „Ut Thero vobis placuit, ita ego, qui victorem celebro, vobis placeam!“ Est igitur hymnus noster oblata Diis istis gratiarum actio pro victoria Theronea. Hanc causam invocationis Tyndaridarum ipse nobis poeta suppeditat. Num alia subsit magis specialis, de qua videndi scholiastæ, mihi in suspenso est. — *κλεινὰν Ἀκράγαντα.* Pyth. XI. in. est eadem urbs *φιλάγλαος, καλλίστα βροτεᾶν πολίων.* — *Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν ὕμνον ὀρθώσαις.* *Hymnum* encomium *victoriæ olympicæ*, s. victorum Olympicorum, coll. schol. rec. ad v. 1. Simili sensu Nem. IV, 26: *Ὕμνον καλλίνικον.* Paulo aliter Pyth. VIII, 5: *Πυθιόνικον τιμάν.* Deinde cum *ὀρθώσαις* commode confertur *διορθῶσαι λόγον* Ol. VII, 38., ubi *διορθῶσαι* nil est nisi simplex *ὀρθῶσαι.* Bene ibi comparavit Heynius Isthm. I, 63: *Ξυνὸν ὀρθῶσαι καλόν.* Metaphora petita ex arte architectonica vel statuaria, quorum prius haud rarum in Pindaro. Schol. rec. in inscript. nostri carminis: *Ὀρθώσας καὶ ἐγείρας καὶ ἀνυψώσας ὕμνον.* Schol. rec. v. 1. (coll. gloss. v. 5): *Διὰ τῶ ἀνεγεῖραι ὕμνον Ὀλυμπιονίκας ὑμνοῦντα.* Schol. vet. ad v. 5: *Τὸ δὲ ὀρθώσας εἶπε μετενεγκὼν ἀπὸ τιθεμένων ἀνδριάντων ἢ ἀγαλμάτων.* Nec minus metaphoricum videtur nostrum: Einen Satz aufstellen, eine Behauptung aufstellen etc. Similia de *fabris* et *fabrica carminum* vide ad Pyth. III, 201.

Aliud est *διορθεύων λόγος* Eurip. Suppl. v. 417., ubi placet Matthiæi interpretatio (T. VII. pag. 267): *Ὀρθῶς χρώμενος τοῖς λόγοις.* — Deinde *Θήρωνος . . . ὀρθώσαις* est explicatio antecedentium *κλεινὰν . . . γεραίρων.* Colebatur Agrigentum hymno Theronis, cujus gloria cum patriæ gloria cohærebat. Eam rationem per se non obscuram recte expressit schol. rec. v. 1: *Τιμῶν τὴν ἔνδοξον Ἀκράγαντα διὰ τῦ ἀνεγεῖραι ὕμνον.* Adde schol. vet. v. 1. in fronte hujus tractationis citatum. — *ἀκαμαντοπόδων ἵππων ἄωτον.* Ol. I, 141: *Ἀκάμαντας ἵππους.* Nem. I, 6. Fragm. inc. LXXXIX. (Heyne): *Ἀελλοπόδων ἵππων.* Nonn. Dionys. XV, 118: *Ἀκαμαντοπόδων ἐλεφάντων.* — Hymnus vero *flos* dicitur ut Ol. VI, 180: *Ὕμνων ἄνθος*, cui loco adde locc. ab Hermanno citt. Ol. V, 1. VIII, 97. Sensum expressit schol. vet. v. 1: *Ὕμνος ἄωτός ἐστι καὶ κόσμος τῶν ἀκαμαντοπόδων ἵππων.* Schol. rec. ad eund. vers.: *Ἄωτον, ἤγουν κόσμον ἐξαίρετον τῶν ἵππων.* Gloss. v. 5: *Ὕμνον, ἔπαινον.* Gloss. v. 6: *Ἄωτον, εὐκοσμίαν.* Schol. vet. v. 5: *Τὸν ὕμνον τῶν ἵππων ἄωτον προσηγόρευσεν ὡς ἄνθος καὶ στεφάνωμα αὐτῶν.* Vides, iterum e re agonistica colorem petitum. Nec enim equi mulique victores floribus s. coronis caruere, de quo v. ad Ol. II, p. 101. Idem proprie expressum Nem. I, 5. 6: *Ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων. — Μοῖσα δ' οὕτω ποι παρέξα μοι.* Schol. rec. v. 1: *Ἐπίνοια δὲ ἐγκωμίων μοι παρέξῃ.* Rectius *Μῶσα* proprie sumitur, ut Pyth. IV. in.: *Σάμερον μὲν χρή σε παρ' ἀνδρὶ φίλῳ στάμεν . . . Μοῖσα.* De sensu vocis *οὕτω* ambigitur. Schol. vet. ad v. 7. haud male: *Οὕτω μοι παρέξῃ ἡ Μοῦσα* (schol. vet. v. 8: *Παρέξῃ ἡ Μῶσα καὶ ἔρχεται*), *ἵνα τοῖς Διοσκώ-*

ροις ἀρέσω. Non multum inde discrepabit *itaque*. Tum aoristus vim habebit futuri. *Quia Tyndaridis hymnum meum se probare cupio, Musæ spero subsidium*. Jam haud negandum, imperativum cum per se, tum propter Pyth. IV, in. faciliorem h. l. esse, et habuit quoque schol. vet. ad v. 7: *Οὕτω μοι ἐρχέσθω ἡ Μοῦσα*. Codex Guelpherb. teste Böckhio legit *παρίστα*, quod eidem Viro est *ostende, doce, da facultatem* etc. Ceterum schol. legere potuit *ΠΑΡΕΣΤΩ* (*adsit*), vel *ΠΑΡΙΣΤΩ* (*adstes*), de quo v. Matth. Gr. gr. maj. pag. 247. Ego vulgatam sequor. — *νεοσίγαλον εὑρόντι τρόπον, Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ ἀγλαόκωμον*. Ad *τρόπον* cfr. Ol. X, 93. XIV, 25. Schol. rec. ad v. 1: *Αἶσμα λαμπρὰν συνιζῶν χορείαν ἐναρμόσαι Δωρίῳ ῥυθμῷ*. Schol. vet. v. 8: *Νεοποίκιλτον ἐπινοήσαντι ὑπόθεσιν, τὸ γράψαι εἰς Θεοξένια*. Idem ibidem: *Νεοποίκιλον ἐπαγγεῖλαι ὕμνον*. Alios ut videtur usus *τρόπῳ* habes Ol. X, 93. XIV, 25. — *νεοσίγαλον*. Schol. rec. v. 1: *Καινοτέραν ἀγλαΐαν ἔχοντα*. Schol. vet. v. 8: *Νεοποίκιλτον*, et *νεοποίκιλον*. Gloss. ejusd. v.: *Ἔνδοξον*. Aegre differet *νεοσίγαλος* a *νέος*, coll. Ol. IX, 75: *Ὕμνων νεωτέρων*. Isthm. V, 80: *Νέον ὕμνον*. Deinde *εὑρίσκειν* ut hic cum poesi conjungitur Ol. I, 177. Pyth. I, 117. Fragm. scol. I, 15 (Heyne III, 21). — *πεδίλῳ*. Vox *incedit*, ut hymnus Nem. I, 5. V, 1—7. Colorem dictionis petitum puto e veteris chori parte vestiaria, ni cui locus Ol. VI, 12. advocandus videtur, ubi secundum genium sermonis vulgaris *ἐν τύτῳ πεδίλῳ πόδ' ἔχων* idem esse poterit, quod *ἐν ταύτῃ ὢν καταστάσει, in hac conditione*. Jam si sensum vocis requiris, occurrit schol. rec. v. 1: *Δωρίῳ ῥυθμῷ*, et schol. vet. v. 9: *Πεδί-*

λῳ δὲ τῷ ῥυθμῷ. Nec aliter Böckhius de metris Pind. pag. 276: „Δώριον πέδιλον poeta non melodiam, sed rhythmum dicit, qui pede pulsatur." Reliquis scholl. πέδιλον est μέλος, ἁρμονία, ἦχος, διάλεκτος. Et hoc ultimum forsan verum est, si τρόπον pro carmine toto sumseris, φωνὰν pro parte ejus musica, πέδιλον pro parte ejus verbali, cui oppositioni favere videntur sequentia: φόρμιγγα ... θέσιν. Denique Heynius jungit νεοσ. τρόπον ἀγλαόχωμον, ut jam schol. rec. ad v. 1. et Romana. Rectius junges φωνὰν ἀγλαόχωμον, atque interpretaberis cum schol. modo allato: Λαμπρὰν συνιστῶν χορείαν.

V. 10 — 17.

Injungant istud officium coronæ victrices et Pisa. Ἐπεὶ χαίταισι μὲν ζευχθέντες ἔπι στέφανοι πράσσοντί με τῦτο θεόδματον χρέος. Causam reddit, quare Musam invocet. Ista erit vel victoria, vel comissatio. Posterius eligent, qui cum scholl. hoc carmen εἰς Θεοξένια scriptum putant, cujus tamen consilii nullum satis probabile argumentum hymnus ipse præstat. Mihi prius videtur simplicius, maximopere ob coronarum Pisæque mentionem junctam. Comœ autem esse poterunt cum victoris, tum equorum, quos ipsos quoque coronatos fulsse alii demonstrarunt. Scholiastarum alii de comis equorum victorum, alii de comis comissantium cogitant. — χρέος. Ol. X, 10. est χρ. *promissum carmen* sensu proprio; nec aliter puto Pyth. VIII, 44. Alibi latius est *officium poeticum*, ut Pyth. IX, 179 sqq.: Ἐμὲ δ' οὖν τις, ἀοιδᾶν δίψαν ἀχειόμενον, πράσσει χρέος αὖτις ἰγεῖραι, καὶ παλαιῶν δόξα τεῶν προγόνων. Adde Ol. I, 165: Στεφανῶσαι κεῖνον μολπᾷ χρή.

tio h. l. convenit. *Τῦτο* antecedentia et sequentia spectat, encomium sc. poeticum, de quo uterque locus agit. — *Θεόδματον.* Schol. rec. v. 1: *Τὸ ὑπὸ τῶν Μυσῶν κατασκευαζόμενον, λέγω φόρμιγγα κ. τ. λ.* Schol. vet. v. 11.: *Τὸν θεοκατασκεύαστον ὕμνον, τὸν ἐκ Μυσῶν.* Phavor. pag. 892, 2, 41: *Θεόδμητος, ὁ ὑπὸ θεῦ κατεσκευασμένος.* Aliter schol. vet. v. 26: *Τὸ εἰς θεὺς πεποιημένον· λέγει δὲ τὴν ᾠδήν.* Ambigit inter utramque interpretationem schol. vet. v. 12. Böckhius: *Debitum divinitus injunctum*, per victoriam deorum beneficio datam. Similiter schol. rec. v. 1 (coll. schol. vet. v. 18) de *θυμόροις ἀοιδαῖς* v. 17: *Ὕμνοι θεοδώρητοι, ὅτι οἱ θεοὶ τὰς νίκας δωρῦνται, δι' ἃς οἱ ὕμνοι.* Prior scholiastarum ratio convenientior videtur usui poetæ, qui more epico nominum epitheta minus e contextu, quam e nominum ipsorum natura petit, quod iterum valet de *θυμόροις ἀοιδαῖς* v. 17. — *Φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν καὶ βοὰν αὐλῶν ἐπέων τε θέσιν Αἰνησιδάμᾳ παιδὶ συμμίξαι πρεπόντως.* Expositio officii v. 12. — *φόρμ. ποικ., lyram varia garrientem, sonantem.* Schol. rec. ad v. 1: *Ποικιλόφωνον.* Nem. IV, 23: *Ποικίλον φορμίζων.* Ol. IV, 4: *Ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς.* Tibull. III, 4, 38: *Garrula lyra.* Martial. XIV, 167, 2: *Garrula plectra.* — *βοὰν αὐλῶν.* Nem. V, 71: *Καλάμοιο βοᾷ.* Pyth. X, 60: *Λυρᾶν βοαί.* — *ἐπέων θέσιν, verborum positionem.* Schol. rec. v. 1: *Συνθήκην ἐπῶν* (i. e. *σύνθεσιν*). Si quis formulam proprie sumet, habebit cognatum *ἐπέων στίχες* Pyth. IV, 100. Vel cogitabit de v. 5. nostri carm.: *Ὕμνον ὀρθώσαις.* Vel erit pro *ἐπέων ποίησις*, ut Nem. I, 5 (coll. IV, 15 sqq.): *Ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων*, ubi videndus scholiastes. Aliis circumlocutio videbitur

pro ἔπη, coll. Nem. IX, 7: *Ἐπέων ὕμνον* pro ἔπη, vel *ὕμνον*. Ita jam schol. vet. v. 11: *Τὰς ἐμὰς λόγους*. Recentioribus (Schneid. Lex. gr. v. *θέσις*. Böckh. Explicc. p. 137) universa formula periphrasis est pro *ποίησις* (poesis), quod quomodo recte ex Etymolog. M. eliciatur, alii videbunt. Etymolog. M. p. 319, 31: *Θέσις ἡ ποίησις παρὰ Ἀλκαίῳ* (actio? poesis?). p. 391, 26: *Θεῖναι τὸ ποιῆσαι. Καὶ Πίνδαρος διόλου θέσιν τὸ ποίημα λέγει.* Jam aliud est *θέσις*, aliud *ἐπέων θέσις*. Deinde *θέσις* hoc uno Pindari loco occurrit, *θεῖναι* vero poesi adhibitum apud Eundem numquam caret aliqua copula. — *Ἅ τε Πίσα με γεγωνεῖν.* Schol. rec. v. 1: *Καὶ ἡ Πίσα δὲ εἰσπράττεταί με γεγωνεῖν.* Schol. vet. v. 17: *Ἥ τε Πίσα με ἀπαιτεῖ μὴ ῥεμεῖν, ἀλλὰ ὑμνεῖν καὶ βοᾷν.* — *Πίσα.* Non victoria tantum Pisæ reportata, sed ipsa quoque Pisa, ob suam puto *χάριν*, ut Pisæ victorisque Pherenici *χάρις* Pindarum ad canendum impulit Ol. I, 28 sqq.

V. 17—29.

Ex qua Pisa carmina proficiscuntur ad eum, qui coronatus est oleastro ex Hyperboreorum terra allato. *Τᾶς ἄπο.* Ol. I, 11 sqq. ex Olympia quasi fonte quodam missilia carminum, non apposito scopo, ideoque indiscrete (per orbem) sparguntur. Noster locus eadem *ad homines victores* secundum contextum facit pervenire. Ea dictio tum præsertim fuit adæquata, quum victorem poeta non in ipso victoriæ loco celebrabat, sed carmen mittebat in istius patriam. Eum inter *ἀνθρώπους* et *ᾧ τινι* nexum perspexerunt schol. vett. vv. 17. 19: *Ἀνθρώπους δέ, τοὺς νικῶντας. ... Ἀπὸ τοῦ πληθυντικοῦ μετέπεσεν*

εἰς τὸ ἐνικόν. Τύτῳ, φησίν, ἀκολυθῆσαν αἱ ᾠδαί, ᾧ τινι κ.τ.λ. Adde scholl. rell. ed. Böckh. pag. 94. non uno tantum loco. — *θεύμορροι ἀοιδαί.* Schol. vet. ad v. 18: *Ἀπὸ θεῶν μεριζόμεναι καὶ παρεχόμεναι τοῖς νενικηκόσιν. Εἰ μὴ γὰρ θεῦ προνοίᾳ νικήσαι τις, οὐδὲ ᾄδεται.* Simplicius puto *carmina poetis divinitus concessa, inspirata*, quum non semel tantum a Diis Pindarus poesin repetat. His adde, quæ notavimus ad *θεόδματον χρέος* v. 12. — *Ἐφετμὰς Ἡρακλέος προτέρας.* Schol. rec. v. 19: *Τὰς ἐντολὰς τοῦ Ἡρακλέους τὰς προτέρας, ἀντὶ τῦ τὰς ἀρχαίας, τυτέστιν ἃς τὴν ἀρχὴν ἐκεῖνος ἐνετείλατο.* Ultimum accedere videtur ad schol. vet. v. 20: *Ὅτι μετὰ τὸν Ἡρακλέα πάλιν Ἴφιτος ἔθηκε τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων, διὰ τῦτο εἶπεν.* Sed aliud schol. rec. v. 19: *Κραίνων καὶ τελειῶν τὰς προτέρας καὶ παλαιὰς ἐφετμὰς καὶ ἐντολὰς τοῦ Ἡρακλέυς.* In reliquo usu Pindarico (v. indicem Böckh.) nil quidem inest, quod alteri interpretationi præ altera scholiorum faveat: nec tamen habeo, quare posteriorem rationem ut per se planiorem non sequar. — *Ἑλλανοδίκας.* Bekkeri Anecdd. 248, 32: *Ἑλλανοδίκης: Ἑλλανοδίκαι ἦσαν ἄρχοντές τινες Ἠλείων, οἱ διέποντες τὰ κατὰ τὸν ἀγῶνα τῶν Ὀλυμπίων. ἐκλήθησαν δὲ ὕτω παρὰ τὸ τοῖς Ἕλλησι δικάζειν. ἐδίκαζον δὲ τοῖς τε ἀθληταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγωνιζαῖς. καὶ προεκάθηντο ἐν τῷ ἀγῶνι ἐν πορφυρίσιν. ἦσαν δὲ τὸ παλαιὸν ἐννέα, εἶτα δέκα, εἶτα πεντήκοντα τὸ τελευταῖον.* Phavor. v. *Ἑλλανοδίκαι: Ἑ. ἄρχοντες ἠλεῖοι, οἱ διέποντες τὸν ἀγῶνα τὸν ὀλυμπιακόν. ἐκλήθησαν δὲ ὕτως, ὅτι παρ' Ἕλλησιν ἐδίκαζον. ἐκαθέζοντο δὲ ἐν τῷ ἀγῶνι πορφύραν περιβεβλημένοι. καὶ ἦσαν τὸ μὲν πάλαι ἐννέα, εἶτα δύο, καὶ πάλιν ὀκτώ. ἢ ἑλλα-*

νοδίκαι καλῶνται, οἱ προτεταγμένοι τοῦ ἀγῶνος. οἳ ἐπὶ μόνοις ἕλλησιν ἀγωνίζονται. Ubi corriges: *ἐπεὶ* (*Ἕλληνες* more sc. suo) *μόνοις Ἕλλησιν ἀγωνίζονται*, deleto *οἵ*, quod ex antecedentis verbi ultima syllaba nasci poterat. Eandem medelam adhibe scholio vet. nostri loci (v. 19): *Ἑλλανοδίκαι καλῶνται οἱ προτεταγμένοι τοῦ ἀγῶνος, ἐπὶ* (sic) *μόνοις Ἕλλησιν ἀγωνίζονται*, corrigente Böckhio: *ἐπεὶ μόνοι Ἕλληνες ἀγωνίζονται.* — De Hellanodicarum numero ex Hellanico et Aristodemo alia tradit schol. vet. v. 22, coll. Suida v. *Ἑλλανοδ.* — *Αἰτωλὸς ἀνὴρ* pro *Ἠλεῖος* dicitur verax Hellanodica, quia cognati erant Elei Aetolique. Ephorus Strabonis X, III: *Ἀφικομένῳ δ'* (in Aetoliam) *ἐξ Ἤλιδος Αἰτωλῷ τῷ Ἐνδυμίωνος, καὶ τοῖς πολέμοις κρατῆντος αὐτῶν, τὺς μὲν Κυρῆτας* (ait) *εἰς τὴν νῦν καλουμένην Ἀκαρνανίαν ὑποχωρῆσαι, τὺς δ' Αἰτωλὺς συγκατελθόντας Ἐπειοῖς, τὰς ἀρχαιοτάτας κτίσαι τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ πόλεων δέκα· τῇ δ' ὕστερον γενεᾷ τὴν Ἦλιν ὑπὸ Ὀξύλῳ, τοῦ Ἄιμονος, συνοικισθῆναι, περαιωθέντος ἐκ τῆς Αἰτωλίας. Παρατίθησι δὲ καὶ τὰ τούτων μαρτύρια τὰ ἐπιγράμματα· τὸ μὲν ἐν Θέρμοις τῆς Αἰτωλίας, ὅπου τὰς ἀρχαιρεσίας ποιεῖσθαι πάτριον αὐτοῖς ἐστιν, ἐγκεχαραγμένον τῇ βάσει τῆς Αἰτωλοῦ εἰκόνος·*

Χώρης οἰκιστῆρα περ' Ἀλφειοῦ ποτε δίναις,
Τρεφθέντα σταδίων γείτον' Ὀλυμπιάδος,
Ἐνδυμίωνος παῖδ' Αἰτωλὸν τόνδ' ἀνέθηκαν
Αἰτωλοὶ σφετέρας μνῆμ' ἀρετῆς ἐσορᾶν.

τὸ δ' ἐν ἀγορᾷ τῶν Ἠλείων ἐπὶ τῷ Ὀξύλῳ ἀνδριάντι·

Αἰτωλός ποτε τόνδε λιπὼν αὐτόχθονα δῆμον
Κτίσατο Κυρῆτιν γῆν δορὶ πολλὰ χαμών.
Τῆς δ' αὐτῆς γενεᾶς δεκατόσπορον Ἄιμονος υἱὸς
Ὄξυλος ἀρχαίην ἔκτισε τήνδε πόλιν.

Pausan. VIII, 49 fin.: *Καὶ τὸ Αἰτωλικὸν ἐπικρᾶν κατὰ συγγένειαν Ἠλείοις.* Idem V, 1, 2: *Τὸς δὲ Ἠλείους ἴσμεν ἐκ Καλυδῶνος διαβεβηκότας καὶ Αἰτωλίας τῆς ἄλλης*, duce Oxylo secundum Eundem V, 3, 5. 4, 1. 2., coll. schol. vet. v. 19. h. carminis. Quare Elei iisdem heroibus et heroinis sacra faciebant, quibus Aetoli, de quo v. Paus. V, 15, 7: *Ἠλεῖοι δὲ καὶ ἥρωσι καὶ γυναιξὶ σπένδουσιν ἡρώων, ὅσοι τε ἐν τῇ χώρᾳ τῇ Ἠλείᾳ καὶ ὅσοι παρὰ Αἰτωλοῖς τιμὰς ἔχουσιν. — ὑψόθεν γλεφάρων.* Particula motum e loco significans eligitur pro voce quietis in loco, usu apud alios quoque frequentissimo. Aesch. Agam. v. 875: *Ἄνωθεν ἐμῆς δέρης.* Eurip. Jon. v. 614: *Ἔγγύθεν ποδός.* Nec aliter *ἔσωθεν* et *ἔξωθεν* apud Eundem, de quo v. indicem edit. Barnes. (Lips. 1778—88) T. III. pag. 769. 784. Arat. Phænom. v. 26: *Ὑψόθεν ὠκεάνοιο.* v. 480: *Ἔγγύθεν βορέαο.* Idem Diosem. v. 311: *Πυρὸς ἔνδοθεν αἰθομένοιο.* v. 395: *Ἔγγύθεν ἀνθρώπων.* Apollon. Rhod. Argon. II, 806: *Ὑψόθεν ἄκρης.* Nonn. Dionys. XXII, 212. XXIV, 337: *Ὑψόθεν ἵππων.* XLVIII, 145. 270: *Ὑψόθεν ὠμῶν.* XXVIII, 202. XXXIV, 335. XLV, 295. XLVI, 7. 126: *Ὑψόθεν ὠμῶν.* Idem ibid. XXXIII, 16: *Ἐφύπερθεν ἀτυμβεύτοιο κονίης.* XXXIV, 20: *Ὑψόθεν εὐνῆς.* XLVIII, 481: *Ἔγγύθεν αὔρης.* Idem XX, 25: *Ἔνδοθεν αὐλῆς.* Idem Convers. Evang. Johann. II, 53. XI, 46: *Ἔνδοθεν οἴκου.* Quint. Smyrn. I, 60: *Παρῖτα· τῶν δ' ἐφύπερθεν κ. τ. λ.* v. 295: *Καὶ κορυφαὶ Σιπύλου περιμήκεες, ὧν καθύπερθεν.* X, 1: *Ἔκτοσθεν Πριάμοιο πόλεως.* XII, 264. 272. 340. Tryphiodor. v. 522: *Ἔνδοθεν ἵππου.* Coluth. v. 352: *Ὑψόθεν ἕδρης.* Anthol. Palat. VII, DCLXXXVII, 2 (Palladas Alexandrinus): *Θανάτου*

ἐγγύθεν. Ibid. DCCXXXV, 5 (Damagetus): Ἐμεῦ σχεδόθεν μόρος ἵσταται. Eadem locorum confusio obtinet in his vocibus adverbialiter sumtis, cujus rei exempla hæc habes: Arat. Phænom. v. 55: Οὐ μὲν ἐκείνῃ Οἰόθεν (uno latere), ὐδ' οἷος κεφαλῇ ἐπιλάμπεται ἀστήρ. Nonn. Convers. Evang. Joh. XI, 22: Καὶ ἐγγύθεν ἦεν ἑορτή. XIII, 86: Ἔλιξ χρόνος ἐγγύθεν ἔρπων. Quint. Smyrn. II, 361: Μοῖρα πολύστονος.. Ἐγγύθεν ἱσταμένη. VII, 233: Παῖς δέ οἱ, ἐγγύθεν ἐλθών, Μυθεῖτ'. 100: Νεκρῶν .. κτεινομένων ἑκάτερθεν. 537: Βεβολημένοι ἐνδόθεν ἦτορ Τρῶες. De ἐγγύθεν pro ἐγγὺς vide Bekkeri Anecdota 598, 25., ubi alia ejusdem generis invenies, coll. ibid. 608, 29. 624, 2.; nec non Damm. Lex. hom. et pind. v. ἐγγύθεν [1]). Denique Hermannus jungit: ἀτρεκὲς γλεφάρων, quod valde sibi frigeat γλεφάρων ὑψόθεν. Frigeret hæc vocum positio: ἀμφὶ κόμαισι γλεφάρων ὑψόθεν. Vulgaris vero structura, cujus sensum antiquæ dictionis simplicitati accommodatum Böckhius dicit, nec mihi unquam friguit. — γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας. Linnéi systema vegetabilium ed. Römer et Schultes T. III. p. 478: „Elæagni (ἐλαίας h. l.) folia supra albo-viridia, subtus nitido-argentea, squamulis micaceis albis." His adde Schneiderum Theophr. opp. T. V. p. 424—27., ubi docte agitur de olea callistephano Olympiaca foliorumque ejus colore. Et consentit schol. carm. nostri v. 19: Στέφανον ἀπὸ ἐλαίας ὑπόλευκον τὴν χρόαν., coll. Phavor. v. γλαυκῶπις (coll. Suid. et Hesych. v. γλαυκὸς): Τὸ δὲ γλαυκὸν ... καὶ δηλοῖ τὸ ὑπόλευκον καὶ εὐόρατον.

1) De eodem usu egisse Schaeferum Melet. crit. p. 78., J. H. Brehmius me docuit *Fascic. Observatt. in Demosth. Philipp.* ad calcem libelli: *De oratt. olynth. ordine* scripsi. *Rauchenstein* etc. p. 72.

Jam glaucum colorem [2]) de aliis quoque plantis, imo de gemmis quibusdam prædicari, sequentia quidem docent. Empedocles v. 293 (Sturz. p. 526): *Βύσσῳ* (de qua v. Paus. V, 5. VI, 26) *δὲ γλαυκῇ τὸ χρόκυ καταμίσγεται ἄνθος.* Anthol. Palat. IX, LXXXVII, 4 (Marcus Argentarius): *Ἄμπελος ἔνθα Ἀντέλλει γλαυκῶν σύσκιος ἐκ πετάλων.* Dionys. Perieg. (Steph.) v. 1012: *Ὑγρῆς βηρύλλου γλαυκὴν λίθον.* Idem v. 1119: *Ἥ που βηρύλλου γλαυκὴν λίθον.* Idem v. 1121: *Ἥ καὶ γλαυκιόωντα λίθον καθαροῖο τοπάζου.* Tryphiod. v. 69: *Γλαυκῆς βηρύλλοιο.* Nonn. Dionys. V, 178: *Γλαυκῆς σμαράγδου.* Verum testimonia sequentia satis mihi persuadent, singulare olivæ prædicatum istud fuisse, quod in hac arbore candori respondere videtur, qui ad virorem illius folii accedit, unde efficitur color, qui nobis est w e i f s g r ü n. Soph. Oed. Col. v. 701: *Γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας.* Eurip. Iphig. Taur. v. 1070: *Γλαυκᾶς θαλλὸν ἱερὸν ἐλαίας.* Suppl. v. 257 (de eadem arbore): *Γλαυκὴν χλόην Αὐτῇ λιπῆσα φυλλάδος καταστεφῆ.* Tro. v. 803: *Ἵν' ἐλαίας Πρῶτον ἔδειξε κλάδον γλαυκᾶς Ἀθάνα.* Nicandri Ther. v. 680: *Γλαυκοῖσιν ἴσον πετάλοισιν ἐλαίης*; ubi schol. (Schneider. p. 100): *Οἱ δὲ κλάδοι αὐτῆς* (sc. heliotropii) *ἀειθαλεῖς, λευκὰ φύλλα ἔχοντες.* Oppian. Hal. IV, 268: *Ἦτοι πουλύπο-*

2) Auctor libelli *περὶ χρωμάτων* (Theophr. opp. T. I. p. 873 sqq. Schneider.) nullam habet hujus coloris mentionem. Recte, puto, quum *γλαυκός*, si radix ejus spectatur, non certum aliquem colorem (s. purum s. mixtum), sed candidum istud splendidumque denotet, quod vel in aqua atque iis, quae aquae speciem quandam referunt, e. g. oculis et gemmis, vel in foliis quarundam plantarum, ad colorem nativum, inprimis caeruleum viridemque accedit. His adde Salmasium Exercitt. Plinian. p. 181.

δες μὲν Ἀθηναίης φιλέσαιν Ἔρνεα, καὶ θαλλοῖσιν ἐπὶ γλανχοῖσιν ἔρωτα Ἔσπασαν. Nonn. Dionys. III, 98: *Γλαυκωπὸν ὑπὸ σκέπας ἁβρὸν ἐλαίης.* XIII, 112. Jupiter tribuit *γλανκὸν Ἀθηναίῃ γλαυκώπιδι θαλλὸν ἐλαίης.* XV, 61: *Γλανκὸν ἐϋῤῥαθάμιγγος ἀνείρυσε θαλλὸν ἐλαίης.* XXII, 71: *Γλανκόχροα θαλλὸν ἐλαίης* Indi tollunt supplicationis signum. Grammaticus Bekkeri Anecdd. gr. 864, 21. 22: *Ἰδὺ γὰρ Εὐφορίων ὁ ποιητὴς περὶ τῦ ἀρότρυ εἶπεν ἐνοσίχθονι, καὶ τὴν ἐλαίαν γλαυκῶπιν.* Anthol. Palat. XV, XI, 4 (Incertus de insula Rhodo, quam Minerva olivis ornavit): *Παρθενικῆς, γλαυκῶν πλησαμένης χαρίτων.* [3]) Ibidem IX, CCXLIX, 1 (Mæcius) de oliveto: *Γλαυκὰν ἀναδενδράδα τάνδε*; quod epigramma ad verbum expressum habes in Anthol. Lat. T. II. p. 471., monente Jacobsio ad Anthol. græc. Lipsiens. T. IX. p. 222., ubi quoque de poetis latinis *glaucam* olivam vocantibus agere dicitur Döringius ad Catull. XX, 9. p. 65. Neque omittendus Himerii locus Orat. III, 5. p. 434 (Wernsd.): *Τοῖς Διονύσυ τε δώροις καὶ τῷ γλαυκῷ ἐλαίας στέμματι,* ut pro *ἰδέας* scite legit Jacobs. Anthol. Lips. T. IX. p. 375. Ab elæagni (cotini) colore vix deinde abhorret salicis illius color, quæ Virgilio est *glauca* Georg. II, 13. IV, 182. Denique Thierschio vertenti: Braunschimmernde Zierde des Oelbaums etc., quænam alia folii istius apud veteres denominatio obversata fuerit, equidem ignoro. Aeschylo Pers. v. 616. coll. schol. (Schütz. T. IV. p. 315) olivam esse *ξανθήν*,

3) Ejusdem epigrammatis v. 8. Rhodiorum Deae (Minervae) dono offeruntur olivae, quae ibi non fuisse videntur originariae. Jam quum fuerint per mare allatae, pro *Νηΐνς* legi poterit *Νηρεύς*, ut equi in Graeciam invectionem maritimam Neptuno tributam constat.

quacum interpretes conferunt olivam Virgilii (Aen. V, 309) *flavam*, nota quidem res. Verum de his vide ad Olymp. XI, 13. — In sequentibus Hercules *olivam* attulisse dicitur ab *Istri fontibus*, *δᾶμον Ὑπερβορέων πείσας, Ἀπόλλωνος θεράποντα, λόγῳ*, ut *laurum* apud eandem gentem conspicimus Pyth. X, 61. Phavorinus: *Ἴστρος ποταμὸς καταφέρεται ἐξ Ὑπερβορέων ὀρῶν*. De Hyperboreis dupliciter agit Pindarus; primum ex *sua*, s. *ævi sui notitia*. Isthm. VI, 31: *Μυρίαι δ' ἔργων καλῶν Τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ κέλευθοι, Καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν, Καὶ δι' Ὑπερβορέους*; ubi ex antithesi intelligis, sedem istorum hominum borealem, et quidem *remotissimam* indicari, quod vidit quoque Hugius, V. celeberr.: Untersuchungen über den Mythus etc. p. 57. Deinde *mythice*, ut h. l. nec non Ol. VIII, 63. Pyth. X, 47., denique apud Strabonem L. XV., quem locum addidit Hermannus fragmentis pindaricis (Heyne T. III. p. 164). Jam Pyth. IV, 319 sqq. Thraciam sedem habere videtur Boreas ventorum rex, qui a Pangæo monte Zetam Calaimque filios emittit, Jasoni opem laturos, quod apprime consentit cum Il. IX, 5. coll. XV, 26. Jamque ultra Boream (v. 56) habitantes Hyperborei dicuntur, sed quonam loco ponendi? Inter Thraciæ puto montes et Istrum. Trajectis nimirum montibus borealibus *νιφοβόλοις*, veniebatur in regiones istas, plurimis Græciæ partibus lætiores ac fertiliores, quæ sunt a meridionali latere Danubii inferioris ac medii, ubi provenire incipit oliva. Istri vero fontes Herodotus II, 33. IV, 49. aliique immane quantum ad solem occidentem removent, coll. Böckh. Explicc. p. 137. Haud mirum. Provehuntur terrarum situs cum notitiæ geographicæ amplificatione.

Primos

Primos itaque Græcos, inprimis meridionales, Boream in ipsis terræ suæ haud admodum spatiosæ finibus superioribus, Hyperboreos vero cum Istro in altero regni borealis latere collocasse, non deflectentes ad occasum, admodum probabile est. Quid? quod Dodona Etymologo M. v. *Δωδωναῖος* locus est Hyperboreorum. Ita Hyperborei Græciæ pæne accolæ erant [4]). Posteriores egressi magnam illam inter Adriam Hellespontumque peninsulam, non modo removerunt Boream Hyperboreosque, sed etiam utrimque extenderunt; unde factum, ut Istri fontes (recte quidem naturæque convenienter) ad ulteriorem occidentem rejicerentur. Sed hæc a Pindaro aliena, qui scriptoribus illis antiquior narrationem suam ex Eleorum traditione antiqua hausit, non aliter ac Pausanias (V, 7, 4.), quem sua e Pindaro habere opinatur Heynius Pind. opp. T. 1. p. 48. Atque ex eorundem Eleorum narratione idem Hercules populum albam e Thesprotide vicina in Græciam attulisse dicitur Paus. X, 4, 3., ut laurus e Thessalia in Græciam meridiei propiorem immigrasse videtur, de quo adeundus auctor argumenti Pythiorum et Schneiderus in Theophr. edit. T. V. p. 341 sq.

4) His positis, momenti jamjam alicujus erunt scholia vetera v. 28: *Ἐλήθησαν δὲ Ὑπερβόρειοι ἀπὸ Ὑπερβοραίου τινὸς Ἀθηναίου, ὡς Φανόδημος. Φιλοστέφανος δὲ τὸν Ὑπερβόρειον Θεσσαλόν φησιν εἶναι· ἄλλοι ἀπὸ Ὑπερβορέου Πελασγοῦ τοῦ Φορωνέως καὶ Περιμήλης τῆς Δεύκου* (quam *Περιμήδην* vocat Apollod. Biblioth. I, 7, 3. coll. Heyn. ibid. p. 99). Vides, *in ipsa adeo Græcia* collocari posse primos Hyperboreos. — Similem *Hesperiæ* primitivæ viciniam concludo tum ex iis, quae ad Ol. I, fin. pag. 66. notata sunt de v. *εὐδείελος*, tum ex Hesychio, qui *Σκιαρά*, inquit, *ἡ Κεφαλληνία.*

Neque huic nostræ tractationi adversatur ipse Pindarus, qui Pyth. X, 72 sqq. nil aliud habet nisi Persei post visitatos Hyperboreos iter ad Gorgonas, scilicet deflectentis e septentrione ad occasum. Ad extremum occidentem Hyperboreos rejicit Vossius in commentatione Alte Weltkunde Jen. Allgem. Lit. Z. 1804. T. II., adstipulante Böckhio, Hugius l. c. ad ultimum septentrionem. Neque tamen est, quod meæ me sententiæ pœniteat, cujus rationem Amazonum quoque geographiæ enodandæ adhiberi posse intelligo. — De Hyperboreis, Apollinis cultoribus, videantur Spanhem. ad Callim. hymn. in Del. v. 281. et Böckhius ad nostrum locum. — *πείσας λόγῳ*, *persuadens*, non *vi adigens*, quam sententiam deinde persequitur. Putares, oppositum id esse alii narrationi de raptu *κοτίνου* per Herculem, ni præter alia obversaretur illud Thucydideum (I, 22): *Καὶ ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον ἕκαστοι.* Et convenienter Herculem dicit vi abstinuisse, quum eosdem Hyperboreos Pyth. X, 67. dicat *φυγόντας ὑπέρδικον Νέμεσιν.* — Post *ἄθλων* Thierschius punctum figit acute, ut stropha secunda integrum habeat exordium grammaticum. Nec quid obstat, quo minus post *λόγῳ* ponatur. Sed in talibus aliorum sensus alia desiderat.

V. 30—44.

Arbore ista Hercules Olympiam ornavit umbræ coronarumque causa. Πιστὰ φρονέων. Conf. Musgrav. ad Soph. El. v. 229. Erfurdt. T. II. p. 422. — *Διὸς αἴτει πανδώχῳ ἄλσει. Jovis poscebat nemori hospitali.* In hujus lectionis sensu nil habeo, quod me offendat. Sed veterum testimoniis, qui *αἴτει* h. l. pro *ἥθει* (sedi) sumebant, addam Phavorini locum, ex Eustathio manifesto re-

petitum. *Αἶτος, τὸ ἐνδιαίτημα. οἷον, Διὸς αἴτει πανδόχῳ. Πίνδαρος ἐν ὀλυμπιονίκαις, χαινῶς.* — Jovis nemus s. Olympia dicitur hospitale, ut templum Delphicum Pyth. VIII, 89: *Πάνδοκον ναόν.* — v. 31. Doricum *σκιαρὸν* pro *σκιερὸν* bene servarunt critici. Eandem formam retinuit insula Cephallenia. Hesychius: *Σκιαρά, ἡ Κεφαλληνία.* Quod ad *εὐδείελον* alludit, de quo v. p. 66. — Hercules ab Hyperboreis petiit olivam, *umbram omnibus præstituram, ornamentum quibusdam.* — *Αὐτῷ.* Schol. vet. v. 33: *Ἡρακλεῖ.* Alia schol. rec., minus bene. Jungendum pronomen cum *ἀντέφλεξε.* — *πατρί.* Jovi. Ol. X, 51—60. — *ἁγισθέντων* ex præda Ol. II. in. VI, 118. X, 51 sqq. — *Πατρὶ μὲν . . . καὶ μεγάλων.* De *καὶ* post *μὲν* videatur Viger. p. 587. not. h. Usum pindaricum notavit Böckhius nott. critt. ad Ol. VII, 21. — *διχόμηνις Μήνα.* Apoll. Rhod. I, 1231: *Διχόμηνις Σεληναίη.* Nonn. Dionys. IV, 279:

Ἄστατα κύκλα νόησε παλιννόστοιο Σελήνης,
πῶς τρισσαῖς ἑλίκεσσι μετάτροπον εἶδος ἀμείβει,
ἀμφιφαὴς, διχόμηνις ὅλῳ στίλβουσα προσώπῳ.

Sensum vocis *διχόμηνις* explicat schol. rec. v. 33: *Ὅτε δέ ἐστιν ἡ σελήνη πανσέληνος, δίχα κόπτει τὸν μῆνα.* Cum hac interpretatione secundam jungit schol. vet. v. 35 (coll. schol. rec. v. 33): *Διχόμηνις ἡ σελήνη, ἐπεὶ ἐν τῇ Πανσελήνῳ ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν ἄγεται . . ., καὶ αὐτὴ εἰς δύο καταμερίζεται, εἴς τε τὴν αἴξησιν καὶ λεῖψιν τῶ φωτός.* Illud præstat ob Isthm. VIII, 93., Nonnum modo allatum Aratumque Phænom. v. 78: *Διχόμηνι σελήνῃ.* Adde Etymol. M. 253, 58. v. *διχόμηνος.* Zonar. T. I. p. 522. v. *διχομηνία* ibique Tittm. Deinde *χρυσάρματος* dicitur Luna ut alii Dii, coll. Pyth. V, 10. Isthm. VI, 27.

coll. Spanhem. ad Callim. hymn. in Dian. v. 111. p. 254. — De ἑσπέρας structura jam scholl. ambigunt. Si *Μήνα* distinguitur ab *ὀφθ.*, ut Dea ab instrumento vel apparendi (splendendi) vel videndi, aliud erit *Μήνα*, i. e. Dea, aliud ὀφθαλμὸς, i. e. stella. Tum conjunges *ἑσπέρας ὀφθαλμόν*, *oculum suum vespertinum* (*ὀφθαλμὸν ἕσπερον*), i. e. *lunæ sidus, quod vesperam collustrat*. Verum aliis præplacebit *Μήναν* et *ὀφθαλμὸν* ita confundere, ut *ὀφθαλμὸν ὅλον* dictum sit vel pro *λαμπρότητα ἑαυτῆς*, vel pro *ὅλην ἑαυτήν*, quum luna ipsa oculi quodammodo speciem gerat, coll. Nonn. IX, 66: *Μηδέ μιν ἀθρήσειεν ἔσω γλαφυροῖο μελάθρου Ἠμάτιον Φαέθοντος, ἢ ἔννυχον ὄμμα Σελήνης.* XI, 189: *Καὶ φθονερῆς σκοπιαζε δι' ἠέρος ὄμμα Σελήνης*, i. e. Luna ipsa. Anthol. Palat. XIV, CXL, 2 (Metrodorus): *Μαραίνεται ὄμμα Σελήνης.* Jamque in his locis recurrere quidem poterit prioris interpretationis distinctio inter Deam ejusque apparitionem. Sed confer Sophocl. Antig. v. 870: *Λαμπάδος ἱερὸν ὄμμα.* Eurip. Iphig. Taur. v. 186: *Ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς.* Fragm. Syl. IV, 3: *Ὄμμα πυρός.* Orph. hymn. XI, 17: *Ἐλαφροτάτῳ πυρὸς ὄμμα.* Quid? quod ipsi nocti, tanquam deæ puto res hominum spectanti, oculus tribuitur. Aeschyl. Pers. v. 426: *Ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ' ἀφείλετο*, bene interpretante scholiaste: *Ἕως τὸ ὄμμα τῆς μελαίνης καὶ σκοτεινῆς νυκτὸς, ἤτοι αὐτὴ ἡ νὺξ ἐπιγενομένη ἔπαυσεν αὐτὺς τῆς μάχης.* De luna enim h. l. cogitare perversissimum foret. Jamque lux oritur loco Euripideo Iphig. Taur. v. 110 (*Νυκτὸς ὄμμα λυγαίας*), quem Aeschyli analogia, contextus aliusque ejusdem poetæ locus, de nocte obscura, non de luna sumere suadet. Phön. v. 543 sq.: *Νυκτός τ' ἀφεγγὲς βλέφαρον ἡλίῳ τε φῶς Ἴσον βαδίζει τὸν ἐνιαύσιον κύκλον, Κὐδέτερον αὐτοῖν φθό-*

νον ἔχει νικώμενον. Εἴθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δυλεύει βροτοῖς κ. τ. λ. Conf. ibidem schol. Dionemque Chrysostomum Or. XVII. p. 249. D. (Phön. ed. Valck. p. 280 Lugd.), qui locum Euripideum interpretans ita desinit: *Τήν τε νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν καὶ τὰς ὥρας.* Hercul. fur. v. 1045: *Νὺξ ἔχει βλέφαρα.* Jamque *ἑσπέρας* erit *tempora vespertino* ut Pyth. IV, 70. — *μεγάλων ἀεθλῶν ἀγὼν χρίσιν.* Nem. X, 43: *Ποτὶ θυσίαν Ἥρᾳ ἀέθλων τε χρίσιν.* Pyth. IV, 450: *Ἔνθα καὶ γυίων ἀέθλοις ἐπέδυξαντο χρίσιν*, ubi v. notata. Sunt *certamina ἀδωροδοκήτως χρινόμενα* ab Hellanodicis, coll. scholl. rec. ad v. 33., vet. ad v. 37. — *θῆκε*, luna an Hercules? Ambigunt scholia. Heynius: Luna, tanquam tempus, quo illa facta sunt. Simplicior videtur posterior ratio. Ceterum *ἀντέφλ.* et *ἔθηκε* pro plusquamperfectis sumenda. — *ζαθέοις ἐπὶ χρημνοῖς Ἄλφεῦ.* Anthol. Palat. T. II. Appendix etc. Epigr. x, 2 (Arcesilas): *Πῖσαν ἀνὰ ζαθέην.* Isthm. I, 45: *Ἰσθμῷ τε ζαθέᾳ.* — Jungendum utique *Κρονίᾳ Πέλοπος*, coll. scholl. — *Τὰ τῶν γυμνός.* Nem. I, 80: *Κολεᾷ γυμνὸν φάσγανον.* — *Κᾶπος.* Schol. vet. v. 43: *Κᾶπος κυρίως ὁ περιπνεόμενος ἀνέμοις τόπος.* Phavorinus: *Κῆπος, ὁ καταπνεόμενος τόπος πρὸς ἀναπνευσιν παρὰ τὸ κάπω, τὸ πνέω, κάπος καὶ κῆπος.* Similiter Etymol. Gud. p. 319. Bekkeri Anecdd. gr. 714, 17: *Ἰδὺ γὰρ τὸ κῆπος οὐκ ἀπὸ τοῦ κάπος, ὥς τινες λέγουσιν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τειχέειν, ἤτοι διαχεῖν καὶ ἡδονὴν ἐμποιεῖν, χέπος, καὶ συναιρέσει τῶν δύο ε, καὶ τροπῇ τοῦ δασέος εἰς τὸ ἀντιστοιχοῦν αὐτῷ ψιλόν, κῆπος.* Verum missis his etymologiis vide, ne sit h. l. *κᾶπος* hortus *futurus*, non aliter ac v. 30: *Διὸς πανδόκῳ ἄλσει*, nemori *futuro*; quod jam scholiastæ rec. ad v. 42. in mentem venisse video. —

cule cervæ cornua prehendente): *Εὐπτόρθων παλάμαις δραξάμενος κεράων*. Böckhius bene: „*Cornuta* cerva non magis offendor, quam *aureis cornubus:* ut adeo, quum aurea cervarum cornua deprehensa nunquam sint, non magis quærendum sit, num cornutæ cervæ inveniantur." — Alia huic cervæ nomina pro *ἐλάφῳ* poetas dedisse, docet Spanhemius ad hymn. Callim. in Dian. v. 108. 9., ubi quoque mentio fit numorum aliquot priscorum, qui cervæ istius effigiem referunt. Addit idem vir egregius locum Paus. V, x, 2. de eadem cerva inter Herculis labores in fano Jovis olympici expressa. — Inter duodecim Herculis certamina quota fuerit hæc venatio, Pindarus tacet. Sed variant in ea re poetæ, coll. Callim. hymn. in Dian. v. 108. 9. ibique Spanhem. Deinde cum ordine certaminum Herculeorum, quem notat epigramma Qu. Smyrnæi vel Incerti supra citatum, conf. idem Qu. Smyrn. Posthomericorum VI, 208 — 268. et Nonnus Dionys. XXV, 175 — 249. — De causa hujus venationis, in cujus fine oleas vidit Hercules apud Hyperboreos, conf. schol. rec. v. 53. et Spanhem. modo cit. — Obiter moneo, quæ de elephantis libycis indicisque schol. vet. ad v. 52. ex Amyntiano *Περὶ ἐλεφάντων* habet, fugisse A. W. Schlegelium, auctorem elegantissimæ tractationis: Zur Geschichte des Elephanten. Indische Bibliothek T. I. p. 140. 41. Ibidem pag. 183. adde, quæ de vitæ elephantorum duratione Nonnus refert Dionys. XXVI, 226. coll. Paus. deinde citando. Alia super eadem bestia idem Nonnus refert vv. sqq. et XXXII, 278. — *Ἄξονθ'*. *Mycenas*. Apollod. II, 5, 3. — *Ταϋγέτα*. Atlantis filia, schol. vet. et rec. v. 53. Erat Lacedæmonis mater Nonn. Dionys. III, 339., nec non Europæ Steph. Byz. v. *Ταϊγ*. — *Ὀρθωσίᾳ*. *Dianæ*, coll. Lycophr. v.

1381. Causam prædicati varie interpretantur. Scholl. vett. v. 54. a monte quodam Arcadiæ Orthósio s. Orthio dictam putant Orthosiam s. Orthiam. Consentit Tzetza Lycophr. v. cit. ejusdemque poetæ scholl. brev., coll. ibid. (p. 1548) Potteri emendationibus ad Pindari scholl. recc. v. 54. Scholl. deinde cum Tzetza l. cit. de cura Dianæ obstetricia cogitant, in quo Dianæ munere multus est Orpheus hymn. XXXVI (Herm.). Erat, quum Diana morbos avertens, s. medica mihi occurreret, quo trahere poteris inscriptionem, quam vulgavit E. Q. Visconti in *Monumenti Gabini della Villa Pinciana* 1797. p. 151., repetiit Jacobs. Anthol. Pal. T. III. p. XCV:

Ἀζομένη χώρην Λητωΐδα ἰοχέαιραν,
Ἄρτεμιν Ὀρθωσίην, πόλεως περὶ τείχεα πάντα,
εἶμ' ἱερῆς ἐγὼ Ἀσκληπιάς· ἐκ δὲ τοκήων,
πατρὸς Εὐκτιμένευ Ἀσκληπιάδαο γενέσθην.

Apud Orpheum supra cit. Diana sanitatem præstare, morbos vero doloresque montium cacuminibus immittere dicitur. — Eandem in Dianæ Ὀρθίας (Paus. III, 16, 6. Orph. hymn. XXXVI, 8) interpretatione dissensionem video. Paus. III, 16, 7: *Καλοῦσι δὲ* (Lacedæmonii) *ἀπ' Ὀρθίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ Λυγοδέσμαν τὴν αὐτήν, ὅτι ἐν θάμνῳ λύγων εὑρέθη, περιειληθεῖσα δὲ ἡ λύγος ἐποίησε τὸ ἄγαλμα ὀρθόν.* Schwenkius, Vir acutus, in libro: Etymologisch-mytholog. Andeutungen etc. p. 229. Ὀρθίαν dictam putat ob ὕμνον Lacedæm. ὄρθιον, ut [in Arcadia Paus. VIII, 13, 1] Ὑμνίαν. Sed in monte quoque Argolico Lycone, qui aliis ad lucem alludere videbitur, fanum fuit Dianæ Orthiæ Paus. II, 24, 6., velut Orthosiæ teste Herodoto IV., 87. Byzantii, Athenis in Ceramico nec non in Elide (coll. Didymo apud scholl. vet. v. 54.),

V. 61—81.

Redit carmen ad victoriam Theroneam, desinitque in laude et admonitione regis. — *Καί νυν*, ut sæpius apud Nostrum, coll. ind. Böckh. De enclitica *νυν* conf. Viger. p. 425., Blomfield. ad Aeschyl. Prom. p. 127. Lips., Monk. et Wüstemann. ad Eurip. Alc. p. 162 sq. — *ἑορτάν*. Theoxeniorum? An (propter Pausaniam deinde allegandum) Dioscuriorum, quæ apud Spartanos ac Cyrenenses celebrata docet Spanhem. ad Callim. hymn. in Pall. v. 24. p. 634. 35? Pindarus certe voce *ἑορτὴ* semper de festo dei alicujus utitur, coll. indd. — *ἀντιθέοισιν*. De heroibus Pindaro vulgare, de quo v. indd. — *νίσσεται*, i. e. *ἥξει* schol. vet. v. 62. Apparitio divina, ut Neptuni ad suum festum Nem. V, 68: *Ὃς Αἰγᾶθεν ποτὲ κλειτὰν θαμὰ νίσσεται Ἰσθμὸν Λωρίαν*. Paus. IV, 27, 1 (de Lacedæmoniis Dioscuros ad sacrificium suum venisse opinantibus): *Οἱ δέ, ὡς εἶδον, προσεχύνησάν τε καὶ εὔξαντο, ἀφῖχθαι δοκοῦντες σφίσιν αὐτοῖς εἰς τὴν θυσίαν τοὺς Διοσκούρους*. — *βαθυζώνοιο*. Ita cinctæ, ut inde fieret *βαθύκολπος* Pyth. I, 24. Aliter Schneiderus Lex. gr., qui cum Pyth. IX, 3 (2) non citare debebat Nem. IX, 129. X, 71., sed Isthm. VI, 109. Fragm. Prosod. V, 3 (Heyne T. III. p. 47. Böckh, T. III. p. 588). — *θαητὸν ἀγῶνα*. Ol. X, 28: *Ἀγῶνα ἐξαίρετον . . . Ἡρακλέος*. — *νέμειν*. Eodem sensu, quo Ol. VI, 134: *Ἀγῶνας ἔχει Ἑρμᾶς*. Inter præsides ludorum Tyndaridas fuisse, præter Nem. X, 96. ea docent, quæ habet Spanhem. ad Callim. hymn. in Pall. p. 634. Olympiæ aram habebant ad hippodromum, coll. ibidem Spanh. et Böckh. Explicc. p. 140. Spartæ a loco, e quo emittebantur cursores,

ἀριστήριοι dicebantur, coll. Spanhem. ibid. — ἀνδρῶν τ' ἀρετᾶς πέρι καὶ ἰμφαρμάτω διφρηλασίας. Locum bene interpretatur Böckhius in Explicc. Deinde si præsides certaminis divinos distinguere velis, prius illud spectabit Pollucis, posterius Castoris regimen agonisticum. Hanc vero victoriam curulem uterque frater divinus præstitisse dicitur. — De forma Ἐμμενίδαι videatur Aristarchus ad Pyth. VI, 4. — εὐίππων Τυνδαριδᾶν. Heroum et Heroinarum vulgare in Pindaro prædicatum, coll. indd. De equitatu Tyndaridarum s. Dioscurorum, in monumentis quoque obvio, nota sunt omnia. Pyth. V, 11 sq. Castor χρυσάρματος Arcesilaum Cyrenensem victoria curuli beare dicitur. — ὅτι ... τραπέζαις. De his v. ad v. 1. — ἐποίχονται. *Adeunt, prosequuntur, colunt*, coll. ad Pyth. V, 113—116. — εὐσεβεῖ γνώμᾳ. Schol. vet. v. 72: Ἀγαθῇ ὂν γνώμῃ καὶ συνειδήσει οἱ Ἐμμενίδαι τὰς θυσίας ἀεὶ πληροῦσιν. Rectius cogitabis de solo Emmenidarum studio circa μακάρων τελετάς, i. e. θυσίας (v. schol. modo allatum) s. ἑορτάς (scholl. ejusd. vers.), coll. Nem. X, 63. — Εἰ. Schol. vet. v. 75: Ὥσπερ ὄν. Confer de ἐπεὶ ad Ol. II, fin. — Αἰδοιέστατον. V. ad Olymp. I, in. Similiter Odyss. VIII, 393: Χρυσοῖο τιμήεντος. XI, 326: Χρυσὸν τιμήεντα. Paulo aliter χρυσῷ τιμήεντος ἐν αἰθέρι (Simonides Anthol. græc. Lips. T. I. p. 62, T. VI. p. 215. 16), i. e. αἰγλήεντος Simon. Anthol. græc. Lips. T. I. p. 59., s. λαμπρῷ apud eundem poetam in collectione fragmentorum pindaricorum, fragm. incert. 175. Böckh. p. 683. Deinde iis, quæ ad illustrandos tales comparativos dedi ad Olymp. II, 111. 172., addo Etym. M. coll. Zon.: Ἡδυμος. Τὸ συγκριτικὸν ἡδυμώτερος, καὶ Ἰωνικῶς, ἡδυ-

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ δ'

ΨΑΥΜΙΔΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩΙ

ΙΠΠΟΙΣ.

Hujus et sequentis carminis tempus in Olymp. 82. definitur, de quo videantur scholl. Olymp. IV. V. init. Ei sententiæ nihil habeo, neque ex Pindaro neque aliunde petitum, quod satis tuto possim opponere.

Jam vero si ex Olymp. V, 15. (*ἵπποις ἠμιόνοις τε μοναμπυκίᾳ τε*) triplicem victoriam ejusdem hominis eodem tempore partam consequi statuunt, hæc velim contra monere.

Locus modo allegatus injicit quidem aliquam suspicionem, quadrigis equorum atque Insuper mulabus et equo desultorio Psaumidem *decertasse*.

Verum utrumque carmen non obscure indicat, quid de *victoria* ejus statuendum sit.

Prius carmen victoriam equestribus quadrigis reportatam spectat. *Κῶμος* enim Psaumidis vehitur *ὀχέων* (v. 15—19); ipse autem victor paucis verbis interjectis laudatur, quod sit *τροφαῖς ἕτοιμος ἵππων* v. 24., quod repetitur Olymp. V, 49—51. Habes in his *ὀχέων* interpretationem satis planam, nec facit, ut infirmetur, Böckhius doctissimus, cui duce schol. Olymp. VI, 39. *ὄχος* est

rheda mularis. Adversatur enim Pyth. IX, 17: Ὑπέδεκτο δ' ἀργυρόπεζ' Ἀφροδίτα Λάλιον ξεῖνον, θεοδμάτῳ ὀχέων Ἐφαπτομένα χερὶ κώμᾳ. Ubi quis de mulabus cogitabit? Nec alius Euripidis usus, quem sibi favere Böckhius putat. Adi indicem Barnesianæ T. III. p. 908. 909. vv. ὄχημα et ὄχος. Verum addit idem Vir Explicc. p. 142. 43: *Deinde in Olymp. IV. de quadrigarum equestrium victoria nihil inest: nam v. 15 sq. μάλα μὲν τροφαῖς ἑτοῖμον ἵππων non ad victoriam pertinet, sed ad equestria Psaumidis studia, qui non solis mulabus, sed quadrigis quoque et celete Olympiæ decertaverit: unde non magis quartum carmen curuli victoriæ celebrandæ scriptum esse collegeris, quam carmen quintum, quo quanquam certissimum est mulabus reportatam victoriam ornari, tamen v. 21. Psaumis' dicitur* Ποσειδανίοισιν ἵπποις ἐπιτερπόμενος. Ad hæc respondeo. In Græcia qui equis quadrigariis desultoriisve et mulabus operam agonisticam navabat, solius ἱπποτροφίας titulo laudari poterat, denominatione petita a parte potiori, quum cura mularum ut inferior commode equorum studio includeretur. Quid? quod ἡμιονοτροφίας vocabulum lingua græca ignorat, licet rem ipsam usus populi habuit. Atque in Sicilia mularum curam agonisticam ἱπποτροφίᾳ solitam adhærere, ex iis perquam probabile est, quæ de Sicularum mularum præstantia earumque in numis Siculis usu crebro novimus, coll. Böckh. Explicc. p. 143.

Posterius carmen de victoria mulari agit, coll. v. 5: Ἁρμαντόποδός τ' ἀπήνας, de qua ultima voce videantur Lexica.

Atque hæc de utriusque carminis victoriis, quas in neu-

tro carminum *junctim* laudata equidem non miror, praemonenda videbantur. Meo igitur jure inscriptioni carminis prioris suum ἵπποις s. ἅρματι vindicavi.

Postremo si celete quoque vicit Psaumis Camarinæus, neque eam victoriam laude sua caruisse putabimus. Sed istud carmen, s. Nostri s. alius poetæ, temporum injuria intercidit.

V. 1—21.

Excipe, Jupiter, Psaumidis χῶμον. Ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς ἀχαμαντόπ., Ζεῦ. Jup. est ἐλατὴρ βροντᾶς, ut curru vectus, qui ob equorum virtutem ἀχαμαντόπους audit, velut Psaumidis rheda Ol. V, 6. Deinde poeticum ἐλαύνειν et ἐλᾶν cum derivatis semper fere currus notionem involvere, nota res. Videatur Dammius p. 600 sq. Ind. Pind. Böckh. T. III. p. 742. Index Euripidis Barnesiani T. III. p. 754. Maxime nostram dictionem illustrat Nonn. Convers. Evang. Joh. I, 92: Ἅρπαγος Ἠλίας ἐλατὴρ πυρός, i. e. *curru igneo vectus.* Adde Eund. Dionys. XX, 72: Πορδαλίων ἐλατῆρι Bacho. Jam biga, an quadriga hic Jovis currus sit, de eo nihil apud Nostrum. Quadriga fuit poetis posterioribus, usum puto agonisticum in deorum et heroum descriptione sequentibus. Eurip. Herc. fur. v. 174. Matth.: Διὸς κεραυνὸν δ' ἡρόμην τέθριππά τε. Non alius fuit Croni patris currus. Nonn. Dionys. II, 422: Jupiter Ἑζόμενος πτερόεντι Κρόνῳ τετράζυγι δίφρῳ. Atque in eo curru idem Πῇ μὲν στεροπῇσι κορύσσετο, πῇ δὲ κεραυνῷ. ibid. v. 424. Deinde βροντή, altera dialis imperii atmosphærici pars, pro ejusdem potentia sumitur, ut aliis locis fulmen. Ol. IX, 10: Δία τε φοινικοστερόπαν. XIII, 109: Ζηνὸς ἐγχειχεραύνῳ. Utrumque copulatur Ol. X, 96—98: Κελαδησόμεθα βροντὰν καὶ πυρπάλαμον βέλος ὀρσικτύποιο Διός, ἐν ἅπαντι κράτει αἴθωνα κεραυνὸν ἀραρότα. Jupiter autem invocatur primum ob concessam victoriam *olympicam;* deinde ob *Siciliæ* dominium, quod ex Aetna monte exercebat. Ita locum victoriæ et patriam victoris eædem preces eleganter complectuntur. — τεαὶ γὰρ Ὧραι. Usus particulæ γὰρ post vocativum, de quo videndus

Böckh. Nott. critt. p. 369., nec aliis scriptoribus ignotu

Soph. Oed. Col. v. 891. Elmsl.:

Ὦ φίλτατ' ἔγνων γὰρ τὸ προσφώνημά σου
πέπονθα δεινὰ τοῦδ' ὑπ' ἀνδρὸς ἀρτίως.

Eurip. Tro. v. 237:

Ἑκάβη· πυκνὰς γὰρ οἶσθά μ' εἰς Τροίαν ὁδὺς
ἐλθόντα, κήρυκ' ἐξ Ἀχαϊκῆ στρατῆ·
ἐγνωσμένος δὲ καὶ πάροιθέ σοι, γύναι,
Ταλθύβιος ἥκω, κοινὸν ἀγγελῶν λόγον.

Idem El. v. 82:

Πυλάδη· σὲ γὰρ δὴ πρῶτον ἀνθρώπων ἐγὼ
πιστὸν νομίζω καὶ φίλον ξένον τ' ἐμοί·
μόνος δ' Ὀρέστην τόνδ' ἐθαύμαζες φίλων.

Idem Hec. v. 1090:

Ὦ φίλτατ'· ᾐσθόμην γάρ, Ἀγάμεμνον, σέθεν
φωνῆς ἀκύσας· εἰσορᾷς, ἃ πάσχομεν;

Incertus Rhesi v. 604:

Δέσποιν' Ἀθάνα· φθέγματος γὰρ ᾐσθόμην
τοῦ σοῦ συνίθη γῆρυν· ἐν πόνοισι γὰρ
παροῦσ' ἀμύνεις τοῖς ἐμοῖς ἀεί ποτε·
τὸν ἄνδρα δ' ἡμῖν, ποῦ κατεύναται, φράσον.

Anthol. Pal. VII, CCCXVII, 1. CCCLXXXVII, 1. coll. 7. His testimoniis adde Homerica apud Damm. p. 618. Bekk. Anecdd. gr. 506, 10 sq. Böckh. Explicc. p. 144. Schweighäuser. Ind. Herod. v. *γάρ*. Græci sermonis vestigia Romani premunt. Virgil. Aen. I, 65: *Aeole, namque tibi Divum pater* etc. Horat. Od. III, 11, 1: *Mercuri, nam te* etc. Ceterum hic usus particulæ *γὰρ* causam specialem significat, quare Jupiter invocetur. Is, quum anni Deus fuerit (Il. II, 134), anni quoque tempestates regebat (Creuz. Symbol. und Mythologie Tom. II. p. 484. ibique not. 31), quæ inde filiæ ejus dicebantur Hes. theog. v. 900 sqq.

Orph. Hymn. XLIX, 1. Atque has (Ὥρας), non ὥρας (abstracte sumtas, de quo vid. scholl. et interprr.) loci natura postulat. Sunt enim diales (τεαί. Böckh. Explicc. p. 144), et volvuntur ὑπὸ ποικ. ἀοιδῆς, quod ob nativum ordinem ad ipsas, non ad poetam pertinet. — ἑλισσ. Eurip. Herc. f. v. 659: *Εἱλισσόμενός τις αἰών.* — ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς. Schol. vet. v. 3: *Ποικ. ἀ., ὅτι αἰτία ἐστὶ τοῦ ποικίλλειν τὴν φόρμιγγα.* Nem. IV, 23: *Ποικίλον κιθαρίζων.* — De ὑπὸ musicæ comitationem hic et Olymp. VII, 23. exprimente v. Matth. Gr. gr. mai. p. 871. 72. Liebel. ad Archil. fragm. CVI. Edit. II. p. 218. 19. — Μ' ἔπεμψαν. Interfuisse ludis olympicis poetam volunt, forsan ob μάρτυρ' ἀέθλων. Jam per se quidem verisimile est, Nostrum ludis, quorum victores ab ipso prædicandi erant, plerumque interfuisse. Et Pythiis interfuit Pyth. VIII, 84 sqq. Noster vero locus sensum habere potest: *Redux certaminum tempus iterum a me exigit victoriarum præconium.* Similem interpretationem admisit Olymp. I, 177. 78., nec non alii loci, ubi in patriam victorum aliorumque encomii causa se venientem fingit, de quibus vide ad Olymp. VII, 23 sqq. Alia deinde exponam. — ὑψηλοτάτων ἀέθλων. *Olympicorum.* Ad eam laudem compara interpp. Olymp. I, init. — Ξείνων δ' εὖ πραασσόντων rell. Quod de se pronuntiare vult, sententiose ideoque generaliter exprimit. *Estque præconii mei officium tanto dulcius, quum hospes meus victoria beatus sit.* — ἰσανας. Scholl. v. 7: Ἐχάρησαν, ἥσθησαν, aor. pro præsenti. Quinam gaudeant, modo dixi. Aliter schol. v. 7: Ὁ χορὸς ἥδεται ἐπὶ τῇ τῶ νενικηκότος εὐπραγίᾳ ὡς ἂν γνωρίμω. Verum si populares victorum

ex more pompam chorumque victorialem constituebant, non video, quomodo Psaumis ξένος ipsorum dici potuerit. Imo vero Pindari ξένος fuit, ab eodem v. 25. propter hospitalitatem laudatus, ut alii victores eodem titulo laudantur. — *αὐτίκ'* amicorum sensum sincerum denotat. Vere amicos (*ἑσλοὺς*) nuntius de prospero amicorum eventu allatus ipse per se atque illico delectat, non intercedente rimandi mora, quæ est invidorum. Böckhius particula *αὐτίκ'* odæ brevitatem excusari auguratur. Ceterum mihi quoque ex hoc adverbio verisimile est, Pindarum statim post acceptum victoriæ nuntium breve carmen composuisse, et cum hospite patriam repetente eodem misisse. — *ἀγγελίαν ποτὶ γλυκεῖαν.* Ergo abfuit Pindarus a loco victoriæ. Eadem vox de nuntio victoriali alibi quoque sensu proprio adhibetur. V. Ol. IX, 37. XIV, 30., quamquam improprie *ἀγγέλλω* Pyth. I, 62. — *Ἀλλ'*. Glossa v. 10: *Τὸ σχῆμα ἐπανάληψις.* Confer Olymp. VIII, 12. Particulam *δὲ* habent exempla usum vocis *γὰρ* v. 3. illustrantia. De eadem part. post parenthesin repetita vid. Hermannus ad Vig. p. 847. — *ὃς Αἴτναν ἔχεις.* Summus Siciliæ mons summi Deorum sedes, unde Jupiter *Αἰτναῖος* dictus Olymp. VI, 162. Nem. I, 7. coll. Pyth. I, 56 sq. Scite autem hic insulæ totius Genius nec alius ad singularem insulæ locum spectans invocatur, quum *κῶμος* Peloponneso relicta Siciliam petierit. Carmine posteriore Psaumis, in patriam Camarinam redux, hujus Deos veneratur. Deinde *ἔχω* de divina locorum habitatione alibi quoque usurpatur. Nem. IV, 78. Anthol. Palat. IX, xc, 1. 2 (Alpheus Mitylenæus de Neptuno): *Νηῶν ὠκυπόρων ὃς ἔχεις κράτος, ἵππιε δαῖμον, καὶ μέγαν Εὐβοίης ἀμφικρεμῆ σκόπελον.*

Alia congessit Spanhem. ad Callim. H. in Pall. v. 53. p. 669. — *ἶπον ἠνεμόεσσαν. Onus ventosum.* Vide Liebel. ad Archil. fragm. CVIII. p. 220. Blomfield. glossar. ad Aesch. Prom. v. 373. p. 114. Lips. Riemerus, Vir acutus, *ἶπος* comparat cum *αἶπος*. Lex. Gr. edit. II. v. *ἶπος*. — *ἑκατογχεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου*. Schol. vet. v. 11: *Ὁ μὲν Πίνδαρος τῷ Τυφῶνί φησιν ἐπιχεῖσθαι τὴν Αἴτνην, ὁ δὲ Καλλίμαχος τῷ Ἐγχελάδῳ.* Bentleius monet (Callim. ed. Ern. T. I. p. 560), apud Callimachum hymn. in Del. v. 141. Briareo Aetnam incumbere, non Encelado. Encelado Oppianus Cyneget. I, 273. Aetnam imponit. — *Ὀλυμπιονίκαν*. V. ad Olymp. III, 4. 5. — *Δέκευ Χαρίτων ἕκατι τόνδε κῶμον. Böckhius: Gratiarum causa accipe pompam, quibus victoria debetur.* Ceterum jungere poteris: *Ὀλ. Χαρ. ἕκ. κῶμον.* Sed nativus verborum ordo præstat. Quod sensum attinet, Gratias a *κώμῳ* h. l. nolim excludere. Erant enim ut victoriarum (Böckh. Explicc. h. l.), ita carminum quoque etc. administræ. Schol. vet. v. 14. haud inelegantes: *Δέξαι δὲ ἡδέως καὶ κεχαρισμένως.* De *ἕκητι* v. Bekkeri Anecdd. gr. 497, 25. 543, 17. Schneid. Lex. gr. Apud Eurip. usus vocis creberrimus, coll. ind. Barn. T. III. p. 748. Adde Apoll. Rh. passim. — Similes preces Olymp. VIII, 12: *Ἀλλ', ὦ Πίσας εὔδενδρον ἐπ' Ἀλφεῷ ἄλσος, Τόνδε κῶμον καὶ στεφανηφορίαν Δέξαι.* Adde Olymp. V, init. Exauditæ preces alibi. Pyth. VIII, 24: *Ἀπόλλωνος, ὃς Εὐμενεῖ νόῳ Ξενάρχειον ἕδεκτο Κίρραθεν ἐστεφανωμένον Υἱὸν πόρῃ Παρνασίδι Δωριεῖ τε κώμῳ. — Τόνδε κῶμον, χρονιώτατον φάος εὐρυσθενέων ἀρετᾶν.* Schol. vet. v. 14: *Σβέννυται γὰρ τὰ καλὰ ἔργα μὴ ἔχοντα ποιητικὴν φωνὴν μάρτυρα.* Accinit hoc sententiæ pin-

daricæ sæpius repetitæ de virtutum immortalitate, quam carmina præstent. Süvernius, V. elegantissimus (Pindari carmen I. in Psaumidem etc.), affert Nem. IV, 10: *Ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει, ὅ, τι κε σὺν Χαρίτων τύχᾳ γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας.* Quem locum vides nostræ interpretationi de *Χαρίτων ἕκατι* aliquantisper opitularī. De notione *κώμου* h. l. ita Heynius: *In voc. Κῶμος adjuncta est hymno notio pompæ victoris, dum carmen accinitur: nam mox ille, v. 19. Κῶμος ἥκει (ἐπὶ) ὀχέων Ψαύμιος. In personam autem illum mutari a poeta, obvium est.* Tertium, sc. comissationem, addit Böckhius, quod ob *ὀχέων* equidem nolim. Simpliciter *patriam repetebat* Psaumis cum pompa triumphali et carmine pindarico. Comissatio post adventum habita, de quo v. Olymp. V, 20 sqq. Verum ea quæstio pendere videtur ab *ὀχέων* explicatione. — *εὐρύσθεν. ἀρετᾶν.* Pyth. V, 132: *Μεγαλᾶν δ' ἀρετᾶν.* — *Ψαύμιος γὰρ ἥκει ὀχέων.* Hermannus, adstipulante nunc Böckhio: *Mira et incredibilia commenti sunt interpretes* [coll. Heyn.], *ut genitivum ὀχέων explicarent. Nihil opus his machinis. Hoc dicit:* — *ἵκει* (*ἥκει*, coll. Ahlw. ad locum) *ὁ κῶμος, Ψαύμιος ὀχέων κῶμος ὤν.* Dura mihi ellipsis. Quare ad veteres revertor. Schol. vet. v. 18: *Ἥκει γὰρ ἐπὶ τῶν ὀχέων τῷ Ψαύμιδος. τίς; ὁ ὕμνος.* Glossa ibid.: *Ἔπαινος δηλονότι.* Deest *ἐπί*. Soph. Philoct. (Erfurdt. ed. mai.) v. 628:

Οὔκουν τάδ', ὦ παῖ, δεινά, τὸν Λαερτίου
ἔμ' ἐλπίσαι ποτ' ἂν λόγοισι μαλθακοῖς
δεῖξαι νεῳὸς ἄγοντ' ἐν Ἀργείοις μέσοις.

Ubi vid. Brunck., coll. Schæf. ad L. Bos. Ellips. p. 710. Deinde meum quidem sensum non offendit, quod

ἐπ' ὀχέων Psaumidis κῶμος advenit. Nil enim simplicius hac interpretatione: *Accipe κῶμον, quem Psaumis redux affert. Afferebatur* carmen encomiasticum, *comitabatur* victorem pompa triumphalis. Hoc admittit quoque præpositionis ἐπὶ ambiguitas, quum sit (ἐπ') ὀχέων *in curru* et *juxta currum*. — ὅς. Male de κώμῳ cogitat schol. vet. 18. Est Psaumis, coll. schol. vet. v. 17. — ἐλαίᾳ Πισάτιδι. Anthol. Palat. T. II. pag. 640. Epigr. LIV, 4 (Incertus): Πισαίᾳ στεφάνῳ. — κῦδος ὄρσαι σπεύδει Καμαρίνᾳ. *Laudem parare studet Camarinæ*. Cum κ. ὄρσ. conf. ὄρσαι γέρας Fragm. epinic. I, 1. Heyne T. III. p. 7. Böckh. T. III. p. 588. Glossæ v. 20. est ὄρσαι idem quod ἐγεῖραι, tumque comparandum erit Nem. I, 16: Ἔγειρε ἀγλαΐαν. Deinde σπεύδει poeticum est pro βύλεται, ὁρμᾶται, ἐπιθυμεῖ, σπεδάζει, coll. Pyth. III, 110. Isthm. IV, 22. Et apud alios sæpissime. Hesych.: Σπεύδων. σπεδάζων. Böckhius primam verbi significationem eligens: *Hinc*, ait, *quod nondum divulgata nec Camarinam delata victoriæ fama est, v. 12. 13 (20. 21.) de Psaumide dicitur:* κῦδος ὄρσαι σπεύδει Καμαρίνᾳ.

V. 21 — 42.

Propitius sit Deus reliquis ejus precibus! Neque hoc indignus est, ob ἱπποτροφίαν, *liberalitatem erga hospites, virtutem publicam.* Λοιπαῖς εὐχαῖς. Schol. vet. v. 21: Εὐχαῖς τῶ νικηφόρῳ. Quænam sint *reliqua* ista vota, incertum. Böckhius: *Inde a v. 13 (21) plures Psaumidi victoriæ optantur*. Et consentit prima laudum (μάλα μέν), quarum ope preces suas Deo probare cupit. Sed possunt verba generaliter sumi, ideoque illud præter-

σιν ἢ βελεῖς ἀχνάμπτοις. Nem. VIII, 13: *Οἰνώνας βασιλεύς, χειρὶ καὶ βελεῖς ἄριστος.* — *ἴσον.* sc. *ταχυτᾶτι.* V. Böckh. Explicc. p. 147. Scholiastæ minus bene *χεῖρας* et *ἦτορ* comparari statuunt. — *φύονται δὲ καὶ νέοις ἐν ἀνδράσι πολιαὶ θαμὰ καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας ἐοικότα χρόνον.* Annotatio physiologica, de qua si de canitie videndus Ploucquetius: Literatura Med. Digesta. T. I. p. 210., ibique inprimis Alberti dissert. *De canitie præmatura*, Hal. 1729. Adde Dictionnaire des sciences médicales. T. IV. v. *Canitie.* p. 5—10. — *πολιαί.* De hac forma elliptica adeundus Lamb. Bos. Ellips. gr. p. 495., ubi noster locus non prætermissus est. Ultima verba *καὶ ... χρόνον* sunt repetitio antecedentium *νέοις ἐν ἀνδράσι.* Atque *παρὰ τὸν ἁλικίας ἐοικότα χρόνον* est amplificatio pro *παρὰ τὴν ἡλικίαν*, s. *ἡλικ. ἐοικυῖαν.* Conf. *αἰὼν βίοτος* Anthol. Palat. XV, xxxiv, 6. — Restat, ut pauca de oratiunculæ *οὗτος ... χρόνον* consilio subjiciam. Ambigunt docti de eo, num soli omnia Ergino, an alia Ergino (*Οὗτος ... ἴσον*), alia (*Φύονται ... χρόνον*) Pindaro tribuenda sint. Posterior ratio eam ob causam præstare mihi videtur, quam deinde exponam. Qui totam orationem Ergino tribuit, Hermannus cum Süvernio et Gurlittio a victore moneri fingit Lemniadas, posse aliquem etiam præter ætatem validum et robustum esse. Per se quidem recte. Verum canitiem nemo pro roboris, imo pro infirmitatis signo quamquam non tuto habebit, quod judicium in istas mulieres cecidisse putandum est. Dicebant enim: *quia canus est Erginus decertaturus, senex ideoque infirmus et impar certamini est.* Si ex Hermanni sententia *παραδειγματικῶς* et quidem *senectutis* exemplo (*πολιαί*) de-

monstrandum erat, *posse aliquem etiam præter ætatem validum et robustum esse*, vix alia puto ratio eligi poterat, quam hæc: *Robur non omnino senectuti repugnat*. Jam si ad quæstionem recurris, cui tribuenda sit oratio, uni Ergino, an Ergino et Pindaro: multo tolerabilius observatio physiologica poetæ, quam heroi tribuetur. Pindarum enim ad obtrectatores Psaumidis spectare, versuum 28—30. totus habitus atque Ergini exemplum luculenter mihi probat. Tentabat Psaumis ætate provectior certamen olympicum, et quidem triplex certandi genus, de quo agit Olymp. V, 15. Ob hoc puto irrisus fuerat, quum Olympiam peteret. Respondet cavillantibus ita, ut ex ingenti, quo flagrabat Psaumis, certaminum studio novarum rerum cupiditatem removeat (*καὶ — τετραμμ.*), deinde experientiam in subsidium advocet. *Ea ipsa incredulos Psaumidis calumniatores ignominia affecit*. Denique comparatio non ita premenda erit, ut cum schol. vet. v. 39. cum *προπολιῶντα* velut Erginum statuamus. Erat omnino ætate provectior, quod vero non hoc carmen, sed insequens v. 51. demonstrare videtur, si quidem, quod probabilissimum est, utramque odam in una eademque olympiade definis. — Compara cum hac totius loci tractatione Böckhii Explicationes p. 146., quas iis, quæ ego tentavi, non adversari video.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Ε'

ΨΑΥΜΙΑΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΙΩΙ

ΑΠΗΝΗΙ

De hoc carmine v. introductionem præcedentis.

V. 1—19.

Ὑψηλᾶν ἀρετᾶν καὶ στεφάνων ἄωτον γλυκὺν τῶν Ὀλυμπίᾳ. Ad v. 1. *Ὑ. ἀ.* v. Isthm. V, 56. (de Aeginæ laudibus): *Τετείχισται δὲ πάλαι πύργος ὑψηλαῖς ἀρεταῖς ἀναβαίνειν.* Deinde pro *στεφάνων* magis concinne dixisset *νικῶν.* Sed vide locum deinde laudandum. — *ἄωτον.* *Florem*, i. e. *decus*, coll. Olymp. III, 5. 6. Hymnum præcipue significari, locus modo cit. ostendit, qui *ὕμνον* expressum habet. Similiorem vide locum Nem. III, 10: *Διψῇ δὲ πρᾶγος ἄλλο μὲν ἄλλο· ἀθλονικίαις δὲ μάλιστ' ἀοιδὰν φιλεῖ, στεφάνων ἀρετᾶν τε δεξιώτατον ὀπαδόν.* — *καρδίᾳ γελανεῖ* pro *γαληνεῖ.* coll. Böckh. Nonn. Convers. Evang. Joh. I, 160: *Γαληναίῳ προσώπῳ.* Bekker. Anecdd. 32, 10: *Γαληνίζει καὶ διεσκέδασται τὰ μέτωπα: ἐπὶ γεγηθότος καὶ εὐγενῶς διακειμένου.* — *ἀχαμαντόποδός τ' ἀπήνας δέκευ Ψαύμιός τε δῶρα.* *Ἀπήνη* Nostro est rheda mularis

hic (coll. schol. et Schneider. Lex. gr. v. ἀπ.) et Pyth. IV, 167. In numis ævi ut videtur posterioris est *sacra tensa*, coll. Spanhem., qui ad Callim. hymn. in Pall. v. 3. inter victores Pindaricos præter Psaumidem mulari rheda *Arcesilaum* quoque vicisse falso narrat. Mularum deinde et Psaumidis donaria Nymphæ oblata, vix ab hymno (et pompa) different. Si enim differre volueris, vix intelliges, quænam dona mulæ juxta Psaumidem obtulerint. Forte coronas suas? Eleganter vero et quasi ipsa quoque personam habentia animalia victricia juxta Psaumidem memorantur, eaedemque honorem sibi cum Psaumide communem Nymphæ offerunt. Et Nem. I, 5. 6. Chromii jumenta ante ipsum laudantur. Magni habebantur a Græcis animalia, quæ ipsis tantum honorem pararant. — *αὔξων*. Quibusdam est pro futuro. Extra necessitatem. Illo ipso enim sacrificio patriam suam ornabat augebatque. Deinde formulam *αὔξειν πόλιν, μέλαθρον, δῶμα* rell. apud veteres passim animadvertes. Vide Eurip. Iphig. Aul. v. 562. Anthol. gr. Lips. T. XII. p. 76., coll. ibid. Jacobsio. Adde Marklandium ad Eur. Suppl. v. 323. p. 91. Lips. — *βωμοὺς ἓξ διδύμους ἐγείραιεν*. Geminas sex aras olympicas alii illustrarunt. Eas (sacrificiis) ornasse dicitur Psaumis *ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις*. Thierschius: Zum gröfsten Fest der Götter. Non aliter puto schol. vet. v. 7., præpositionem *ὑπὲρ* cum dativo jungens: *Ὑπὲρ ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν ταῖς μεγίσταις*. Melius *ἐν* supplebis, quod fecerunt schol. rec. v. 8. Heyn. Böckh. all. Totum locum Bothius ita vertit: An dem glanzvollsten Götterfeste, bei den Opfern der Stier' und geweihtem fünftägiger Spiele Wettkampf mit den Rossen und Mäulern und Einzelrennern. Thierschius: Mit den Opfern und

bey Kämpfen ... durch Roſsziig' etc. Jam in verbis *ὑπὸ — ἁμίλλαις* si æqualitatem dicendi tenere volueris, *ἁμίλλαις* ab *ὑπὸ* (cum) non aliter dependere statues ac *βωθυσίαις*; quumque aras deorum *ἁμίλλαις* ornasse commode non potuerit Psaumis, *βωθυσίας* non magis de Psaumide prædicabis, quam *ἁμίλλας*. Quare utrumque *ἑορτῶν* expositio est, quæ sacrificiis certaminibusque constiterunt. Deinde *βωθυσίαι* ante *ἁμίλλαις* memorantur, quum sacrificia initium et finem certaminum fecerint. Illud habes Olymp. VIII, init. Nem. V, 69—73. Jam sequentia *ἵπποις* etc. ab *ἁμίλλαις* pendent, ut sensus sit: *certaminibus, quæ fiunt equis* etc. Sed hæc quoque generaliter sumenda sunt, ut *ἑορταῖς — ἁμίλλαις*, quamquam causa, quare hæc ipsæ, nec aliæ certaminis olympici partes memorentur, Psaumidem spectant, qui genus triplex istud certaminis subierat. — *μεγίσταις* Schol. rec. v. 8: *Τὸ δὲ μεγίσταις ἑορταῖς θεῶν, ἤτοι τῇ μεγίστῃ ἑορτῇ τοῦ Διὸς τῇ Ὀλυμπίᾳ νοητέον· οὐκ ἔστι γὰρ μείζων ταύτης οὐδεμία ἄλλη· ἢ διὰ τοὺς δώδεκα θεοὺς τοὺς ἐκεῖ ὄντας, ὡς εἴπομεν, τοῦτο λέγει· ἡ γὰρ τοῦ Διὸς πανήγυρις καὶ ἐκείνων ἦν, ἐπειδὴ καὶ πᾶσι τούτοις θυσία προσήγετο παρὰ τῶν νικώντων.* Posterius eligendum videtur. — *μοναμπυχία* pro *μονάμπυκι*, i. e. *κέλητι*. — His expositis ad initium loci recurrendum. Psaumis sex aras Deorum (sacrificiis) ornasse dicitur. Quando id fecit, ante certamina, an post? Utroque puto tempore. Ante certamina omnes sacrificasse decertaturos putabis, post certamina victores. His adde Paus. a Böckhio excitatum Explicc. p. 148. Neque tamen quemvis decertaturum in sex illis Deorum altaribus sacrificasse existimo, sed eos, qui

opibus

opibus certandique genere ut Psaumis eminebant. Ideoque h. l. Deorum illa altaria disertis verbis expressa putes. Denique certaminum certantiumque copiam quinque diebus ludorum explendis suffecisse satis mihi probabile est. Böckhius aliter sentit. — *Τὴν δὲ κῦδος ἄβρὸν ἀνέθηκε.* Ante *τὴν* kolon figo, non punctum, ut stropharum, antistropharum epodorumque primum systema unum habeat decursum grammaticum, quod est quoque in tertio systemate, et sæpius apud Nostrum. — *K. ἀ.* Isthm. I, 72: *Κῦδος ἄβρὸν.* — *ἀνέθηκε.* Schol. v. 16: *Ἀντὶ τοῦ σοὶ χάριν ὁμολογεῖ ἐπὶ τῇ νίκῃ.* Similiter Thierschius: Dir nun hat er süssen Ruhm siegtragend geweiht, und den Vater A. rief er etc. Hoc repugnat ordini verborum. Olympiæ enim eodem contextu Psaumis patrem patriamque pronuntiat. Est igitur consequens pro antecedenti. *Paravit Camarinæ nymphæ vincendo gloriam, eidem dedicandam,* ut supra v. 1—7. carmen suum triumphale (et pompam) eidem nymphæ obtulit. Non aliter Bothius, quem vide. — *ἐκάρυξεν.* Schol. vet. v. 18: *Ὁ γὰρ νικῶν πατέρα καὶ πατρίδα ἀναχηρύσσει* [per præconem Pyth. I, 60.]. — *νέοικον ἕδραν.* V. schol. vet. v. 19.

V. 20—38.

Reversus in patriam deos canit ἐγχωρίας interque eos Hipparim fluviam populo utilissimum. Εὐηράτων σταθμῶν. Schol. rec. v. 21: *Ἐντεῦθα γὰρ ἐπιθυμοῦσι πάντες νικῆσαι.* — *σεμνὰς ὀχετάς.* *Sacra* fl., ob dei alicujus domicilium. Eurip. Tr. v. 207: *Σεμνὰ ὕδατα.* Eurip. Or. 797: *Παρὰ Σιμοντίοις ὀχετοῖς.* Iphig. Aul. v. 757: *Σιμοντίοις ὀχετοῖς*, i. e. *fluentis*. Nec tamen multum obstat, quo minus pro canalibus habeantur

illi ὀχετοί, quum Hipparis secundum veteres ἀγχύλος et ἀστήριχτος (Schol. vet. v. 20. et Nonnus a Böckhio allatus) exundationibus alveique mutationibus obnoxius esse potuerit*). Eam sententiam qui elegerit, Camarinæos urbis eo ipso tempore redintegratores (νέοιχον ἔδραν, coll. scholl. v. 19) fluminis violentia et inconstantia laborantes cursum saltem ejus emendasse suspicabitur, unde magnae ipsis utilitates redundahant. Similem alius fluvii in eodem insulæ latere emendationem suo sumtu perfecit Empedocles philosophus olympiadibus aliquot interjectis, immittendo duos fluvios in Selinuntiorum flumen exsiccatum et pestilentem, coll. Empedocl. reliqu. ed. Sturz. p. 54 sqq. Alii in hac quæstione fluvii Camarinæi aquam spectabunt, qui coll. scholl. adportandis lignis aptus fuerit. Sed vereor, ne ex sequentibus (χολλᾷ — ἅλσος) hæc interpretatio orta sit. Nec majoris facio, quæ alii scholiastarum de limo fluvii laterculis conficiendis apto, nec non de piscium ibi ubertate narrant. Talia non ταχέως (v. 30 sqq.) populum aliquem ἀπ' ἀμαχανίας ἐς φάος erigunt, quod de fluviali quoque apportatione materiei dictum velim. Aliam interpretandi viam veteres docti monstrant. Schol. vet. v. 20. med.: *Λέγεται γὰρ ναυσίπορος εἶναι καὶ πολυϊχθύς.* Schol. rec. v. 27: *Ἵππαρις ... τοσοῦτος τῷ ῥεύματι, ὡς καὶ ναυσίπορος εἶναι.* Vides Camarinæorum opes novas e navigatione oriri potuisse, cui adde, si libet, fluvii emendationem huic ipsi commercio et forsan agriculturæ quoque inservisse. De lacu Camarinæo (ἐγχ. λίμν.) mutationibus forte naturalibus obnoxio v. interpretes. Et poterat eas turbationes Hipparis efficere, per lacum Camarinæum in

*) In tabula Siciliae Reichard. Hipparis paulo ante effusionem in mare *gemino alveo fluens insulam facit.*

mare effusus, quod in aliis quoque lacubus observatur. Jamque examina, lector, quæ proposita sunt, nosque meliora edoce, rationibus victricibus cedere semper paratos. — *ἄρδει στρατόν.* Bibebant Camarinæi aquam fluvii ideoque accolæ fluvii erant. — *χολλᾷ τε* etc. Iis, qui hunc locum de Psaumide sumserunt, recte obloquitur Böckhius. Fluvius h. l. personam habet, ut in numis Camarinæis, de quo v. interpp. — *θαλάμων. Domuum.* V. indd. pindd. Eurip. Hel. v. 1158: *Πριαμίδος γᾶς θαλάμους.* Idem Jon. v. 462: *Οὐλύμπου χρυσέων θαλάμων.* — *σταδίων.* Schol. vet. v. 29: *Εὖ ἑστώτων, ἑδραίων.* Idem ibidem: *Ἄλσος δὲ θαλ., τὸ πλῆθος τῶν οἴκων.* Nonn. Conv. Evang. Joh. XVIII, 18: *Λύχνων ἄλσος.* — *ἀπ' ἀμαχανίας*, sc. *ἀδυναμίας*, quæ soror est paupertatis, teste Alcæo Stangii p. 202:

Ἀργαλέον πενία κακόν, ἄσχετον, ἃ μέγαν
δάμνησι λαὸν ἀμηχανίᾳ σὺν ἀδελφεᾷ.

Ita φάος erit opulentia, quæque eam sequuntur. — *Αἰεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα τε μάρναται πρὸς ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον.* Pyth. XI, 82: *Ἀμφ' ἀρεταῖς τείνεσθαι.* Sensus priorum vocum est: *Quando laudes appetuntur.* Deinde *ἔργον* est id, in quo laudes quæruntur. Jam alii de Camarinæ exstructione, alii de studio Psaumidis agonistico ejusque *ἱπποτροφίᾳ* cogitant. Posterius præstat, cum de periculo Camarinæ exstruendæ nil constet, ut alia taceam. — Ad sententiam bene faciunt loca, quæ Heynius comparavit, Isthm. I, 58. VI, 14. — *πόνος. Labor*, qui est ante certamen et in ipso certamine, coll. ad Pyth. V, 62. VIII, 104. — *κίνδυνος* ipsius decertationis periculum, iis haud leve, qui in curule certamen descendebant, coll. Pyth. V, 64 sqq. — *Εὖ δὲ ἔχοντες*, idem quod *εὖ*

πράσσοντες de eadem re Olymp. IV. 7. Böckhianum δὴ antithesin evertit, quæ est inter antecedentia et sequentia. *Ante lætos eventus ampla patet obtrectatoribus area rimandi et cavillandi de suscepti operis periculo. Tum pro stultis habentur, qui magna audent. Sed post eventum sapientiæ quoque laude ornantur.* Καὶ Hermanno et mihi hyperbatum est. De καὶ post participium videatur Hermannus ad Viger. p. 772. Sententiam non valde mutatam Noster repetit Pyth. VIII, 103 — 7., ubi multitudinis judicium magnifice castigatur. Addo sequentia. Eurip. Heracl. v. 740:

Ἔστιν δ' ἐν ὄλβῳ καὶ τόδ' οὐκ ὀρθῶς ἔχον,
εὐψυχίας δόκησις· οἰόμεσθα γάρ,
τὸν εὐτυχοῦντα πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς.

Idem Hippol. v. 695 (ubi conferendi Valcken. et Monk.):

Εἰ δ' εὖ ἔπραξα, χάρτ' ἂν ἐν σοφοῖσιν ἦν·
πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα.

Idem Fragm. incert. CCIV (aliis Menand. p. 332. Mein.):

Τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.

Irrideri potuerat Psaumis, qui ætate provectior tanto tamque sumptuoso rerum equestrium studio flagrabat, coll. ad Olymp. IV. fin. Sed eventus, ad quem alio sensu carmine superiore provocat, obtrectatores confutabat. Denique Pyth. VIII, 103 sqq. sententia ista eo consilio utitur, ut victorem de divino victoriæ auctore admoneat.

V. 39 — 57.

Jupiter servator, te precor, jubeas Camarinam viris florere; tuque, victor, lætam quæso senectam agas, filiis cinctus. Quam sortem nactus noli ultra spectare. Σωτῆρ, ὑψινεφὴς Ζεῦ. De Jove σωτῆρι, cui sae-

pius ἐλευθερία notio adhærebat, consule Creuzerum Mythol. T. II, 496. 537. Adde Isthm. VI, 11. Fragm. inc. 100, 5. Menandrum Mein. p. 291. — Camarinæ bis antea deletæ tales preces conveniebant. — ὑψιν. potentiam Jovis generaliter indicat, coll. ad Olymp. V. init. — τιμῶν. De locis Deo cuidam gratis sollemne. Olymp. VI, 133 sqq.: Ἑρμᾶν, ὃς Ἀρκαδίαν τιμᾷ. Eurip. Jon. v. 288: Τιμᾷ σφε (Μαχρὰς locum) Πύθιος ἀστραπαί τε Πύθιαι. Nonn. Dionys. XXVII, 259 (ad Apollinem): Παρνήσου τε γέραιρε ξυνήονα πέτρην. XXXVI, 123: Neptunus γεραίρει Δῆλον. Anthol. Palat. T. II. Append. etc. p. 772. Epigr. I, 1—4 (Marcellus): Dii, τιμήσατε χῶρον. — Ἀλφεὸν εὐρὺ ῥέοντ'. Voces posteriores conjungunt editores Apoll. Rhod. II, 1261: Φᾶσίν τ' εὐρυρέοντα. Ubertatem aquæ in flumine Alpheo testatur Paus. V, 7, 1: Ἀφικομένῳ δὲ ἐς Ὀλυμπίαν, ἐνταῦθα ἤδη τὸ ὕδωρ ἐστὶ τοῦ Ἀλφεοῦ πλήθει τε πολύ, ἰδόντι καὶ ἥδιστον, ἅτε ποταμῶν καὶ ἄλλων καὶ λόγῳ μάλιστα ἀξίων ἔτι τε ἐς αὐτὸν ῥεόντων. Deinde jam Homero et Alcæo est Alpheus *late fluens*. Hom. Il. II, 545: Ἀλφειῷ, ὅστ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης. Alcæus schol. Pind. Ol. I. init. (Böckh. p. 21): Ἀλφεὸν παρ' εὐρυδίναν. Ut alii quoque fluvii majores apud Homerum, coll. Damm. p. 2130. — Ἰδαῖον. Schol. vet. v. 42: Ἰδαῖον ἄντρον ἐν Ἤλιδι. Δημήτριος ὁ Σκήψιος· νεὼν διακόσμου (mundani?) ἱερὸν Διός. ἔνιοι δὲ νομίζοντες, μὴ τῶν ἐν Ἤλιδι χωρίων αὐτὸν μεμνῆσθαι, ὑπέλαβον μνημονεύειν Ἴδης τῆς ἐν Κρήτῃ, ἢ τῆς ἐν Τροίᾳ· οὕτω Θέων φησίν. De antro Idæo Cretensi, quod Jupiter amat, conf. Spanh. ad Callim. T. II. p. 43. 44. 47. coll. Nonn. Dionys. XXVIII, 314. Antrum deinde est σεμνόν, ut Dei sedes. Cf. Pyth. IX, 50. Eurip. Hel. v. 607: Σεμνὸν

ἄντρον. — *ἱκέτας.* Nem. VIII, 22. — *αἰτήσων, πόλιν ἐυανορίαισι τάνδε κλητᾶις δαιδάλλειν. Virorum virtute et laude.* Scholl. v. 44. 46. Eurip. Herc. fur. v. 404: Hercules obtinuit Olympum *εὐανορίᾳ. Εὐάνορα Ἀρχαδίαν* habes Olymp. VI, 135. — *Σέ τ'.* Schol. rec. v. 48: *Πρὸς τὸν Δία τὸν λόγον τείνων ἀπέστρεψε πρὸς τὸν Ψαῦμιν· δέον γὰρ οὕτως εἰπεῖν· αἰτῶ σε, ὦ Ζεῦ, κοσμεῖν τὴν πόλιν καὶ τὸν Ψαῦμιν εὐθύμως γήρως ἐπιτυχῆ ποιῆσαι· ἐπειδὴ πρὸς τοῦτον ἐποίει τὸν ὕμνον, φέρειν σε εἶπεν ἀντὶ τοῦ ἔχειν γῆρας εὔθυμον.* — Ad *Ποσειδανίοισιν* (*Ποσειδανίαισιν*) *ἵπποις* conf. Spanh. ad Callim. H. in Dian. v. 50. p. 204. 5. — Deinde *σὲ* est subjectum, *γῆρας* a *φέρειν* pendet, aliter ac Heynius: *et ut te, o Psaumi, senectus tranquilla deducat* (tibi contingat). Sed *φέρειν* est *impetrare, accipere.* Cfr. indd. pindd. et Meinekium ad Menandr. et Philem. p. 126. Fuit ergo Psaumis nondum senex. — *Εἰς τελευτάν.* Ambiguum inter antecedentia et sequentia. Nescio enim, quando filii *adstare* Psaumidi debeant, nisi tum quoque, quum vita illi relinquenda fuit. Ceterum potest *παριστ. ὑι.* generaliter esse; *cinctus*, i. e. *ornatus filiis*. Sed prior interpretatio præplacet. Ad sententiam de filiis patrem beantibus ornantibusque v., quæ congesta sunt ad Olymp. X, 102. — *ὑγίεντα δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει.* Metaphoræ *ἄρδει* interpretatio ab *ὑγίεντα* pendet. Quod quum naturam animalem indicet, *ἄρδει* velut supra v. 28. e sermone pastoritio sumtum videbitur, ut cognata *πιαίνειν, ποιμαίνειν, τρέφειν, φέρβειν* etc. Pyth. IV, 267: *Πλᾶτον πιαίνων*, saginans, habens. Olymp. XI, 8: *Τὰ μὲν ἀμετέρα γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει.* Ubi vide notata. Pyth.

V, 147: *Νόον φέρβεται*, pascit, habet. Olymp. X, 107: *Ποιμένα λαχὼν πλῆτος*. Nem. VIII, 11: *Ποιμένες Κυπρίων ἐρώτων*. His adde, quæ habet Monkius ad Eurip. Hippol. v. 369 p. 49. Lips. Heynius assentiente Böckhio de *planta* ὄλβα riganda, alenda cogitat, colori puto dictionis repugnans, qui alius est Nem. VIII, 29. Fragm. thren. 10. (p. 32. Heyne. Böckh. p. 620), ubi ὄλβος manifesto sumitur pro planta. Deinde sensum vocis ὑγ. bene exponit schol. vet. v. 54: *Τὸν μετὰ ὑγιείας, ἢ τὸν ἄθρανστον*. Stabilis esse Psaumidis ὄλβος poterat, ut *δίκαιος, ἀπὸ τῶν καλῶν συναγόμενος*, coll. schol. vet. v. 54. — Sequentia ἐξαρκέων κτεάτεσσι alterum ὄλβα prædicatum, *sufficientiam* significant. Ἐξαρκεῖν h. l. est Nostratium Ausreichen mit. Paulo aliter Nem. I, 47: Ἀλλ' ἐόντων, εὖ τε παθεῖν καὶ ἀκοῦσαι, φίλοις ἐξαρκέων, i. e. amicis impertiens, nisi ibi quoque malueris: *habens opum sufficientiam in usus amicorum*, ausreichend *für* die Freunde. Similiter Eurip. Suppl. v. 574: Ἦ πᾶσιν ἦν σ' ἔφυσεν ἐξαρκεῖν πατρί; *Sufficere* (*virium sufficientiam habere*) *omnibus* (*laboribus ferendis*). Adde Schneiderum Lex. gr. v. ἐξαρκέω, coll. gloss. h. carm. v. 55. Ad sensum facit Anthol. Palat. X, LXXVI, 3 (Paulus Silentiarius): *Πλῆτον ἔχειν ἐθέλω τὸν ἐπάρκιον*. — Simili vero sententia desinit Olymp. III. all.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ ΣΤ

ΑΓΗΣΙΑΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩΙ

ΑΠΗΝΗΙ.

De carminis consilio etc. vide, quæ suis locis exposuimus.

V. 1—11.

Splendidissimum carminis proœmium debetur Agesiæ, multiplici laude florenti. Χρυσέας ὑποστάσαντες εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμου κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον, πάξομεν· ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. Prima construe (coll. Heyn. nott. critt.): Χρυσέας .. κίονας πάξομεν, ὡς ὅτε ... (πάγνυμεν). Color ab exstructione domus magnificae petitus, de quo vide scholl. et interprr. Bene laudant Pind. Fragm. inc. LXXXVI. (Heyn. T. III. p. 123. Böckh. T. III. p. 661): Κεκρότηται χρυσέα κρηπὶς ἱεραῖσιν ἀοιδαῖς, οἷα τειχίζομεν ἤδη ποικίλον κόσμον αὐδάεντα λόγων. Eum locum repetit, ut videtur, Clemens Alexandr. Admonitione ad gentes. Sylb. p. 76. D.: Συγκεκρότηται κρηπὶς ἀληθείας, ὦ παῖδες ὑμεῖς, ὑμῖν αὐτοῖς, ἁγίῳ νέῳ μεγάλου θεοῦ θεμέλιος γνώσεως ἀρρήκτης, προτροπὴ καλὴ δι' ὑπακοῆς εὐλόγου, ζωῆς ἀϊδιος ὄρεξις νοερῷ καταβληθεῖσα χωρίῳ. Similiter jacta fundamenta habet Cic. pro Balb. 13: Hoc uti initio ac fundamento defensionis. Idem epp. X, 29: Jacta sunt fundamenta defensionis. Adde schol. Pind. Nem. II, 5. — ὑποστάσαντες κίονας. Olymp. VIII, 35: Ὑπέστασε κίονα, metaphorice. — εὐτειχεῖ. Gloss. v. 1: Ἑδραίῳ. Nem. VII, 67: Εὐτειχέα δόμον. Isthm. VI, 111: Εὐτειχέσιν Κάδμου πύλαις. Si εὐτ. προθ. est *pulchrum* vestibulum, respondebit Isthm. VIII, 3: Ἄγλαὸν πρόθυρον. — ὡς ὅτε. Usu particulæ ὡς metaphoram relinquit Pindarus. De ὡς ὅτε v. scholl. v. l. et Herm. ad Vig. ed. III. p. 919. Addo Quint. Smyrn. VI, 410: Ἤριπε δ' ὡς ὅτε ταῦρος ὑπὸ γναθμοῖο λέοντος. Similiter οὐδ' ὅτε. Nonn. Dionys. XXXII, 63: Οὐ γὰρ ἐμὲ

χθονίης ἀλόχῳ πόθος, οὐδὲ θεᾶνης Θυμὸν ἐμὸν θελ-κτῆρι τόσον βαχχεύσατο χεστῷ, οὐδ' ὅτε Τηϋγέτης Ἀτ-λαντίδος etc. — *ἀρχομένῳ*. Ut jam vett. pro *ἀρχομέ-νῳς*, coll. Herm. Genitiv. habet *ἄρχομαι* Pyth. IV, 53. Nem. V, 47. — *δ'* i. e. *γάρ*, coll. schol. vet. v. 4. Est enim *πρόσ.* h. l. idem quod *πρόθ.* — *πράσ.* Scholl. v. 1: *Τοῦ ὕμνου τὸ προοίμιον.* Deinde ut hic Pyth. VI, 14. *ὕμνων θησαυρὸς* habet *πρόσωπον*, induens puto personam. Jam exponenda ratio, quæ inter singulas strophæ partes intercedit. *Splendidum quidem esse debet proœmium cujusque carminis. Quantum autem splendorem habebit proœmium carminis, quod virum celebrat ea laudum copia ornatum, qua tu ornatus es, Agesia.* — *Βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν Πίσᾳ.* Schol. vet. v. 7: *Βωμῷ ἀντὶ τοῦ βω-μοῦ.* Böckhius: *Ἐν βωμῷ Διὸς μαντείῳ ταμίας.* Sed græce vix dicetur *ταμίας ἔν τινι* pro *ταμίας τινός* [1]), cum *ταμίας* sit *administrator*, *dominus*, *possessor*. Deinde

---

1) Usum homericum et Pindaricum v. in indd. Adde Theogn. v. 504: *Γνώμης ταμίης*. Idem v. 1138.: *Ταμίαι νοῦ ἀγαθοῦ*. Aristoph. Nub. v. 567: *Τριαίνης ταμίαν* Neptunum. Eurip. Med. v. 171: *Ζεὺς ὅρκων ταμίας*. Jon. v. 55: *Ταμίας πάντων*. Tro. v. 233: *Μύθων ταμίας*. Opp. Hal. I, 23: Fluvii *λατρῶν ταμίαι*. Nonn. Dionys. IX, 220: Rhea *ταμίη κόσμοιο*. X, 280: *Πειθὼ ἀνδρομέ-ης κραδίης ταμίη*. XII, 36: *Ταμίης πυρός*. II, 650: *Ταμίη κόσμοιο φύσις*. IV, 125: *Ταμίη γάμου*. V, 118: *Ἑρμῆς ταμίης ὕπνου*. XVI, 194: *Ταμίην ἐρώτων*. XXIII, 240: *Πυρὸς ταμίης Γ' περίων*. XXXVIII, 116: *Ἥλιος πυρὸς ταμίης*. Anthol. Palat. VI, XLII, 4 (Incertus): *Βιοτοῦ τῶν ἀγαθῶν ταμίης*. Ibid. LXIV, 4 (P. Silentiar.): *Κανόνα γραμμῆς ταμίην*. Ibidem Appendix etc. Epigr. IX, 11 (Aristoteles): *Ἰῶν ταμίην Τεῦκρον*. v. 61: *Τόξων ταμίην*. Epigr. CLXXX, 2 (Incertus): *Οἰωνῶν ἀνίμων ταμίας*.

nec *ταμίας Διὸς* conjungi potest. Quare cum Romana et Cratandrina lego *βωμῷ μαντείῳ* pro *βώμιν μαντεία*: Sacerdos aræ fatidicæ Jovis. Erat quoque, quum *Διὸς ἐν Πίσᾳ* jungerem, coll. Olymp. II, 14: *Ἦτοι Πίσα μὲν Διός*. Nem. VII, 155: *Διὸς Κόρινθος*. Similiter schol. Nem. VI, 21: *Τὰ γὰρ Νέμεα Διός*. — *συνοικιστήρ*. Per majores. Schol. vet. v. 8: *Ὅτι οἱ πρόγονοι αὐτοῦ σὺν Ἀρχίᾳ παρεγένοντο ἐν Συρακούσαις*. Similem *κοίνωσιν* habes Pyth. I, 121—129. — *κλεινᾶν Συρακουσᾶν*. Nem. I, 2: *Κλεινᾶν Συρακουσᾶν*. — *τίνα κεν φῦγοι ὕμνον*. Alibi carmina sua vocat Noster missilia (v. ad Olymp. I, 14. 179. 180). His *persequi* videtur virtutes, si fas est metaphoram continuare. Isthm. IV, 3: *Ὦ Μέλισσ', εὐμαχανίαν γὰρ ἔφανας Ἰσθμίοις, ὑμετέρας ἀρετὰς ὕμνῳ διώκειν*. Schol. rec. v. 9: *Ἀντὶ τοῦ τίνι ἂν ὕμνῳ ἀνοίκειος γένοιτο*. — *ἐπιχύρσαις*, s. *αὐτῷ*. *Nactus*. Vox homerica, de cujus constructione v. Damm. p. 1277. Phavor. p. 712, 50. Pleonasmus ad meum sensum, ut forte in verbo *αἱρεῖν* Pyth. I, 193: *Ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ ὃς ἂν ἐγχύρσῃ καὶ ἕλῃ*. Sed præparat sequentia de civium applausu, quæ ita junge: *ἐν ἱμερταῖς ἀοιδαῖς ἀφθόνων ἀστῶν*. — *ἀφθόνων*. Iterum ab invidia se defendit v. 124.

V. 12—36.

Ea conditio tua est, victor Olympice, qui gloriam non sine periculo consecutus es. Et vere Amphiarai laus in te convenit. *Ἴστω γάρ*. Schol. rec. v. 12: *Γινωσκέτω δή*. Sed vide, ne cogitandum sit de suppletione. Vidimus antea laudes Agesilai sententia generali (*τις*) in-

volutas. Jam pergit Noster: *Nec frustra hoc dictum. Sciat enim Agesias* etc. Naturæ hoc convenit particulæ γάρ, quæ „semper reddit rationem antecedentis sententiæ vel expressæ vel intellectæ," coll. Vig. p. 971. — *ἀχίνδυνοι δ' ἀρεταὶ οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ χοίλαις τίμιαι.* Redit ad laudem victoriæ olympicæ, antea memoratæ, utens sententia, quam alibi quoque habet. V. Ol. V, 34. Hesiod. cit. in schol. vet. v. 14. et Theogn. v. 455 (Bekker.): *Χαλεπῷ δ' ἔργματι κῦδος ἕπι.* Schol. vet. v. 14: *Ἤτοι ὡς περὶ τὸν οἶκον αὐτῶν πολλῶν κινδύνων γενομένων, ἢ αὐτοῦ μετὰ κινδύνου νικήσαντος.* Posterius placet. — *ἀνδράσιν, ναυσί.* Schol. vet. v. 14: *Οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, οὔτε παρὰ τοῖς θαλαττεύσαιν.* Non aliter schol. rec. v. 14. Adde Hermannum ad Vig. p. 723. — *Ἀρεταὶ* deinde *laudes* sunt, per oxymoron dictæ *τίμιαι οὔτε* etc. Ol. XII, 22: *Τιμὰ ἀχλεής.* — *Πολλοὶ δὲ μέμνανται, καλὸν εἴ τι πονάθῃ.* Repetitio sententiæ antecedentis. *Καλὸν* est *laus*, ut Pyth. VIII, 126: *Καλὸν νέον.* Deinde *πον.* ad certamen spectat, ut Olymp. V, 34. Pyth. VIII, 104. — *ἑτοῖμος.* Quasi in thesauro, coll. Pyth. VI, 5., ubi hymnus ipse *ἑτοῖμος θησαυρὸς* dicitur. Jam pro nostro *ἑτοῖμος* alibi P. dicit: *ἕπεταί σοι, φέρεις λόγον*, coll. Olymp. II, 39. Pyth. VIII, 54., posterius in re perquam simili. — *ἐν δίκᾳ.* Olymp. II, 30. Nem. V, 25. *Σὺν δίκᾳ* Pyth. IX, 170. — *ἀπὸ γλώσσας.* Pyth. III, 2: *Ἀμετέρας ἀπὸ γλώσσας εὔξασθαι.* Paulo aliter Theogn. v. 63 (Bekker.): *Ἀπὸ γλώσσης φίλος εἶναι.* Idem vero v. 260: *Φθέγγετ' ἀπὸ στόματος.* Orph. Argon. v. 334. 693: *Τάδ' ἀπὸ γλώσσης ἀγόρευσα.* Dictio emphasin quandam forte hîc involvit,

contrarium vero scriptionis apud Bekker. Anecdd. gr. 436, 6: *Ἀπὸ στόματος: ὡς ἡμεῖς, τὸ μὴ διὰ γραμμάτων, ἀλλ' ἀπὸ μνήμης. Φιλήμων* [ed. Meineke p. 372. ibique citatus Ruhnkenius] *Νεμομένοις·*

ἀπὸ στόματος ἅπαντ', ἐὰν βούλησθ', ἐρῶ.

Κρατῖνος δὲ ταυτὸ τοῦτ' ἀπὸ γλώττης: Νόμοις·

ἀλλὰ μὰ Δί', οὐκ οἶδ' ἔγωγε γράμματ' οὐδ' ἐπίσταμαι,

ἀλλ' ἀπὸ γλώττης φράσω σοι· μνημονέω γὰρ καλῶς.

Idem 77, 1: *Ἀπὸ στόματος: Ξενοφῶν ἐν τῇ Ἀναβάσει, Πλάτων Θεαιτήτῳ.* — Deinde Adrastum et Amphiaraum memorare, Pindaro haud insuetum. V. Olymp. II, 80. Pyth. VIII, 55 sqq., ubi P. Amphiarai dictum victori accommodat. Nem. VIII, 87. IX, 21—30. Ibid. X, 14 sqq. Isthm. VII, 14. — *αὐτόν τέ νιν.* Schol. vet. v. 21: *Ὅτι ἐκ παραλλήλου τέθεικε τὰς ἀντωνυμίας, καὶ ἔστι ἡ μία αὐτῶν περισσή.* Cf. Viger. p. 171. not. Mihi in his non major abundantia esse videtur, quam in illo Nostratium: Ihn selbst. Nam *δεικτικῶς* opponitur heros equis suis. — *φαιδίμας ἵππους.* Schol. rec. v. 18: *Τὰς λαμπράς, τὰς περιφανεῖς.* Candidæ fuerunt in tabula eandem rem repræsentante apud Philostrat. Imagg. I, 27. p. 802. Easdem duas faciebat eadem pictura, ibid. p. 802: *Τὸ τοῖν δυοῖν ἅρμα ἵπποιν (τὸ γὰρ ἐπὶ τεττάρων οὔπω τοῖς ἥρωσι διὰ χειρός, εἰ μὴ ἄρα Ἕκτορι, τῷ θράσει) φέρει τὸν Ἀμφιάρεων.* Cum hoc numero confer, quæ Idem habet p. 788 (de curru Oenomai): *Τὸ δὲ ἵππων ξύγκειται τεττάρων· τουτὶ γὰρ ἐς μὲν τὰ πολεμικὰ οὔπω ἐθαρσεῖτο, οἱ δὲ ἀγῶνες ἐγίγνωσκόν τε αὐτό, καὶ ἐτίμων.* Ubi cfr. Olearius not. 4. Tenuit minorem numerum in heroum equis militaribus (Adrasti Oedipodisque) Antimachus ed. Schellenb. p. 65. 81.

Alii Amphiarao quadrigam tribuunt. Eurip. Suppl. 500: *Οὐδ' ἥρπασεν Χάρυβδις οἰωνοσκόπον, Τέθριππον ἅρμα περιβαλοῦσα χάσματι.* V. 926: *Καὶ μὴν τὸν Οἰκλέους γε γενναῖον τόκον Θεοί, ζῶντ' ἀναρπάσαντες ἐς μυχοὺς χθονὸς Αὐτοῖς τεθρίπποις, εὐλογοῦσιν ἐμφανῶς.* Idem Hel. v. 723 (de pompa nuptiali): *Καὶ λαμπάδων μεμνήμεθ', ἃς τετραόροις Ἵπποις τροχάζων παρέφερον.* v. 1039 (Menelaus ad Helenam, fugam parans): *Πείσειας ἄν τιν', οἵτινες τετραζύγων Ὄχων ἀνάσσω, ὥστε νῷν δοῦναι δίφρους;* Alia euripidea vide in indice Barnes. vv. *τεθριπποβάμων, τέθριππος, τετραβάμων, τετράορος*, quibus adde, quæ notavimus ad Olymp. IV. init. Locus, quo Amphiaraum terra deglutiit, a curru ejus nomen traxit. Nonn. Dionys. XIII, 68: *Καὶ πέδον, εὐγνάλῳ χθονίῃ πεφυλαγμένον ὀμφῇ, Ἅρματος ὀψιγόνοιο φερώνυμον Ἀμφιαράου.* Ubi legenda Moseri, V. celeberrimi, annotatio. Deinde ad *Οἰκλείδαν* conf. Markland. in Eurip. Suppl. p. 169. Lips. — *ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν τελεσθέντων.* Jungunt *τελεσθέντων* (i. e. *τελεσθεισῶν*) *πυρᾶν*, de qua forma v. Matth. Gr. gr. p. 605., coll. Elms. ad Eur. Bacch. 1306. Eas formas poeticas esse, et mihi persuasum est, aliusque generis Thucydidea sunt apud Viger. p. 43. nott. Neque tamen nonnisi metro urgente adscitas putaverim, quum in exemplis euripideis a Matthiæo congestis salvo metro feminina eligi potuerint. Alibi suasit saltem ratio metrica talem enallagen, quod de plurimis exemplorum valet, quæ Potteri doctrina contulit ad Lycophr. v. 252., quo ipso loco ob hiatum pro femin. electum vides masculinum. Metro urgente enallagen admissam vides Anthol. Palat. XIV, LXVIII, 1: *Χείρωνος φίλε τέκνον ἀγακλείτοιο, Κάρυστε.* Adde Homer. Damm. p. 1055.

Neque tamen hoc loci interpretamento opus est. Bene enim junges: *Νεκρῶν τελεσθέντων*, absumtis (igne) corporibus rogorum septem. Deinde schol. rec. v. 22., coll. vet. v. 23: *Ἑπτὰ δὲ καύσεις λέγει, ἐπειδὴ καὶ τὰ τάγματα παντὸς τοῦ Ἀργείου στρατεύματος ἑπτὰ ἦσαν, ὥστε οἱ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποθανόντες πυρᾷ ὑπεβλήθησαν. . . . Ὥστε μὴ νόει τὸ νεκρῶν περὶ τῶν στρατηγῶν· ἀμήχανον γάρ· ἐπεὶ Ἄδραστος μὲν ζῶν ἐξεκεχωρήκει πρὸς Ἄργος, Ἀμφιάραος δὲ ζῶν ὑπὸ γῆς κατεπόθη, Πολυνείκης δὲ μετὰ Ἐτεοκλέους ἐντὸς Θηβῶν ἦχθη, οἱ δὲ καυθέντες τῶν στρατηγῶν τέσσαρες ἦσαν.* Idem deinde *Θήβαις* cum *τελεσθέντων* jungit. Male; quamquam contextus in agro Thebano crematos ostendit. Cum septem rogis mortuorum h. l. conf. Eurip. Suppl. v. 1214: *Κρύψον παρ' αὐτὰς ἑπτὰ πυρκαιὰς νεκρῶν.* — De ἔπειτα Böckhius acute: V. 15. poeta addidit ἔπειτα, quod aliquo post Amphiarai necem tempore cæsorum corpora cremata sunt, Theseo auxilium ferente. — *Ἐν Θήβαισιν. Apud Thebas.* Pyth. VIII, 56: *Ἐν Θήβαις.* — *στρατιᾶς ὀφθαλμὸν ἐμᾶς.* Schol. vet. v. 26: *Ἤτοι τὸν ἐν πολέμῳ περίβλεπτον ἢ τὸν προορᾷν τὰ μέλλοντα δυνάμενον ὡς μάντιν. Καὶ δι' ἀμφότερά φησιν αὐτὸν ποθεῖν.* Ad *ὀφθαλμ.* cfr. Böckh. ad Olymp. II, 18., ubi simplex *decoris* significatio præplacet. Blomfield. glossar. ad Aesch. Pers. v. 173. p. 115. Lips. v. 973. p. 180. Addo Nonn. Convers. Evang. Joh. XII, 167: *Ἀνέρις ὑψαύχενος ὄμματα βουλῆς.* XVII, 16 (de Jesu): *Υἱῖ σῷ ἀφεγγέος ὄμματι κόσμῳ.* — *ἀμφότερον, μάντιν τ' ἀγαθὸν καὶ (ἀγαθὸν) δουρὶ μάχεσθαι.* Usum v. *ἀμφ.* repetit Noster Ol. I, 166. Pyth. IV, 140. Adde schol. rec. v. 27. et Viger. p. 76. not. Ad sensum

facit Nonn. Dionys. XXXVI, 286: *Ἀμφοτέροις γάρ, Ἔγχει καὶ παπίδεσσιν, ὑπέρβαλε σύντροφον ἦβην.* — *ἀνδρί.* Pleonastice ut Pyth. I, 134. Isthm. VI, 75. — *κώμῳ δεσπότᾳ.* I. e. cujus honorem *κῶμος* spectabat, s. carmen, s. pompa triumphalis. Et sumtu puto victoris pompa ista agebatur. — *πάρεστι.* Convenit. Paulo aliter Pyth. VIII, 100: *Κώμῳ μὲν δίκα παρέστακε.* Sensum nostræ dictionis repetit *ἔπεται λόγος* Ol. II, 39. et *φέρεις λόγον* Pyth. VIII, 54. coll. ad v. 18. — In sequentibus est varietas lectionis, quæ sensum non tangit. Bekker. Anecdd. gr. 37, 7: *Δυσέριστος· οὐ μόνον δύσεριν.* Vox böckhiana *δύσηρις*, de qua Ahlwardtius dubitat, apud Anacreontem (Anthol. Palat. VI, CXXXVI, 1) est nomen feminæ. — *οὔτ' ὤν. Neque etiam.* V. v. 87: *οὔτ' ὤν, οὔτ'.* Olymp. I, 137. simplex *οὔτ' ὤν*, ut Pyth. IV, 529: *μήτ' ὤν.* — Deinde *δύσεριν* et *φιλόνεικος* Lexicographis eandem significationem habent. Etymol. M. 291. 52: *Δύσερίν, φιλόνεικον.* Zonar.: *Δύσερις· φιλόνεικος.* Adde Hesych. Suid. Phavor. Repetitio emphatica, quamvis particulæ *οὔτ' ὤν* et *ἄγαν* sensum adjectivi posterioris aliquantisper novum indicare videntur. Sensum loci Hermannus hunc esse statuit: *Non opus est, ut sim rixosus qui hæc prædicem: quippe nullum habiturus adversarium.* Mihi poeta primo ingenium suum generaliter exprimere videtur; deinde ad victorem pergit. *Ego rixari et contendere nolo. Quare si qui fuerint, qui veritatem encomii mei in suspicionem trahere velint, nulla mora interjecta jusjurandum interponam.* — Non aliter schol. vet. v. 32: *Ὁ γὰρ δύσερις καὶ ψευδῆ δύναται λέγειν πρὸς φιλονεικίαν.* I. e.: *Si φιλόνεικος essem, mendacii possem crimini obnoxius esse. Si meum ingenium a φιλονεικία*

χίᾳ longe abest. Nihilominus, si cui fidem non fecero hujus dicti simplicitate, ei jusjurandum interpono. Ultima cogitasse scholiasten, nec tamen expressisse existimo. Exspectabat poeta civium invidorum cavillationes, quum tantis laudibus victorem extulisset. Supra quidem *ἀφθόνως ἀστοὺς* vides; sed tantæ laudes non antecesserant. Ad ultima cfr. Olymp. II, 164 sqq. — *μέγαν ὅρκον*, idem quod *χαρτερὸν* Pyth. IV, 296. Hymn. hom. in Apoll. v. 79: *Μέγαν ὅρκον.* Ibid. hymn. in Ven. v. 26: *Μέγαν ὅρκον.* Deinde quid sit *θεῶν μέγας ὅρκος*, de eo v. ad Ol. VII, 119. — *μελίφθογγοι δ' ἐπιτρέψοντι Μοῖσαι.* Alibi *ἀοιδαὶ* sunt *μελίφθογγοι.* Cf. Isthm. II, 12. VI, 23. — *ἐπιτρέψ.*, se convertent ad me, adjuvabunt me, cum non pejerem. Schol. vet. v. 32: *Συνεργῆσαι.* coll. schol. rec. v. 32. Aliam ob causam *adstat* Musa Olymp. III, 7., coll. iis, quæ ibi notata sunt. Contrarium nostro verbo est *ἀπότροπος* Pyth. VIII, 133. Sed Olymp. I, 171. *ἐπίτροπος* est is, qui curam agit, favet. Denique *Μοῖσαι* scholiastæ rec. v. 31. minus bene sunt *ᾠδαί.*

V. 37—58.

Sed jam veniendum ad Agesiæ majorum laudes, viam quasi monstrante victoria olympica. Primum itaque celebranda Pitana, Evadnes e Neptuno mater. Ea Evadne, ab Apolline compressa, hujus gentis auctorem Jamum peperit. Cum *ἀλλὰ* post vocativum cfr., quæ ad Olymp. I, 58. similem partic. *δὲ* positionem illustrant. — *Φίντις.* Agesiæ auriga, coll. schol. vet. v. 37. Dubium, an in ipso certamine? de quo v. Böckh. Explicc. p. 156. Rell. scholl.

Φίντιν pro animo poetæ mirifice sumunt. — Fictionem poeticam, quæ allocutioni inest, bene illustravit Heynius. Venit Noster in Arcadiam similiter ut alio, coll. ad Olymp. VII, 23. Agesiæ autem rheda mularis est victoria per eandem parta, quæ mentionem majorum Agesiæ animo poetæ injicit. Similis est Musarum currus, quo ipso quoque Noster invehitur Olymp. IX, 121., i. e. *furor poeticus*. — *σθένος ἡμιόνων. Mulas valentes*. Pyth. II, 22: *Σθένος ἵππιον*. V, 45: *Ἐντέων σθένος*. Anthol. Palat. VII, CCCI, 3 (Simonides): *Ὠκυπόδων σθένος ἵππων*. Quint. Smyrn. IV, 512: *Ἐλαφροτάτων μένος ἵππων*. V, 22: *Κυνῶν μένος*. VI, 208: *Νεμειαίοιο βίη λέοντος*. v. 212: *Μένος πολυδειράδος ὕδρης*. IX, 215: *Ἀθανάτων μένος ἵππων*. — *ἁ τάχος*. coll. Viger. p. 31. not. 40. — *κελεύθῳ καθαρᾷ*. Itinere *expedito, ideoque celeriter confecto*, coll. *ἁ τάχος* v. 39. et *σὰμερον ἐν ὥρᾳ* v. 47. Aliter Böckhius, quem vide. — *καί*. Schol. vet. v. 40: *Τὸν καὶ σύνδεσμον ὑπερβιβαστέον· καὶ πρὸς τὸ τῶν ἀνδρῶν γένος παραγένωμαι*. — *κεῖναι γὰρ ἐξ ἄλλαν ὁδὸν ἀγεμονεῦσαι ταύταν ἐπίστανται, στεφάνους ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐπεὶ δέξαντο*. Schol. rec. v. 37: *Ἐπὶ τὴν ὁδὸν ταύτην, ἤγεν τὴν πρὸς τὸ γένος τοῦ Ἀγησίᾳ*. Poteris quoque de *κελεύθῳ καθαρᾷ* cogitare, ut sint mulæ veloces, quum Olympiæ vicerint. Sed prius præstat. Ultima de victoria Agesiæ intellige, laudis majorum ejus facilem ansam præbente. — *χρὴ τοίνυν πύλας ὕμνων ἀναπετάμεν αὐταῖς*. *Jam igitur encomii initium capiendum est*. Continuat usum mularum metaphoricum, sed miscendo sermonem proprium quasi interpretationis gratia. Sunt enim *πύλαι ὕμνων* carminum exordia, per quas quasi per magnificos *πυλῶνας* mulæ poetam vehentes incedunt, in hym-

rorum puto palatium, qua formula alibi utitur Noster, coll. ad Pyth. VI. init. Deinde *αὐταῖς* melius dativus erit, quam ablativus, ut *τοίνυν* proprie sumatur. *Quum victrices sint, dignæ videntur, quibus jam aperiantur carminum portæ*, i. e. *quæ in fronte laudis Jamidarum memorentur, ipsæ nimirum illius ansam præbentes*. Ad *πύλας* metaphoricas cfr. Eurip. Med. v. 1284: *Τί τάσδε ἀναμοχλεύεις πύλας; Quare hæc in medium profers?* Cf. ibid. Elmsley. p. 307. Lips. Id. Suppl. v. 91 (Matth.): *Εἰσβολὰς ὁρῶ λόγων*. Ubi Markl. „Eurip. Jon. v. 686: *Ὁρῶ στεναγμῶν εἰσβολάς*. Aristoph. Ran. v. 1135: *Εἰσβολαὶ σοφισμάτων* i. e. *ἀφορμαί, ἀρχαί*, Scholiastes." Deinde metaphorica vectio nostri loci neque aliis incognita. Chörilus ed. Näkii p. 104 (de poesi):

Ἴστατοι ὥστε δρόμου καταλειπόμεθ', οὐδέ τοι ἔσται
Πάντῃ παπταίνοντα νεοζυγὲς ἅρμα πελάσσαι.

Ubi conferendi, quos citat Näkius p. 109. Addo Empedoclem Peyroni p. 27:

Αὐτὰρ ἐγὼ παλίνορσος ἐλεύσομαι ἐς πόρον ὕμνων,
Τὸν πρότερον κατέλεξα λόγῳ λόγον ὑποχεύων
Κεῖνον. —

πρὸς Πιτάναν. Heroinam, Eurotæ filiam (schol. vet. v. 46), quæ fuit urbs Lacedæmoniorum. Eurip. Tro. v. 1101: *Γαῖαν Λάκαιναν, πατρῴων τε θάλαμον ἑστίας, μηδὲ πόλιν Πιτάνας. — παρ' Εὐρώτα πόρον*. Schol. vet. v. 46: *Προσέθηκε δὲ παρ' Εὐρώτα πόρον, ἐπειδὴ καλεῖς Αἰολίδος ἐστὶν ἡ Πιτάνη*. Steph. Byz.: *Πιτάνη, πόλις Αἰολίδος*. Adde Hesych. v. *Πιτανάτης* ibique interppr. et Spanhem. ad Callim. T. II. p. 293. — *σάμερον .. ἐν ὥρᾳ*. Schol. vet. 47: *Ἐν δέοντι καιρῷ δεῖ αὐτῆς μνησθῆναι σήμερον*. Ibidem bene: *Σχολάσω τῷ ὕμνῳ*.

Illico (*αὐτίκ'* Olymp. IV, 8) *nullaque mora interjecta* initium encomii Jamidarum a Pitana heroina capiam. Curatior loci interpretatio difficultate sua non caret. — *παῖδ' ἰοβόστρυχον Εὐάδναν.* Gloss. v. 50: *Μελανότριχα.* Schol. rec. v. 51: *Μελανοπλόκαμον.* — *παρθενίαν ὠδῖνα, fetum, quem* puella viro non nupta *suo tempore editura esset,* ut v. 60. *γόνον.* Alibi sæpissime *ὠδὶν* est *fetus editus,* de quo v. ad Pyth. IX, 149. Scriptio v. *παρθ.* agitavit scholiastas, quos v. — Fetum celavit patrem Eurotam, velut aliquamdiu Evadne filia. Similiter Eurip. Jon. v. 14 (de Creusa): *Ἀγνὼς δὲ πατρὶ· τῷ θεῷ γὰρ ἦν φίλον· Γαστρὸς διήνεγκ' ὄγκον.* — *Κυρίῳ δ' ἐν μηνί. Mense naturâ constituto.* Schol. vet. v. 52: *Τῷ τὸ κῦρος ἔχοντι τοῦ τόκου.* Phot. (Ric. Pors. Lips. p. 164): *Καὶ κυρία, ἡ ὡρισμένη καὶ ἐμπρόθεσμος ἡμέρα.* Eurip. Alc. v. 110: *Κύριον ἦμαρ* (moriendi). 158: *Ἡμέραν τὴν κυρίαν* (eodem sensu). Or. 1028: *Ἦμαρ κύριον* (d. fatis constituta). Hel. v. 968: *Κυρία* (hora seu dies). Similiter *χρόνος* de tempore nascendi Eurip. Jon. v. 15. Herodot. I, 49: *Φυλάξας τὴν κυρίην τῶν ἡμερέων* (statutam diem). V, 93: *Ὅταν σφι ἥκωσι ἡμέραι αἱ κύριαι ἀνιᾶσθαι ὑπ' Ἀθηναίων.* Similem v. *κυρ.* vim Noster alibi habet coll. indd. — *προσαίνειν.* Schol. v. 51. 54: *Ἀνατρέφειν, αὔξειν, τρέφειν. Προσ.* est Nostro curare Isthm. IV, 105. VI, 11. — *δόμεν.* Infinitivum verbo *δίδωμι* junctum sæpius vides apud Homer. et Eurip. coll. Damm. et ind. Eurip. Barnes. — Aliter rem narrant schol. vet. v. 58: *Τὸ δὲ ἐκ συντυχίας συμβεβηκὸς ἐκ προνοίας λέγει γεγενῆσθαι· τὴν γὰρ Εὐάδνην ἐκτεθεῖσαν Αἴπυτος εὑρὼν ἀνέλαβεν.* Noster mitiora vel finxisse vel elegisse putandus, ut alibi. — Ad Pharsanæ situm v. scholl. et Böckh. Explicc. p. 157. — *λά-*

χε etc. *Ad habitandum sortitus.* Idem est simplex λαγχάνω cum accusativo loci. V. Olymp. IX, 26. XIV, 1. Pyth. V, 130. Callim. hymn. in Del. v. 14: *Λάχεν Ἴναχον Ἥρη. — ὑπ' Ἀπόλλωνι.* De concubitu. coll. Isthm. VIII, 95. et Damm. Lex.

V. 59—79.

Eam Evadnen quum gravidam intellexisset Aepytus rex, Delphos profectus Deum de ignominia consulit: quo absente clam parit virgo in dumeto, natumque nutriunt dracones. Θεοῖο γόνον s. σπέρμα Pyth. III, 27. Nem. X, 30. V. ad v. 51. — Κλέπτουσα θεοῖο γάνον. *Celans graviditatem ex Apolline.* Similiter Eurip. Jon. v. 946 (de Creusa, quam idem deus compresserat): Κᾆτ' ἐξέκλεψας πῶς Ἀπόλλωνος γάμους; Deinde θεοῖο a parte Pindari dictum. Rex solam ejus graviditatem intellexerat, coll. schol. vet. v. 59. — πιέσας. Schol. vet. v. 61: Καίτοι δεινὴν ὖσαν τὴν ὀργὴν λογισμῷ κατασχών, καὶ πρὸ τῆς ἀληθοῦς γνώσεως οὐκ ἐκφῆναι τὸ δεινὸν βεληθείς. Et hoc poeta gravissimo dignius, quam abstractum *gerens, habens,* accinitque Latini sermonis genius, coll. *curam, odium, pavorem, iram, dolorem corde premere,* i. e. *celare.* Paulo aliud est χόλον καταπίψαι Il. I, 81., de quo v. ad Olymp. I, 133. — ὀξείᾳ μελέτᾳ. Schol. vet. v. 61: *Μεγάλῃ φροντίδι. Summo studio.* — Χόλον οὐ φατόν. Isthm. VII, 51: Πένθος οὐ φατόν. — περ'. Aeolice pro περί. Anthol. Palat. T. III. p. xcv (Incertus): Βουλῆς καὶ δήμου ψηφισαμένης περ' ἐμεῖο. De hac formula v. Herm. ad h. l. Böckhiumque T. I. p. 376. T. III. p. 631. — ἀτλάτῳ πάθᾳ. Nem. I, 71: Ἄτλατον δίος. — ἁ δὲ φοινικόκροκον ζώναν κατε-

θηχαμένα. Schol. vet. v. 66 (coll. gloss. et schol. vet. v. 70) bene: *Τὴν ἐκ φοινικῆς κρόκης ὑφασμένην*, coll. Spanhem. ad Callim. hymn. in Apoll. v. 83. p. 135. Schol. rec. v. 61: *Τὴν κρόκῳ βεβαμμένην*, adstipulante Thierschio: Krokos-schimmernd. Sed iterum v. Spanhemium, qui ibidem de *κρόκῳ* (coloris) et *κρόκης* (tramæ) discrimine docte agit, locorum pindaricorum haud immemor. — *ζώναν.* *Pariendi* causa, coll. scholl. Duplicem zonæ solutionem illustrat Spanhem. ad Callim. hymn. in Del. v. 209. p. 515. Virginitatis zona Nostro est *χαλινὸς παρθενίας* Isthm. VIII, 95. — *καλπίδα τ' ἀργυρέαν.* Schol. vet. v. 68: *Ἔθος ἦν ταῖς ἡρωΐσιν, ἑαυταῖς ὑδρεύσασθαι.* Nonn. Dionys. III, 87 (Dea Peitho, famulæ personam induens): *Ἀργυρέην εὔκυκλον ἐκύρισε κάλπιν ἀγοστῷ.* *Καλπίδος* quoque nomine venit Samaritanæ illius *ὑδρευομένης* hydria Nonn. Convers. Evangel. Joh. IV, 26., quam *διὰ κόλπου* gerebat. Idem Nonn. Dionys. XLVII, 393: *Τλήσομαι, ὡς θεράπαινα πολύκροτον ἱστὸν ὑφαίνειν, καὶ φθονεροῖς ὄμοισιν ἀήθεα κάλπιν ἀείρειν.* — *Κυανέας ὑπὸ λόχμας.* *Fruticeto sub obscuro*, forsan *κατασκίῳ τοῖς φυτοῖς*, coll. schol. vet. 69. Ibidem de violis quoque cogitatur. De v. *κνανον.* v. Blomf. glossar. ad Aeschyl. Pers. p. 108. Lips. Næk. ad Chörilum p. 186. sq. Alia nos dabimus ad Fragm. Prosod. I. — Partum celare conabatur, ut Creusa ejusdem Phœbi amasia. Eurip. Jon. v. 1487: *Δεκάτῳ δέ σε μηνὸς ἐν κύκλῳ Κρύφιόν γ' ὠδῖνα ἔτεκον Φοίβῳ.* — *θεόφρονα.* Schol. vet. v. 70: *Τὸν ἐσόμενον θεόφρονα παῖδα.* Similiter scholl. recc. v. 69. — *Χρυσοχόμας.* *Phœbus.* Olymp. VII, 58: *Ὁ Χρυσοχόμας*, Pyth. II, 29: *Χρυσοχαῖτα Ἀπόλλων.* — *πραΰμητίν τ'*

Ἐλειθυίᾳ. *Mitem*, eandem, quæ Orph. Hymn. altero Προθυραίας nomine λεχῶν est ἡδεῖα πρόσοψις, ἀγανόφρων, εὐάντητος, πᾶσι προσηνής, συμπάσχουσα ὠδῖσι et εὐτοκίῃσι γεγηθυῖα, ψυχῆς ἀνάπαυμα, σώτειρα προπάντων. Eadem Ἠπιόνη est, s. *mitis* Anthol. Palat. VI, CCXLIV, 4 (Crinagoras): *Μαλαχαῖς χερσὶ σὺν Ἠπιόνης.* — συμπαρέστασέν τε Μοίρας. Schol. vet. v. 72. *Τοὺς συνδέσμους μεταθετέον . . . Εἰλείθυιαν . . Μοίρας τε.* Ad consortium Dearum bene annotat schol. vet. v. 71: *Ἡ δὲ ἔνδειξις οὐ μόνον περὶ εὐτοκίας, ἀλλὰ καὶ καλλίστης γενέσεως τοῦ παιδός.* Non aliter, sc. de magnificis nascentis pueri auspiciis, Parcarum præsentiam intelligit schol. rec. v. 69., coll. schol. rec. v. 72. — ὑπὸ σπλάγχνων. Schol. rec. v. 73: *Γαστρός.* — ὑπ' ὠδῖνός τ' ἐρατᾶς. Præpositionis ejusdem alius sensus, quam in præcedentibus. — ἐρατᾶς. *Jucundo partu.* Optime schol. rec. v. 74: *Διότι θεοῦ παῖδα ἐγέννα.* Böckhius: *Tot diis autem auxilium ferentibus, quid mirum, partus dolores esse in jucunditatem versos?* Remotius, puto, a nativa loci pulcherrimi simplicitate. *Dolor* potius *in voluptatem vertebatur reputanti, e quo et quem pareret.* Cogitavit Böckhius de præsentia tot cœlitum parturienti magnifica? Deinde similem contrariorum sensuum mixtionem habes Nem. I, 85: *Ἔστα δὲ θάμβει δυσφόρῳ τερπνῷ τε μιχθείς.* Adde Nostratium illud Süsse Schmerzen etc. — αὐτίκα. Schol. vet. v. 75: *Εὐθέως· ἀκολούθως, ὡς ἀπὸ εὐμενεστάτης Εἰλειθυίας, ῥᾳδίαν καὶ ἄμοχθον τὴν ὠδῖνα ἐποιήσατο.* — τὸν μὲν κνιζομένα λεῖπε χαμαί. Optime schol. vet. v. 75: *Ἀνπεμένη· ἤλγει μὲν γὰρ ὡς μήτηρ στέργουσα τὸ τέκνον· κατελείπετο δὲ αὐτὸ ἐπὶ τῆς ἐρημίας, βουλομένη λαθεῖν.* Non aliter idem

schol. ibidem. Deinde in eadem re dolentem comparant Creusam Apollini dilectam Eurip. Jon. v. 958. — *γλαυκῶπες δράκοντες. Drac. oculis fulgentibus*, quæ est oculorum istius bestiæ natura, coll. Okenii Naturgeschichte. Pars III. Sect. II. p. 225. Nouveau Dictionnaire d' Hist. Naturelle. Nouv. Edit. T. XXXI. v. Serpens. p. 53. Orph. Argon. v. 931. 36; Serpens *γλαυκοῖς ἀμφ' ὄσσοισιν ἀναιδέα χανθὸν ἑλίσσων*. Deinde vix diversum mihi videtur simplex *γλαυκοὶ δράκοντες* Olymp. VIII, 48. — Nostrum locum respicere potest illud Phavorini 422, 2, 55 (coll. Eustath. cit. Böckh. Explicc. p. 157): *Καὶ δράκοντας δέ τις τῶν ποιητῶν γλαυκῶπας καλεῖ*. — Jam dracones, quibus commissam parvuli nutritionem custodiamque absente matre vides, pro geniis istius loci haberi poterunt. J. Meursius ad Lycophr. v. 1473 (p. 1353. Müller.): „Atque hæc omnia fiebant in honorem Genii, locorum præsidis, qui anguis forma colebatur. Hinc Persio [I, 113] lux: *Pinge duos angues; pueri, sacer est locus*. Serv. Aeneid. V [95]: *Nullus enim locus sine Genio est, qui per anguem plerumque ostenditur*. Huc facit illud Propertii lib. IV. Eleg. VIII. [v. 3]: *Lanuvium annosi vetus est tutela draconis, Hic ubi tartareæ non perit hora moræ*. Item Statii insignis locus Thebaid. [V, 505]: *Interea campis nemoris sacer horror Achæi Terrigena erigitur serpens, tractuque soluto Immanem sese vehit, ac post terga relinquit. Livida fax oculis, tumidi stat in ore veneni Spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina adunci Dentis, et auratæ crudelis gloria frontis Prominet; Inachio sanctum dixere Tonanti Agricolæ, cui cura loci, et silvestribus aris Pauper honos*. Et ille Isidori Orig. lib. XII. cap. IV [Ed. Du Pr. p.

2) Leones apud Q. Smyrn. VII, 488: *Ὄμμασι γλαυκιόωντες*. Et alibi.

164]: *Angues autem apud veteres pro Geniis lucorum erant habiti semper.*“ Eodem pertinet Nicandr. Ther. ed. Schneider. v. 607:

Δρίλων καὶ Νάρονος ὄχθη,
Σιδονίου Κάδμοιο θεμείλιον Ἁρμονίης τε·
Ἔνθα δύω δασπλῆτε νομὸν στείβουσι δράκοντε.

Qui ipsi non diversi erunt a Cadmo et Harmonia. — Jam aliorum quoque parvulorum recens natorum custodiæ dracones cum aliis monstris admotos sequentia docent. Eurip. Jon. v. 12 (coll. v. 1426):

Ἐριχθονίου· κείνῳ γὰρ ἡ Διὸς κόρη
φερεφὰ παραζεύξασα φυλακὰς σώματος
διττὼ δράκοντε, παρθένοις Ἀγραυλίαι
δίδωσι σώζειν.

Nonn. Dionys. XLVIII, 910 (de Auræ geminis):

Ἔννεπε, καὶ διδύμους παῖδας χείρεσσι λαβοῦσα
θῆκεν ὑπὸ σπήλυγγι, λεχωΐα δεῖπνα λεαίνης.
ἀλλὰ Διωνύσοιο νέην εὔπαιδα γενέθλην
πόρδαλις ὠμοβόροισι δέμας λιχμῶσα γενείοις,
ἔμφρονα μαζὸν ἔχουσα, σοφῷ μαιώσατο μαζῷ.
θαμβαλέοι δὲ δράκοντες ἐκυκλώσαντο λοχείην
ἰοβόλοις στομάτεσσιν, ἐπεὶ νέα τέκνα φυλάσσων
μειλιχίους καὶ θῆρας ἐθήκατο νυμφίος Ἄρης [3])

Ceterum aptissime his ipsis lucorum geniis custodia et nutritio infantis divinitus committebatur. Erant enim animalia fatidica, monstrabantque futuram pueri dotem fati-

3) Solebant quoque ad thesaurorum custodiam dracones adhiberi. Cf. Pyth. IV, 434. nec non J. Meursium ad Lycophr. v. 1311 (p. 1334. Müller.). Et observa in Meursii loco Philostrateo atque in locis supra appositis monstrorum numerum dualem.

dicam, quamquam Spanhem. loco deinde citando simpliciter de parvuli custodia cogitat, quod aliis secus videbitur. Schol. Pyth. VIII, 64: *Διὰ τί δὲ ὁ Ἀλκμαίων εἶχεν ἐπὶ τῆς ἀσπίδος δράκοντα; ὅτι ἐπιτήδειον πρὸς οἰωνοὺς τὸ ζῶον καὶ καταδῦνον εἰς τὰς ὀπὰς τῆς γῆς, μάντις δὲ ὁ Ἀμφιάραος, καὶ κατέδυ καὶ αὐτὸς ὑπὸ γῆν· ὁ δὲ παῖς σημεῖον τῆς τοῦ πατρὸς ἔσωζε τέχνης.* Aelian. H. A. XI, 16 (Spanhem. ad Callim. hymn. in Del. v. 91. p. 454) de draconibus: *Ἴδιον δὲ ἦν ἄρα τῶν δρακόντων ἡ μαντική.* Plura ibidem Spanhemius circa eandem rem annotavit. — *δαιμόνων βελατῖσι.* Non aliter in monstris illis parvulorum supra citt. custodiæ admotis. — *ἀμεμφεῖ ἰῷ μελισσᾶν.* Serpentes omnium animalium *λιχνότατοι* sunt, s. cupediæ maxime dediti, teste Aristotele H. N. VIII, 6 (Schneider. Pac. T. I. p. 1017). Appetunt enim vinum (Aristot. ibidem), lac bibunt (Oken. Naturgesch. l. supra cit. p. 229), etc. Et poterant veteres singularem mellis appetitum in ea bestia observare, quod mihi locus Nonni nostro simillimus haud improbabile facit. Dionys. XXVI, 192 (de melle Arizanteæ indicæ arborea):

Τοῖον Ἀριζάντεια φέρει μέλι· τῷ ἔνι χαίρων
νηχομένοις πτερύγεσσιν ὑπὲρ ποταμοῖο χορεύων
ἵπταται ἄσπετος ὄρνις· ὄφις δέ τις ἀγκύλος ἕρπων,
μιτρώσας ἑλικηδὸν ὁμόκλοπον ἠδέϊ δένδρῳ,
ἰχμάδα λειριόεσσαν ἀμέρσεται ἅρπαγι λαιμῷ,
χείλεσι λιχμώων γλυκερὴν ὠδῖνα κορύμβων.
δενδραίην τε δράκοντες ἀναβλύζοντες ἐέρσην
ἡδὺ μέλι προχέουσι, καὶ οὐ τόσον ἰὸν ἀλήτην
πικρὸν ἀποπτύουσιν, ὅσον γλυκὺ χεῦμα μελίσσης.

Deinde sacros serpentes placentis mellitis altos, nota res.

V. Böttigeri Amalth. T. I. p. 22. Parvulo itaque cibum serpentes præbebant, quem et ipsi in deliciis habebant. Ceterum in hac Jami nutritione minime adversor, quo minus ritum illum veterum Græcorum respici dicas, parvulos primum melle alendi, de quo videndus Schneiderus (Böckh. Explicc. p. 158). Deinde nec mihi absonum est, vel ad fatidicam parvuli dotem futuram melle allusum videri, vel ad eloquentiam (V. Böttig. l. cit. p. 21), qua alius quoque vates, Amphiaraus sc., floruisse dicitur, de quo vid. Böckh. Explicc. p. 155. Sed cavendum, ne antiquitatis remotioris simplicitas multis variisque suspicionibus oneretur. — De ἰῷ μελισσῶν bene Böckhius. Comparabis nostræ linguæ etymon Geben, a quo duo invicem adversantia descendunt: Gift et Mitgift. Oxymoro haud admodum absimili utitur Oppianus de serpente, qui cum muræna coiturus venenum deponit. Halieut. I, 554 sqq.:

Ἤτοι ὁ μὲν φλογέῃ τεθρωμένος ἔνδοθι λύσσῃ
μαίνεται εἰς φιλότητα, καὶ ἔγγυθι σύρεται ἀκτῆς
πικρὸς ἔχις· τάχα δὲ γλαφυρὴν ἐσκέψατο πέτρην,
τῇ ἔνι λοίγιον ἰὸν ἀπήμεσε, πάντα δ' ὀδόντων
ἔπτυσε πευκεδανόν, ζαμενῇ χόλον, ὄλβον ὀλέθρου.

Postremo serpentes Nostro sunt καδόμενοι (φροντίζοντες gloss. v. 79), *sollicita cura affecti*. Egregia alius oxymori quædam species.

V. 79—95.

Aepytus redux quærit de filio Evadnes, utpote Phœbeo. Verum ille in dumeto violis tectus latebat, unde Jamus vocatus. Πετραέσσας ἐκ Πυθῶνος. *Delphis in rupe sitis.* Il. II, 519: Πυθῶνα πετρήεσσαν.

IX, 405: *Πυθοῖ πετρηέσσῃ.* Hymn. hom. in Apoll. v. 183. coll. 390: *Πυθὼ πετρήεσσαν.* Ibidem v. 284. 5. est vallis Delphica *τρηχεῖα.* Similiter ob situm Pytho dicitur *αἰπεινὰ* Nem. IX, 11. Strabo XI, 2: *Δελφοί, πετρώδες χωρίον.* — *ἐλαύνων ἵκετ'* similem festinationem indicare videtur, quam v. 63. *ὤχετ' ἰών.* — *τέκοι.* Aperiente Pythio, ex subsequentibus. — *περὶ θνατῶν δ' ἔσεσθαι μάντιν ἐπιχθονίοις ἔξοχον.* Junge *ἔξοχον περὶ θνατῶν,* coll. Matth. Gr. gr. mai. p. 865. b. Solo genitivo apud Nostrum alibi *ἔξοχος* acquiescit, coll. indd. Schol. vet. v. 84: *Καὶ περισσῶς ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους γενέσθαι μάντιν.* Sed jungi quoque potest *θνατῶν περιέσεσθαι.* — Ad sensum facit *προφάταν ἔξοχον* Nem. I, 91. — *οὔτ' ὤν.* V. ad v. 32. — *πεμπταῖον γεγενημένον. Licet quinque dies natum,* ex mente narratoris. Sinceram putabis domesticorum ignorantiam, abscondito parvulo, coll. seqq. Is est particularum *ἀλλὰ γὰρ* sensus. *Neque vero mirandum. Latebat enim* etc. Cfr. Viger. p. 472. not. 67. — *σχοίνῳ. Scirpo palustri, holoschoeno.* In eadem strue palustri recubuit Ulysses, ejectus in Phæacum litus Odyss. V, 463. coll. Sprengelii Geschichte der Botanik. Edit. II. T. I. p. 35. — De *σχοίνῳ* generibus cfr. Schneider. Theophr. opp. T. III. p. 380 sqq. — *βατίᾳ. Rubeto.* Scholiastis vett. v. 90. est *βάτεια* (*βατία*) pro *βάτος.* Cf. quoque Hesych. v. *βατία,* ibique interprr. Theophr. Hist. Plant. IV, 12, 4 (Schneider.): *Εἴδη δὲ καὶ ὁ βάτος καὶ ὁ παλίουρος ἔνυδρά πώς ἐστιν ἡ πάρυδρα.* Hanc plantam h. l. significari, prior palustris probabile facit. Verum palustribus plantis parvulum modo editum defendi miraris. Nil mirum. Erat mater ejus Evadna Pitanæ

nymphæ Eurota ortæ Neptunique filia. — *ἀπειράτῳ.* Bekker. Anecdd. gr. 22, 14: *Ἄπέρατον: ἐκτείνουσι τὸ α. λέγεται δὲ καὶ ἀπέραντον, μετὰ τοῦ ν.* Hinc nostra vox deduci non posse dicitur, ut sit *immensus*, quum ea versus regio brevem requirat, de quo conf. Böckh. nott. critt. p. 378. Sed vide, ne descenderit a *πέρας, πεῖρας, πείρατος*, ut *ἀσώματος* a *σῶμα, σώματος*. Atque illa literæ *ν* in vocem *ἀπέρατος* immissio erit a *πέραν*. Böckhio deinde vox est pro *ἀπείραστος*, a *πειράζω*, eliso *σ*, cujus rei exempla obvia sunt. *In loco dumoso incolis nondum visitato nec pervio.* Eam etymologiam si quis elegerit, aptius forsan de spinis ruborum cogitabit *ἀάπτοις* (coll. Schneider. in indicc. Theophr. T. V. p. 332), quæ *tutelam* parvulo præbebant, ut *σχοῖνος struem*. Postremo nec id prætermittendum, locum Orphicum (Fragm. IX, 1. Herm. p. 470) interpretationi Böckhianæ minus favere. En locum ipsum:

Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείρατον, ἣν τε σελήνην
ἀθάνατοι καλέζουσιν, ἐπιχθόνιοι δέ τε μήνην·
ἣ πόλλ' οὔρε' ἔχει, πόλλ' ἄστεα, πολλὰ μέλαθρα.

Vides lunam *incolis visitatam perviamque*. Immo luna est altera terra *immensa*, quod ejusdem marisque non semel tantum prædicatum est apud Homerum aliosque, coll. Damm. p. 1978. v. *ἀπείρων, ἀπείριτος, ἀπειρέσιος*. Jam si *ἀπείρατος immensus* est, rubeti magnitudo ad tutelam parvuli contulisse videbitur. Denique *ἀπειράτῳ* alii traxisse videntur ad *σχοίνῳ* et *βατίᾳ*, alii ad solum *βατίᾳ*. Ultimum tunc valebit, quum *ἀπειρ.* fuerit *inaccessus, non permeabilis*. Sed *σχοῖνος* quoque non permeabilis, *ideoque* inaccessus videri potest. — *ἴων ξανθαῖσι καὶ ἁμπορφύροις ἀκτῖσι βεβρεγμένος ἁβρὸν σῶ-*

μα. Violarum flavarum et purpurearum radiis irrigatus tenerum corpus. Sermo videtur esse de iis floribus, quos Nostrates dicunt Levkojen et Goldlak, non de *viola Martii*. Hoc suadent colores appositi. Est enim viola Martia s. *τὸ μέλαν ἴον* unicolore flore, coll. Theophr. H. Pl. I, 13, 2. ed. Schneider. De *ἴοις* vide Indicem Theophrasti Schneiderjani T. V. p. 396 sq. Voss. ad Virgil. Bucol. II, 47. Bothii vers. Pind. germ. T. I. p. 83. 84. — *Purpuream* violam habes apud *J. Firmicum Maternum* de errore profl. religg. p. 36 (ed. Flacc. Illyr.) de prato Ennensi, unde rapta Proserpina: *Illic albæ hederæ per terram molliter serpunt, et cum purpureis violis suaviter rubens amaracus invenitur*. Deinde *λευκόϊον* inter præstantissimos et pretiosissimos florum coronariorum numeratum docet Jacobs. ad Anthol. Palat. T. III. p. 633. — Violæ istæ *fulgent*. V. ad Olymp. II, 131. p. 116. — *βεβρεγμένος. Irrigatus, tectus*. Cf. Schneider. Lex. gr. v. *βρέχω*. Qui coll. schol. vet. v. 91. de *roris guttis sole adverso rubescentibus et splendentibus* [*flaventibus, luteis*] cogitant, magis sensu poetico, quam philologico ducuntur. *Lucis* enim *effusionem* et quæ sunt ejus generis non semel tantum Græci habent. Eurip. Cycl. v. 298: *Οἰκεῖς ὑπ' Αἴτνῃ, τῇ πυριστάκτῳ πέτρᾳ.* Empedocl. v. 71 (Sturz. p. 516): *Ἄμβροτα δ' ὅσσα ἐδεῖτο καὶ ἀργέτι δεύεται αὐγῇ.* Callim. hymn. in Dian. v. 117: *Φάεος ἀσβέστῳ, τὸ ἀποστάζουσι κεραυνοί.* Ubi Anna Fabri comparanda, afferens Lucretium [II, 114. 283. VI, 690]. Oppian. Halieut. III, 22: Typho *αἰθόμενος πυρὸς ὄμβροις Κρᾶθ' ἑκατὸν πέτρῃσι περιστυφελίζετο πάντῃ Ξαινόμενος.* Nonn. Dionys. VI, 380: *Καὶ χθονὸς ὑγρὰ μέτωπα, χέων πολυδίψιον αἴγλην, Ἥλιος ξήραινε.* VIII, 406: Bacchum

πυρὶ γυῖα λελουμένον. 413: *Λούσασα νέον δέμας αἴθοπι πυρσῷ.* XIII, 238: *Ἐρχομένῳ Θερμοτέραις ἀκτῖσι χέων μαντήϊον αἴγλην Ἀστερίῳ σελάγιζεν ὁμώνυμος Ἄρεος ἀστήρ, Νίκης ἐσσομένης πρωτάγγελος.* XVIII, 71: *Τῶν ἔπο μαρμαρέη πολυδαίδαλος ἔῤῥεεν αἴγλη.* XLV, 280: *Καὶ δόμον ἀχλυόεντα θεόσσυτος ἔστεφεν αἴγλη, Βασσαριδῶν ζοφεροῖο καταστάζουσα μελάθρου.* Idem Convers. Evang. Joh. III, 46: *Ἀνέρος ἐκ πυρὸς ὑγρῇ Πνεύματι τικτομένοιο.* XX, 83: *Καί οἱ ἔφη τάδε πάντα, χέων ἀντώπιον αἴγλην.* Quint. Smyrn. V, 106: *Ἐκ δὲ κεραυνοὶ Ἄλληκτοι, νιφάδεσσιν ἐοικότες, ἐξεχέοντο Οὐρανόθεν.* VIII, 461: Jupiter *Τιτήνεσσιν ὑπερφιάλοισι χολωθείς, οὐρανόθεν κατέχευε πυρὸς μένος.* Anthol. Palat. V, LVII, 1 (Meleager): *Τὴν πυρὶ νηχομένην ψυχήν.* CCXX, 8 (Paulus Silentiarius): *Πᾶσα δέ μοι μορφὴ πῦρ ἴδιον προχέει.* VI, CCXCI, 3 (Antipater): *Ἦν ὁλοοῦ διὰ κῦμα φύγω πυρός.* VIII, CLXX, 6 (Gregorius theologus): *Σοδομίτιδες ἵξατε πηγαί,* sc. ignes cœlo delapsi. IX, CCCCXL, 29 (Moschus Syracusanus): *Τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.* DCCIX, 2 (Philippus): Eurotam fluvium *ἐν πυρὶ λησάμενον.* Gregor. Nazianz. Christo patiente (Opp. T. II. p. 258): *Καὶ νᾶμα πυρὸς παμφάγου σε δέξεται.* Ejusdem generis esse videtur Bekkeri Anecdd. gr. 72, 28: *Χραίνεσθαι πρὸς ἥλιον: τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπιχαίειν ἐν τῷ ἡλίῳ.* Deinde non aliter Romani. Lucret. V, 594 (de lumine solis): *Quod maria ac terras omneis cœlumque rigando Compleat.* Idem IV, 199 sqq. monadas, quas cum solis luce confert, *cœlum rigare* dicit, quibuscum Epicuri conferantur illæ *ἐπαρδεύσεις* monadum (Opp. phys. etc. ed. Schneider. p. 30). Virgil. Aen. III, 152: *Luna per fenestras se fundebat.* Apud posteriores sæpissime, coll. Schelleri Lex.

lat. v. *perfundo* p. 7699. infr.; idem v. *stillo* p. 10561. med.; idem v. *fundo*. Similiter alia *φαίνειν* improprie dicuntur. Nonn. Dionys. XLI, 25: *Ῥαίνων χθόνα καρπῷ*. Nec omitte *χρυσῷ νίφειν* Isthm. VII, 6., coll. iis, quæ Böckh. e Nostro attulit. Adde Lucret. II, 627: *Ningunt-que rosarum floribus*. [4]) — *τό*. Schol. vet. 93: *Ἀντὶ τοῦ διὰ τὸ τοῖς ἴοις δροζίσεσθαι*. Usum homericum observat Damm. p. 1647. Adde nos ad Pyth. V, 51. — *κατεφάμιξεν*. Schol. vet. v. 88: *Τὴν κλῆσιν τὴν τοῦ Ἰάμου αὐτῷ ἡ μήτηρ ἔθετο*. Gloss. v. 93: *Ἐκήρυξεν*. Thierschius: Die *Sag' andeutend* ward von der Mutter ihm der .. Nam'. Immo sensus est: *Vulgavit* (vulgo jussit), *dici* s. *dicendum* puerum etc. Schneider. L. gr. v. *καταφημίζω*: Gab ihm den Namen und verbreitete ihn. — *χρόνῳ σύμπαντι*. Juxta *ἀθάνατον* vocat, coll. ad Olymp. II, 53. — *τοῦτ' ὄνυμ'*. *Jami*, quod non exprimit. Simile *Λαχέσεως* etymon ex re tecte petit Noster Olymp. VII, 118. coll. 107. Adde interppr. — *ἀθάνατον*. Schol. vet. v. 88: *Ἀθάνατον δὲ εἶπεν ὠνυμάσθαι αὐτὸν ὡς ἀπὸ χρησμῶν· — εἶπε γὰρ ἀνωτέρω, οὐδέποτε ἐκλείψειν τὴν γενεὰν αὐτοῦ*. Schol. vet. v. 95: *Ὅτι διαβόητος ἦν· ἢ ὅτι ἐξ αὐτοῦ πολὺ γένος ἐγένετο Ἰαμιδῶν*.

V. 95—121.

Adulto Jamo Neptunum Apollinemque precanti, ut imperium ipsi darent, Phöbus vaticinandi munus Olympiæ interim confert, deinde si Hercules ludos Olympicos condidisset, oraculi in ara Jovis instituendi. Ex isto tem-

4) Huc trahes quoque *χύσιν ἄστρων* Nonn. Dionys. XXXIII, 318. Alius generis est *δροσερὰ βολαῖσι .. Ἠώ* Nonn. Convers. Evang. Joh. I, 168. *Astra rorantia* Virgil. Aen. III, 567.

pore

pore Jamidæ inter Græcos clarissimi. *Τερπνᾶς χρυσοστεφάνοιο καρπὸν ἥβας.* Juventus ob *καρπ.* arbor est, ut Pyth. VI, 48., ob *χρυσοστεφ.* Dea. Alibi planta florens est coll. Pyth. IV, 281. Alibi flos juventutis et fructus conjunctus. Conf. Pyth. IX, 193. *Καρπὸς* h. l. est *maturitas, ἀκμὴ ἡλικίας,* s. *τὰ γένεια,* coll. schol. vet. v. 95. rec. ibid. *Καρπὸν ὥρας ἀποδρέπεσθαι* Scol. I. (Heyne T. III. p. 21. Böckh. T. III. p. 608) vix a nostra dictione differet. Adde *δῶρα Ἥβης* Eurip. Alc. v. 300. ibique Wüstem. — *Ποσειδᾶν' Εὐρυβίαν.* Orph. Argon. v. 341: *Εὐρυβίην Τρίτωνα* coll. ind. Orph. p. 870. Herm. Idem *εὐρυμέδοντα.* Ol. VIII, 41: *Εὐρυμέδων Ποσειδᾶν.* De loco precum v. p. 44. — *Δάλου σκοπόν.* *Dominum.* Nem. V, 51: *Μαγνήτων σκοπόν.* Olymp. I, 81: Dii *Ὀλύμπου σκοποί.* Pyth. III, 46. Apollo simpliciter est *σκοπός,* quod scientiam ejus fatidicam spectare videtur. — *Θεοδμάτας.* Fragm. prosod. I (Heyne T. III. p. 43. Böckh. T. III. p. 587): *Χαῖρ', ὦ Θεοδμάτα* de eadem insula. Schol. rec. v. 101: *Ἣ ἣν ἔχουσιν οἱ θεοὶ δόμον, Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις, ἢ τῆς ὑπὸ θεῶν κατασκευασθείσης· ὕφαλον γὰρ οὖσαν Ζεὺς ἀνῆκεν εἰς φῶς.* Ibid.: *Θεόδμητον ἴσως λέγει αὐτήν, διὰ τὸ πλανωμένην στῆναι ὑπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Ἀπόλλωνος.* Demetrius Moschus Laco v. 361. ed. Bekker. (Miscell. critt. ed. Friedem. etc. II, 477): *Θεόδμητον πόλιν,* Troiam. Proprie. Alibi simplex urbium prædicatum est. Soph. El. 700: *Ἀθηνῶν θεοδμήτων.* Eur. Hip. 971. Iph. T. 1415: *Ἀθήνας θεοδμήτους.* Androm. 1239: *Δελφῶν Θεόδμητον πόλιν.* Latior significatio præstare videtur, quam alibi apud P. habes, coll. indd. — *λαοτρόφον τιμάν.* Recte schol. vet. v. 102: *Βασιλικὴν ἀρχήν· ᾧ καὶ Ὅμηρος ὁμολογῶν*

τοὺς βασιλέας ποιμένας λαῶν ὀνομάζει. Non aliter Heynius nott. critt. Similiter deinde Pyth. IV, 192. *τιμὰ* e contextu est *regnum*. Est igitur λ. τ. idem quod *βασιληΐδα τιμὴν* Hes. Theog. v. 462. 891. Conf. quoque Eurip. Bacch. v. 43: *Γέρας καὶ τυραννίδα.* Heraclid. v. 311: *Καὶ δώματ' οἰκήσητε καὶ τιμὰς πατρός.* — *ἑᾷ κεφαλᾷ.* Schol. rec. v. 95: *Τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ, περιφραστικῶς ἀντὶ τοῦ ἑαυτῷ.* Jam vide, ne ad insigne regium capiti impositum alludatur, ut apud Euripidem ad vestem regiam. Jon. v. 828: *Τυραννίδ' αὐτῷ περιβαλεῖν ἔμελλε γῆς.* — *νυχτὸς ὑπαίθριος.* Schol. vet. v. 104. coll. rec. ibid.: *Τοῦτο συναπτέον τῷ πρώτῳ καταβὰς ἐν μέσῳ τῷ Ἀλφεῷ.* Ibid.: *Οἰκεῖος δὲ καὶ ὁ καιρὸς πρὸς θείαν ἐπίκλησιν.* Ibid.: *Ἀρχαιότατος δὲ ὁ τρόπος τῆς εὐχῆς.* — Schol. rec. v. 104. de involucro capitis detracto cogitat: *Δίχα τινὸς ἐν τῇ κεφαλῇ καλύμματος· — οὕτω γὰρ ἦν ἔθος εὔχεσθαι.* Ultimis loci dictio non favet. Tempus deinde precum astrolatriæ admonet. — *ἀρτιεπὴς πατρία ὅσσα.* Triplicem interpretationem scholia habent. Schol. vet. v. 105: *Ἡ ἀληθὴς καὶ ἀψευδής.* Non aliter schol. rec. v. 105., citans Aesch. Prom. v. 1032: *Ψευδηγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταται στόμα Τὸ θεῖον.* Addi poterat Noster Pyth. III, 53 (de *Apolline*): *Ψευδέων οὐχ ἅπτεται.* Schol. deinde vet. v. 105: *Σαφὴς καὶ μηδὲν ἔχουσα ἀποκεκρυμμένον, ὥσπερ οἱ στισμοί [χρησμοὶ?]*, assentiente Böckhio, coll. Isthm. V, 58. Denique schol. rec. v. 105: *Παραντίκα τῶν ἐκείνου λόγων (ἀντὶ εὐθείας).* Jam *ἀρτιεπὴς* iterum habes Hom. Il. XXII, 281. de fraudulento. Hes. theog. v. 29. de Musis vera et falsa proferentibus. Anthol. Palat. VII, CCCLXIII, 6 (*χύδιμος, ἀρτιεπής*, de oratore Zenodoto). Sed quonam sensu, ultimo quidem loco non dicitur. Ceterum vocis *ἄρτιος* usus

primam scholl. interpretationem probabilem facit. Cf. v. 159: *Ἄρτια μηδόμενος*, de Hieronis justitia coll. schol. vet. Non aliter puto Eurip. Tro. v. 419 (Talthybius ad Cassandram vecordem): *Οὐ γὰρ ἀρτίας ἔχεις φρένας*, *justam*, *sanam mentem*. Anthol. Palat. VII, CCCLXXVI, 3 (Incertus): *Ἦν ὅδε καὶ μύθοισι καὶ ἤθεσι πάντα Σέλευκος Ἄρτιος*. Adde Etymologicum Gudianum, Damm. et Schneider. Lex. gr. v. *ἄρτιος* aliisque inde derivatis. Jam si etymon spectas coll. locc. Hom. et Hesiod. supra allatis, *ἀρτιεπὴς* erit *recte*, s. *convenienter loquens*, sensu medio (coll. Schneid. l. cit.), i. e. vel probe, vel improbe [5]). Prius h. l. ita eligendum erit, ut sit *ὅσσης* prædicatum epicum, quæ fuit conveniens, i. e. *vera*, velut ipse Apollo *verus* fuit, coll. Pyth. III. 53. Secunda schol. interpretatio ideo displicet, quod Apollo ipse quodammodo *ἀρτιεπὴς* fuit sensu locorum homm. et hess., i. e. *λοξίας*, quod ipsum vero secundæ interpretationis auctores nolent. Tertia interpretatio falso etymo nititur. Vox enim *ἀρτιεπὴς* passive intellecta (quod a nemine alio factum puto) non est *εὐθέως* (*illico*), sed *modo* dictus. — *μεταλλασέν τέ μιν*. Locum difficillimum enodabis, si Deum, quem Jamus invocavit, ad rationem humani colloquii præsentiæque humanæ descendere statueris. Nox erat, quum Jamus patrem divinum invocaret. Is primo audire se vocantem generaliter significat (*ἀντεφθέγξατο* . .

5) Bekker. Anecdd. gr. 448, 10: *Ἀρτιεπής· ἀπηρτισμένος ἐν τῷ λέγειν*. Non aliter Zonaras, Suid. et Hesych., hic addens: *Λέγεται δὲ οὕτως καὶ ὁ ἐπιτροχάδην φράζων· ὅτεν καὶ ἐπὶ ψόγου τάσσεται*. Similia Suidas addit. Alia non penitus spernenda Phavorinus habet.

π. ὅσσα), simulque filium quærit, i. e. interrogat, ubinam sit (μετάλλασέν τέ μιν), velut (præsens) Judæorum Deus Adamum (præsentem) quærit, coll. Genes. III, 9. Ad ea respondente Jamo (quod per se et brevitati lyricæ convenienter omitti poterat), Deus non ad filium accedit, sed filium jubet ad se proficisci. Jam vv. φάμας ὄπισθεν multi momenti in loco intelligendo vides. Proficiscebatur Jamus ad eum locum, unde patris vox nocturna ad ipsum pervenerat, et quidem voce patris viam monstrante. Ex eodem vero loco Olympiam petit, eandem vocem ὁδηγὸν sequens, non ipsi lateri, ut ita dicam, dei licet præeuntis admotus, quod satis magnifice naturam dei fatidici significat, cujus numen non aliter, quam *voce* præsens esse solebat.[6]) Ea omnia carmine epico fusius tractata (et poterat talis narratio poetæ nostro obversari) nullam puto admirationem movebant. Brevitas lyrica obscuritatem parit hominumque doctorum dubitationes. Jam Hermannus ad Vig. p. 936: „Non sane interrogat. At quod quærat, id vero habet. Quærit enim filium. *Quærimus autem eum, quem volumus ad faciendum quid adhibere*. Atqui Neptunus Jamum abducturus erat ad collem Saturnium, ut ei futurorum scientiam impertiret. Id poeta, libertate poetis, præsertim lyricis, concessa, sic exprimit, ut ipsa Neptuni verba, sequi se filium jubentis, adjiciat. Et quidni, qui prosa oratione hæc narrare vellet, recte diceret: ἐζήτει τε τὸν Ἰάμον, κελεύων ἐλθεῖν μετ' αὐτοῦ?" Ea verbi μεταλλάω interpretatio tum sequentis orationis jejuna est πρόληψις interpretatoria, tum germanismum red-

6) Schol. vet. v. 105: Ἐπεὶ ἀφανὴς ἦν ὁ Ἀπόλλων τῷ Ἰάμῳ, μόνῃ δὲ φωνῇ προσεῖπεν αὐτόν etc.

olet. Quæ Böckhius (Explicc. p. 159) eidem objicit, ea meam potius, quam Hermanni interpretationem tangere, nec tamen refutare videntur. Thierschio (Acta Philoll. Monac. I, 2, 219. Pindarus Werke etc. T. I. p. 61) *μετάλλασεν* idem est quod *μετῴκισεν*, bene ad meum quidem sensum obloquente Böckhio Nott. critt. p. 379. Böckh. ibid. cum scholl. quibusdam singularem v. *μεταλλᾶν* significationem statuit, scil. *ἐν φρονττίδι ἔσχεν, ἐφιλοφρονήσατο*. Vocis græcæ indoli hoc vix convenit, deinde antecedentia (*ἀντεφθ.* etc.) et sequentia hæc sententia aliter collocanda interpellat. Ahlw. legit *μετάλλαξέν τέ νιν* cum Mss. Neap., s. *respondebat*. Egregie ad contextum, sed verbi significatu maximopere dubio. Denique v. Schneid. L. gr. Jam si ex his omnibus nil tibi placet, elige scholiastarum tentamina ad v. 105: *Τὸ δὲ μετάλλασεν τέ μιν διὰ μέσου, ἀντὶ τοῦ ἠρεύνα, ὅτου χάριν αὐτὸν ἐπεβοήσατο· τὸ δὲ ἀντεφθέγξατο πρὸς τὸ ὄρσο ἔχει τὴν δύναμιν.* Ibidem: *Ἔστι δὲ ὁ λόγος πρωθύστερος· ὤφειλε γὰρ οὕτως· ἐζήτησε δὲ αὐτόν, ἤγουν ἐπεστράφη αὐτοῦ χρησμὸς τοῦ πατρὸς ἀψευδῆ χρηματίζων, καὶ ἀντεφθέγξατο· ὄρσο, τέκνον* etc. Similem inversionem v. Olymp. XIII, 94. — *πάγκοινον χώραν.* Schol. vet. v. 105: *Πάγκοινον δὲ τὸν χῶρον διὰ τὴν ἐν αὐτῷ ὕστερον συμβᾶσαν πανήγυριν τῶν Ὀλυμπίων.* Id. ibid.: *Ἐσομένην δηλονότι.* Id. v. 106: *Τὴν ἐσομένην ὕστερον πολύκοινον καὶ πολυπληθῆ χώραν, λέγει δὲ τὴν Ὀλυμπίαν.* Id. v. 107: *Τὴν Ἦλιδα, ὅτι πολλοὶ ξένοι ἐκεῖσε ἤρχοντο ἀγωνισόμενοι.* Id. v. 108: *Τὴν ἐσομένην πάγκοινον χώραν τὴν Ὀλυμπίαν.* — De eodem loco cfr. Ol. III, 30: *Διὸς πανδόκῳ ἄλσει.* Isthm. IV, 47: *Πανηγυρίων ξυνᾶν.* — *φάμας ὄπισθεν.* Schol.

vet. v. 105: *Τοῦ ἐμοῦ χρηματισμοῦ, τῆς ἐμῆς φωνῆς.* Schol. vet. v. 108: *Τῇ ἐμῇ φωνῇ ἐπιχαταχολούθει.* Ibidem: *Καθηγήσομαι μὲν ἐγώ, σὺ δὲ ἀκολουθήσεις* etc. — De *oraculis* Apollinis eadem vox valet Orph. Hymn. XXXIV, 9: *Χρυσοκόμη, καθαρὰς φήμας χρησμούς τ' ἀναφαίνων.*[7]) — *Κρονίου.* V. ad Olymp. I, 179. p. 66. Adde Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. VII. p. 346. Anthol. Palat. T. III. p. 744. — *ὤπασε.* Alterum conferendo, alterum pollicendo. — *τόχα.* Hesychius: *Τόχα. τότε.* Sc. ante Herculem. — *φωνάν. Apollinis.* Schol. rec. v. 105: *Τοῦ Ἀπόλλωνος.* Olympiam ducebat filium Apollo, ideoque *suum* oraculum ibi condidisse putandus. Et Pythius ob oracula puto Olympiæ vocatus ut alibi. Pausan. V, 15, 3 (de sacris in Alti): *Πρὸ δὲ τῆς καλουμένης Προεδρίας, Ἀπόλλωνος ἐπωνυμίαν Πυθίου.* Plura de Apolline Pythio v. ad Olymp. XIV, 15. — *φωνὰν ψευδέων ἄγνωστον.* Schol. rec. v. 105: *Οὐ γινώσκουσαν ψεύδη, ἐνεργητικῶς· εἰ γὰρ ἐπὶ παθητικῆς ἐλέγετο σημασίας, δοτικῇ ἂν συνετάττετο.* Schol. vet. v. 113: *Ἄγνωστος δὲ ψευδέων ἡ τῶν θεῶν φωνή. ἄλλοι δέ φασιν, ὀρνέων.* Cum ultima schol. parte aliâ spectante conf. Aesch. Sept. adv. Theb. v. 25: *Χρηστηρίους ὄρνιθας, ἀψευδεῖ τέχνῃ.* Quod inprimis de Apolline *χρησμῳδῷ* valet, coll. Pyth. III, 53. Eurip. Iphig. Taur. v. 1252: Apollo *ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ.* — *εὖτ' ἂν δὲ θρασυμάχανος ἐλθὼν Ἡρακλέης* etc. Post devictos Cteatum, Eurytum, Augiam, Olymp. X, 28 sqq. —

---

7) Ad avium auguria locum nostrum trahunt Spanhem. ad Callim. hymn. in Pallad. v. 123. T. II. p. 703. nec non Thierschius. Non aliter scholion vet. v. 113. deinde citatum.

Ἀλκαϊδᾶν. Schol. rec. v. 105: *Ἀπὸ τοῦ Ἀλκαίου, τοῦ Ἀμφιτρύωνος.* Schol. vet. v. 115: *Φησὶ δὲ τὸν τοῦ Ἀμφιτρύωνος· οὗτος γὰρ Ἀλκαίου παῖς.* Ibidem: *Δίδυμός φησι, μὴ σώζεσθαι τὸν λόγον· τὸν γὰρ Ἡρακλέα θάλος εἶπεν Ἀλκαϊδᾶν ἀπὸ Ἀμφιτρύωνος, ὃς ἦν Ἀλκαίου παῖς. Ἔθος δὲ τῷ Πινδάρῳ κατὰ τοῦ ἑνὸς τάσσειν τὸ πληθυντικόν.* (De hoc more Nostri v. ad Olymp. IX, 83). Ibid.: *Ὅτι Ἀμφιτρύων Ἀλκαίου παῖς ἐστι, δῆλον. ἀφ' οὗ καὶ Ἀλκείδης ὁ Ἡρακλῆς τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο.* Plur. indef. pro singulari definito. — *πατρί. Jovi.* Olymp. X, 53. Nem. I, 55. — *ἑορτὰν τεθμόν τε μέγιστον.* Sermo est de duplici parte ludorum sollemnium Olympicorum, de sacris (*ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις* Olymp. V, 11) et de certaminibus. Simillimum Olymp. V, 10 sqq., ubi v. notata p. 176. Hunc Herculis *τεθμὸν* (institutum) illustrat Nem. X, 61., monente Böckhio. — *Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ.* Thierschius: Des Gotts ruhmreichsten Heerd. Rectius de summa altaris illius dialis parte Böckhius cogitat, in qua oraculum fuit *ἐξ ἐμπύρων*, coll. Nott. critt. p. 379. Explicc. p. 159. — *τότ' αὖ. Tum vero.* Aliud est *τότ' αὖθ'* Pyth. II, 164. Significare videtur nostra particula posterioris instituti magnificentiam. Nec tamen prius institutum condito posteriore evanuisse puto, coll. iis, quæ supra ad *φωνὰν* annotavi. Sed scire velim, num priori quoque oraculo post conditum posterius præfuerint Jamidæ? Denique senex Jamus posterius institutum condidit, Hercule aliquot post generationibus Olympiam veniente. — *χρηστήριον.* Illud ipsum oraculum *ἐξ ἐμπύρων*, coll. Olymp. VIII, init. Schol. rec. v. 119: *Ὅτι ἐμαντεύσαντο ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ οἱ Ἰαμίδαι, ἢ μηρὸν πυελῇ κεκαλυμμένον*

εἰς πῦρ ἐμβάλλοντες, ἢ δορὰν προβάτων σχίζοντες, καὶ ἐκ τῆς σχίσεως, εἰ μὲν εὐθεῖα γένηται, καλὰ ἔσεσθαι τὰ μαντευόμενα, εἰ δὲ λοξή, ἀποτρόπαια. Adde schol. vet. v. 111., ubi citatur Heraclides *ἐν τῷ περὶ χρησμῶν*. Iidem Jamidæ erunt *μάντιες* illi *ἄνδρες* Olymp. VIII, init. coll. scholl. v. l. 3. — De *κέλευσεν* v. Böckh. Explicc. p. 159. — *ἐξ οὗ*. Schol. rec. v. 120: *Ἀφ' οὗ δὴ χρόνου τὸ ἐνδοξότατον γένος τῶν Ἰαμιδῶν εὐδαιμονίᾳ ἠχολύθησεν.* Non aliter schol. rec. v. 105., vet. v. 122., nec non Hermannus. Alii: *Eam ob causam*, i. e. quod Jamus duo illa oracula olympica condidit. Denique ipse Jamus intelligi potest, de quo antecedentia agunt. *Et ex hoc, Agesia, clarum in Græcia Jamidarum genus*. Hoc melius æquabiliusque videtur, quam (*intellecta* eadem sententia) illico ad *Jamidarum ὄλβον* descendere. —

V. 122—129.

Simul felicitas Jamidas secuta est. Deinde sententiis reditum ad Agesiæ victoriam parat. *Ὄλβος ἅμ' ἕσπετο*. Oratio abrupta non displicet. Ad sensum facit Olymp. II, 18. — *τιμῶντες ἀρετάς*. Schol. rec. v. 127: *Οἱ ἀσχοῦντες*. Similiter *αἰδεῖσθαι* Pyth. IV, 308: *Δοιοὶ ἀνέρες, αἰδεσθέντες ἀλκάν, colentes robur, robusti*. Usus verbi *τιμᾶν*, qualis loco Pindarico, in Euripide non rarus coll. ind. edit. Barnes. v. *τιμᾶν*. — *δ'* est h. l. *γάρ*. Quicunque enim virtutes colunt, *ὄλβον* assequuntur. — *φαεννὰν ὁδόν*. *Viam lucis*, s. gloriæ s. felicitatis., coll. Isthm. V, 29: *Θεοδότου ἔργων κέλευθον καθαράν*. Ultimum ob *φάος* Olymp. V, 32. probabile est. Schol. vet. v. 122. de *ὁδῷ βίου ἐπιδόξῳ*, rec. v. 122. de *διαδήλῳ* et *φαεννᾷ πολιτείᾳ* cogitat. Posterius minus aptum. Viam *λιπαρὰν* habes Fragm. incert. (Heyne T. III. p. 130. Böckh.

T. III. p. 561), quæ vero proprie erit *splendida*. In contextu totius loci explicando ambigit schol. vet. v. 122: *Ἤτοι καθόλου γνωμικὸς ὁ λόγος, ἢ ἐπὶ τῶν Ἰαμιδῶν.* Similiter rec. v. 122. Nil ambigendum. Habemus sententiam pro narratione de fatis Jamidarum. — *τεχμαίρει χρῆμ' ἕκαστον.* Schol. vet. v. 123: *Ἀμφίβολον, πότερον ἀρσενικόν ἐστι τὸ ἕκαστον ἢ οὐδέτερον. ἐὰν μὲν οὐδετέρως δεξώμεθα, οὕτω· σαφὲς δὲ ποιεῖ καὶ τεκμηριοῖ ἕκαστον ἔργον τὸ ἴδιον πρᾶγμα. ἐὰν δὲ ἀρσενικῶς, οὕτως· ἔκδηλον καὶ φανερὸν καθίστησι τῶν ἀνθρώπων ἕκαστον τὸ ἴδιον πρᾶγμα.* Posteriorem rationem repetunt deinde schol. vet. et rec. ibidem. Prius sequuntur Thierschius Böckhiusque, et hic quidem afferens Olymp. IX, 113., in quem locum suo tempore inquirenus. Jam frigida mihi videtur hujus interpretationis sententia, *τεχμαίρει* vero pro *τεκμ. αὐτὸ* insuetum. *Χρῆμα* autem lyrica brevitate positum est pro *αὐτὸ τὸ χρῆμα* (*πρᾶγμα*), vel simplicius pro *τὸ χ.*[8]) Et vide, ne sit *χρῆμα* pro *χρεία, usus* etc. Jam sententia modo explanata antecedentia et sequentia spectat. *Nec mirifica virtutum ista illustratio, immo naturæ conveniens, quum suo quisque opere testimonium sui documentumque edat, malus turpe, probus illustre. Sed invidiam movet posterius.* Ultimam sententiam generalem victoriæ olympicæ exemplo involvit, rediens nimirum ad victoriam viri Syracusani, ob successum suum puto aliquibus invisi. Schol. rec. v. 124: *Τοῦτο λέγει ὑπὲρ τοῦ Ἀγησίου, ἢ ὡς φθονηθέντος παρά τινων διὰ τὴν κατορθωθεῖσαν αὐτῷ νίκην, ἢ ἁπλῶς τοῦτο λέγων, ὅτι οἱ νικῶντες βασκαίνον-*

8) Böckhius: *Probat res unaquaeque.* Antecedentia? Nec tamen displicet dictum vere sententiosum, coll. illo Nostratium: Das Werk lobt den Meister.

ται. Böckh. Explicc. p. 160. de Agesia civibus inviso cogitat. Recte, puto. — μῶμος. *Opprobrium invidia ortum.* Schol. vet. v. 124: *Φθόνος δὲ καὶ ψόγος.* — κρέμαται *Imminet, impendet.* Theogn. v. 1186. coll. 206 (Bekker.): *Ὤι μὴ μῶμος ἐπικρέμαται.* Similem metaphoræ usum habes Olymp. VII, 24. Isthm. VIII, 28. — τοῖς, οἷς. Hermannus: „Multo elegantius foret τοῖσιν vel οἷσιν, omisso altero pronomine.“ Adstipulantur Bothius Ahlwardtiusque. Sed v. Pyth. VIII, 44 (τόν, ὅνπερ), coll. Böckh. Similia non rara. Eur. Hipp. v. 972: *Γῆς, ἧς ἐμὸν κρατεῖ δόρυ.* Alc. v. 318: *Τοῖς σοῖσι κἀμοῖς.* Simonides περὶ γυναικῶν v. 112 (Gnom. Brunck.): *Τήν, ἣν δ' ἕκαστος αἰνέσει.* — πρώτοις περὶ δωδέκατον δρόμον γ' ἐλαυνόντεσσιν, τοὺς ἵππους sc., schol. rec. v. 123. *Qui duodecimo* s. ultimo *cursu vehuntur.* Böckhius jungit περιελαυνόντεσσιν. De victoria jam parta cum pluribus scholl. locum pulcherrimum vix ceperim, sed de illo certaminis tempore, quo victoriæ vix jam dubitandæ dulcis sensus decertatoris ultimum annittentis faciem eo decore perfundit, quod victoriæ ipsius lætitia parit [9]). Atque eo tempore spectatorum non tantum faventium sed et contra nitentium studia maxima esse constat, præsertim quando ex eadem civitate complures victoriam affectant. Paulo aliter sensum capit Bothius, quem vide. — αἰδοία ποτιστάζει Χάρις εὐχλεᾶ μορφάν. Recte Χάρις scribitur, non χάρις, ut Dea, pulchritudinem affundens. Aliis locis χάρις

9) Schol. vet. v. 127: *Ἐπεὶ οἱ νικῶντες δοκοῦσιν εὐειδεῖς εἶναι.* Schol. rec. v. 124: *Οἷς διὰ τὴν κατορθωθεῖσαν αὐτοῖς νίκην μεγάλη τις εὐφροσύνη συμβαίνουσα χαρίεντα αὐτῶν τὰ πρόσωπα τίθησιν.* Similia v. Olymp. I, 29., ubi vero χάρις est decurrentis pulchritudo, cui h. l. μορφὰ εὐχλεὴς respondet.

ipsa funditur. Isthm. IV, 124: *Κωμάζομαι, τερπνὰν ἀποστάζων χάριν.* Hesiod. Opp. et D. v. 55: *Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσῆν Ἀφροδίτην.* Anthol. Palat. II, 322. 23 (Christodori Ἔκφρασις): *Τοῦτο γὰρ αὐτῷ Πλειοτέρην ἔστηξε χάριν.* Ibidem V, XIII, 5. 6 (Philodemus): *Χροὸς πάσας ἔτι στάζει μυριάδας χαρίτων.* Böckhius metaphoram ab unguentis petitam recte putat. Denique aliud est *αἰδοία χάρις* Olymp. VII, 164.

V. 129—139.

Bene ad meum quidem sensum Böckhius contextum loci ita expressit: *Tua tamen felicitas secura videtur, quam, si materni tui majores sub Cyllene monte Mercurium coluerunt, ipse hic deus, ludorum praeses, una cum Jove, Olympiorum deo, tutatur et perficit.* — *εἰ δ' ἐτύμως.* Dubie loquitur eodem forsan sensu, quo Olymp. I, 28. p. 116. II, 178. p. 128. IX, 38. Affirmatio erat: *Ἐπειδὴ δέ.* Böckhius (Explicc. p. 160) de dubitatione cogitat. Quod non respuendum. — *ὑπὸ Κυλλάνας ὄροις.* Ita recte cod. scholl. Vratisl. pro *ὄρος* (Scholl. ed. Böckh. p. 148). Non aliter codd., quos sequuntur recc. Universa dictio vix aliud, quam Arcadiam significabit, ni Mercurii deinde memorati laudem præparatam malueris. Is enim in monte Arcadiæ Cyllene templum antiquissimum habuisse dicitur. Paus. VIII, 17, 1: *Μετὰ δὲ τοῦ Αἰπύτου τὸν τάφον ὄρος τε ὑψηλότατον ὀρῶν τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ Κυλλήνη, καὶ Ἑρμοῦ Κυλληνίου κατεῤῥιμμένος ναός ἐστιν ἐπὶ κορυφῇ τοῦ ὄρους.* Inde Cyllenius dictus et Cyllenes dominus Hymn. hom. II, 2. XVIII, 1. 2. Anthol. Palat. T. II. p. 683. Epigr. CLXXXVIII. deinde allegando. Ab eodem monte Arcadum enumerationem inchoat Homerus

Il. II, 603., unde forsan Cyllenen pro Arcadia positam putabis. Prius tamen probabilius videbitur, coll. Böckh. Explicc. p. 160. — *μάτρωες ἄνδρες. Viri materni*, i. e. *posteri fœminae istius, quae gentis tuae mater exstitit*, s. *majores tui, quoad gentis tuae principium femininum*. Schol. rec. v. 130: *Οἱ πρὸς μητρὸς συγγενεῖς σου.* Apponit deinde interpretamentum: *Ἐνταῦθα γὰρ ἡ σὴ προμήτωρ Εὐάδνη, ὡς ἔφαμεν, ἀνετράφη ὑπὸ τῷ Ἀπύτῳ.* Bene Noster, si de veris majorum Agesiæ primordiis mentionem injicere volebat, feminam gentis auctorem (Evadnem, antea multis verbis laudatam), non virum (Phöbum) memorabat, cum Phöbi extra Jamum alii liberi fuerint, non Evadnes. Quidni vero (quod Bothio videtur vers. germ. T. I. p. 87) allata est prima gentis Jamidarum mater, Pitana? Non ea (cum Neptuno) *Jamidarum* vera parens fuit, sed *Evadne* et *Phöbus*. Agit enim Noster de Jamidarum *gente fatidica*. Jam parum interest, scire, quinam viri ab Evadne descendentes sub Cyllene Mercurio sacra habitarint. Acquiescamus simplici vatis Thebani effato: *Habitarunt Evadnae* (Phöbique) *posteri sub isto monte* [10]). — *θεῶν κάρυκα.* Unde *χρυσόρραπις* Pyth. IV, 316. — *λιταῖς θυσίαις. Supplicibus sacrificiis*. Schol. rec. v. 129: *Θυσίαις λιτανευτικαῖς.* Aeschyl. Agam. v. 232: *Λιτὰς δὲ κληδόνας πατρῴας*, Agamemnonis preces supplices. Adde Pyth. IV, 385., no-

10) Nostrae loci difficilis explanationi favet vocis *μάτρωες* (*materni*) ambiguitas, cum hi esse possint vel *parentes* s. *majores materni*, vel *liberi* s. *posteri materni*. Ea ambiguitate neglecta priorem significationem eligentes scholiastae Böckhiusque varia proposuerunt, quae ego ut dubia in medium reliquam.

nente Heynio. — *ἀγῶνας ἔχει.* Schol. vet. v. 129: *Τὸν τῶν ἀγώνων δεσπόζοντα.* Similiter ibid. schol. rec. Erat Mercurius *ἀγώνιος* Isthm. I, 85., *ἐναγώνιος* Pyth. II, 18. Adde epigr. Anthol. Pal. citatum p. 219. infr.:

Εἰνοσίφυλλον ὄρος Κυλλήνιον αἰπὺ λελογχώς,
Τῆδ' ἕστηκ', ἱρατοῦ γυμνασίου μεδέων,
Ἑρμῆς· ᾧ ἔπι παῖδες ἀμάρατον ἠδ' ὑάκινθον
Πολλάκι καὶ θαλεροὺς θῆκαν ἴων στεφάνους. —

μοῖράν τ' ἀέθλων. Schol. vet. v. 129. coll. rec. ibid.: *Τὰς μερίδας τῶν ἄθλων.* Sortes rexit Mercurius (Aristoph. Pac. v. 365., monente Bothio. Formulam nostram repetit Nem. X, 97: Castores *ἀγώνων μοῖραν Ἑρμᾷ καὶ σὺν Ἡρακλεῖ διέποντι.* Mihi vix aliud videtur quam *ἀγῶνας*, coll. Isthm. III, 15: *Ἀέθλων μοῖρα.* Quibus adde indd. Pindd. — *Ἀρκαδίαν τ' εὐάνορα τιμᾷ. Arcadiam viris claram*, i. e. *Arc. nobilem.* Fragm. Parthen. IV, 1 (Heyne T. III. p. 30. Böckh. T. III. p. 592): *Ἀρκαδίας κλεεννᾶς.* Paulo aliter *εὔανδρος* Nem. V, 17: *Ματρόπολίν τε, φίλαν ξένων ἄρουραν, τάν ποτ' εὔανδρόν τε καὶ ναυσὶ κλυτὰν θέσσαντο, viris nobilem navibusque illustrem*, i. e. *terra marique*, quo exemplo ad illustrandum v. 15. p. 188. uti oblitus sum. — *σὺν βαρυγδούπῳ πατρί. Jove.* Olymp. VIII, 58: *Βαρυγδούπου Διὸς.* Pyth. VI, 24: *Κρονίδαν, βαρύπαν στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρύτανιν.* Cfr. quoque Fragm. inc. LVIII (Heyne T. III. pag. 114. Böckh. T. III. p. 632): *Καρτεροβρόντα Κρονίδα.* — *χραίνει σέθεν εὐτυχίαν.* Schol. rec. v. 129: *Διοικεῖ τὴν εὐτυχίαν τὴν σήν.* Schol. vet. v. 137: *Τῇ σῇ εὐτυχίᾳ τὴν εὐδοξίαν ἐπιστεφανοῖ.* Cogitasse doctus videtur de consummatione felicitatis, quam efficit gloriæ accessio. Böckhius: *perficit*,

ad hanc puto sententiam accedens. Sed vide, ne sit *χραίνει* simpliciter *efficit*, coll. Pyth. IV, 311: *Κλέος ἐσλὸν ἐχράνθη*, facta (condita, concessa) gloriâ. IX, 118: *Γάμου χραίνειν τελευτάν.* [11]) *Destinare* h. l. Jacobsio est *χραίνειν* ad Anthol. gr. Lips. T. XII. p. 321. 22. Ceterum non de solo successu agonistico agere videtur Pindarus, sed de felicitate universim, minime tamen exclusa Agesiæ victoria. Atque in his ultimis optime facit ad sententiam Nem. X, 91., ubi ab hospitio, quo Castoras, dum essent in his terris, Uliæ majores exceperant, profecta dicitur ejusdem familiæ virtus agonistica, in gratiarum sc. actionem concessa.

V. 140—148.

Venit Noster ad suam cum Stymphaliis Arcadicis cognationem. *Δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ γλώσσᾳ ἀχόνας λιγυρᾶς, ἅ μ' ἐθέλοντα προσέλκει καλλιρόοισι πνοαῖς. Speciem habeo quandam in lingua cotis canorae, quæ me volentem trahit ad pulchrifluas auras.* *Δόξαν.* Nem. XI, 30: *Ναὶ μὰ γὰρ Ὄρκον, ἐμὰν δόξαν*, ad meam *cogitationem, sententiam.* Alibi semper apud Nostrum δ. est *gloria*; coll. indd. Bene vero schol. vet. v. 140 (coll. rec. ibid. et vet. v. 141): *Δόκησιν.* Mirifice schol. vet. v. 141. de *δοκήσει εὐδαιμονίας* (v. 139) co-

---

11) Eurip. Hel. v. 1318: *Ἄλλαν μοῖραν ἔχραινε, fecit.* Id. Med. v. 139: *Ἐπεὶ μὴ φίλια κέχρανται (facta sunt, s. sunt).* Ubi tamen videndus Elmsl. ed. Lips. p. 94. Eurip. Androm. v. 474: *Δυοῖν ἔριν Μοῦσαι φιλοῦσι χραίνειν, facere litem.* Et haec exempla e systematibus lyricis sunt. Adde Damm. et ind. Barnesianae v. *χραίνω.*

gitat. Sensum metaphoræ explanatum vides apud Heynium Böckhiumque. *Videor mihi* (novum et singulare) *incitamentum cantus habere.* Non aliter schol. rec. v. 129: *Λόγον φέρω τινὰ ἐπὶ γλώσσῃ, ἤγουν πρόχειρον εἰρῆσθαι, ἀπὸ νοῦ δηλονότι, ὡς σίδηρον ἀπὸ ἀκόνης λιγυρᾶς, τουτέστιν ὀξέως ποιούσης ἠχεῖν τὰ ἀκονώμενα.* Thierschius scite comparat oppositum *Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας Βέβηκεν* (Aesch. Agam. v. 35. coll. interprr.), sc. de impedimento loquendi, quæ locutio e vita pastoritia, non alitinde, sumta videtur, accinente victu habituque hominis istius Aeschylei. Eundem sensum fundit Soph. Oed. Col. v. 1051 (Elmsl.) de reticentia mystica Eumolpidarum: *Θνατοῖσιν, ὧν καὶ χρυσέα κλὴς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακεν προσπόλων Εὐμολπιδᾶν.* Conf. de ultimo l. Spanhem. ad. Callim. hymn. in Cer. v. 45. p. 781. 82. — *ἃ μ' ἐθέλοντα προσέλκει.* Retineo plurimorum scholl. [12]) atque editorum lectionem, contra nitentibus Aldina, multis codd. (Böckh. nott. critt. p. 380), Beckio, Böckhio, Thierschio, Ahlwardtio, quibus præplacet *προσέρπει* multorum codd. et scholii unius. Recentis lectionis sensus est: *Quae mihi lubenti adrepit sub pulchriflua musices auris* (Böckh. T. III. p. 37). Eam lectionem agnoscit initium schol. vet. v. 142. Et poterat oriri e *καλλιρόοισι πνοαῖς*, quod erat pro *ὑπὸ κ. π.*, *sub canta suavi*. Jam activum *προσέλκει* mutabant in neu-

12) Schol. rec. v. 129. Schol. vet. v. 140: *Δόκησιν, οὕτω μὲ προτρεπομένην λέγειν περὶ σοῦ.* Schol. rec. ibid.: *Ἐπέρχεταί μοι ἔννοιά τις καὶ λόγος ἡδὺς ὑπὲρ σοῦ, παρακινῶν με λέγειν τοῦτο πρὸς σέ.* Schol. vet. v. 141: *Ἀκόνη ἡ παροξύνουσά με καὶ παρορμῶσα.* Schol. vet. v. 142: *Προσάγει, παροξύνει, καὶ αὐτόν με θέλοντα* etc.

trum *προσέρπει*. Verum sunt præter scholiorum consensum, quæ Romanam tueantur. Primum *προσέρπε* cum accusativo *personali*, cujus formæ exemplum invenisse ipse Böckhius negat, novationis hujus strenuus doctusque propugnator. Deinde *ἐθέλοντα*, quod vulgatam lectionem valde commendat. Bene enim schol. vet. v. 142: *Καὶ αὐτόν με ἐθέλοντα*, i. e. *ipsum quoque pronum paratumque*. — *χαλλιρόοισι πνοαῖς*. Alludi videtur ad carminum fluctum. Olymp. X, 14: *Ὅπα κῦμα καταχλύσσει ῥέον*, sc. carmen. Ubi vide notata. Cf. quoque Pyth. V, 132 sqq. — De *πνοαῖς* v. Böckhium Explicc. p. 161. — *Ματρομάτωρ ἐμὰ Στυμφαλίς, εὐανθὴς Μετώπα*. Ea *ἀχόνα* est illa Stymphaliorum Arcadicorum cum Thebanis cognatio. In priori vocis *ματρομ.* parte *μάτηρ* similiter de matre gentis auctore (Theba) adhibetur, ut supra v. 130. Schol. vet. v. 144: *Ἡ Μετώπη θυγάτηρ μὲν Ἀάδωνος τοῦ ἐν Ἀρκαδίᾳ ποταμοῦ, γυνὴ δὲ Ἀσωποῦ τοῦ ἐν Θήβαις ποταμοῦ, ἥτις ἐγέννησε τὴν Θήβην*. Adde schol. vet. v. 146. Schol. rec. v. 144: *Φασὶ δὲ τὴν Μετώπην οἱ μὲν λίμνην, οἱ δὲ ποταμόν*. — *Πλάξιππον Θήβαν*. Schol. vet. v. 144: *Τὴν Ἱππικὴν Θήβην, κατὰ ἀναφορὰν τῶν ἐνοικούντων ἐν ταῖς Θήβαις*. Eurip. Phöniss. v. 17: *Ὦ Θήβαισιν ἐνίπποις ἄναξ*. Eadem laus Böotiorum. Hesiod. Scut. Herc. v. 24: *Βοιωτοὶ πλήξιπποι*. Alia congessit Böckhius Explicc. p. 161. — *τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ πίομαι*. *Ad quam habito*, coll. Olymp. V, 28. Phavorin. 1508, 29: *Πίομαι καὶ πιόμενος καὶ πίθι ἢ πιοῦμαι καὶ πιούμενος καὶ πίε λέγεται*. Aliud videtur Matthiæo Gramm. gr. p. 344. Ad sensum obsona admiscet schol. vet. v. 147. — *ἀνδράσιν αἰχματαῖσιν*. Schol. vet. v. 147: *Αὐτῷ*

τε

τε τῷ Ἀγησίᾳ καὶ τοῖς τούτου ἀνδρείοις καὶ πολεμικωτάτοις προγόνοις, coll. scholl. vet. v. 30. Simul possunt Arcades, gens bellicosissima, intelligi, ut bene monet Böckhius. — *Ποικίλον ὕμνον.* Schol. vet. v. 147: *Πολύφθογγον.* Nem. V, 77: *Ποικίλων ἔψαυσας ὕμνων.* Fragm. incert. LXXXVI (Heyne T. III. p. 123. Böckh. T. III. p. 661): *Ποικίλον κόσμον ἀνδάεντα λόγων.* Idem *αἰόλον ὕμνον* Nonn. Dionys. XIX, 98.

V. 148—157.

Ea cognatione motus chorum Pindarus (per Aeneam) hortatur, ut Junonem Partheniam canat, deinde (carmine bene recitato) vetus Böotiorum opprobrium removeat, postremo Syracusarum Ortygiæque mentionem moveat. *ἑταίρους.* Schol. vet. v. 148: *Τοὺς ἑταίρους τοὺς ἐν τῷ χορῷ.* Ibidem: *Τοὺς χορευτάς.* Ibid. rec.: *Τοὺς συγχορευτάς, τὸν τὰ ἔπη ᾄδοντα χορόν.* Cf. quoque Nem. III, 7: *Μελιγαρύων τέκτονες κώμων νεανίαι.* — *Αἰνέα.* De hoc viro, non Thebano (ut schol. vet. v. 148. atque interpretibus ante Hermannum videtur), sed Stymphalio v. egregiam Hermanni notam ad Pind. Heyn. T. III. p. 294. Cf. quoque Böckh. Explicc. p. 153. Cogitasse puto scholiasten, Aeneam, si *Stymphalius* diceretur, non Thebanus, vetus illud Böotiorum opprobrium removere non posse. Accedebat, quod Aeneam Noster *nuntium* dicit. Sed de his v. ad sequentia. — Sequentium vv. materiem, quum suo nomine P. proferre potuisset, per alium pronuntiat. De his v. ad seqq. — *Πρῶτον μὲν Ἥραν Παρθενίαν κελαδῆσαι.* Schol. vet. ad v. 149., nec Böckhio nec mihi improbabiliter: *Τινὲς δὲ τὸν Ἀγησίαν φασὶν ἱδρύσασθαι ἄγαλμα Ἥρας.* Stymphali puto (coll.

v. 167), unde, non Olympiâ, *κῶμον* Agesiæ Syracusas proficiscentem vides. Et bene accinit Paus. VIII, 22, 2. de Junone *παιδὶ* Stymphalia, monente Hermanno l. cit. In istud Junonis Stymphaliæ fanum, ubi forsan illud *ἄγαλμα* consecrandum erat, *κῶμος* duci poterat. Ita sextum carmen tum victoriam, tum non leviter [13]) istam consecrationem cum victoria forte cohærentem spectabit; quod posterius si statueris, apertius erit antecedentis consilium *ἐποποιΐας*, quæ in Agesiæ Syracusani primordiis Arcadicis tota versatur. — *γνῶναι.* Scholl. v. 148: *Γνωρίσαι τοῖς λόγοις ποίησον τοὺς ἀκούοντας.* Idem: *Ἵνα γνῶσιν ἅπαντες. Fac, ut notum reddant ἑταῖροι omnibus.* — *ἀρχαῖον ὄνειδος.* Antiquam dicit Noster hanc notam Olympiade LXXVIII (Böckh. Explicc. p. 152). Edoceri velim, quis ante Pindarum ejus mentionem fecerit? — *ἀλαθέσιν λόγοις. Vera narratione, s. vere.* Olymp. I, 45: *Ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λόγον.* — Sequentes laudes significant, quare ab Aeneæ *χορoδιδασκαλίᾳ* (scholl.) bonam carminis sui notam illam infirmaturi recitationem exspectet. — *ἄγγελος ὀρθός.* Schol. vet. v. 148: *Μισῶν ἄγγελος* [14]) *ἀληθὴς καὶ ὑποφή-*

---

13) Particulae quidem *πρῶτον* usus non tecte significat, princeps hujus carminis consilium ad pompam triumphalem spectasse, quam gratiarum actionis causa Junoni Stymphaliae a victore oblatam existimo.

14) Alibi Musarum ipsarum ministri nuntiique sunt poetae, quod scholiastae in sua vocis *ἄγγελος* interpretatione obversatum videtur. Hymn. hom. XXXII, 19: *Ἀοιδοί, Μουσάων θεράποντες.* Hesiod. Theog. v. 99: *Ἀοιδός, Μουσάων θεράπων.* Archilochum poetam Apollo *Μουσάων θεράποντα* nuncupavit coll. Näk. ad Chöril. p. 106. Theogn. v. 769 (Bekker.): *Μουσάων*

τῆς. Idem v. 154: *Μασῶν ἀξιόλογε ἄγγελε.* Bis ibidem repetitur eadem interpretatio. Melius schol. rec. v. 148: *Κήρυξ ἀληθής*, remota Musarum mentione, quæ deinde sequitur. Recte deinde Böckhius: „Is a Pindaro Thebis instructus poetæ mandata pertulit, *bonus internuncius*, is animo consignatos carminis modos tenet, et quomodo miscendi et temperandi sint, novit." — *ἠΰκόμων σκυτάλα Μοισᾶν.* Archilochus Fragmento LX (Liebel. p. 164 sqq.):

Ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον, ὦ Κηρυκίδη,
Ἀχνυμένη σκυτάλη.

I. e. vertente b. Liebelio: *Narrabo vobis fabulam, o Cerycide! Nuntius haud hilaris* [Cerycide, qui es n. h. h.]. Vides, *σκυτάλης* usum metaphoricum ut in nostro loco ab antecedenti nomine *Κηρυκίδη* descendere potuisse. Ac suspicarer Pindari imitationem Archilochiam, si de altera illa imitatione Archilochia Pyth. II, 100 sqq. magis constaret. Ad sensum dictionis schol. vet. v. 148: *Σκῆπτρον.* Rec. ibid.: *Ῥάβδος.* Scholl. vett. v. 154: *Κήρυξ.* Et hoc melius, cum ob locum Archilochium, tum propter apertam cum ligno veterum epistolari comparationem [15]).

θεράποντα καὶ ἄγγελον. Aristoph. Av. v. 909: *Μουσάων θεράπων ὀτρηρός.* Anthol. Palat. VII, xxxv, 2 (Leonidas s. Plato): *Πίνδαρος, εὐφώνων Πιερίδων πρόπολος.* Ibid. T. II. Appendix etc. p. 835. Epigr. ccl, 1 (Incertus): *Μουσάων πρόπολον Ὀρφέα.* Eurip. Alc. v. 459., coll. Phön. v. 1500: *Μουσοπόλοι, poetae*, interpretante Valck. ad Phön. v. 1500.

15) Scytalae Lacedaemoniorum probabilissima mihi videtur descriptio, quam praebet schol. vet. v. 154: *Λάκωνες κήρυκας διαπέμπόμενοι, ξύλον μελαίνοντες περιείλισσον λευκῷ ἱμάντι, καὶ περιέγραφον τῷ τε ἱμάντι καὶ τῷ ξύλῳ, εἶτα ὑπὸ-*

Böckhius: „Σκυτάλην eo refer, quod *ut in literis* carmen attulit." Et *literis* quoque *consignatum* carmen ab Aenea allatum puto. — *γλυκὺς κρατὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν.* Repetitio quædam antecedentis metaphoræ. Infundebatur Aeneae carmen tanquam crateri, unde ad bibentes distribueretur. Antea carmen illi ut scytalæ inscribebatur, ex qua ad legentes scripti notitia spargeretur. Sensum vero recte cepit schol. vet. v. 148: *Μουσικώτατος γὰρ εἶ.* — *γλυκύς.* Schol. rec. v. 148: *Γλυκὺ ἀγγεῖον, γλυκὺς οἶνος τῶν ᾠδῶν.* Concinnius: *Crater vini dulcis poematum*, quod alibi disertis verbis exprimit, coll. Heynio Böckhioque. — *ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν.* Similiter gustum (*γλυκ.*) auditumque miscet in eadem re Nem. XI, 23: *Μελιγδούποισι μελιζέμεν ἀοιδαῖς.* Isthm. VI, 12: *Κατασπένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς.* Non aliter alii poetæ. Incertus hymni ad Apollinem auctor (Anacr. ed. Fischer. p. 258): *Φιάλην πρόπινε παισίν, Φιάλην λόγων ἐραννήν.* Oppian. Halieut. IV, 10: *Κίρνασθαι γλυκὺ νᾶμα καὶ οὔασι καὶ πραπίδεσσι.* Orph. Argon. v. 1282: *'Εκέρασσ' εὐτερπέα κόσμον ἀοιδῆς.* Alia v. apud Jacobs. Anthol. gr. Lips. T. XII. p. 154. 55. — *εἶπον.* *Dic*, i. e. jube, coll. ad Olymp. VII, 60. Schol. rec. v. 156: *Εἰπὲ δὲ τοῖς ἑταίροις μεμνῆσθαι.* Schol. vet. v. 158: *Τοῖς κατὰ τὸν χρόνον* [χορὸν?] *εἰπεῖν, ἐπιχελεύων* etc. De accentu vocis v. Matthiæum Gr. gr.

λυον, ὥστε τὴν ἀκολουθίαν τῆς γραφῆς μὴ σώζεσθαι, εἰ μὴ προστεθείη πάλιν ὃ ἡμᾶς. Re ita instituta literas latere potuisse, pronum est, non pariter, si unum ex illis elegeris, quae habent scholl., Plutarchus Lysandr. c. 19. et Gell. N. A. XVII, 9. Ea enim faciunt *loro* isti *totam* epistolam inscriptam.

p. 319. — *Συραχουσᾶν τε καὶ Ὀρτυγίας.* Pyth. II. init. iterum Syracusæ et Ortygia juxta positæ discernuntur, ut civitas Syracusarum et aula Hieronis. De Ortygiæ h. l. mentione docte agit Böckhius Explicc. p. 162.

V. 158 — 169.

Regnat ibi Hiero justus rex, in Deos religiosus, a poetis celebratus, qui precor incolami salute floreat, Agesiamque e patria Arcadia in patriam Syracusas revertentem benigne excipiat. Τάν. Ortygiam. Quidni Syracusas præcipue? Sed præerat Syracusis ex insula. — *διέπων. Administrans.* Theogn. v. 893: *Πόλιν δὲ κακοὶ διέπουσιν.* Panyasis I, 5 (Gnom. Brunck.): *Ὑσμίνας διέπων ταλαπενθέας.* Hymn. hom. II, 65: *Δόλον διέπειν.* Anthol. Palat. XI, LXII, 6: *Τἄλλα δὲ πάντα Τύχῃ πράγματα δὸς διέπειν.* — *ἄρτια μηδόμενος.* Schol. rec. v. 156: *Ἔγκαιρα, ἀληθῆ βουλευόμενος.* Schol. vet. v. 157: *Ἴσα καὶ δίκαια βουλευόμενος.* Vix aliud, quam prioris laudis quædam repetitio. — *λευκίππου τε θυγατρός. Proserpinæ.* Bene Böckhius: „Diis ad principum morem candidos esse equos datos, res ipsa docet.“ Adde schol. rec. v. 160: *Διότι ἔθος ἐστὶ τοῖς ποιηταῖς, τοιούτοις ἐπιθέτοις κοσμεῖν τοὺς θεούς, ὡς καὶ ἀνωτέρω φοινικόπεζαν εἶπε τὴν Δήμητραν.* Eurip. Phöniss. v. 606: *Καὶ θεῶν λευκοπώλων δώμαθ'.* Quæ schol. rec. v. 156. de Proserpina equis albis ad patrem relata habet, ea ad regulam modo allatam refer. Ad rem vide schol. vet. v. 158: *Ἱερωσύνην εἶχεν ὁ Ἱέρων Δήμητρος καὶ Κόρης καὶ Διὸς Αἰτναίου ἐν Σικελίᾳ ἐκ διαδοχῆς Τηλίνου τοῦ προγόνου αὐτῶν.* Aristarchus apud eundem: *Ἱέρωνα, ἐπεὶ ἄνωθεν ἐκ προγόνων*

ἱεροφάντης ταῖν θεοῖν ἀποδέδειχται. Adde schol. vet. et v. 160. Utrique deæ Gelonem, Hieronis fratrem, e Punica præda templa magnifica erexisse testis est Diod. Sic. XI, 26,, monente Böckhio. Eademque fana in insula Ortygia fuisse, conjicit Böckhius Explicc. p. 162.[16]) Ceterum quarta Syracusarum pars (Neapolis) splendida Cereris Liberæque templa habuit. Cic. Verr. Act. II, L. IV. cap. 53: *Quarta autem est urbs, quæ, quia postrema ædificata est, Neapolis nominatur: quam ad summam theatrum est maximum: præterea duo templa sunt egregia, Cereris unum, alterum Liberæ.* — *Ζηνὸς Αἰτναίου χράτος.* Schol. rec. v. 156: *Δία τὸν χατὰ τὴν Αἴτνην τιμώμενον.* Vet. v. 162: *Ἐν τῇ Αἴτνῃ* [monte? urbe?] *Διὸς Αἰτναίου ἄγαλμα ἵδρυται, χαὶ ἑορτὴ Αἰτναῖα χαλεῖται.* Cf. Olymp. XIII, 158. Ceterum ad Syracusas quoque templum Jovis fuisse puto, multo auro vestiti, coll. Diod. Sic. X (de Hippocrate Gelōo, Hieronis fratre, Syracusanos debellante). — *χράτος.* Cf. Olymp. XIV, 17. 18: *Πατρὸς τιμάν.* — *ἀδυλόγοι δέ μιν λύραι μολπαί τε γινώσχοντι.* Schol. rec. v. 162: *Λύραι δὲ χαὶ μολπαὶ δι' ἡδέων λόγων ὑμνοῦσιν αὐτὸν διὰ τὰ χατορθώματα αὐτοῦ.* Alii Græcorum ibidem de Hierone *μουσιχῆς ἐμπείρῳ* cogitarunt, afferentes Olymp. I, 22. Falsum. Laudatur enim rex a poeta h. l. et Olymp. cit. ob virtutes suas, quas schol. rec. v. 162. ita complectitur: *Δείχνυσιν αὐτὸν νομίμως ἄρχοντα, ἄριστα βουλευόμενον, πρὸς θεοὺς εὐσεβέστατον χαὶ βίον ἐνήδονον ζῶντα* (i. e. ob virtutes celebratum?). Denique color

16) Cic. Verr. Act. II. L. IV. cap. 53: *In ea* (insula Ortygia) *sunt aedes sacrae complures: sed duae, quae longe ceteris antecellunt: Dianae una, et altera, quae fuit ante istius adventum ornatissima, Minervae.* Miraberis, dearum Siciliae principum templa non memorari, Cereris et Proserpinae.

dictionis ut Olymp. VII, 153: *Ὅ τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνω μίν.* Apud Aristoph. Lysistr. v. 316. *carmen novit Lacedæmonios et Athenienses.* — *μὴ θραύσαι χρόνος ὄλβον ἐφέρπων. Ne frangat felicitatem* (ejus) *reliquum tempus.* Schol. vet. v. 163: *Ἀφανίσοι.* Rec. ibid.: *Ἀφανίσαι.* Schol. Vratisl. ibid.: *Ταράσσοι*, forsan pro *θράσσοι*, coll. Isthm. VII, 50: *Ὁ δ' ἀθανάτων μὴ θρασσέτω φθόνος*, ubi videndus Heynius. Bekker. Anecdd. 43, 3: *Θράττει: οἷον ταράττει, κατὰ συγκοπὴν καὶ τροπὴν γεγενημένον.* Talem *ὄλβον* dixerat *ὑγίεντα* Olymp. V, fin., coll. Carm. in defectum solis (Heyne T. III. p. 59. Böckh. T. III. p. 600): *Ἀπήμον' ὄλβον.* Deinde cum Nostro verbo conf. *δαμαλίζειν* Pyth. V, fin. in re simili, et *θράσσειν* Nem. supra cit. — *χρόνος ἐφέρπων.* Nem. IV, 69. (coll. VII, 100): *Χρόνος ἕρπων.* Olymp. VIII, 37: *Ἐπαντέλλων.* Olymp. X, 9: *Μέλλων ἐπελθών.* Nonn. Dionys. XLVI, 366. Convers. Evangel. Joh. XIV, 117: *Χρόνος ἕρπων.* Philemon (Meineke pag. 416): *Χρόνος βαδίζων.* Eurip. Bacch. v. 945: *Χρόνου πόδα.* — *Σὺν δὲ φιλοφροσύναις εὐηράτοις Ἀγησία δέξαιτο κῶμον.* Schol. vet. v. 165: *Ὅτι φίλος Ἀγησίας Ἱέρωνος καὶ μάντις, ὃς ἀνῃρέθη Ἱέρωνος καταλυθέντος.* Arctiorem quandam necessitatem inter regem victoremque intercessisse, locus noster haud obscure significat. Et habitabat forsan Agesias in Ortygia insula, Hieronis regia. Deinde satis honorificæ Hieroni preces ultimæ sunt, quum alibi Noster de Diis talia habeat, coll. Olymp. IV, 1—15. V, 1—7. Pyth. VIII, 27—29. — *οἴκοθεν οἶκαδ' ἀπὸ Συμφαλίων τειχέων ποτινισσόμενον.* Schol. rec. v. 165: *Ἀρχὰς γὰρ καὶ Συρακούσιος*

ὁ Ἀγησίας. Et forsan non tantum ob matrem Jamidarum Evadnen, sed arctioris alicujus necessitudinis vinculo, coll. v. 170 seqq. Nec improbabile mihi, duplicem patriam ab Agesia victore promulgatam, ut ab alio Arcade, primo Gelonem, tum Hieronem secuto. Condidit is Olympiæ, felicitatem suam testaturus, signa equorum. Paus. V, 27, 1: *Τῷ προτέρῳ δὲ τῶν ἵππων ἐπίγραμμα ἔστιν ἐπὶ τῇ πλευρᾷ, τὰ πρῶτα οὐ σὺν μέτρῳ· λέγει γὰρ δὴ οὕτω·*

Φόρμις ἀνέθηκεν
Ἀρχὰς Μαινάλιος, νῦν δὲ Συρακόσιος. [17])

Alius, non Syracusanus, sed Sybarita, Olympiæ victor Hieronis nostri in honorem Syracusanum se promulgari jussit, ob idem a civibus infamia affectus, coll. Paus. VII, 13. Sed nostri carminis victorem civem vere Syracusanum fuisse nullus dubito. — *οἴχοθεν οἴκαδε.* Schol. rec. v. 167: *Τὸ δὲ Οἴχοθεν οἴκαδε παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτὸ ἰόντων.* Sed h. l. sensu prio s. primitivo, coll. schol. vet. v. 167: *Ἴδιον ἐξ ἰδίων.* Aliter Nonn. Dionys. XXXVIII, 351: *Οἴχοθεν οἶκον ἀμείβων.* 262: *Ἐκ δόμου εἰς δόμον ἄλλον ἐπείγεο.* Ad nostrum locum cf. Schneiderum (Böckh. Explicc. p. 168). Simplex *οἴχοθεν* illustrat Marklandus ad Eurip. Suppl. v. 183 (181 Matth.). — *ποτινισσόμενον.* Cum pompa triumphali et Pindari carmine. Schol. vet. v. 167., coll. schol. vet. v. 168: *Ἐκ τοῦ Στυμφήλου εἰς Συρακούσας*

---

17) De Arcadibus militiae mercenariae studiosissimis v. Thuc. VII, 57: *Μαντινεῖς δὲ καὶ ἄλλοι Ἀρκάδων μισθοφόροι, ἐπὶ τοὺς ἀεὶ πολεμίους σφίσιν ἀποδεικνυμένους εἶναι εἰωθότες, καὶ τότε, τοὺς μετὰ τῶν Κορινθίων ἐλθόντας Ἀρκάδας, οὐδὲν ἧσσον, διὰ κέρδος ἡγούμενοι πολεμίους.*

πέμπει (immo *φέρει*) *τὸν ὕμνον*, coll. Böckh. in scholl. p. 154. nota 4. — *ματέρ'*. Schol. vet. v. 167. coll. vet. 168: *Μητρόπολις Ἀρκαδίας ἡ Στύμφηλος*. Quod quonam sensu dici potuerit, de eo v. Böckhius Explicc. p. 163. Neque tamen negaverim, *Ἀρκαδίας* esse posse idem, quod *Ἀρκάδων*, ut sit *Ἀρκαδία heroina* ut Stymphalus, satis, puto, concinne; tum erit *Arcadia* pro *Arcadibus*, coll. Olymp. IX, 31., quod Heynius censet, obloquente Böckhio. Arcadiæ populi plures vetustissimi perhibentur, coll. Strab. VIII, 8. Paus. VIII, 38. Et poterat Stymphalus quoque eum sibi honorem vindicare. — *εὐμάλοιο Ἀρκαδίας*. Frequens Arcadiæ singularumque urbium ejusdem denominatio. Hymn. homer. II, 2. XVIII, 2: *Ἀρκαδίας πολυμήλου*. XIX, 30: *Ἀρκαδίην, μητέρα μήλων*. Anthol. Palat. XIV, LXX, 5 (Oraculum): *Ἀρκαδίης πολυμήλου*. Ibidem VII, CCCCXLII, 2 (Simonides): *Εὔμηλον Τεγέαν*. Apollodorus Strabonis VIII, 3. Orchomenum Arcadicum *πολύμηλον* vocat. De pascuis Arcadicis conferendus omnino Strabo VIII, 8. init. —

V. 170—180.

Commodissima duplex patria, duarum ancorarum instar. Deus illi in posterum quoque propitius sit, Neptunusque incolumem illi reditum præbeat, mihi vero florem carminum foveat! ἀγαθαὶ κ. τ. λ. De hujus proverbii usu v. Heynius Böckhiusque. Duplicem quidem Agesiæ patriam significari, vett. viderunt, acute vero Böckhius invidiæ admonet, qua Agesias tum laborabat, postea peribat. — *τῶνδ' ἐκείνων τε*. Schol. vet. v. 174 (coll. rec. v. 170): *Θεὸς οὖν τῶν Ἀρκάδων τὴν μοῖραν καὶ τὴν τῶν Συρακουσίων παρέχοι τῷ Ἀγησίᾳ καλλίστην* (Verum non hi antea *exprimuntur*, sed ancoræ duo).

Adstipulantur Both. Böckh. Sed vide, ne formula ita capienda sit, ut similis *τῶν καὶ τῶν* apud Nostrum. Olymp. II, 98: *Τῶν τε καὶ τῶν καιρόν, variarum rerum agendarum occasionem*, coll. ibid. Heynio. Deinde *φιλέων* ad antecedentia trahe, non ad sequentia. — *Δέσποτα ποντόμεδον. Neptune.* Reditum parabat Agesias per mare Siculum, coll. schol. vet. v. 177. init. Deinde idem erat Agesiæ gentis auctor, monente schol. rec. v. 179. Böckhioque. *πλόον* improprie interpretantur scholl. quædam minus bene. — Vocem *χρυσαλάκατος* docte illustrat Böckhius. — *καμάτων ἐκτὸς ἑόντα*, i. e. *εὐπλοΐαν*, quod habes in loco Q. Smyrnæi. — *πόσις Ἀμφιτρίτας.* Q. Smyrnæus VII, 374: *Τοῖσι δ' ἄρ' εὐπλοΐην πόσις ὤπασεν Ἀμφιτρίτης.* In Amphitrites mentione explicanda Böckhii ratio eligi poterit. — *ἐμῶν δ' ὕμνων ἄεξ' εὐτερπὲς ἄνθος.* Olymp. I, v. 74. Anthol. Palat. II, 366 (Christodori *Ἐκφρασις*): *Μελίφρονος ἄνθος ἀοιδῆς.* Bacchylides Anthol. gr. Lips. T. I. p. 83: *Μελιγλώσσων ἀοιδῶν ἄνθεα.* Schol. rec. v. 179: *Αὔξον, τερπνὸν ποιεῖ.* Ibidem: *Ἡδεῖς τοὺς ὕμνους τοῖς δεχομένοις καὶ κρείττονας τῶν ἄλλων ποιεῖ.* Ceterum nostro loco firmari videtur conjectura Scaligeriana Anacr. LIII, init.: *Συνέταιρ', ἄεξε μολπάν*, pro *συνέταιροι, αὔξοι μέλπειν* etc. De *ἀέξειν* v. Näkium ad Chörilum p. 232. 33. — Denique similibus precibus desinit Olymp. I.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Ζ'

ΔΙΑΓΟΡΑΙ ΡΟΔΙΩΙ

ΠΥΚΤΗΙ.

V. 1—22.

Ut quis genero phialam auream propinans donat vino plenam, ita ego carmen victoribus. Felix, quem fama celebrat, qui Gratiæ favor aliis alio tempore contingit. *φιάλαν ὥς τις κ. τ. λ.* Hanc formam despondendi filiam illustrat Böckhius Explicc. p. 168. Ad eandem rem pertinere puto Sapphus fragmentum XXVII (Volger. p. 79), ubi habes convivas libantes sponsoque fausta precantes:

Κοινᾷ δ' ἄρα πάντες
καρχήσι' ἔχον καὶ ἔλειβον·
ἀράσαντο δὲ πέμπαν ἐσλὰ
τῷ γαμβρῷ.

Himer. Or. I, 21 (Wernsd. p. 366): *Ἵνα τῷ γαμηλίῳ κρατῆρι ποτὲ καὶ τὴν γενεθλίων σπονδὴν συνάψωμεν. — ἀφνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλών.* Schol. rec. v. 1: *Τὸ δὲ ἀφνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἢ πρὸς τὸ ἑλὼν σύναπτε, ἢ πρὸς τὸ δωρήσεται· κρεῖττον δ' ἔστι τὸ πρῶτον· τὸ δ' οὕτως ἔχει· ἑλὼν ἀ. ἀ. χειρός, τουτέστιν αὐτὸς ταύτην κατέχων, ἐπεὶ ἑτέρῳ ἔδωκεν, ὥσπερ ἀπὸ τῆς κατεχούσης αὐτὴν χειρὸς ταύτην ἀφεῖναι τὴν κύλικα.* Böckhius: *Pater puellae phialam, quam altera manu tenet, altera ipse*

comprehendit, et sponso propinat. Sed vide, ne simplicius sit *ἀπὸ χειρὸς* pro *χειρί*, coll. Matth. Gr. gr. §. 401. not. 2. p. 543. Neque deinde hanc phialæ comprehensionem donationi ejusdem oppositam cum scholiasta putem. Socer mihi phialam de mensa tollit manu, puto, elata, generoque propinat. Hæc est prima loci eximii pars admodum graphica. Descriptione breviore minusque gravi *manus* omissa foret, simpliciterque *socer ipse*, dives dictus, phialam prehendisset. — *ἀμπέλου δρόσῳ. Vini rore, vino.* Nonn. Dionys. XVIII, 125: *Βακχιὰς ἀμπελόεσσα ἐέρση.* XIX, 54: *Ἀμπελόεσσαν ἐέρσην.* XXV, 441: *Αὐτοχύτου νεκταρέου ἐέρσης.* Anthol. Palat. V, IV, 2 (Philodemus): *Ἐλαιρῆς δρόσον*, olei. Eurip. Jon. v. 1175: *Σμύρνης ἱδρῶτα.* Similiter Virgil. Aen. VI, 230: *Rore olivæ.* Apud P. *δρόσος* et *ἔερσα* omnis generis liquor est, coll. indd. Nec aliter apud alios, coll. Mont. ad Eurip. Hippol. 126 (Lips. p. 22). Vocem Romanorum illustrat J. Potter. ad Lycophr. Cass. v. 322 (Müller. p. 1448). — *κακχλάζουσαν. Aestuantem, frementem.* Vox de undarum strepitu petita, coll. iis, quos citat Monkius ad Eurip. Hippol. v. 1206 (Lips. p. 143), in glossario Aesch. Prom. v. 90 (Lips. p. 87). Adde Orph. Argon. v. 1261; *Κύματι κακχλάζοντι.* Nonn. Dionys. XXIII, 320: *Κακχλάζων οἴδματι φωνῆς.* XXIV, 23: *Κακχλάζοντα Ὑδάσπην.* Q. Smyrn. II, 345: *Ποταμὸς βαθυδίνης κακχλάζων.* Adde virorum doctorum notata ad Olymp. IX, init. Pyth. IV, 318. Vix differet *παφλάζω.* Nonn. Dionys. VI, 221: *Πάφλαζε νῶτα θαλάσσης.* Id. Convers. Evangel. Joh. XIX, 65: *Παφλάζοντι μύθῳ.* Opp. Hal. V, 208: *Παφλάζων ὀδύνῃσιν.* Tryphiod. v. 546: *Θύελλα παφλάζουσα.* Musæus v. 204: *Πυρὶ παφλάζων.* — *δωρήσεται.* Indicativus pro

aoristi subjunctivo positus, quem inprimis *ὥσεί τε* regit, coll. Viger. p. 521. — *γαμβρῷ*. Schol. vet. v. 5: *Γαμβρὸν χυρίως τὸν νυμφίον λέγουσι δηλοῦν.* Is Pindari usus (coll. indd. Böckhioque) et aliorum. Sappho fragm. LI (Volger. p. 108): *Οὐ γὰρ ἐτέρα ἦν παῖς, ὦ γαμβρέ, τοιαύτα.* Eadem fragm. LXVI (Volger. p. 125): *Χαῖρε, νύμφα, χαῖρε, τίμια γαμβρέ, πολλά.* Uterque locus ex epithalamiis Sapphus petitus est. De latiore *γαμβροῦ* significatu videantur Volgerus ad Sapph. p. 64., Monkius ad Eurip. Hippol. v. 631 (p. 79. Lips.)., Schneider. Lex. gr. v. *γαμβρός*. — *προπίνων.* Schol. vet. v. 1: *Προπίνων καὶ αὐτὴν τὴν φιάλην δωρούμενος.* Rec. ibid.: *Προπίνων, τουτέστιν ἅμα τῷ πόματι καὶ τὴν φιάλην χαριζόμενος.* Addo scholl. v. 5. Sed hoc a loco nostro alienum, qui phialæ *collationem* singulari verbo *δωρήσεται* expressam habet. Hinc vv. *οἴκοθεν οἴκαδε* verbo potissimum *δωρήσεται* adhærent. — *πάγχρυσον.* *Auro solidam*, non inauratam, qualia plerumque fuerunt opera Græcorum aurea. — *κορυφὰν κτεάνων.* Prioris prædicati repetitio. Schol. vet. v. 1: *Τίμιον καὶ ἄκρον οὖσαν τῶν τοῦ πλούτου κτημάτων.* Rec. ibid.: *Ἐξαίρετον τῶν ἄλλων κτεάτων.* Non aliter scholl. rell. Adde Nostrum Nem. IX, 20: *Ἱππείων ἄθλων κορυφάν.* X, 59: *Ἀέθλων κορυφαῖς.* Ceterum nostros vv. cum sequenti *τιμάσας* jungit schol. rec. v. 1: *Τιμήσας τὴν πάγχρυσον κορυφὴν τῶν κτεάτων, τουτέστι τὸν αὐτῷ προσόντα χρυσόν.* Frigidum. — *συμποσίου τε χάριν.* Schol. rec. v. 1: *Τιμήσας καὶ τὴν χάριν τοῦ συμποσίου καὶ τὸ ἐὸν καὶ ἴδιον κῆδος καὶ συγγένειαν, τουτέστι τίμιον τὸ συμπόσιον τῇ φιλοδωρίᾳ ποιήσας.* Ibidem: *Τὸ ἐπαγωγὸν τοῦ συμποσίου τιμήσας περιφραστικῶς, τουτέστι τὸ συμπόσιον.*

Similiter Böckhius: *Convivii gratiam et hilaritatem hac re augens*. Sed græce vix puto dicetur *χάριν τιμᾷν*. Deinde schol. vet. v. 1: *Συμποσίου, διὰ τοῦ δώρου τὴν ὀφειλομένην χάριν ἀποσώσας*. Vet. v. 8: *Συμποσίου, ἀντὶ τοῦ τῶν ἐν τῷ συμποσίῳ, ὅπως δόξῃ καὶ χαριστικός τις εἶναι παρὰ τοῖς πίνουσιν*. Laboriosum contortumque et hoc. Redeundum itaque ad vulgatam: *Decus* (*Gratiam quandam*) *convivii*, i. e. phialam illam. Hæc enim invicem opponuntur: *Est vas istud non modo opum soceri quoddam ornamentum ac deliciæ, sed et convivii, quod idem agit. Ornat prae aliis tum opes, tum convivium ejus.* —*κᾶδός τε τ. ἑ.* Ad *κῆδος* cfr. Bekker. Anecdd. p. 103, 32. Deinde *τε* et *τιμάσας* participium *προπίνων* spectant. *Donat illi phialam propinans eoque cognationem* (generum cum suis) *honorans*. Schol. vet. v. 1. abstractum retinere videtur: *Τὴν ἑαυτοῦ συγγένειαν πρὸς τὸν νεανίαν*. — *ἐν* cum Mingarello absolute (*atque ita*) sumendum, coll. Heynio. Neque tamen ejusdem generis est Olymp. XIII, 31., ubi *ἐναν̓θεῖ* jungendum est. Poteris quoque *συμποσίῳ* (*ibidem*) repetere, ita tamen, ut *φίλων παρεόντων* loco suo non moveatur. Sed præstat ratio Mingarelliana. — *φίλων παρεόντων*, qui accumbentes felicitati ejus congratulantur. — *ϑῆκε*. Aoristum nolim valde premi, ut Böckhius fecit. — *ζαλωτὸν ὁμόφρονος εὐνᾶς*. Schol. vet. v. 1: *Ἕνεκα τῆς ὁμοφροσύνης, ἣν ἔχει ὁ νεανίας πρὸς τὴν τοῦ δωρησαμένου ϑυγατέρα*. Diligentius erit: *Ob conjugii futuri concordiam*, coll. *γαμβρ.* v. 5. Schol. rec. ibidem: *Ἕνεκα τῆς συναφείας τῆς γαμικῆς, ἥτις ἐξ ἀνάγκης ἕπεται ἡ ὁμοφροσύνη*. Poterit quoque *ὁμόφρ.* prædicatum *εὐνᾶς* epicum esse, non valde premendum. Sed priora præplacent. —*νέκταρ χυτόν*. Schol.

vet. v. 12: *Ἀυτόχυτον καὶ ἄκρατον.* Ibidem: *Αὐτόματον.* Nonn. Dionys. XIV, 435: *Αὐτόχυτον νέκταρ Ὀλύμπου.* XLII, 96: *Νέκταρος αὐτοχύτοιο.* Idem ibid. VII, 77. 89. XI, 518. XVIII, 125. Sed *χ. ν.* est *fluidum* n., ut Anth. Pal. VI, LXVI, 7 (Paulus Silentiarius): *Χυτῆς θαλάσσης.* Nonn. Convers. Evang. Joh. XXI, 12: *Χυτῆς ἁλός.* Nec diversum *νέκταρος ποτῷο* in hymno Incerti in Apollinem (Anacr. Fisch. p. 258). — *Μουσᾶν δόσιν.* Ut hoc loco poeseos nectar Musæ conferunt, ita Nem. VII, 17. carmina *ῥοαὶ* sunt *Μουσᾶν.* — *πέμπων.* *Mittere* hymnos victoribus *solebat*, quod e forma loci nostri sententiosa sequitur. *Exempla* hujus missionis v. Olymp. VI, 153. IX, 33—37. Pyth. II, 126. Nem. III, 134. Fragm. Scol. III, 2 (Heyne T. III. p. 25. Böckh. T. III. p. 614). Deinde vix verum est, quod Bothius habet, stropham primam agere de Diagora. Generaliter enim poeseos suæ consilio aperto, Olympiæ Delphorumque mentione Diagoræ laudem sollummodo præparat, quam stropha II disertis verbis exponit. — *γλυκὺν καρπὸν φρενός γ'.* (Ahlw.: *φρενῶν* ob duo loca sequentia): *Fructum mentis*, i. e. mente editum dicit, idem quod Musarum antea donum vocaverat. Cf. Pyth. II, 135: *Καρπὸν φρενῶν, prudentiam.* Nem. X, 22: *Φρενῶν καρπόν, cogitationem.* Fragm. incert. XLI (Heyne T. III. p. 102. Böckh. T. III. p. 670): *Πραπίδων καρπόν, cogitationem.* — *ἱλάσκομαι Οὐλυμπίᾳ Πυθοῖ τε νικώντεσσιν.* Schol. vet. v. 12: *Ἱλαροὺς αὐτοὺς καὶ εὐχαρίστους ἀποτελῶν.* Sed dativus oblationis cujusdam, s. doni s. sacrificii notionem involvere videtur. De v. cfr. Schneid. Lex. gr. v. *ἱλάω.* — *ὁ δ' ὄλβιος, ὃν φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί.* *Felix, quem famae tenent bonae.* In scriptione priorum vocalarum ambigit schol. rec. v. 17.,

scribendumne sit ὅδ' (hic est) ὄλβιος, ὃν κ. τ. λ., an ὁ δ' ὄλβιος (οὗτός) ἐστιν, ὅν. Ad sensum schol. vet. v. 17: *Γνωμικῶς, ἢ ἰδίως, ὃν ἂν εὐφημήσω.* Latius meliusque, sequentia huc trahens, schol. rec. ibid.: *Ἃς οἱ ὕμνοι ποιοῦσιν.* Hac posita interpretatione nexus cum antecedentibus erit: *Dulce est carmen* (γλυκὺν κ. φ.), *quod victoribus propino. Et beati* (s. *beati enim*) *sunt isti, quos* etc. — κατέχουτ'. Verbum ignominiæ junctum v. Pyth. I, 187: Ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾶ φάτις. Alibi κατέχω et simplex ἔχω de sono etc. valet, qui locum aliquem complet, coll. Wüstem. ad Eurip. Alc. v. 354. De gloriæ beatitudine v. Isthm. VI, 17. Sed Pyth. I, in. gloriam secundo loco ponit. — Verum ea gloriæ felicitas rara est, quum, quæ illam confert, Gratia alio tempore aliis faveat. — ἄλλοτε δ' ἄλλον. De hac formula v. ad Olymp. II, 62. p. 95. — ἐποπτεύει Χάρις. Sic scribendum, non χάρις, propter ἐποπτεύει personale. Anthol. Palat. VI, cccxiii, 1—3 (Bacchylides):

Κούρα Πάλλαντος πολυώνυμε, πότνια Νίκα,
πρόφρων Κραναίων ἱμερόεντα χορὸν
αἰὲν ἐποπτεύοις.

Similiter Noster Pyth. III, 151: *Λαγέταν γάρ τοι τύραννον δέρκεται, εἴ τιν' ἀνθρώπων, ὁ μέγας πότμος.* De sensu deinde Χάριτος schol. vet. v. 19: Ἀρίσταρχος χάριν ἀκούει τῆς εὐδαιμονίας· βέλτιον δὲ τὴν τῶν ποιημάτων. Ibidem: Ἡ τῆς νίκης, adstipulante Böckhio. Aliis secunda ratio placebit ob musices mentionem in sequentibus, quam v. 23 sq. suo quoque muneri applicat. Bothio vox est „die Wonne des Ruhms und des Siegsliedes." Immo vero Gratia est Pindarica, s. ista Dea, quæ omne bonum pulchrumque mortalibus confert, et h. quidem loco

poeseos

poeseos ornamentum (ob musices mentionem coll. Olymp. III, 13.) concessâ victoriâ. — *ἁδυμελεῖ φόρμιγγι.* Ad priorem v. cfr. indd. pindd. Tibiæ jungit Nonn. Dionys. XXIV, 217: *Ἡδυμελὴς αὐλὸς ἐρώτων.* — *παμφώνοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν.* Prima vox (schol. rec. v. 21. coll. vet. v. 19: *Πολυφθόγγοις*) iterum tibiarum epitheton Pyth. XII, 34. Isthm. V, 35., sed Pyth. III, 29. *ὑμεναίων.* Nec non citharæ apud Menandrum Chörobosci (Bekker. Anecdd. p. 1431). [1]) Anthol. Palat. IX, CCLXXX, 6 (Apollonidas): *Παμφώνων ἀπὸ στομάτων.* Ibid. T. II. p. 714. Epigr. CCXC, 6 (Antipater Thessalon.): *Παμφώνοις χερσί*, manibus Pyladæ histrionis quasi loquentibus, ubi conf. Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. VIII. p. 309. — *ἔντεσιν.* Pyth. XII, 37. nudum *σὺν ἔντεσι* ponitur pro *σὺν αὐλοῖς*, s. *αὐλῶν ἔντεσι.* — Ad conjunctionem citharæ tibiæque v. interprr. Olymp. III, 13. —

V. 23—35.

Venit poeta ad laudes victoris patrisque ejus, præmisso Rhodi encomio. — *καί νυν.* Hæc ipsa non obscure monstrant, strophæ antecedentis sensum generalem esse, licet præparantem sequentia, coll. ad v. 16. — *σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν*, profectione poetica. Solet enim mittere hymnos suos, coll. ad v. 16. Vide quoque nott. ad Olymp. VI, 37 sqq. Pyth. I, 148 sqq. Et Diagoras

1) Meineke in sua Menandri Philemonisque edit. p. 107: „Choeroboscus Ms. apud Bekk. An. Gr. III. p. 1431: *Χέλυς χέλυος. σημαίνει δὲ τὴν κιθάραν· π ά φ ω ν ε οὐρεία χέλυς. Μένανδρος ἐν Λευκαδίᾳ.* Non expedio.“ Lege *π ά μ φ ω ν ε*, emendatione certissima.

viam quasi monstrat (schol. rec. v. 23: *Διαγόρα τὴν ὁδὸν ἡγουμένου*), sc. victoriâ suâ, ut Agesiæ mulæ Olymp. VI, 41. Jungentibus *ὑμνέων Ῥόδον σὺν Διαγόρᾳ* verborum ordo minus favet. De his poetarum itineribus consulatur quoque Welckerus ad Alcman. p. 49. Ceterum hoc verbo electo *descensum* ad mare diligenter exprimit, ut alibi quoque, coll. Pyth. III, 128. IV, 335. — *τὰν ποντίαν ὑμνέων παῖδ' Ἀφροδίτας Ἀελίοιο τε νύμφαν Ῥόδον.* Optime junges: *Ὑμνέων τὰν ποντ. Ῥόδ., παῖδ' Ἀφρ. νύμφαν τ' Ἀελίοιο.* Neque obstat magnum inter *ποντ.* et *Ροδ.* spatium. Cfr. Olymp. I, 151. (ibique alia e Nostro citt. p. 59.): *Τὸ δὲ κλέος τηλόθεν δέδορκε τῶν Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις Πέλοπος.* Fragm. Dithyr. X (Heyne T. III. p. 74. Böckh. T. III. p. 579): *Λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθῆναι.* Similiter v. 132. huj. carm. Est igitur Rhodus *ποντία* ut Cyprus Nem. VIII, 31: *Ποντίᾳ ἐν Κύπρῳ.* Olymp. VIII, 64: *Ἐπ' Ἰσθμὸν ποντίαν.* His addo bonum schol. rec. v. 23. coll. vet. ad v. 24. fin.: *Ῥόδον τὴν θαλασσίαν, τὴν παῖδα τῆς Ἀφροδίτης, καὶ νύμφην, ἤγουν γυναῖκα τοῦ Ἡλίου· τὴν ἡρωΐδα δὲ λέγει, συμπεριλαμβάνει δὲ αὐτῇ καὶ τὴν νῆσον.* Aliter jungunt scholiastarum alii, assentiente Heynio. Deinde *ποντ.* poteris cum *παῖδ'* jungere (coll. schol. vet. v. 24. et Thiersch.), vel pro subjecto sumere, quod Bothius fecit: „Die meerliche Grüfsend, Aforditens Tochter Und des Aelios Gattin, dich, o Rhodos." Sed primum præstare videtur. — *ὑμνέων* idem quidem esse poterit, quod *ὑμνήσων* coll. Pyth. I, 101. Sed ob *ὄφρα αὐνέσω* simplex præsens præplacet. Nostrates dicent: Unter Gesängen etc. — De parentibus Rhodi nymphæ docte agit Böckhius Explicc. p. 169. A solis

cultu denominatam, nota res. Anthol. Palat. IX, CCLXXXVII, 4 (M. Argentarius): *Ἡελίου νῆσον ὅτ' εἶχε Νέρων.* — *εὐθυμάχαν.* Schol. rec. v. 23: *Ἄτρεπτον ἐν μάχαις, ὁμόσε χωροῦντα.* Cfr. quoque schol. rec. v. 25. vet. v. 28. Adde Heynium. — *πελώριον ἄνδρα.* Ob ingentem staturam, de qua v. scholl. v. 28. — *παρ' Ἀλφειῷ στεφανωσάμενον.* Medium pro passivo, ut in eodem verbo v. 148. et alibi coll. indd. Videatur Matth. Gr. gr. maj. 689 sq. De futuro medii pro f. passivi apud poetas frequenti docte agit Monk. ad Eurip. Hippol. v. 1458. — *πυγμᾶς ἄποινα.* Jungunt quidem *στεφανωσάμενον πυγμᾶς ἄποινα.* Sed præstat ordo naturalis, coll. schol. rec. v. 23. et Böckh., qui bene ad sensum affert Pyth. II, 28. Nem. VII, 23. Isthm. III, 11. De nexu cum *αἰνίσω* ita schol. rec. v. 23: *Εἰς ἄποινα, ἀντὶ τοῦ εἰς ἀμοιβήν.* Esse potest absoluta constructio, appositionis forma singularis, quam in utraque lingua variis sententiis breviter exprimendis inservire constat. Matth. Gr. gr. p. 598. not. 2. Tacit. Annal. I, 3 (coll. ibid. Oberl.): *Ceterum Augustus, subsidia dominationi, Claudium Marcellum, sororis filium, admodum adolescentem, pontificatu et curuli ædilitate, M. Agrippam, ignobilem loco, bonum militia et victoriæ socium, geminatis consulatibus extulit.* — *καὶ παρὰ Κασταλίᾳ.* Idem quod Pyth. V, 40: *Ὑδατι Κασταλίας ξενωθείς.* Adde indd. pindd. — Böckh. ad v. 16: „Ex proximis et v. 17 (28) patet, Diagoram etiam Pythia vicisse, etsi in recensu victoriarum Diagoræ versus finem carminis Pythia omittuntur hanc ipsam ob causam, quod ea jam in hoc initio memorata sunt: statim hoc loco autem una cum Olympico decore Pythium poeta nominat, aut quod hoc post Olympicum nobilissimum

est, aut quod ante Olympicam victoriam novissimum." Similiter Thierschius (Pind. T. II. p. 321 sq.): „Er kündigt sich im Allgemeinen als einen Lobgesang auf die zahlreichen Siege des gewaltigen Mannes an, von denen der olympische und die pythischen v. 10. als die glänzendsten im Eingange angedeutet, u. v. 15. als Hauptgegenstand hervorgehoben, die übrigen aber gegen das Ende v. 80 ff. aufgezählt werden." De Bothio v. supra p. 239. Quod v. 16. attinet, mihi quidem ii non persuadent, qui jam eo loco Diagoræ victoriam Olympicam et Pythiam memorari volunt. Hoc fit proxima demum stropha. Crimini repetitionis objiceremus Pindarum, si istud statueremus. Immo prima stropha ab omni parte sententiosa est, laudandique Diagoræ officium *ita tantum præparatur*, ut locos aliquot Græciæ certaminibus sacros apponat. Bene autem Olympia Pythoque memorantur, ut nobilissimi inter illos conventus. [2]) Jam vero uterque locus facit, ut P., ubi ad Diagoram laudandum pervenit, cum victoria ejus Olympica Pythiam quoque prædicet, sub finem carminis in reliquarum ejusdem victoriarum recensu, ubi ad Olympicam recurrit, non amplius repetitam. — *ἀδόντα Δίκα.* Schol. vet. v. 32: *Δίκαιον.* Ibidem: *Τὸν ὅσιον καὶ εὐσεβῆ.* V. ad Olymp. I, 145. p. 54 sqq. Böckhius prytanin inter populares fuisse putat. — *Ἀσίας εὐρυχόρου.* Cum alia *χοροῦ* compositio nostræ similis, sc. *καλλίχορος*, in regionis alius de-

2) Olymp. IX, 28 sqq. de Opunte: *Θάλλει δ' ἀρεταῖς ἴσον τε Καστάλίᾳ παρ' Ἀλφειοῦ τε ῥείθρον.* Hunc locum ad eandem regulam refero. Ille enim civis Opuntius alibi quoque praeter Olympiam victoriis inclaruerat, coll. v. 124 sq., *ad Castaliam non itidem*.

scriptione occurrat (Pyth. XII, 45), nolim statuere, *εὐρύχορον* idem esse quod *εὐρύχωρον*, „cum epicus usus necessitate coactus penultimam corripiat“, coll. Heynio Böckhioque. Immo etyma diversa sunt, et Asia est *patens choris agendis* (ut Agrigentum *pulchrum choris*), ideoque (prosa oratione) *spatiosa*, [3]) cujus significatus cum altero *εὐρύχωρος* consensus casui debetur. De permutatione literarum *ω* et *o* in v. *εὐρύχορος* v. Heyn. ad nostrum locum et Elmsleyum ad Eurip. Bacch. v. 87 (Matth. 82.) Lips. p. 19. Ceterum frequens est *εὐρύχορος* locorum prædicatum poeticum, regionum, urbium etc. Posterius illustrabo ad Pyth. VIII, 77. De priori v. sequentia. Anthol. Palat. T. II. Appendix etc. p. 830. Epigr. CCXXXIV, 9 (Incertus): *Τὸν χθονὸς εὐρυχόρου δὲ καὶ ἀτρυγέτης μεδέοντα*, s. imperantem *terrarum orbi*. Q. Smyrn. IV, 524: *Δι' εὐρυχόρου πεδίοιο*. Pyth. IV, 75: *Λιβύας εὐρυχόρου*. Anthol. Palat. VII, LII, 1 (Demiurgus): *Ἑλλάδος εὐρυχόρου*. Ibid. T. II. Appendix etc. p. 832. Epigr. CCXLI, 2 (Incertus): *Ἑλλάδος εὐρυχόρου*. Non aliter de viis plateisque. Pyth. VIII, 77: *Ἅβαντος εὐρυχόρους ἀγυιάς*. Eurip. Bacch. 81 (ibique Elmsl.): *Ἑλλάδος εἰς εὐρυχόρους ἀγυιάς*. Oraculum apud Demosth. *κατὰ Μειδίου* p. 530, 22 (Reiske, monente Monk. ad Eurip. Alc. v. 1174. coll. Elmsl. ad Bacch. supr. cit.): *Εὐρυχόρους κατ' ἀγυιάς*, Athenarum sc., ubi sermo est de sacris faciendis *choreisque instituendis*. Atque ex ultimis adjectivum nostrum manasse puto, deinde latius urbium, terrarum, terræ ipsius prædicatum evasisse. — *ἐμβόλῳ*.

---

3) Anthol. Palat. T. II. Appendix etc. p. 801. Epigr. CXXI, 1 (Incertus): *Ἀσίδος εὐρυ̃ης* (spatiosae) *προφερέστατον οὖδας ἁπάντων*.

Schol. vet. v. 33. coll. rec. v. 34: *Ἐν Λυκίᾳ δέ ἐστι πόλις Ἀρύκανδα καλουμένη, ἧς πλησίον ἱερόν τι χωρίον, ὃ πρότερον μὲν Ἔμβολος ἐκαλεῖτο διὰ τὴν θέσιν τοῦ χωρίου· ἐκ γὰρ πολλῶν καὶ πλατέων τῶν παρακειμένων πέτρων εἰς ὀξὺ λήγει μέρος ἡ χώρα· νῦν δὲ προσονομάζεται Τριήρης ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας, ἐπεὶ ὥσπερ πλοίῳ προσέοικεν ἡ θέσις τοῦ τόπου. Ἐπεὶ οὖν μάλιστα ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ θρησκευτήριόν ἐστιν Ἡλίου, Ῥόδιαι δὲ ἐξ Ἡλίου, διὰ τοῦτο ὡς οἰκειοτέρου καὶ προσφορωτέρου μέμνηται τοῦ τόπου.* Arridet Heynio docta Græci narratio, obloquente Böckhio: „Quo minus de *Embolo* sive Triere Lyciæ loco cogites, tum additum *Ἀσίας εὐρυχόρου* impedit, tum quod is locus prope Arycandam mediterraneus fuit.“ Sed *εὐρύχορος* variis spatiis tribui, antecedentia evicerunt. Deinde pro *Ἀρύκανδα* scholiastæ, a mari remotiore, legi poterit *Ἀρίκανδα*, mari multo propior, coll. tabula *Reichardi* geogr., cui inscribitur: *Asia minor* etc. Post hanc Aricandam incipit promontorium, *ἐμβόλου* sane forma in mare procurrens, supra eandem vero Aricandam occurrit *Rhodia* locus, unde non parva fides scholio, inprimis ultimæ ejus parti accrescit. Böckhius Peræam Caricam eligit, cunei forma in mare exeuntem, quod eo saltem nomine laudandum est, quod hic locus Rhodo propior est, quamquam locus ille Lyciæ Rhodi promontorio meridionali oppositus saltem, nec adeo remotus dici potest. Ego schol. pro ficto non habuerim. Idem schol. minus bene: *Δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἐκ μέρους περιφράσεως νοεῖσθαι, τῇ τῆς Λυκίας πλησίον ὑπαρχούσῃ.* [4]) — *Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ.* Schol.

4) Pro Peraea poteris alias quoque istarum regionum partes eligere, in mare cuneorum forma exeuntes, coll. tab. supra

vet. v. 33: *Δίδυμος δέ φησι, καὶ τετάρτην εἶναι πόλιν τὴν νῦν Ἀχαιῶν καλουμένην.* Vet. v. 35: *Σὺν πλήθει Ἀργείων ναίοντας διὰ τοὺς κατελθόντας σὺν Τληπολίμῳ.* Simplicius erit: *Suis ipsorum armis (virtute), qui genere Argivi sunt* ob Tlepolemum.

V. 36—56.

Venit poeta ad Diagoræ, Damageti Rhodiorumque majores, ab Hercule descendentes. *ἐθελήσω.* Notabile futurum, cujus aliud exemplum desidero. Böckhio formula *ἐθελήσω διορθῶσαι* pro *διορθώσω θέλων* (haud invitus) posita videtur. Poterit quoque futurum desiderii quoddam signum esse, pro optativo. — *τοῖσιν.* Heynius Böckhiusque idem esse quod *οἷς* putant. Unde quid lucri interpretatio capiat, nescio. Immo stropharum systema secundum, quod carminis totius partem epicam inchoat, melius ab antecedentibus separabitur. Sensum pronominis explicat schol. rec. v. 36: *Διαγόρᾳ καὶ Δαμαγήτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις Ῥοδίοις.* Priores eligendi erunt ob nexum cum proxime antecedentibus, posteriores præcipue ad Rhodiorum Heraclidas restringendi, cum in his narratio sequens fere tota versetur, licet prima antistropha generalem Rhodi laudem polliceri videtur. Schol. vet. v. 39 (coll. vet. v. 36): *Τοῖς Ῥοδίοις ἀπὸ Τληπολέμου Ἡρακλείδαις οὖσιν.* Posteriores Heraclidis et Cercaphidis utuntur pro Rhodiis, coll. Anth. Pal. VI, CLXXI, 7 (Incertus). Ibid. T. II. p. 623. — *ξυνὸν λόγον, communem hominibus modo allatis.* — *ἀγγέλων*, quasi nuntius quidam et præco illorum gloriæ, ideo *clara voce*, coll. Pyth. IX, init., ubi iterum *ἀγγέλλων* alii verbo junc-

---

cit. Denique vide, ne sit *ἔμβολον* h. l. non continentis, sed marium istorum pars, sc. unus istorum sinuum propinquorum. Verum scholii narratio omnino eligenda.

tum vides ut Pyth. I, 62. Schol. rec. v. 36. jungit *ἀγγέλλων ἐξ ἀρχῆς ἀπὸ Τληπολέμου*. Prior ratio usu pindarico commendatur. — *διορθῶσαι*. Scholl. rec. v. 36: *Ἀκριβῶσαι, διακριβῶσαι, διασημῆναι, ὀρθῶς εἰπεῖν, ἰθῦναι*. Sed v. ad Olymp. III, 5. p. 132. Simillimum nostro illud Aeschyleum Choeph. v. 769: *Ἐν ἀγγέλῳ γὰρ κρυπτὸς ὀρθῶται λόγος, nuntius absconditum erigit (manifestum facit) sermonem.* [5]) Adde nos ad Pyth. I, 137. — *ἀμφὶ δ' ἀνθρώπων φρεσὶν ἀμπλακίαι ἀναρίθμητοι κρέμανται*. Schol. vet. v. 36: *Βούλεται δὲ τῆς Τληπολέμου φυγῆς ὑπεραπολογήσασθαι*. Similiter vet. v. 43. Excusatio apud alios non rara. Eurip. Hippol. v. 610: *Σύγγνωθ'· ἁμαρτεῖν εἰκὸς ἀνθρώποις*. v. 1423: *Ἀνθρώποισι δέ, Θεῶν διδόντων, εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν*. Apoll. Rhod. IV, 1016: *Ἀνθρώπων, οἷσιν ἐς ἄτην Ὠκύτατος κούφῃσι θέει νόος ἀμπλακίῃσιν*, simili excusatione. *Nati patre deo, sed matre mortali, ab errore non immunes erant, quo ne sapiens quidem vacat* v. 55. De sensu v. *ἐπικρέμαμαι* apud P. metaphorico conf. indd. — *φρεσὶν ἀμπλ.* Pyth. III, 23: *Ἀμπλακίαισι φρενῶν*. De Tlepolemi delicto v. ad v. 54. — *τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν*. Schol. vet. v. 46: *Ὅπερ νῦν τε καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος βέλτιστόν ἐστι καὶ ἐν ὑστέρῳ*. Ibidem perverse agitur de malo praesenti, quod possit in felicitatem futuro tempore abire, allato Tlepolemi exemplo. Immo duce contextu *incertum est, eane futuro tempore bona esse perseverent, quae bona nobis visa sunt primo consilii atque agendi tempore, praecipue cupiditate aliqua ad agendum motis*. Paulo aliter

5) Secundum lectionem Glasgu., assentientibus consore Schützianae (Ephemerid. litt. Heidelb. 1809. T. VI. p. 292) et Wellauero (Commentatt. Aeschyl. p. 13).

schol. rec. v. 46: *Τοῦτο δὲ λέγει ὑπὲρ Τληπολέμου πρῶτον μὲν εὐτυχοῦντος, ὕστερον δὲ δυστυχήσαντος, φόνον πεποιηκότος.* — *Τυχεῖν.* Scholl. v. 36. 46. *αὐτοῦ* supplent. Bene ad meam quidem sententiam. Prorsus quidem abesse poterat *τυχεῖν.* Sed Noster talibus pleonasmis non vacat, coll. Nem. V, 32 (monente Heynio): *Καὶ τὸ σιγᾷν πολλάκις ἐστὶ σοφώτατον ἀνθρώπων νοῆσαι,* i. e. *prudentissimum*. Sed poteris quoque *τυχεῖν* (*obvenire*) cum *ἀνδρὶ* jungere, coll. Böckh. nott. critt. p. 436. Idem puto scholio rec. v. 36. inesse: *Ὅπερ νῦν συμβέβηκεν ἀνθρώπῳ, τὸ αὐτὸ καὶ ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ τυχεῖν, τουτέστι συμβῆναι, εὑρεθῆναι.* Ubi necessario legendum: *Αὐτῷ τυχεῖν.* — *Ἀλκμήνας κασίγνητον νόθον, Λικύμνιον.* Causam necis duplicem veteres retulerunt. Schol. rec. v. 46: *Λικύμνιον νόθον κασίγνητον Ἀλκμήνης ἐκ τῆς πατρίδος αὐτοῦ εἰς Τίρυνθα* [*παραγενόμενον* Böckh.] *Τληπόλεμος στασιάσας πρὸς αὐτὸν ἀπέκτεινεν ἐλαΐνῳ ῥοπάλῳ βαλὼν πόῤῥωθεν. οἱ δέ φασιν, ὅτι βοῦν πλῆξαι θέλων καὶ ῥάβδον πόῤῥωθεν ῥίψας, ἀποτυχὼν ταύτης βάλλει Λικύμνιον καὶ ἀναιρεῖ.* Apollod. II, 8, 2. pro bove servum Licymnii habet.[6]) Sæviora eligit Noster, sed mitigat suo more, cum *ἀμπλακίαν* (v. 44) dicat facinus ortumque iracundia (v.

---

6) Schol. vet. v. 49: *Αἰτία δὲ τῆς ἀναιρέσεως ἐγένετο περί τινων τιμῶν· οἱ δὲ περὶ Δεινίαν καὶ Δέρκυλλόν φασιν, ἀκούσιον τὸν φόνον γενέσθαι,* coll. vet. v. 50. Diodor. Sic. IV, 58: *Τληπόλεμον δὲ τὸν Ἡρακλέους ἐν Ἄργει κατοικοῦντα λέγουσιν ἀνελεῖν Λικύμνιον τὸν Ἠλεκτρύωνος, ἐρίσαντα περί τινων.* Alia vide apud Apollodor. supra cit. Homerus Il. II, 661 sqq. eadem simpliciter memorat.

54), quo pertinere videntur, quæ apposui in nota anteced. Neque tamen remotam veramque delicti causam retinere videtur. Dicit enim hunc Alcmenes fratrem *νόθον*, utpote pellice natum, monente quoque Heynio ad l. atque ad Apollod. II, 8, 2. Schol. vet. v. 50 (coll. rec. v. 46. vet. v. 49): *Ἐκ Μιδέας τῆς παλλακίδος ἦν, Ἀλκμήνη δὲ καὶ οἱ αὐτῆς ἀδελφοὶ ἐκ Λυσιδίκης.* Sex legitimos e Lysidice filios habuit Electryo: *Γοργοφόνον, Στρατοβάτην, Φιλονόμον, Κελαινέα, Ἀμφίμαχον, Δηΐμαχον*, schol. vet. Vratisl. v. 49. Apollodor. II, 4, 5. pro Deimacho Chiromachum habet, additque tres alios: Lysinomum Anactorem et Archelaum. Tzetza ad Lycophr. v. 932 (Müller. p. 884): *Ἠλεκτρύωνος βασιλεύοντος σὺν τῇ γυναικὶ Ἀναξοῖ τῶν Μυκηνῶν, ὧν καὶ παῖδες, Ἀλκμήνη μὲν θυγάτηρ, υἱοὶ δὲ Στρατοβάτης, Γοργοφόνος, Φυλόνομος, Κελαινεὺς καὶ ἕτεροι, καὶ Λικύμνιος, νόθος ἀπὸ Μιδέας Φρυγιακῆς.* — Phrygia erat Midea, coll. schol. vet. v. 49. Apollodor. II, 4, 5. Tzetza modo cit. — *σκάπτῳ σκληρᾶς ἐλαίας.* Hujus arboris lignum clavis baculisque veterum haud raro inservisse, sequentia docent. Hom. Od. IX, 319: *Κύκλωπος ῥόπαλον ἐλαΐνεον.* Eâdem clava coecat Ulysses Polyphemum. Odyss. l. cit. Eurip. Cycl. v. 454 (*ἀχρέμων ἐλαίας*). Anthol. Palat. XIV, cix, 2 (Incertus): *Παλλάδος ἦν στέλεχος, Ὁ κτείνων* (pupulam monstri) *ναυηγός.* Oleaginea fuit Herculis clava. Theocr. XXV, 207: *Βάκτρον αὐτόφλοιον κοτίνοιο.* Paus. II, 31, 13: *Τὸν δὲ Ἡρακλέα λέγουσιν ἀνευρόντα τὸν πρὸς τῇ Σαρωνίδι κότινον ἀπὸ τούτου τεμεῖν ῥόπαλον.* Anthol. Palat. VI, iii, 3 (Dionysius): Hercules, *τοῦτο σοι ἀγροτέρης Διονύσιος αὐτὸς ἐλαίης Χλωρὸν ἀπὸ δρεπάνῳ θῆκε ταμὼν ῥόπαλον.* Ibid. IX,

CCXXXVII, 4 (Erycius): *Σκυτάλην ἀγριέλαιον.* Non alia Pollucis clava Apoll. Rhod. II, 33: *Καλαύροπα κοτίνοιο.* De aliis baculis v. Anthol. Palat. VI, CVI, 3 (Zonas): *Τὰν ἐκ κοτίνοιο καλαύροπα*, quæ Pani consecratur. IX, CCXXXIII, 6 (Erycius): *Σκηπάνιον κοτίνου.* Alios ligni ejusdem usus domesticos apud heroas homericos notat Sprengelius: Geschichte der Botanik. Edit. nov. T. I. p. 34. — *σκληρᾶς.* Durum inprimis olivæ lignum, coll. Forstbotanik von Bechstein. Edit. II. p. 691. Schol. vet. v. 51: *Ἀπεσκληκότος ξύλου.* Melius ligni nativa durities spectabitur. — *ἐν Τίρυνθι.* Diodorus supra cit. (schol. vet. v. 52: *Παραγενόμενον εἰς Ἄργος*) Argos urbem habet. — *ἐλθόντ' ἐκ θαλάμων Μιδέας.* Schol. vet. v. 52: *Δύναται ἑκατέρως ἀκούεσθαι, ἔκ τε τῶν τόπων τῆς πόλεως Μιδέας, καὶ ἐκ τῶν θαλάμων τῆς μητρὸς Μιδέας, ἀφ' ἧς καὶ Ἠλεκτρύωνος ὁ Λικύμνιος.* Heynius: „Ex thalamo matris Mideæ prodeuntem," i. e. „Als er aus dem Gemach Mideas trat," interprete Thierschio, coll. Both. Faciunt itaque *Mideam ut Licymnium* Tirynthe commorantem, quum cædes fieret (coll. v. 51), quamquam Midea mater proprie in urbe sua (Olymp. X, 78) Midea haud admodum remota fuisse verisimilius videri potest. Jam vertes: *Tirynthe cum occidit, quo venerat a matre sua* (*et urbe*) *Midea*. Sed vide, ne præstet alterum illud scholiastæ: Filium *Mideæ*, ut Nostro est *ἔρχεσθαι εἰς λέχος coire*, Pyth. III, 176. Tum erit locus *ἐπεξήγησις* quædam minime abundans vocis *νόθος*. [7])

7) Strabo VIII, 6: *Ἡ δὲ ἀκρόπολις* (Tirynthia) *Λίκυμνα ἐπώνυμος Λικυμνίου· διέχει δὲ τῆς Ναυπλίας περὶ δώδεκα στάδια· ἔρημος δ' ἐστὶ καὶ ἡ πλησίον Μιδέα, ἑτέρα οὖσα τῆς Βοιωτικῆς· ἐκείνη γάρ ἐστι Μίδεια, ὡς πρόνοια· αὕτη δὲ Μιδέα, ὡς*

— *τᾶς δὲ ποτὲ χθονὸς οἰκιστήρ*, *hujus quondam terræ conditor*, coll. Strab. X, 3 (de Aetolo): *Χώρης οἰκιστῆρα*. Paulo aliter Pyth. I, 59. Schol. vet. v. 54: *Τῇ δόξῃ ὁ Πίνδαρος ἕπεται τῶν ἱστορούντων, διὰ τιμάς τινας καὶ ἀρχὰς τὸν Τληπόλεμον ἐργάσασθαι τὸν φόνον.* V. quæ supra notata sunt. — *Αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ παρέπλαγξαν καὶ σοφόν.* Legendum *παρέπλαγξαν*, *aberrare faciunt* (*a via recta*), coll. Nem. X, 10. Hymn. hom. III, 255: *Ἀπεπλάγχθην δὲ νόοιο.* Eurip. Hippol. v. 239: *Παρεπλάγχθην γνώμας ἀγαθᾶς.* Deinde *παρέπλαξαν* (a *παραπλήττω*; schol. v. 56. à *πλάζω*, i.e. *πλανάω*) esset *vesanum faciunt*; haud male.— *δὲ* est *γάρ*. *Nec hoc mirum, quum non tantum omnis generis homines, sed ipsi quoque sapientes errori sint obnoxii.* Adde Böckh. nott. critt. p. 385.

V. 56—70.

Monitus a Phœbo terram petiit Tlepolemus maritimam, cui Jupiter nata Minerva aureum imbrem immisit. *μαντεύσατο*, *oraculum consuluit*, coll. Olymp. VI, 64. Pyth. IV, 290. Idem vero est *oraculum edere* Fragm. inc. cxxxv (Heyne T. III. p. 142. Böckh. T. III. p. 629). De *εἰς* pro *πρὸς* v. Matth. Gr. gr. p. 845. — *Ὁ Χρυ-*

Τεγέα. Schol. vet. Olymp. X, 76: *Ἀπὸ Μιδείας κώμης Ἀργολικῆς, ἔνιοι δὲ πόλεως, ὅθεν καὶ Ἀλκὼ ἡ Λικυμνίου ἀδελφή.* Pausan. II, 25, 8: *Καταβάντων δὲ ὡς ἐπὶ θάλασσαν, ἐνταῦθα οἱ θάλαμοί τῶν Προίτου θυγατέρων εἰσίν. ἐπανιόντων δ' ἐς τὴν λεωφόρον, ἐπὶ Μίδειαν ἐς ἀριστερὰν ἥξεις. βασιλεῦσαι δέ φασιν Ἠλεκτρύωνα ἐν τῇ Μιδείᾳ τὸν πατέρα Ἀλκμήνης. ἐπ' ἐμοῦ δὲ Μιδείας πλὴν τὸ ἔδαφος ἄλλο οὐδὲν ἐλείπετο.* Adde Steph. Byz. v. *Μίδεια*.

σοχόμας. V. ad Olymp. VI, 71. — εἶπε, *imperavit*, coll. Olymp. VI, 156. Theocr. XXX, 41: *Εἶπέν τε τοῖς ἔρωσι Τὰ δεσμὰ οἱ ᾽πιλῦσαι.* Non aliter φράζω. Eurip. Alc. v. 563: *Τοῖς τ᾽ ἐφεστῶσιν φράσον, Σίτων παρεῖναι πλῆθος.* — πλόον εὐθύν, recta via, i. e. *nullis ambagibus, illico*. Olymp. VI, fin. est εὐθὺς πλόος navigatio nullis tempestatibus obnoxia, ideoque brevis felixque. — ἐς ἀμφιθάλασσον νομόν, Rhodum. Archiloch. (Liebel.) Fragm. XXXI: *Νομὸν εἰνάλιον*. Nicandr. Ther. v. 827: *Ἅλιος νομόν*. Nonn. Dionys. I, 83: *Νομὸν ὑγρὸν Ποσιδήϊον*. Deinde Q. Smyrn. X, 222: Nympha quædam Ἀμφιάλη in insula Rhodo. — Λερναίας ἀπ᾽ ἀκτᾶς. Strabo XIV, 2: (Homerus) *οὐδαμοῦ δὴ ἐνταῦθα Δωριέας ὀνομάζει, ἀλλ᾽ ἢ ἄρα Αἰολέας ἐμφαίνει καὶ Βοιωτούς, εἴπερ ἐκεῖ ἡ κατοικία τοῦ Ἡρακλέους καὶ τοῦ Λικυμνίου· εἰ δ᾽ ὥσπερ καὶ ἄλλοι φασίν, ἐξ Ἄργους καὶ Τίρυνθος ἀπῆρεν ὁ Τληπόλεμος κ. τ. λ.* De Lerna v. inprimis Spanhem. ad Callim. hymn. in Pall. v. 46. p. 658. 59. — ἔνθα ποτὲ κ. τ. λ. Böckhius: „Oraculum Tlepolemo Rhodum non nominat, sed, ut solet, per ambages significat, insulam dicens, ubi olim Jupiter aurum pluerit in Minervæ natalibus; unde poeta rem hanc patriæ victoris honorificentissimam narrandi occasionem capit. Cave enim putes βρέχοι dicendum fuisse, si hoc verbum ad oraculum referendum sit. Directe inferuntur verba oraculi; quæ a v. 35. adduntur, poetæ sunt.“ Quæ sint oraculi verba, atque unde incipiant, nescio; id unicum scio, oraculi fuisse, sciscitanti Tlepolemo ita respondere, ut intelligeret, quænam ipsi terra ἀμφιθάλασσος petenda esset. Potèratque oraculum alio prorsus modo Rhodum indigitare, quam Noster, cujus intererat puto, nar-

ratione ista Rhodiis honorificentissima (de pluvia Jovis aurea) suæ *ἐποποιΐᾳ* proprio nomine ita præludere, ut terram Phœbi fatidici maritimam copiosius ipse significaret. Copia enim dicendi poetæ est, non oraculi, quod solito verbosius fuisset, si Rhodi suæ significationi narrationem de Minervæ natalibus addidisset, quæ salvo sensu commodissime abesse poterat. Neque enim Phœbi terra confundi poterat cum alia civitate, in quam Jupiter ipse quoque aurum pluit, Argis. Ultimus enim locus non est *νομὸς ἀμφιθαλάσσιος*. Quare existimo, oraculi verba aut omnino non (ac ne directe quidem) afferri, aut, si hoc displicuerit, vix aliam orationis partem istuc pertinere, quam quæ agit de nive Jovis aurea, poetam vero eodem nexu *suam* de Rhodiis narrationem Minervæ appositis natalibus inchoare. Quæ dicendi libertas tum non reprehendenda videtur, ubi brevitas narrandi lyrica quæritur, oraculique alicujus verba ipsa non repetuntur. — De nive Rhodiorum aurea i. e. opibus difficile est, post viros doctissimos nova afferre. Apponam tamen, forsan a Meursio egregio præoccupata, cujus tractatio non ad manum est. Anthol. Palat. VIII, ccxx, 1 (Gregorius theologus): *Χρυσὸς μὲν Ῥοδίοισιν ἐπέχλυσε.* Et ex narratione ista colorem traxisse puto laudem Adriani imperatoris Anthol. Palat. T. II. Appendix etc. p. 830. Epigr. ccxxxiv, 11 (Incertus): *Ἄσπετον ὃς πάσαις πλοῦτον κατέχευε πόλεσσιν.* Rhodiorum opes vel seculo post Christum altero adhuc satis magnas testatur Dio Chrys. Orat. XXXI (Reiske T. I. p. 595): *Τοὐναντίον γὰρ ὑμεῖς μὲν καὶ πρότερον ἦτε πλουσιώτατοι τῶν Ἑλλήνων, καὶ νῦν ἔτι μᾶλλον ἐστέ.* Ceterum idem, quod h. v. nivem dicit, infra v. 91. pluviam vocat. De nive

poetarum impropria v. Nos ad Olymp. X, 62. — *πόλιν*. *Insulam*, *civitatem*, vel simpliciter *regionem*. Pyth. VIII, 142: *Πόλιν*, Aeginam insulam. Cf. interppr. h. v. et v. 71. nec non Liebel. ad Archilochi fragmm. LXVII. LXXXVIII. p. 175. 204. Erat Rh. Nostri tempore adhuc *τρίπολις* coll. v. 34. Tempore belli Peloponnesiaci factus *συνοικισμὸς* per eundem architectum, qui Piræo s. muniendo s. *συνοικιζομένῳ* præfuit, coll. Strabone XIV, 2. — *τέχναισι*. Sollemnis Pindaro pluralis. Olymp. IX, 77: *Ζηνὸς τέχναις*. [8]) Pyth. III, 20: *Τέχναις Ἀπόλλωνος*. VIII, 87: Alcmæon heros *συγγόνοισι τέχναις*. — *χαλκελάτῳ πελέκει*. Aesch. VII c. Th. v. 524: *Χαλκηλάτῳ σάκει*. Nonn. Dionys. XXX, 21: *Χαλκήλατον αἰχμήν*. XXXI, 12: *Χαλκήλατον ἅρπην*. Anth. Pal. XIV, LIV, 2 (Incertus): *Χαλκελάτοις χείλεσι*. Ibid. V, CCXVII, 2 (P. Silentiarius): *Δανάας χαλκελάτους θαλάμους*. — *κορυφὰν κατ' ἄκραν ἀνορούσασ'*. Hymn. hom. XXVIII, 7: *Ἡ δὲ πρόσθεν Διὸς αἰγιόχοιο Ἐσσυμένως ὥρουσεν ἀπ' ἀθανάτοιο καρήνου*. — *Γαῖα μάτηρ*, eadem, quæ Nem. VI, 3. simpliciter *μάτηρ* dicitur, coll. ibid. interprr. Adde Nos eam notionem cum similibus uberius illustrantes ad Olymp. XIII, 125. — *ἔφριξε*. Cf. Hymn. hom. modo cit. v. 9 — 14., ubi poeta mare et solem addit, epice. Schol. vet. v. 68: *Ἤτοι διὰ τὸ σὺν ὅπλοις γενηθῆναι, ἢ διὰ τὴν βοὴν ἐφοβήθησαν Οὐρανὸς καὶ Γῆ*. Ultimum dictioni pindaricæ convenit.

---

8) Qui ipse *ἀριστοτέχνας* est. Fragm. incert. XIX (Heyne T. III. p. 89. 90. Böckh. T. III. p. 581): *Δωδωναῖε μεγάσθενες ἀριστότεχνα πάτερ*.

V. 71—99.

Natam Minervam Sol filios suos colere primos jussit. Quod obliti omisere, sacris factis sine igne. Eos Jupiter opibus, Minerva arte beavit. τότε. Schol. vet. v. 71: *Ἡνίκα ἔμελλε τίκτεσθαι ἡ θεός.* Addit idem schol.: *Ἔκειτο γὰρ μέλλειν οἰκεῖν τὴν θεόν, παρ' οἷς ἂν πρῶτον αὐτῇ θυσία ἐπιτελεσθῇ.* — φαυσίμβροτος δαίμων Ὑπεριονίδας. Schol. vet. v. 71: *Ὁ Ἥλιος.* Vet. v. 72: *Ὁ Ὑπερίωνος παῖς. Ὑπερίων δὲ εἷς τῶν Τιτάνων κατὰ τὴν τοῦ Ἡσιόδου θεογονίαν* (v. 371). Adde Böckh. Explicc. p. 171. Nitsch. Mythol. Wörterb. Edit. nov. T. I. p. 895. Creuzer. Mythol. T. II. p. 155. Est Sol Rhodiorum. Epitheton veteres sæpius repetunt. Odyss. X, 138: *Φαεσιμβρότου Ἠελίοιο.* v. 191: *Ἠέλιος φαεσίμβροτος.* Hesiod. Theog. v. 957. coll. fragm. (opp. ed. Lösn. p. 442): *Φαεσιμβρότου Ἠελίοιο.* Eurip. Heraclid. v. 744: *Λαμπροτάται θεοῦ φαεσίμβροτοι αὐγαί* (Solis). Q. Smyrn. II, 209: *Ἠέλιος φαεσίμβροτος.* Nonn. Dionys. XXI, 284: *Φαέθων φαεσίμβροτος.* Tzetza Antehom. v. 51: *Φαεσιμβρότου ἠελίοιο.* Orph. *Λιθ.* v. 129: *Φαεσιμβρότῳ*, Soli sc. Non aliter de aurora. Hom. Il. XXIV, 785: *Φαεσίμβροτος Ἠώς.* Orph. Argon. v. 1082: *Φαεσίμβροτος Ἠώς.* Anthol. Palat. I, cxix, 27 (Incertus): *Φαεσιμβρότῳ Ἠριγενείῃ.* Orph. hymn. XXXIV, 8. Herm. (de Apolline): *Παυδερκὲς ἔχων φαεσίμβροτον ὄμμα.* Id. h. LXVI, 2 (de Vulcano): *Φαεσίμβροτε δαῖμον.* Id. h. LXXVIII, 1: *Φαεσίμβροτον ἦμαρ.* Tryph. v. 226: *Φαεσίμβροτος Ἥρη.* — μέλλον χρέος φυλ. Schol. vet. v. 71: *Τὸ μέλλον πρᾶγμα.* Schol. rec. v. 73: *Τὴν οἴκησιν, ἣν ἔμελλεν ἡ Ἀθηνᾶ ποιήσειν ἐν*

τοῖς

τοῖς Ῥοδίοις· καὶ μὴ γένηταί τι ἐμπόδιον πρὸς τὸ μὴ οἰκῖσαι ἐν αὐτοῖς. Ibid. schol. rec.: *Διότι ἀναγκαίως ἔμελλεν ἐκεῖ τὴν θεὸν οἰκίσειν, ἐν οἷς ἂν πρώτοις θυσία αὐτῇ γένηται.* Böckhius: „*Proxime futurum debitum seu officium:* nempe Sol filiis dicit, mox futuro Jovis partu primos eos debere Minervæ sacra facere.“ Similiter Thierschius: „Des Diensts Annahn.“ Huic non adversatur usus Pindaricus, coll. indd. Sed vide, ne præstet *rem fatis constitutam proximeque futuram*, vel simpliciter *rem proxime futuram*, pro χρῆμα, πρᾶγμα, coll. scholl. Callim. hymn. in Dian. v. 104: *Μέγα τι χρέος*, pro χρῆμα, coll. Schneider. L. gr. v. χρέος. Adde Blomfield. glossar. in Aeschyl. Septem c. Theb. v. 20 (p. 95. Lips.) et indic. Eurip. Barnes. — παισὶν φίλοις. Heliadis. Schol. vet. v. 71: *Τοῖς περὶ Ὄχιμον καὶ Κέρχαφον.* Dio Chrysost. Or. XXXVII (Reiske T. II. p. 106): Ῥόδος μὲν Ἡλίου. Ejus dei imagines in insula frequentes fuisse, idem Dio testatur Or. XXX., monente B. Thorlacio, V. celeberr., in Proluss. T. I. p. 104. Nec isti Heliadæ imaginibus caruere, coll. Dion. Or. cit., Reiske T. I. p. 616. — ὡς ἄν κτίσαιεν. *Ut, simulac nata esset Dea, condorent*, pro καὶ κτίσαι κ. τ. λ. De ὡς ἄν c. optat. v. Matth. Gr. gr. p. 737. — βωμὸν ἐναργέα, aram *magnam* ideoque *conspicuam*. Schol. vet. v. 76: *Τῇ κατασκευῇ πολυτελῇ τυγχάνοντα.* Nec hoc male. — θυμὸν ἰάναιεν. V. ad Olymp. II, 26. pag. 81. — Προμαθέος αἰδώς. Sic scribo, non προμαθέος, ut sit: *Promethei reverentia*, non *prudentiæ reverentia*. Durum dices. Nobis, respondeo, non Græcis, qui audita hac voce (improprie licet *intelligenda*) Dei istius admonebantur, ut voce Κύπρις, Ἄρης etc. eorundem numinum, quando istæ

amorem, bellum significabant. Simillimus est Aeschyl. Prom. vinct. v. 85: *Ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα Καλοῦσιν. αὐτὸν γὰρ σὲ δεῖ Προμηθέως, Ὅτῳ τρόπῳ τῆς δ' ἐκκυλισθήσει τέχνης.* Ubi omnis peribit facetia, si nomen posterius minusculâ scripseris. Idem Suppl. v. 702: *Τὰν πόλιν κρατύνοι Προμαθεύς, εὐκοινόμητις ἀρχά*, quod ultimum antecedentis figurae interpretatio est. Talia pro lusu proverbiali habeo, nobis miro duroque, non Grœcis, quos appellativis varie lusisse constat, coll. Elmsl. ad Eur. Bacch. v. 508. p. 68. Lips. Sensum nominis scholl. ita exprimunt: *Ἡ περὶ τῶν μελλόντων πρόγνωσις, προμήθεια, προβούλευσις, τὸ προσκοπεῖν τὸ μέλλον.* Contextui forsan convenientius: *Reverentia erga eum, qui consilio te juvat.* — *ἀρετὰν κ. χάρμ. Ejusmodi homines gnaviter et strenue agunt, eventuque lœto ornantur.* Schol. rec. v. 81: *Ὁ μετὰ τοῦ προβεβουλεῦσθαι ποιῶν τι ὁμοῦ τε κατορθοῖ τοῦτο καὶ ἡδονὴν ἔχει ἅτε κατωρθωκώς.* — *ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ λάθας ἀτέκμαρτα νέφος.* De h. particulæ *μὰν* (*enimvero*) usu v. Viger. p. 242. Omissum antea *μέν*. Deinde quod hoc l. *νέφος λήθης* est, alibi est *πέλαγος*. Anthol. Palat. XV, xxxix, 3 (Ignatius): *Τέχνην Γραμματικήν, λήθης κενθομένην πελάγει.* Adde Horat. Epod. XIV, 1: Mollis inertia cur tantam *diffuderit* imis *oblivionem* sensibus. Simile *νέφος silentii*, quod oblivionis vim habet. Anthol. Palat. VIII, xcvi, 3. 4 (Gregorius theologus): *Καὶ καλὸν εἴ τι λέλειπτο μετ' ἀνθρώποισιν ὄλωλεν, Οἱ δὲ λόγοι σιγῆς ἀμφ-*

4) Simillimus est proverbii usus Pyth. V, 35: *Ὃς οὐ τὰν Ἐπιμαθέος ἄγων ὀψινόου θυγατέρα, Πρόφασιν*, i. e. si *explicare* velis: *excusationem*. Is ipse locus supra dictis bene patrocinatur.

ιβάλοντο νέφος. Schol. vet. v. 82: *Τῇ προνοίᾳ ἐπιβαίνει γε μὴν καὶ λήθης τι ἀπροσδόκητον.* Supra v. 43. *errores hominum mentibus impendent,* ut *nubes* puto, coll. h. l. — *καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρθὰν ὁδὸν ἔξω φρενῶν.* Ahlw. legit *ὁδούς,* metri causa, coll. usu Euripideo (*πημάτων ὁδούς, μερίμνης ὁδούς*), qui tamen pluralis non prorsus facit ad nostrum locum, reliquo Pindari usu nostræ sententiæ magis cognato satis defensum. Olymp. I, 178: *Ὁδὸν λόγων.* Carm. in def. sol. (Heyne T. III. p. 59. Böckh. T. III. p. 600): *Σοφίας ὁδόν.* Pyth. III, 184: *Ἀληθείας ὁδόν.* Fragm. inc. XCIII, 3 (Heyne T. III. p. 127. Böckh. T. III. p. 648. 49): *Σιγᾶς ὁδός.* Addo Eurip. Hec. v. 727: *Σῶν ὁδὸν βουλευμάτων.* Hippol. v. 391: *Τῆς ἐμῆς γνώμης ὁδόν.* Ceterum universa dictio inversionem redolet, pro *φρένας παρέλκει ἔξω ὀρθᾶς ὁδοῦ.* Schol. rec. v. 84: *Μεταφέρει τοὺς ἀνθρώπους, ἤγουν ἔξω τοῦ ὀρθοῦ καὶ προσήκοντος τίθησιν.* Simillimus Empedocles v. 304 (Sturz. p. 527): *Ἥπέρ τε μεγίστη Πειθοῦς ἀνθρώποισιν ἁμαξιτὸς εἰς φρένα πίπτει,* i. e. in quam πειθοῦς semitam homines veniunt. Contrarium nostræ sententiæ habes Pyth. III, 181: *Εἰ δὲ νόῳ τις ἔχει θνατῶν ἀλαθείας ὁδόν.* Obliti ergo Heliadæ unum ex his erant, quorum ipsos pater admonuerat, quasi *Προμηθεὺς* quidam, i. e. consilii s. præmeditationis auctor. Schol. vet. v. 84: *Παρ' αὐτὴν τὴν ἱερουργίαν τοῦ κυριωτάτου πρὸς τὰς θυσίας ἐπελάθοντο. οὐκ ἔχοντες γὰρ πῦρ ἀνῆλθον εἰς τὴν ἀκρόπολιν κ. τ. λ. — Καί τοι γάρ. Et revera duplicis illius sententiæ veritas in iis se comprobabat, namque etc. — αἰθούσας σπέρμ' .. φλογός.* Schol. vet. v. 86 (coll. schol. vet. v. 84): *Τὸ*

πῦρ, coll. Hom. Od. V, 490 (*Σπέρμα πυρὸς σώζων*). Ibidem: *Ὑπέκαυμα.* Deinde: *Τὸν ἄνθρακα δὲ λέγει τὴ τὸν σπινθῆρα.* Gloss. v. 87: *Ἀνθρακιάν.* Damm. v. *σπέρμα* (p. 2242): *Ignem, quo accendere possent sacrificium in templo.* Böckhius: *Fomes et similia.* Thierschius (T. I, p. 77. not. 12): Feuer. Melius puto non decernere, s. sit *fomes* s. *ignis*, qui ipse fomes est quodam sensu, i. e. unde *alius* ignis excitatur.[9]) — *τεῦξαν δ' ἀπύροις ἱεροῖς ἅλσος ἐν ἀκροπόλει.* Schol. vet. v. 86: *Ἀπολλώνιος ὁ ποιητής φησιν, ἄπυρα τοὺς Ῥοδίους ἱερὰ θύειν διὰ τὴν πρὸς Ἥφαιστον ἕνεκα τῶν γάμων ἔχθραν, ὅτι ἐπεδίωξε τὴν Ἀθηνᾶν βουλόμενος συμμιγῆναι,* coll. Creuz. Mythol. T. II. p. 652. 739. T. IV. p. 226. Thorlacius l. c. p. 105: „Cur *ἄπυρα* sacra soli [Minervæ] destinata fuerint, tacet historia." Si conjecturis indulgere liceat, forte non improbabile videbitur istorum sacrorum solennitatem a remotissima antiquitate repetere, qua ignis usus nondum inductus fuisset. Sic *θύειν* de oleribus initio fuit adhibitum, nec nisi sero ad sacrificia cruenta transiit. Poterat deinceps ignis in vita quotidiana usitatus fuisse, et vetusta tamen consuetudo, sacris sine igne operandi, durasse immutata. In mytho, de quo nunc agimus,

---

9) Ovid. Metam. XV, 347: *Materies habens semina flammae*, vertente Maximo Planude (Boiss. p. 673): *Ὕλην σπέρματα πυρὸς ἔχουσαν.* Virgil. Aen. VI, 6: *Semina flammae Abstrusa in venis silicis.* Anthol. Palat. VI, XXXVII, 6 (Philippus): *Σπέρμα πυρὸς σώζειν πέτρον ἐπιστάμενον.* Deinde *σπέρμα πυρὸς* esse poterit *igne natus, editus.* Nonn. Dionys. XXVIII, 189: *Σβεστὸν ἔχων ἀμάρυγμα, τόπερ τέκεν ἰσπιρὶη φλόξ, Σπέρμα πυρὸς Σικελοῖο καὶ αἴθοπος ἰαχαρεῶνος.*

vix obliti fuissent Rhodii ignem ad novum sacrificii genus adferre, si religio flammis carere non potuisset. Num cæterum ipse insulæ, radiis solis obnoxiæ, situs fecerit, ut primi et rudiores incolæ carnes in sole torruerint, ideoque igne serius, quam aliæ gentes, usi fuerint, peritioribus judicandum relinquimus." Apollonii ratio per se quidem acute excogitata est, nec tamen nostro loco convenit. Heliadæ ex ea interpretatione ignem *de industria* omittere debebant, ne offenderent Minervam oblata eadem materia, cujus patronus (Vulcanus) deam violaverat. Sed Pindarus (s. Rhodii) eos *oblivisci* ignis oblationem facit. Deinde Heliadæ Minervam *recens natam* venerantur, quod vix constat de Vulcano deam tentante Erechtheumque generante. [10]) Poetæ narratio aliam interpretandi viam os-

10) Deam tentat Prometheus, cujus artificio (alii alios narrant, schol. vet. v. 66) editam e patris capite alii tradiderunt, coll. schol. vet. v. 66. et Creuzero Mythol. T. II. p. 653. Cujusnam Graecorum civitatis is mythus fuerit, non satis expeditum est. Schwenkius Etymol. mytholog. Andeut. p. 173. non male de Athenis cogitat: „Mit Hephästos trifft Prometheus zusammen in dem Schlagen auf Zeus Haupt, bey der Geburt Athene's (Apollod. I, 3, 6). Gleichwie Hephästos ergriff auch den Prometheus Liebe zu Athene, und er suchte ihr, wie Jener, Gewalt anzuthun (schol. Apoll. Rhod. II, 1249). Auch die Verehrung beyder trifft zu Athen zusammen (schol. Soph. Oed. Col. 55), und Prometheus erscheint in hoher Würde." Sunt praeterquam alia, licet h. l. non exponenda, quae probabile mihi faciant, esse Prometheum systematis antiquioris meliorisque Vulcanum, a Diis posterioribus, s. Cronidis, imperio suo privatum. Narrationem vero de Vulcano et Minerva Atticam fuisse, non Rhodiacam, nullus dubito, quamquam in sensu mythi labora-

tendit. Primo v. *πρῶτοι* alludit ad narrationem schol.

tur. Creuzer. Mythol. T. IV. p. 226 (coll. T. II. p. 652. 739): „Diese Göttin (Minerva) entzündet auch die Feuerkraft des Hephästus; diese leztere glühet aber auf als irdisches Feuer gegen das himmlische. Der hohen Jungfrau soll Gewalt geschehen vom tellurischen Feuergotte." Interpretationem localem et genealogicam tenendam esse, Erechtheus s. Erichthonius Atticus isto coitu editus affatim docet. Sed quonam sensu? Habesne narrationem, quae *αὐτοχθόνων* Atticorum ortum explanat, an unius alteriusve gentis Atticae, e. g. artificum (si quidem fuere) Hephaestidarum? Prius placet ob Erechtheum, Atticorum auctorem. Evocabat e terra *αὐτόχθονα* hunc *ἀμήτορα* dei cujusdam semen infusum. Jam quare Vulcani? Ob artem populo ingenitam. Is optime tum eligebatur, quum Minerva virgo dei alicujus libidinem excitare dicta esset. Ea enim Vulcani nuptias quidem repudiat, nec tamen omne dei consortium. Erat quippe Athenis (Creuz. Mythol. T. II. p. 738) *Ἡφαιστοβούλη* et *Βουλαία*, i. e. *Vulcanum* (*artificem*; e mente Creuzeri ibid. p. 739. *tepidos fontes e terra emittentem*) *consilio juvans*, ut aliis quoque epithetis Vulcano opifici maxime affinis est, de quo v. Creuz. l. cit. T. II. p. 308. 684. 744. 750. Schwenk. Etymol. mythol. Andeut. p. 235. Eadem vero Vulcani uxor Apollinisque mater est ex alio Atticorum mytho, coll. Creuz. ibid. Quod priori mytho non repugnat. Erat enim *dei* alicujus, non *terrigenae*, ortus narrandus. Aliter priorem mythum tractat Schwenkius l. c. p. 178: „Da Athene ebenfalls Künstlerin war, und selbst darum die Hephästische hiefs, so ward eine Liebe dieses Gottes zu ihr erdichtet; und weil die Keuschheit der Göttin derselben widerstrebte, nahm sie eine andere Richtung, und Erichthonius kam in diese Legende, der doch in einem etwas nahen Verhältnifs zu Athene stehen sollte." Denique Vulcanus et Minerva *connubio juncti αὐτόχθονας* Atticos generant teste Critia Platonis (opp. Bip. T. X. p. 40). Timaeus (T. IX. p. 293) Terram addit.

vet. v. 71 (coll. Diodor. Sic. V, 56): *Ἐχεῖ γὰρ μέλλειν οἰκεῖν τὴν θεόν, παρ' οἷς ἂν πρῶτον αὐτῇ θυσία ἐπιτελεσθῇ.* Deinde contentio inter Rhodum aliamque Græciæ civitatem (Diod. l. c. Athenas habet, coll. scholl. Pind. ad v. 86) significari videtur, utra Minervæ cultum prior habuerit. E Pindari (s. Rhodiorum) narratione priores deam Rhodii coluere, sed commisso vitio. Eo vitato altera civitas Minervam deinde (Diod. l. c.: *Τὸν δὲ τότε βασιλεύοντα τῶν Ἀθηναίων Κέκροπα ἐπὶ τοῦ πυρὸς θῦσαι ὕστερον*) coluit, quare de eadem quoque dici quodammodo poterat, quod habet schol. vet. v. 71ε *Συνέβη ἂν πρώτοις Ἀθηναίοις θῦσαι*, sc. igne. Denique Minervæ Rhodiacæ cultus summæ antiquitatis (coll. Creuz. Mythol. T. I. p. 172) aliquid retinuit, cum fuerit *ἀναίμακτος* s. *ἄπυρος*. Ejus formæ excusatio quæri tum poterat, quum non tantum non ubique (coll. Creuz. ibid.) deorum sacra igne perficerentur. Talem vero excusationem redolet illud Pindari Diodorique de oblivione Heliadarum, quod simul summum eorundem studium exprimit, reliquos in dea colenda prævertendi. Postremo de cultu Rhodiorum solari adi quoque Jacobs. Anthol. gr. Lips. T. VIII. p. 353, 362. T. IX. p. 52. — *ἄλσος.* Gloss. v. 89: *Ἱεροποιΐαν.* Mélius schol. rec. v. 79: *Ναόν*, coll. Heyn. ad l. — *ἐν ἀκροπόλει. Lindiorum*, coll. interppr. Anthol. Palat. XV, xi, 1 sqq. (Incertus):

Ἔσσὶ μὲν ἀρχαίης Λίνδου κλέος, Ἀτρυτώνη,
δεξαμένης ὄχθοις οὐρανίοισιν ἄκρας.
μέζων δ' αὖ κατὰ γαῖαν ἐπηράτου ἔπλετο φήμη
παρθενικῆς, γλαυκῶν πλησαμένης χαρίτων.

Ubi pro *ἐπηράτου* legere poteris *ἐπήρατος*, coll. Pyth. V, 98: *Ἐπήρατον κλέος.* Isthm. VI, 17: *Δόξαν ἐπήρα-*

τον. Reliqua hujus epigrammatis, quæ p. 143. tentavi, docent, de oliva quoque inter Rhodios atque Athenienses contentionem fuisse. — *κείνοις ὁ μὲν ξανθὰν ἀγαγὼν νέφελαν πολὺν ὗσε χρυσόν*. De oblivionis damno Rhodiis illato apud Nostrum Rhodios laudantem nihil; immo bona tantum refert, quæ ex obsequio strenue præstito in eos redundarint. Schol. rec. v. 89: *Ἐκείνοις μὲν ἤγουν χάριν ἐκείνων τῶν Ῥοδίων*. Dativus est vulgaris atque inter *ἀγαγὼν* et *ὗσε* ambiguus. Nostrum locum exprimere videtur Himer. Ecl. XIII, 34 (Wernsd. p. 236., coll. ibi Wernsd.): *Ῥοδίους μὲν δὴ λόγος ὑσθῆναι χρυσῷ, χρυσῆν ἐπ' αὐτοὺς τοῦ Διὸς νεφέλην ῥήξαντος*. Adde quos ad v. 63. e Meursio citat Böckhius. *Χρυσίου πόντον* de auri copia Phönix habet Athenæi (Chöril. ed. Näke p. 227). Aurum opes esse possunt, quas parabat mercatura, quod videtur quoque Thorlacio l. c. p. 107. Neque tamen excluserim soli fertilitatem, de qua v. infra. — *Αὐτὰ δὲ σφισιν ὤπασε τέχναν πᾶσαν ἐπιχθονίων Γλαυκῶπις ἀριστοπόνοις χερσὶ κρατεῖν*. Schol. rec. v. 89: *Παρεῖχεν αὐτοῖς κρατεῖν τῶν ἐπιχθονίων κατὰ πᾶσαν τέχνην διὰ χειρῶν ἀριστοπόνων*. Eandem ordinis simplicitatem tenent Heynius Böckhiusque. Aliter Thierschius: „Sie selbst auch lehrte die Künste der Menschen Alle dem Volke, die Göttin dunkelen Blicks, und der Händ' auszeichnend Thun." Verbis Pindari vix convenienter. — *ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόντεσσί θ' ὁμοῖα κέλευθοι φέρον*. Clari fuerunt Heliadæ mirabilibus operibus, sed cum veneficii præstigiarumque infamia, coll. interppr. Eam ob causam simulacra sua vincire dicebantur, ne effugerent, schol. rec. v. 95., coll. Polemone apud schol. vet. v. 95. Idem miraculum redolet Hom. Il.

XVIII, 417., cit. schol. vet. v. 95. Eam notam primum removet v. ὁμοῖα, deinde *sententia*: *Δαέντι* etc. *Non erant viva, sed vivis similia.* Alio sensu dicebantur Rhodiorum simulacra histrioribus similia, de quo v. Dio Chrysost. Or. XXXI (Reiske T. I. p. 647). — *ἦν δὲ χλέος βαθύ.* Pyth. I, 127: *Βαθύδοξοι.* Anthol. Palat. IX, DLXXV, 3 (Philippus): *Βαθυχλεὲς οὔνομ' Ὁμήρου.* Idem fuit viri nomen Pausan. III, 18, 6. — *Δαέντι δὲ καὶ σοφία μείζων ἄδολος τελέθει.* Sententia multiplicis ambiguitatis, primum propter *καί.* Schol. rec. v. 98: *Τὸ καὶ ἢ Ἀττικόν, ὥσπερ φαμὲν τὸ τί καὶ ποιήσω; ἢ ὅτω· καὶ τῷ δαέντι ἦγουν τῷ μαθόντι εὐφυεῖ τελέθει καὶ ὑπάρχει καὶ ἡ σοφία μείζων τῆς ἐξ εὐφυΐας μόνης, ἄκρατος καὶ ἄδολος. Λέγει δὲ διὰ τοὺς Ῥοδίους ὡς ὄντας καὶ δραστηρίους τῷ νῷ καὶ παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς διδαχθέντας.* [11]) Eam rationem si a priori distinguere volueris, *καὶ* erit *adeo*. Si non distinguis, eum sensum fundet, quem habet Bothii versio deinde allata. Jam vero de *μείζων* quærendum. Scholiastes modo allatus comparativum opponit *εὐφυΐᾳ*: Sapientia, quam non sola ingenii felicitas, sed etiam extrinsecus parta doctrina gignit, est *ἄδολος*, coll. Demosthene, quem citat Valcken. ad Ammon. T. II. p. 70. Lips. Acute. Sed poteris quoque v. *μείζων* aliorum hominum sapientiæ opponere, ut sit *σοφ. μ. sapientia solito* major. Ita post Schmidium Heynius, Böckhius, Thierschius; bene, puto. Bothio *δὲ καὶ* jungenti locus hunc sensum habet: „Auch ist grösser des kundigen Manns Weisheit, unent-

11) Mirifice ibidem: *Τῷ μαθόντι καὶ ἡ ἄδολος σοφία μείζων γίνεται.*

stellet von Trug." Ita loci ambiguitas non ejicitur, sed augetur, coll. Böckh. Explicc. p. 173. — *ἄδολος.* Schol. vet. v. 98: *Ἀδύνατον γάρ, ἔν τισι ποιήσασθαι ἐπίδειξιν μὴ μαθόντα,* i. e. sine impedimento s. periculo, coll. schol. ibid.: *Ἀνεμποδίστως.* Ad verum propius accedunt ibid. alii Græcorum: *Ἔντεχνον αὐτὴν λέγουσιν καὶ ἄδολον, ὅ ἐστιν ἁπλῆν.* Sensum aperit sola Rhodiorum historia, de qua v. interprr. Præstigiarum insimulati erant antiquissimi Rhodii, s. Heliadæ, coll. iis, quæ de Telchinibus congessere docti. Denique Heynius: „Scilicet respici suspicor *Telchines*, qui olim in Rhodo fuere, mirabiles operibus et ipsos claros, sed cum veneficii infamia: v. Diodor. V, 55. Iis nunc opponuntur seriorum artes." Falsum. Ab Heliadis ipsis, non a posterioribus infamia veneficii removetur. Id suadet contextus, qui Heliadarum Minervæ sacrificantium subjectum aperte continuat. Noster itaque, Rhodiorum encomiastes, eorundem artis quendam florem ad remotissimum ævum rejicit, coll. Thierschii Epochen der bildenden Kunst unter den Griechen. Dissert. II. p. 55.; quo jure, ipse viderit. — De Telchinibus post Meurs. et nostri l. interprr. legatur nunc Höckii doctissimi Creta T. I. p. 345—356.

V. 100—140.

Poeta ascendit ad insulæ Rhodi ortum, unde, Heliadis repetitis, ad Tlepolemum revertitur. *Φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ ῥήσιες.* Rhodiorum narratio antiqua; quæ an fuerit ante Pindarum a nullo poetarum tradita, ut Böckhio videtur cum scholl. v. 100., mihi dubium est. Immo, quum istæ *ῥήσιες antiquæ* fuerint,

Rhodiorum ante Pindarum encomiastas de insulæ originibus cecinisse, aliqui suspicabuntur. Schol. rec. v. 100: *Λόγοι ἀνθρώπων ἐκ πολλοῦ χρόνου ᾀδόμενοι. — δατέοντο.* Müllerus ad Lycophr. v. 629 (T. I. p. 110). „Hom. Il. XXIII, 121: *Ταὶ δὲ χθόνα ποσσὶ δατεῦντο*, quod respondet *τῷ* Latinorum: *carpere viam*, ut Heyne ad h. l. annotat, et *secare æquor*. Fortasse ap. Pind. Ol. VII, 103: *Χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι* voc. *δατεῖσθαι* eidem est subjectum potestati." Commentum, Pindari contextu refutatum, qui de distributione singularum terræ partium inter Cölites agit. — *πελάγει ποντίῳ.* Ahlw.: „Scribendum *ποντίαν* ex v. 11 [24]." Immemor fuit Vir egregius pleonasmi admodum triti. Pyth. IV, 69: *Εἰναλίᾳ ἅλμᾳ.* v. 447: *Ἔν τ' ὠκεανοῦ πελάγεσσι.* Fragm. inc. XLIX, 3 (Heyne T. III. p. 107. Böckh. T. III. p. 679): *Ἐν πόντου πελάγει.* Hymn. hom. XXXIII, 15: *Ἁλὸς πελάγεσσιν.* Archiloch. Fragm. LV: *Ἁλὸς πελάγεσσιν.* Theogn. v. 106 (Bekker.): *Πόντον ἁλός.* Soph. Antig. v. 345: *Πόντου τ' εἰναλίαν φύσιν.* v. 955: *Πελαγέων ἁλός.* Euripidea v. in indice Barnesianæ vv. *ἅλς, πέλαγος, πόντος.* Apollon. Rhod. III, 348: *Πελάγῃ ἁλός.* Diog. Laert. IV, 26. p. 242 (Meibom.): *Πελάγεσσιν ὠκεανοῖο.* Nonn. Dionys. XLIII, 159: *Ἁλὸς ἁλμυρὸν ὕδωρ.* Q. Smyrn. XIV, 539: *Ἁλὸς ἅλμην.* Orph. hymn. XLVIII, 7: *Πόντος ἁλίδουπος.* Anthol. Palat. VII, ccccxcv, 3 (Alcæus Messenius): *Σῶμα δὲ πόντος Ἐκρυψ' Αἰγαίῳ ῥαινόμενον πελάγει.* Alia congessit Liebel. ad Archil. supra allatum. — *ἁλμυροῖς βένθεσιν.* Idem, quod *ἁλὸς μυχοὶ* Pyth. VI, 12. — *ἔνδειξεν.* Gloss. v. 106: *Ἀνέμνησεν.* — *ἁγνὸν θεόν.* Ob lucis naturam, quæ ipsa quoque *pura* dicitur. Pyth. VI, 14:

Φάει καθαρῷ. IX, 159: *Χαρίτων καθαρὸν φέγγος.* Fragm. inc. CXVIII (Heyne T. III. p. 129): *Καθαρὸν ἀμέρας σέλας.* Fragm. inc. XXXIII (Heyne T. III. p. 96. Böckh. T. III. p. 630): *Ὁπώρας ἁγνὸν φέγγος.* — *μνασθέντι. Mentionem facienti,* ut Olymp. VI, 156. *μεμνῆσθαι.* — *ἄμπαλον.* Böckhius (adstipulante Thierschio) legit *ἄμ πάλον μέλλεν θέμεν,* i. e. *ἀναθέμεν,* quod „a *πάλος* non magis formetur *ἀνάπαλος* (*ἄμπαλος*), quam a *λόγος* substantivum *ἀνάλογος,* quam *resors* a *sors*." Verum ab *ὁδὸς* descendit *ἄνοδος, ἀνάπαυλα* a *παῦλα, ἀνάπνευμα* (*ἄμπνευμα*) a *πνεῦμα* etc. Quare cum Ahlwardtio ad *ἄμπαλον* recurro. — *αὐξομέναν.* A plantis petitum, coll. *βλάστε* v. 127. Schol. rec. v. 119: *Ἀναδιδομένην.* Bene. Schol. vet. v. 111., minus simpliciter: *Ἀναβλαστῆσαι θάλλουσαν ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ πάσας ὑπερβαίνειν.* — *πολύβοσκον γαῖαν ἀνθρώποισι καὶ εὔφρονα μάλοις.* Rhodus cœlum solumque felicissimum habet, coll. Both. T. I. p. 110. Rhodi fecunditatem spectat Nonn. Dionys. XIV, 47: *Εὐκάρποιο Ῥόδου.* Q. Smyrn. X, 222: *Ῥοδίων ἐν πίονι γαίῃ.* — *χρυσάμπυκα.* De hac voce v. schol. vet. v. 118. Spanhem. ad Callim. hymn. in Cer. v. 125. p. 822. Schneider. L. gr. v. *ἄμπυξ.* Nostro Musæ Horæque sunt *χρυσάμπυκες,* coll. indd. — *Λάχεσιν.* Schol. vet. v. 117: *Πιθανῶς δὲ τὴν Λάχεσιν παρέβαλε, ἐπεὶ περὶ κλήρου [λάχος Ἀελίου* v. 107 *] ὁ λόγος,* coll. Tzetza ad Lycophr. v. 144 (Müller. p. 406). Deinde Parcarum una adest, quum sermo sit de *nascente* Rhodo, coll. ad Olymp. VI, 72. p. 199. — *χεῖρας ἀντεῖναι* etc. Alibi Parcæ pactum confirmant. Nonn. Dionys. XLII, 527: *Ἔμπεδος ὅρκος ἔην Κρονίδης καὶ γαῖα καὶ αἰθὴρ Καὶ στυγίαι ῥαθάμιγ-*

γις, ἐπιστώσαντο δὲ Μοῖραι Συνθέσιας. — θεῶν ὅρκον μέγαν. Habentur tres formulæ de jurantibus Diis, varia spectantes, sc. *μέγας ὅρκος, θεῶν ὅρκος, θεῶν μέγας ὅρκος.* Hymn. hom. I, 79: *Μέγαν ὅρκον.* II, 383: *Μέγαν δ' ἐπιδαίομαι ὅρκον.* III, 26: *Ὤμοσε δὲ μέγαν ὅρκον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστίν, Ἁψαμένη κεφαλῆς πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο.* Orph. *Λιθ.* v. 395: *Μέγαν ὅρκον.* Hymn. hom. IV, 260: *Θεῶν ὅρκος, ἀμείλικτον Στυγὸς ὕδωρ.* I, 83. coll. 79: *Θεῶν μέγαν ὅρκον ὄμοσσεν· Ἴστω νῦν τάδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθεν Καὶ τὸ καταιβόμενον Στυγὸς ὕδωρ, ὅς τε μέγιστος Ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσιν.* Odyss. II, 377: *Θεῶν μέγαν ὅρκον.* Hymn. hom. II, 318: *Θεῶν μέγαν ὅρκον, Ἣ κεφαλῇ νεύσας ἢ ἐπὶ Στυγὸς ὄβριμον ὕδωρ.* His adde, quæ contulit Meurs. ad Lycophr. Cass. v. 705 (Müller. p. 1277 sqq.). Vides, per varia jurasse Deos, sed Stygem fuisse maximum juramentum. Quidnam ex istis eligendum sit, locus noster non indicat. — *μὴ παρφάμεν.* Schol. vet. v. 119: *Μὴ ἀπατῆσαι, μὴ παραλογίσασθαι* (coll. Böckh. Explicc. p. 173). Idem dein: *Τουτέστιν ἐπιχειρῶσαι τὸν τῶν θεῶν ὅρκον· τοῦτο δὲ ὡς ὁμωμοκότων αὐτῶν φυλάξειν τὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ κρυπτομένην νῆσον.* Simplicius est: *Jussit jurare, nec pejerare*, i. e. *verifice jurando promittere*, coll. v. 124: *Λόγων χορυφαὶ ἐν ἀληθείᾳ πετοῖσαι.* Pejerabant enim vel dii, coll. hymn. Hom. II, 384 sqq.; quibus adde, quæ congessit Meurs. l. c. p. 1278. 79. Aliis παρφ. erit *recusare*, pro *παραιτεῖσθαι*, coll. Heyn. Hoc parallelismum non injucundum efficit. Nec tamen prior ratio displicet, maxime ob v. 124. — *Κρόνου σὺν παιδί.* Magna Parcæ cum Cronida jurantis dignitas,

quum alibi Jupiter sit omnium summus, coll. indd. Pind. Verum dea ista advocatur ob Rhodum nascentem, coll. iis, quæ supra diximus. — *ἑᾷ κεφαλᾷ.* Quasi diadema, coll. ad Olymp. VI, 103. p. 210. Oratione pedestri: *Sibi.* — *τελεύτασαν.* Activum pro passivo, coll. Pyth. IV, 33: *Κεῖνος ὄρνις ἐκτελευτάσει, exitum habebit istud ostentum.* Aeschyl. Choëph. v. 523: *Καὶ πῆ τελευτᾷ καὶ καραιοῦται λόγος;* Jam sensus ambiguus est. Potest ad verbum verti: *Finiebantur λόγων κορυφαί,* i. e. *loqui desiit Parca,* simili specie pleonasmi ut Hymn. hom. I, 89: *Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὄμοσέν τε τελεύτησέν τε τὸν ὅρκον,* i. e. *jurasset ac jurare desisset.* Vitato pleonasmo scholl. vet. et rec. v. 124: *Ἐτελειώθησαν, ἀληθῆ ἐποίησαν τὰ δόξαντα, ἐπληρώθησαν, eventum suum habuere,* coll. schol. rec. v. 125., Heynio, Böckhio Bothioque. Et accinere videtur Pyth. IV, 33. modo cit. Sed prior ratio ut magis epica præplacet, posteriore rejecta, quum frigidiusculam docendi ubertatem mihi quidem habere videantur hæc: Eventum suum habuere *λόγων κορυφαί, ἐν ἀλαθείᾳ πετοῖσαι.* Immo e vv. *ἐν ἀλαθ. πετοῖσαι* per se consequebatur *eventus.* De reliquis Heynius: „*Ἐτελεύτασαν ἐν ἀλαθείᾳ, σὺν ἀλ.,* pro *ἀληθῶς, vero eventu. Ἐτελεύτασαν πετοῖσαι* ornate pro simplici [*ἐτελεύτασαν*]." Sed *ἐν ἀλ. πετ.* solummodo prædicatum est vv. *λόγ. κορ.,* non v. *τελεύτασαν.* — *λόγων κορυφαί.* Pyth. III, 141: *Λόγων κορυφὰν ὀρθάν,* citante Heynio. Empedocl. v. 32 (Sturz. p. 514. 551): *Κορυφὰς ἑτέρας ἑτέραισι προσάπτων Μύθων, μήτε λόγων ἀτραπὸν μίαν,* interpretante Plutarcho (De def. oracc. c. 15. Wyttenb.): *Τοῖς πρώτοις τὸ προσῆκον ἐπιθεῖναι τέλος,* Sturzio: *Sublimitatem orationis nimiam, audaces tropos et fi-*

guras. Utrumque dubium, maximopere posterius. Böckhius: *Dicta præclara* [i. e. *κορυφαῖα*?]. Aliud suadet usus. Pyth. IV, 206: *Ἀλλὰ τούτων μὲν κεφάλαια λόγων ἴστε*, quod, si etymon spectes, vix diversum erit a *κορυφαῖς λόγων*, ut sensus sit: *Finis, summa sermonis, narrationis*, i. e. narratio ipsa, cujus circumlocutionis sensus nec Heynium latuit, coll. nobis ad Olymp. II, 57. pag. 94. Nec aliter schol. vet. v. 124: *Τῶν λόγων τὰ κεφάλαια.* Gloss. v. 125: *Ἀποφάσεις.* Rec. ibid.: *Λόγοι.*[12]) Vi magis propria i. e. *desinendi* gaudet *καρανοῦσθαι* Aeschyli loco supra allato. Poterisque eam significationem, si prior ratio displicuerit, formulæ Pindaricæ applicare. Sed obest pleonasmi suspicio, in Nostro tamen non admodum rari. — *ἐν ἀλαθείᾳ πετοῖσαι.* Böckhius: *Dicta, quæ vera ceciderant ab ore divino* [coll. *ῥίπτειν ἔπη* etc., de quo v. Nos ad Pyth. VI, 37]. Bothius: In Wahrheit gewandelt. Thierschius: In die Wahrheit fallend. Ego de sortibus oraculorum cogito, quod minime alienum a loco Pindarico. Incert. Rhes. v. 183: *Ἐν κύβοισι δαίμονος.* Brunck. gnom. *Γνωμ. μονοστ.* v. 233: *Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.* Aeschyl. Suppl. v. 90: *Πίπτει δ' ἀσφαλὲς οὐδ' ἐπὶ νώτῳ, Κορυφᾷ Διὸς εἰ καρανθῇ πρᾶγμα τέλειον*, ubi sortium palæstræque (de solà palæstra vix bene cogitat Spanhem. ad Callim. hymn. in

---

12) Nostram loci interpretationem firmari video Hesiodi loco Opp. et D. v. 105: *Εἰ δ' ἐθέλεις, ἕτερόν σοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω, Εὖ καὶ ἐπισταμένως*, *summatim narrabo*, vel simpliciter *narrabo*. Ubi tamen videndi interprr. Deinde *ἀποκορυφῶν* est *summatim respondere* Herodot. V, 73., coll. Schweigh. Lex. her. T. I. p. 84. et Schneider. L. g. v. *κορυφή* et *κορυφόω*.

Pall. v. 135. p. 728) usus mixtus videtur. Eurip. Iphig. Taur. v. 121: *Πεσεῖν ἄχρηστον θέσφατον.* Jon. v. 422: *Χρηστήριον πέπτωκε τοῖς ἐπήλυσι.* Non aliter *ἐκπίπτειν* de oraculis, coll. Wyttenb. ad Eunapium Boiss. T. II. p. 225. Ex eodem fonte manasse puto illud *πίπτειν* latioris significatus, s. *accidere.* Eurip. Or. v. 592: *Οἷς δὲ [γάμοι] μὴ πίπτουσιν εὖ.* Jon. v. 414: *Ἃ τε νῷν συμβάλαια πρόσθεν ἦν, Ἐς παῖδα τὸν σὸν μεταπέσοι βελτίονα.* Hippol. v. 713. Iphig. Aul. v. 1322: *Τὰ νῦν πεπτωκότα.*[13]) Hel. v. 1082: *Τὸ δ' ἄθλιον κεῖν' εὐτυχὲς τάχ' ἂν πέσοι.* El. v. 1104: *Τὰ μὲν γὰρ εὖ, Τὰ δ' οὐκαλῶς πίπτοντα δέρκομαι βροτῶν.* Alc. v. 1120: *Τάχ' ἂν γὰρ εἰς δέον πέσοι χάρις.* Q. Smyrn. X, 427: *Θεοὶ ἑτέρωσε βάλοντο.* Jam *ἐν ἀληθείᾳ* dictum sit pro *εἰς ἀλ.*, an pro *σὺν ἀληθείᾳ, ἀληθῶς*, ego nescio. Cf. tamen Nem. IV, 66: *Γνώμαν χαμαὶ πετοῖσαν.* Olymp. IX, 19: *Χαμαιπετέων λόγων.* — *ἁλὸς ὑγρᾶς*, pleonasmo epico, pro simplici *ἁλός*, coll. Pyth. IV, 70., Damm., ind. Eurip. Barnes. v. *ὑγρ.*, all. — *ὀξειᾶν ἀκτίνων.* Olymp. III, 44: *Ὀξείαις αὐγαῖς ἁλίου.* — *ποτέ.* A parte poetæ narrantis, ut supra v. 62. — *Ῥόδῳ ποτὲ μιχθείς. Sol.* Recurrit P. ad Heliadas, supra ob Jovis Minervæque favorem laudatos. Ceterum eorum h. l. laus late patet. Quare superiora repete de arte ipsorum statuaria, additis iis, quæ Böckhio monente habet Diod. V, 55. 57. Ob peritiam navalem (coll. Diod.) dicti *ἔκγονοι Ῥόδης καὶ Ποσειδῶνος*, coll. Tzetz. ad Lyc. v. 923

(Mül-

---

13) Tesserarum ludum Euripides respexisse Valckenaerio videtur ad Hippol. p. 247. Lips. Adde Monk. ad eund. locum p. 88. Lips.

ler. p. 878. 79). Deinde in septem filiorum Solis nominibus variatur, coll. scholl. De statuis vero Heliadarum istorum rhodiacis v. Dionem Chrysostomum deinde cit. pag. 276. — *παραδεξαμένους.* Schol. rec. v. 132: *Ἢ ἀπὸ τοῦ Ἡλίου ἢ ἀπ' ἄλλων διδασκάλων.* Minervam Heliadarum magistram habuimus v. 91. — De *ἐπὶ* temporali cfr. Matth. Gr. gr. mai. p. 855. — *εἷς.* Ejus nomen tacet Noster. Schol. dicit Cercaphum. — *τρίχα δασσάμενοι.* Institutum doricum ad ævum remotius cum Homero Il. II, 668. refert, monentibus interprr., ut v. 92. p. 266. artium apud eosdem florem. — *γαῖαν πατρωΐαν.* Ea jungit schol. vet. v. 138., adstipulante Böckhio Thierschioque. Structuram vulgarem (*πατρωΐαν μοῖραν*) Hermannus (Heyne T. III. p. 298), quem Ahlw. sequitur, minus feliciter me quoque censente defendit, de quo v. Böckh. Explicc. p. 174. Et alibi *γᾶ* et *πατρῴα* jungitur. Pyth. IV, 517: *Πατρῴας ἀπὸ γᾶς*, coll. Olymp. II, 27. Isthm. I, 51. De *πατρῷος* et *πάτριος* v. ad Pyth. IV, 391. — *ἄστεων μοῖραν. Urbes, quæ singulæ singulorum portio erant.* — *Κέκληνται δέ σφιν. In ipsorum honorem, s. ab ipsis.* Argutatur schol. rec. v. 140.

V. 141—159.

Redit ad Tlepolemum, a quo multis interjectis deflexerat inde a v. 62. Magnus heroi honor habetur ludis sollemnibus, in quibus Diagoras bis vicit. Inde ad reliquas viri victorias fit transitus. *Τόθι.* In insula Rhodo, non in una urbium modo dictarum. — *λύτρον συμφορᾶς οἰκτρᾶς γλυκύ. Monumentum aliquod?*

coll. iis, quæ deinceps afferemus. Sed præstat, de ludis funebribus cogitare, quæ constabant sacris certaminibusque, coll. ad Olymp. V, 11. pag. 176. Verbo enim ἵστημι [14]) de ludo condendo Noster utitur, coll. Olymp. II, 6. X, 70., coll. III, 39., deinde valde cognata (victoria et pompa triumphalis) λύτρον καμάτων et ἄποινα μόχθων dicuntur, coll. Isthm. VIII, 1. Nem. VII, 23. Quamquam h. l. συμφορὰ ab istis laboribus diversa est. Schol. vet. v. 141: Ἀντήριον τῆς φυγῆς διὰ Λιχύμνιον. Rec. ibid.: Τῆς πλάνης, ἧς ἐπλανήθη. Sed λύτρῳ cædis exsiliique jam antea gavisum puto, coll. Hom. II, 668: Τριχθὰ δὲ ᾤχηθεν καταφυλαδὸν ἠδὲ φίληθεν ἐκ Διός, sc. a Tlepolemo adducti, a quorum felicitate Tlepolemum quis excludet? Postea Troiam cum Achivis petit Rhodiorum dux ἠΰς τε μέγας τε (ibid. v. 653. coll. V, 628). Regemque Rhodiorum vocat schol. rec. v. 141., quod fuerit λύτρον exsilii, coll. schol. vet. v. 141: Ἀντήριον δὲ τῆς συμφορᾶς τὴν μετοίκησίν φησι καὶ τὴν αὐτόθι τοῦ βίου διατριβήν. Quid? quod Nonno Dionys. XIV, 41. Rhodus est *Tlepolemi terra*. Jam ut concedam interpretationem vulgarem, minime tamen excluserim ultima Tlepolemi fata, qui procul a patria decimo ærumnosi belli anno occubuit, coll. Hom. Il. V, 655 sqq. et schol. rec. v. 141. — μάλων τε κνισσάεσ-

---

14) Significationem verbi ἵστημι alienam admiscere videtur Böckhius Explicc. p. 174: „Συμφορὰ οἰκτρὰ est caedes Licymnii et exilium, quae Tlepolemo compensantur *appenso quasi redemtionis pretio* (ἰσταμένῳ λύτρῳ)." Praestabit significatum verbi pindaricum tenere, de quo v. supra. Deinde compensationis notionem in λύτρῳ videbis.

σὺν πομπά. Sacra ante certamen memorata, coll. ad Olymp. V, 11. pag. 176. — χρίσις ἀμφ' ἀέθλοις. Idem puto quod ἀέθλων χρίσιν Olymp. III, 37. ibique notata (p. 149). Consequens posuit Pindarus pro antecedenti, i. e. *certaminibus*. Eos ludos Tlepolemia dicta, e schol. rec. v. 141. vett. v. 145. 147. constat. Scholl. vett. v. 146. 47. Pindarum mendacii insimulant, non prudentius afferentes argumentum, quam Istri locum ἐν τῇ περὶ τῶν Ἡλίου ἀγώνων: Ῥόδιοι τιθέασιν Ἡλίου ἐν Ῥόδῳ γυμνικὸν στεφανίτην ἀγῶνα.[15]) Quasi hic alios ludos ejusdem insulæ exclusisset. Immo Ister variarum regionum ludos solares enumerans ludum quoque Rhodi apponit, quem ibidem e reliquis eminuisse per se probabile est. In his Tlepolemiis præmium fuit λεύκινος στέφανος (coll. scholl.), qui Herculis admonet, a quo fuit λεύκη in Græciam allata, coll. Paus. V, 14, 3. Nec absimile vero, quod habet schol. vet. v. 145., Ἡράκλεια quoque in Rhodo celebrata. Et poterat uterque ludus coalescere. Idem Böckhio videtur de ludis Tlepolemiis solaribusque. Deinde templum Tlepolemo exstructum narrat schol. rec. v. 141. ab iis, qui ossa ejus domum retulerant. Ad similem honorem pertinet Anthol. Palat. T. II. Appendix etc. p. 753. Epigr. IX, 45 (Aristoteles de *monumentis* heroum agens):

Ἀδ' Ἡρακλείδην ξηξήνορα θυμολέοντα
Τληπόλεμον κατέχει κυματόεσσα Ῥόδος.

---

15) Adde locum fragmentis Phanodemi, Demonis, Clitodemi atque Istri, quae a. 1812. edidit Siebelis, de Pausania nuper egregie meritus.

Dio Chrysost. Orat. XXXI. s. Rhodiaca (Reiske T. I. p. 616): *Οἷον οὖν ἐστιν Ἡρακλέους, ἢ Τληπολέμου, φέρ' εἰπεῖν, ἢ τῶν Ἡλίου παίδων τινὸς ἀνδριάντα.* — *τῶν ἄνθεσι.* Improprie (coll. Olymp. III, 6) pro coronis s. decoribus. Fuit enim *στέφανος λεύκινος*, de quo supr. — *ἐστεφανώσατο.* V. pag. 243. Addo Aristophanem (Suid. v. *ἀκαδημία*): *Στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ.* Dion. Chrysost. Or. XXXI (Reiske T. I. p. 569): *Στεφανωσαμένους καὶ τῷ βωμῷ προσελθόντας.* Non aliter *στέφεσθαι.* Anthol. Palat. II, 36. 367 (Christodori *ἔκφρασις*): *Δάφνῃ Στεψάμενος.* Ibid. T. II. p. 641. Epigr. LVI, 3 (Incertus): *Οὐ γὰρ ὅ γ' ἀμφήριστον ἑλὼν ἐστέψατο νίκην.* Ibid. pag. 799. Epigr. CXXIII, 2 (Incertus, s. Orpheus, coll. Orph. p. 474. Herm.): *Στεψάμενον πίτυσιν.* Ibid. IX, CCCLXIII, 3 (Meleager): *Γαῖα δὲ καινέη χλοερὴν ἐστέψατο ποίην.* Similiter *ἐρέφω.* Oppian. Cyneg. IV, 200 (Schneider.): *Πολλοῖσιν ἐρεψάμενος κοτίνοισιν.* — *κλεινῇ Ἰσθμῷ.* Nem. V, 68: *Κλειτὰν Ἰσθμόν.* — *ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ*, sc. *νίκην*, de qua omissione videndus L. Bos. Ellips. gr. p. 320. 21. Schäfer. Ad *ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ* cfr. Viger. p. 621. — *κρανααῖς ἐν Ἀθάναις.* Olymp. XIII, 52: *Κρανααῖς ἐν Ἀθάναισιν.* Nem. VIII, 19: *Κρανααῖς ἐν Ἀθάναισιν.* Athenarum (Atticæ) epitheton verum quidem, sed minus honorificum, quod usu epico excusatum consecratumque esse poterat. — *ὅ τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνωμεν.* Adeantur præ ceteris Spanhem. ad Callim. hymn. in Pall. v. 35. pag. 646—49. et Böckh. Explicc. p. 175. Ceterum loci dictio satis mihi persuadet, *ἀσπίδα* h. l. non esse clypeum, quem Diagoras pro victoria concessum in patriam abstulerit, sed cui inscriptum fuerit ejus nomen. Erat puto is clypeus Ar-

gis non aliter collocatus, ac *λιθίνα ψᾶφος* Megarensis, quæ teste v. 157 sqq. *οὐχ ἕτερον* habebat *λόγον*. Sed poteris quoque cum scholl. vett. v. 152. 153. *ἔγνω* pro *ἐγνώρισε* (*notam fecit*) sumere, coll. Olymp. VI, 151. ibique nott.; tum erit *χαλκὸς* clypeus, quo victores ibi donatos ferunt. Nihilominus præfero rationem priorem ob contextum sequentium (coll. schol. vet. v. 153), ob v. 157. atque Olymp. VI, 162. ibique nott. Denique nota schol. rec. v. 152: *Ἐδεξιώσατο αὐτὸν νενικηκότα.*[16]) — *τὰ τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ ἔργα καὶ Θήβαις.* Simplicissimum erit, de iis *artis operibus* cogitare, quæ victor sibi concessa domum non abstulit, i. e. statuis *ipsi in certamine positis*. Suadent non tantum antecedentia, sed et sequentia, ubi de rebus stabilibus sermo est, sc. institutis, locis, lapide Megarensi. Erat, quum *ἔργα* ob subsequens *ἀγῶνες* mihi essent *certamina* (*ludi*), quod Astio quoque Bothioque placuisse video, obloquente Böckhio Explicc. pag. 175: „Sane *ἔργα* quodammodo sunt certamina, sed nonnisi ea ratione, ut *facinora victorum in certamine* sint; *ludi*, in quibus certatur, *ἔργα* dici non possunt: neque hoc ullo loco reperies, ne Ol. XIII, 37 [54] quidem." In ultimum suo tempore inquiremus. Satis est, apponere Olymp. IX, 127: *Ὅτ' ἀμφότεροι κράτησαν μίαν ἔργον ἐν' ἀμέραν.* X, 75: *Εὖχος, ἔργῳ καθελών.* Pyth. VIII, 116: *Λαμάσσας ἔργῳ.* Quæ loca de *certamine* agere, postea patebit. Böckhius de artis operibus, certaminis præmiis cogitat. Schol. vet. v. 153: *Τὰ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἆθλα.* Thierschius: „Dann zu Thebä [kennt ihn] manche That."

16) Alii de statua ahenea Diagorae Argia posita haud male cogitabunt.

De Arcadiæ ludis variis v. scholl. et interppr. Jam de his poteris indistincte cogitare, vel de uno alterove eorum, e. g. Lycæis, quæ principem inter illos locum tenuisse suspicor. Alibi quoque victoriæ Arcadicæ indistincte laudantur. Anthol. Palat. IX, xxi, 3 (Incertus, de equo cursore, qui post multas victorias in certaminibus reportatas se in pistrinum detrusum esse conqueritur): *Ὃς Πυθοῖ κἠν Ἰσθμῷ ἐκώμασα, κἠπὶ Νέμειον Ζῆνα καὶ Ἀρκαδικοὺς ἤλυθον ἀκρεμόνας*, ubi Jacobsius (Anthol. gr. Lips. T. XII. p. 112) ambiguus est inter Arcadicum aliquem ludum Olympicumque. Ibidem XI, lxxxii, 1. 2 (Nicarchus): *Πέντε μετ' ἄλλων Χάρμος ἐν Ἀρκαδίᾳ δολιχεύων Θαῦμα μέν, ἄλλ' ὄντως ἕβδομος ἐξέπεσεν*, coll. Jacobs. de certaminis loco ad Anthol. gr. Lips. T. X. p. 31. Poteris in his locis, inprimis priori, de Lycæis cogitare, quod nec a nostro loco prorsus alienum, coll. schol. rec. v. 153: *Καὶ τὰ ἔργα τὰ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἔγνω αὐτόν. ἐτελεῖτο γὰρ ἐν Ἀρκαδίᾳ ἀγὼν τὰ Λύκαια τῷ Λυκαίῳ Διῒ ἀναχείμενος*. Deinde Thebas patriam singulatim ponit, juxta generaliter Böotios. Ista forsan olympiade (LXXIX. Böckh. Explicc. p. 164) Thebani reliquorum Böotiorum principatum quendam exercebant. Inter singulos Böotiorum ludos scholl. v. 154. referunt Eleutheria Platæensia. Ibi pugiles quoque concertasse, testatur Anthol. Palat. XI, lxxxi, 1 sqq. (Lucillius, s. Lucillus):

Πᾶσαν, ὅσαν Ἕλληνες ἀγωνοθετοῦσιν ἅμιλλαν
πυγμῆς, Ἀνδρόλεως πᾶσαν ἀγωνισάμαν·
ἔσχον δ' ἐν Πίσῃ μὲν ἓν ὠτίον, ἐν δὲ Πλαταιαῖς
ἓν βλέφαρον· Πυθοῖ δ' ἄπνοος ἐκφέρομαι.

Deinde ludis Böotiorum, quos laudant docti, Chæroneam

addo. Paus. VII, 27, 3: *Πελληνεῖς δ' οὖν Πρόμαχον τὰ μάλιστα ἄγουσιν ἐν τιμῇ, ἐν Χαιρωνείᾳ δύο ἀνελόμενον πάλης νίκας.* De ludis Pellenensibus v. ad Olymp. IX, 148. — *ἐν Μεγάροισίν τ' οὐχ ἕτερον λιθίναψᾶφος ἔχει λόγον.* Schol. vet. v. 156: *Κατὰ τὰ Μέγαρα ἔθος ἐστὶ τῶν νικηφόρων τὰ ὀνόματα λίθοις ἐγκολάπτεσθαι· φησὶν ὖν, ὅτι καὶ ἐν τοῖς Μεγάροις οὐχ ἕτερον ὄνομα ἐπιγεγραμμένον ἢ ἐγκεκολαμμένον φέρει ἡ ψῆφος ἡ λιθίνη, τουτέστιν ἡ στήλη, ἀλλ' ἢ τὸ τοῦ Διαγόρου. εἶχε δὲ ἡ στήλη καὶ ἄλλων τινῶν ἀγωνιστῶν ὀνόματα· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντος τοῦτό φησι. Ψῆφον δὲ λέγει τὴν στήλην διὰ τὸ περιέχειν τὰ τῶν χριτῶν ψηφίσματα.* Idem deinde singulas ejusmodi columnas singulis victoribus decretas esse putat. Sed priorem rationem meliorem esse, loci pindarici dictio convincit.

V. 159—175.

Invocat poeta Jovem Atabyrium, ut honorem conferat carmini suo victorique, Callianactis vero familiam ne deserat. *Ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ.* Simili Jovis invocatione terminatur Olymp. V. Idem deus Nostro ut popularibus suis alibi quoque *pater* est, coll. Olymp. XIII, 36. Nem. VIII, 60 etc. — *νώτοισιν Ἀταβυρίου μεδέων.* Scholl. dativum sumunt pro genitivo, ut sit pro *βασιλεύων Ἀταβυρίου.* Sed *μέδω* genitivum requirit, coll. Fragm. Parthen. IV, 1 (Heyne T. III. p. 29. Böckh. T. III. p. 591). Adde Damm., indic. Eurip. Barnes., Schneider. L. gr., all. Deest *ἐν. Jupiter, qui in (de) monte Atabyrio imperas (Rhodo).* — *Τίμα μὲν ὕμνῳ τεθμὸν Ὀλυμπιονίκαν. Benigne respice carmen, quod victorem quorum ludorum celebrat.* *τεθμόν.* Olymp. XIII,

39: *Δέξαι δέ οἱ στεφάνων ἐγχώμιον τεθμόν.* Ubi bene schol. vet.: *Νόμιμον ἔπαινον.* Coronarum *laudatoria lex* est *ὐ. τ.* Spanhemio ad Callim. h. in Apoll. v. 87. p. 138. Alia v. ad Olymp. XIII, 39. — Voto priori poetæ magnifice satisfactum, cujus carmen aureis literis scriptum fuit in templo Minervæ Lindiæ, coll. scholl. init. Lindus autem Atabyrio vicina. — *ἄνδρα τε πὺξ ἀρετὰν εὑρόντα. Qui gloriam nactus est.* Idem quod *λαβόντα, ἑλόντα.* Olymp. VIII, 8: *Μεγάλαν ἀρετὰν λαβεῖν.* Fragm. hyporch. I, 3 (Heyne T. III. p. 39. Böckh. T. III. p. 602): *Ἀρετὰν ἑλεῖν.* — *δίδοι τε.* Respondet τε antecedenti *μέν*, coll. Herm. ad Vig. pag. 836. fin. — *αἰδοίαν χάριν* (quam Olymp. XIII, fin. *αἰδὼ* dicit) *καὶ ποτ' ἀστῶν καὶ ποτὶ ξείνων. Gratum fac civibus et peregrinis,* ob victoriam puto, coll. loco simillimo Isthm. I, 70 sqq.: *Ὃς δ' ἀμφ' ἀέθλους ἢ πολεμίζων ἄρηται κῦδος ἀβρόν, εὐαγορηθεὶς κέρδος ὕψιστον δέχεται, πολιατᾶν καὶ ξένων γλώσσας ἄωτον. — ἐπεὶ ὕβριος ἐχθρὰν ὁδὸν εὐθυπορεῖ. Dignus gratiâ ob modestiam, qua inter populares agit.* Magna viri laus, qui tanto victoriarum cumulo inclaruerat. Jam vides, *αἰδοίᾳ χάριτι* inprimis absentiam invidiæ inesse, quæ in tanta triumphorum copia facile exspectari poterat. Verum erunt, qui simul de nobilitate viri cogitent, qua multi ad superbiam insolentiamque excitantur. Neque hoc improbandum. De *ὁδῷ* impropria v. ad Pyth. V, 17. — *εὐθυπορεῖ.* Schol. rec. v. 164: *Κατ' εὐθεῖαν πορεύεται οὐκ ἐκτρεπόμενος.* Potest omnino *εὐθυπορεῖ* idem esse, quod *ὁδὸν εὐθεῖαν πορεύεται,* quod erit ornamentum pro simplici *ὕβρ. ἐχθρ. ὁδόν.* Similem v. *εὐθὺς* usum v. Nem. I, 38: *Χρὴ δὲ εὐθείαις ὁδοῖς στει-*

χοντα μάρναθαι φυᾷ. Deinde *εὐθύγλωσσον ἄνδρα* cfr. Pyth. II, 157. — In sequentibus *ἐξέχραον* jungendum, coll. scholl. et gloss. v. 168. 169. Altera ratio difficultate non caret. Schol. vet. v. 168 (coll. rec. ibid. et gloss. v. 169): *Ἐξέχραον, οἱονεὶ ἐξεχρησμῴδουν καὶ παρῄνουν· ὡς περὶ εὐσεβέων δὲ λίαν ὑπαινίττεται.* Deinde *πατέρων ὀρθαὶ φρένες* mihi ambiguæ sunt. Suntne *mentes defunctorum divinæ?* Dicuntur enim vaticinatæ. An fuit e majoribus, qui *dictum aliquod memorabile* ediderat, liberos suos posterosque ab arrogantia aversurus? An cogitandum de *majorum exemplo liberorumque institutione?* Quod ipsum dici poterat oraculi instar monere. Böckhius: „*Tenet Diagoras*, inquit, *quæ bonorum patrum rectæ mentes monuerunt et edixerunt*, hoc est, quæ justi et probi parentes, Damagetus et propinqui, domestica eum disciplina docuerunt, quasi aliquod oraculum senili prudentia puero et adolescenti præcepta morum dantes." — *μὴ χρύπτε* (*Jupiter*. Schol. vet. v. 170. de animo poetæ cogitat) *χοινὸν σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάναχτος.* Poterit esse: *Ne sinas inglorium fieri*, coll. Pyth. IX, 167. et Böckh. Explicc. h. l. Vel erit: *Ne exstingue*. Utrumque habet schol. rec. v. 170: *Μὴ ἔα χρυβῆναι ἐν ἀδοξίᾳ.* Deinde: *Μὴ ἀφάνιζε.* Mihi in ambiguitate nativa euphemismus inesse videtur. — De *χοινὸν* recte schol. rec. v. 170: *Τὴν γενεὰν τοῦ Διαγόρου τὴν ἔχουσαν χοινωνίαν ἀπὸ Καλλιάναχτος.* Scholl. vett. v. 170. *χοινὸν* pro *διάδηλον, ἔνδοξον* minus bene sumunt. — De nominibus *Καλλιάναχτος* et *Ἐρατιδᾶν* videantur scholl.: *Καλλιάναχτος τοῦ προγόνου τοῦ Διαγόρου. — Ἐρατιδῶν, ἦγουν τῆς ἐν Ῥόδῳ φυλῆς τῆς ἀπὸ τοῦ Ἐρατίδου τοῦ προγόνου τοῦ Διαγόρου. — Ἐραατει-*

δὴς πρόγονος τοῦ Διαγόρου, ἀφ' οὗ καὶ φυλὴ ὁμώνυμος ἐν Ῥόδῳ. — Ὥστε τὸν μὲν Καλλιάναχτα πρόγονον εἶναι, Ἐραστίδας δὲ τὴν φατρίαν ἀπό τινος Ἐράστου καλεῖσθαι, ἢ Ἐραστέος ἀπὸ τοῦ Ἐραστεύς. φυλὴ δέ ἐστι τῶν Ἐραστιδῶν ἐν Ῥόδῳ, ἀφ' ἧς ἦν Διαγόρας. De *Erato* Argivorum rege octava fere ab reditu Heraclidarum ætate v. Paus. II, 36, 5., cit. Böckh. Explicc. p. 165., qui addit: „*Ita* Diagoras Heraclida est." Mihi secus videtur. Ex mente *Rhodiorum* (coll. Pind.) Licymnius, proprie Heraclida, in insulam transgressus, Heraclidarum Rhodiorum parens est. Cui narrationi quid opponi possit, equidem non perspicio. Aliter docti. Böckh. Explicc. l. c.: „Si rerum veritatem quæsiveris, post reditum demum Heraclidarum tertia a *Temeno* ætate *Althæmenes* Argivus ex regia Heraclidarum a Temeno stirpe in Cretam et Rhodum colonos duxit: conf. collectanea Meursii Rhod. I, 5. et maxime Müllerum Aeginet. p. 41 sq. Illos constat tria occupasse oppida, regulis Heraclidis parentia: Heraclidarum ea gens (*γένος*), quæ Jalysi imperabat, necesse est fuerit Eratidarum, ex qua Diagoram esse poeta extremo carmine significat; neque vero illa ab Eratide appellata est, sed ab Erato, quem ex regia Althæmenis Argivi progenie fuisse ipsum nomen testatur. *Eratum* quippe Argivorum regem octava fere ab reditu Heraclidarum ætate tenemus ap. Paus. II, 36, 3. etc." De Tlepolemo Heraclida in Rhodum insulam transgresso ejusque ibi posteris (Heraclidis Rhodiensibus) locupletes mihi testes sunt Homerus Pindarusque; neque video, quibus argumentis ea narratio infirmari possit. Deinde multo post Troica tempore Heraclidas quosdam vulgari sermone dictos eodem transisse, nec ego dubito,

coll. iis, qui supra citati sunt. Et ex his Heraclidis serioribus, quibuscum manus Doriensium eodem delata dicitur, Rhodiorum istam *τριπολιτείαν* conditam ii suspicabuntur, quibus Græcorum plurima instituta ab antiquitate justo majori repetita videntur. Poterant quoque hi posteriores Heraclidæ cum superioribus confundi. Neque tamen a me unquam, ne post Müllerum quidem l. cit., narratio posterior verior habita est, quam prior. — Denique per se apparet, e majoribus Diagoræ propioribus Callianactem fuisse, e remotioribus s. Erastum, s. Eratum, s. Eratidam. Nam et ultimam formam tolerari posse verisimile ex iis est, quæ de *Emmenidis, Emmenidæ* posteris, constat, coll. ad Olymp. III, 68. pag. 157. et Aristarch. ad Pyth. VI, 5. — *Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρίτεσσιν ἔχει θαλίας καὶ πόλις.* Punctum vix aptum post *χαρίτεσσιν*, quod ante Beckium plurimi editorum habuere, scholl. ignorant, cfr. scholl. ed. Böckh. p. 183. 184. Deinde iisdem scholl. *χάριτες* sunt *ἀνδραγαθήματα τῶν Ἐρατιδῶν, εὐτυχίαι, ἡδοναί, νίκη.* Jam scholiastæ rec. v. 170. *σὺν ταῖς χάρισιν* est pro *διὰ τῶν χαρίτων.* Explicatio, non interpretatio. Cum Eratidis gaudebat urbs, et quidem ob Diagoræ decus. Locutionis nostræ inversionem habes Hes. Scut. Herc. v. 284: *Πόλιν θαλίαι εἶχον.* — *πόλις.* Schol. rec. v. 170: *Ἡ πόλις ἡ Ῥόδος.* Vet. v. 171: *Πᾶσα ἡ Ῥόδος.* Melius de una alterave Rhodi tum nondum *συνοικισθείσης* urbe cogitabis. Böckhio (Explicc. p. 165) est Jalysus, utpote victoris patria. — *ἔχει θαλίας.* Bene affert Mingarellus Theocrit. XVII, 22 (Heyn. T. I. p. 101). Idem est *θαλίας ἐφέπειν* Archil. ed. Liebel. p. 153. — *ἐν δὲ μιᾷ μοίρᾳ χρόνου ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσοι-*

σιν αὔραι. Verum istud Eratidarum urbisque gaudium brevi in contrarium verti potest secundum naturam rerum humanarum, quas repentinis mutationibus obnoxias esse constat. Admonet Eratidas reliquosque cives: *Hac summa gestientes felicitate nolite oblivisci, posse subito infortunium aliquod ingruere. Ita gaudium vestrum erit modestius.* Agit more suo Noster, qui non unius tantum carminis fine victores sortis humanæ admonet. Hoc mihi simplicius iis videtur, quæ schol. vet. v. 173. præcipueque Böckhius docta sane et acuta attulerunt. [17]) Ad similem interpretandi simplicitatem ea revoco, quæ noster habet de Heliadarum errore Tlepolemique delicto. *Majores vestri, licet magna laude florentes cumque Diis cognati, non vacabant humanæ naturæ imbecillitate.* — *διαιθύσσουσιν. Celerrimo motu agitantur, discursant.* Bekker. Anecdd. gr. p. 360, 20: *Αἰθύσσειν: ἀναστίξειν, ἀναπαίειν.* Cf. quoque Hesych. vv. *αἰθύσσει, αἰθύσσειν, αἰθύσσοντας.* Primam vocis significationem in excitatione et motu radiorum scintillarumque pono. [18]) — *μιᾷ. Una eademque,* coll. Olymp. IX, 127. XIII, 51. Nem. VI, 1. all. Cum *αὔραις* h. l. impropriis cfr. Eurip.

17) Ceterum hanc admonitionem admodum prudenter atque ore quasi divinatorio editam vides, quum postea Eratidas salutis auctoritatisque imminutionem passos constet, de quo v. omnino Böckh. Explicc. p. 166. 177. 178.

18) Apponam loca veterum, varios v. usus illustrantia. Bacchyl. Fragm. XXVI (ed. Neue): *Ἐλπίδι δ' αἰθύσσει φρένας.* Eurip. Tro. v. 346: *Ἀτὰρ λυγρόν γε τήνδ' ἀναιθύσσεις φλόγα.* Arat. Diosem. v. 302: *Καὶ φλογὸς αἰθύσσουσι μαραινομένοιο λύχνοιο.* Orph. Argon. v. 972: *Φόνιον σέλας αἰθύσσασαι.* Nonn. Dionys. I, 31: *Εἰ φυτὸν αἰθύσσοιτο, νόθον ψιθύρισμα τιταίνων.* v. 186: *Αἰθύσσων ὀφίων σχολιὸν στρατόν.* 203: *Καὶ Ζεφύρῳ*

El. v. 1151: *Μετάτροποι πνέουσιν αὖραι δόμων.* Postremo simillimum est Isthm. IV, 8: *Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος οὖρος πάντας ἀνθρώπους ἐπαΐσσων ἐλαύνει.*

ζωστῆρα καὶ ἀντιπόρου πτερὸν Εὔρου Αἰθύσσων. 236: *Καὶ σέλας αἰθύσσων πυριθαλπέος ἀνθερεῶνος.* II, 647: *Ἀλλ' ἐνὶ γαίῃ Πολλάπις αἰθύσσουσα θυελλήεσσα κονίη Ὄρθιον ἡβώοντα κατέκλυσε καρπὸν ἀλωῆς.* III, 130: *Πτερόεντα διαιθύσσοντα πέδιλα.* 406: *Φάρεος ἄκρον ἕλισσε διαιθύσσουσα προσώπῳ.* IV, 2: *Αἰθύσσων πτερὰ κοῦφα.* VI, 271: *Αἰθύσσοντες ἐπ' ἰξύϊ δίπτυχον οὐρήν.* XXVI, 325: *Αἰθύσσων ἑλικηδὸν ἴτυν σκολιοῖο γενείου.* XXVII, 291: *Αἰγίδα δ' αἰθύσσουσα κυβερνήτειραν Ἐνυοῦς.* XXVIII, 75: *Καὶ γένυν αἰθύσσων σκολιὴν προβλῆτα προσώπου.* XXIX, 86: *Φάρεος ἄκρον ἐπαιθύσσουσα προσώπου.* XXX, 96: *Λήμνιον αἰθύσσων θανατηφόρον ἅπτόμενον πῦρ.* XXXII, 120: *Ἐπαιθύσσουσα Λυαίῳ Φάσματα ποικιλόμορφα.* XXXIII, 238: *Αἰθύσσων νιχίων ὑποκάρδιον ἰὸν Ἐρώτων.* XXXV, 86: *Τοξέος αἰθύσσουσα χασιγνήτοιο βοείην.* XXXVI, 232: *Αἰθύσσων γένυν ὅπλῃ.* 323: *Αἰθύσσων φλογόεν βέλος.* 361: *Αἰθύσσων βότρυν ἁλήτην.* XXXIX, 241: *Ἄπνοον αἰθύσσουσα νέκυν.* 369: *Αἰθύσσων παλάμας.* XLIII, 3: *Κλόνον αἰθύσσων.* 313: *Βάρβαρον αἰθύσσουσα μέλος.* 346: *Πλοκάμους συναιθύσσουσα θυέλλαις.* XLIV, 10: *Κιχλάδας αἰθύσσουσα ῥοάς.* 31: *Γένυν αἰθύσσουσα.* 280: *Αἰθύσσων ἱμάσθλην.* XLV, 16: *Κύμβαλα αἰθύσσουσα.* XLVI, 118: *Αἰθύσσων πόδα.* 138: *Αἰθύσσοντα καλύπτρην.* XLVII, 609. *Καταιθύσσουσα πῦρ.* 656: *Αἰθύσσων πτερά.* XLVIII, 674: *Νόον αἰθύσσουσα.* **Anthol. Palat. VII, xxvii, 4 (Antipater Sidonius):** *Αἰθύσσων ἄνθος.* **Alia v. apud Schneiderum L. gr. v. αἰθύσσω et παραιθύσσω.**

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Η'

ΑΛΚΙΜΕΔΟΝΤΙ ΑΙΓΙΝΗΤΗΙ

ΠΑΙΔΙ ΠΑΛΑΙΣΤΗΙ.

Schol. vet. inscr.: *Γέγραπται ὁ ἐπινίκιος προηγουμένως τῷ Ἀλκιμέδοντι παιδὶ παλαιστῇ νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα· μέμνηται δὲ ὁ Πίνδαρος καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Τιμοσθένους Νέμεα νικήσαντος καὶ τοῦ ἀλείπτου αὐτοῦ Μελησίου ὥς τινες καὶ παγκρατιαστοῦ.* Schol. rec. ibid.: *Συμπαρέλαβε δὲ καὶ τοὺς τρεῖς, τὸν μὲν Ἀλκιμέδοντα ὡς Ὀλυμπιονίκην ἐν πάλῃ, τὸν δὲ Τιμοσθένην ὡς ἀδελφὸν αὐτοῦ Νεμέοις νικήσαντα πάλῃ, Μελησίαν δὲ ὡς ἀλείπτην Ἀλκιμέδοντος ἢ καὶ τοῦ ἀδελφοῦ.* Alcimedon (v. 86) Aegineta (v. 27) *πάλῃ* vicerat (ibid.) IV pueros (v. 90). De familia victoris v. schol. v. 97: *Βλεψιαδῶν δὲ φυλὴ ἐν Αἰγίνῃ, ἀπὸ Βλεψιάδα* [obloquente ob nominis formam Böckhio Explicc. p. 179; sed conf. ad Olymp. III, p. 157. VII, p. 283], *προγόνα Ἀλκιμέδοντος.* Ibidem: *Βλεψιάδαι ἡ φατρία αὐτῶν ἐστι, ὧν εἷς ἀπόγονος ὁ νικήσας.* Erat ea discipulorum Melesiæ victoria tricesima (v. 87), Alcimedon e familia victor sextus (v. 100). Celebratur quoque victoris frater Timo-

sthenes, Nemeis victor (v. 21), nec non magister Melesias (v. 71), quem e more laudatum monet Böckhius l. c. Denique de Iphione et Callimacho memoratis vid. schol. v. 106 sqq. Oda Olympiæ cantata videtur coll. v. l. 12 sqq.

V. 1—14.

Accipe, Olympia, pompam Alcimedontis. *Μᾶτερ ὦ χρυσοστεφάνων ἀέθλων, Οὐλυμπία.* Schol. vet. v. 1: *Μητέρα τῶν ἄθλων εἶπε τὴν Ὀλυμπίαν ὡσανεὶ μητρόπολιν οὖσαν διὰ τὸ ἐπιφανέστατον εἶναι τὸν Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα.* Idem ibidem similiter. Rec. ibidem: *Αἰτία τῶν βραβείων.* Sed *ἄεθλα* h. l. sunt *certamina*. Olympia enim heroina est, ideoque *mater* et *domina* dicitur, utrumque pro *loco*, ubi (*ἵνα* v. 3) certamina etc. fiebant. Ita jam schol. vet. v. 1: *Πρὸς αὐτὴν τὴν Ὀλυμπίαν ποιεῖται τὸν λόγον, ὅ ἐστι πρὸς τὴν Πίσαν τὸν τόπον. — δέσποιν' ἀλαθείας.* Scholl. v. 1. 3: *Διὰ τὸ αὐτόθι τὸ τῶν Ἰαμιδῶν μαντεῖον εἶναι* (ut Pyth. XI, 11. Delphi sunt *ἀλαθὴς μαντεῖος θῶκος*). Ita Böckhius. Ibidem: *Ἐπειδὴ μετὰ πάσης ἀληθείας ἐκρίνοντο οἱ ἀγωνιζόμενοι.* Posterior ratio antecedentem sententiam bene facit absolvi, usuque Pindari commendatur, qui alibi quoque judiciorum olympicorum justitiam laudat, coll. Olymp. III, 21. 37. Bothius: „Wo die Wahrheit an's Licht kommt, wo in den Kampfspielen Muth und Feigheit sich unterscheiden.“ — *μάντιες ἄνδρες.* Isthm. VI, 75: *Μάντις ἀνήρ.* Eos Jamidas fuisse, scholiastis visum et interpretibus. An soli? Id nondum demonstratum est. — *ἐμπύροις τεχμαιρόμενοι.* Usitatius erat *ἐξ ἐμπύρων.* Sed cf. Fragm. inc. II (Heyne T. III. p. 76 — 80. Böckh. T. III. p. 640 sqq.). [1])

Nec

1) Ibi Graecis dictum illud pindaricum de *νόμῳ βασιλεῖ* citantibus adde Orig. c. Cels. V, 34 (Opp. ed. de la Rue T. I. p. 684): *Καὶ ὀρθῶς μοι δοκεῖ Πίνδαρος ποιῆσαι, νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι.*

Nec rarus dativus apud scriptores pedestres, coll. Schneid. L. g. v. *τεχμαίρω*. — Deinde *ἔμπυρα* simpliciterne sunt hostiæ, e quarum scissuris vaticinatos Jamidas olympicos constat? coll. supra p. 215. 16. et schol. rec. v. 1: *Ἐν ἐντόμοις θύμασι σκοποῦντες*. An flamma hostiarum incensarum (de quo v. Hesych. apud Schneid. Lex. gr. v. *ἔμπυρος*)? Placet posterius, quod habet quoque schol. vet. v. 3. (*διὰ τῶν ἐμπύρων θυσιῶν*. Ibid.: *Διὰ τοῦ πυρὸς*), quamquam eosdem sacrificulos variis modis necdum satis explanatis vaticinatos e scholl. Olymp. VI, 119. mihi probabile est. De *ἐμπυρομαντείᾳ* v. Aesch. Prom. v. 507: *Φλογωπὰ σήματα*, quæ Blomfieldius in glossario p. 127. Lips. recte explicat de „ignispiciis, in quibus flammam spectabant, quomodo se per auras explicaret." Multa alia de eadem re habet Valcken. ad Eurip. Phön. v. 1261., monente ibidem Blomfieldio, qui addit Apoll. Rhod. I, 144. Similia sunt Eurip. Suppl. v. 212: *Ἐς πῦρ βλέποντες καὶ κατὰ σπλάγχνων πτύχας Μάντεις προσημαίνουσιν οἰωνῶν τ' ἄπο*. Phön. v. 954: *Ὅστις δ' ἐμπύρῳ χρῆται τέχνῃ, Μάταιος*. — *Διὸς ἀργικεραύνου*. Hom. Il. XIX, 121: *Ζεῦ πάτερ, ἀργικέραυνε*. Nonn. Dionys. X, 85: *Ἀργικέραυνε*, Jupiter. Q. Smyrn. IV, 49: *Ζεῦ πάτερ, Ἀργικέραυνε*. Orph. fragm. VI, 9 (Herm.): *Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος, ἀργικέραυνος*, ut distinguendum et legendum videtur pro *ὕστατος ἀρχικέραυνος*, coll. ibid. Gesn. p. 460. Idem esse poterit *Ζεὺς ἀργὴς* Emped. v. 27., coll. ibid. Sturz. p. 549. In sensu prædicati laboratur. Schol. rec. v. 1: *Τοῦ αἰτίου τῶν ταχέων κεραυνῶν*, quod convenit cum Aristotelica vv. *ἀργῆτες κεραυνοὶ* explicatione, coll. Meurs. ad Lyc. v. 382. p. 1235 sq. Müll. et Schneid. L. g. v. *ἀργήεις*. Hoc melius videtur,

quam de candore fulminum cogitare. Rubra enim alibi sunt Jovis fulgura. Olymp. IX, 10: *Φοινιχοστερόπαν Δία.* Non aliter Latini, monente Meurs. l. cit. Horat. Od. I, 2, 2: *Rubente dextera*, de fulgurante Jove, ubi Acron: *Omnes manubiæ albæ et nigræ Palladis esse dicuntur, Jovis rubeæ et sanguineæ.* Claud. rapt. Proserp. II, 228: *Ni Jupiter æthere vulso Pacificas rubri torsisset fulminis alas.*[2]) — *εἴ τιν' ἔχει λόγον ἀνθρώπων πέρι μαιομένων μ. ἀ. θ. λ.* Cum *λ. ἔχειν περί τινος* hujus loci sensu exemplo careat, quantum ego quidem scio, præstabit forsan *περιμαιομένων* (*valde appetentium*), coll. *ἀνδρῶν περιχαδόμενοι* Nem. X, 101. Sed *περιμαίομαι* quoque pro *ἅπαξ λεγομένῳ* habeo, talisque disjectio vocis meliori metricæ repugnaret. Quare prius eligendum, quod scholiis quoque visum et Aristarcho. — *θυμῷ.* Appositio epica, coll. Isthm. VI, 63: *Θυμῷ θέλων.* Usum homericum illustrat Damm. p. 1080. — *μεγάλαν ἀρετάν.* Schol. rec. v. 1: *Τιμὴν μεγάλης νίκης.* Similiter vet. v. 3. Heyniusque, coll. Olymp. VII, 163. Conferes quoque Olymp. XI, 6: *Πιστὸν ὄρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς.* Isthm. III, 6: *Μεγάλαι δ' ἀρεταὶ θνατοῖς ἕπονται.* Fragm. inc. XXIII (Heyne T. III. p. 91. Böckh. T. III. p. 666): *Ἀρχὰ μεγάλας ἀρετᾶς, ὤνασσ' Ἀλάθεια.* Sed in his locis alii virtutem cum laudibus suis junctam existimabunt. — *λαβεῖν.* Hoc verbum affectui junctum illustrat Markl. ad Eurip. Suppl. v. 1050 (Lips. p. 182). — *μόχθων ἀμπνοάν.* Ad verbum commode sumi potest,

2) Interpretandi difficultatem vitasse putabunt ii, quibus ἀργιχ. est *clare fulminans* (hell blitzend), coll. Böckh. T. III. p. 40. Ejusdem forte generis est illud Empedocleum ἀργίτι αἰνῇ (v. 71. Sturz.).

coll. scholl. Aliis est repetitio victoriæ gloriæque. Minus bene. Formulam passim obviam habes. Eurip. Jon. 1604: *Τῆσδ' ἀναψυχῆς πόνων.* Q. Smyrn. VII, 463: *Ἀναπνεύσειν καμάτοιο.* — *ἄνεται δὲ πρὸς χάριν εὐσεβίας ἀνδρῶν λιταῖς. Perficitur in gratiam pietatis, hominum ob preces.* Ita e scholl. et codd. mutavit Böckhius pro *εὐσεβέων*, quod erat concretum pro abstracto, sensu non alio, quamquam lectio *εὐσεβίας* vocis *χάριν* intellectum juvare videtur. Damm. p. 119: „Perficitur ad gratiam piorum, sc. τὸ interrogare Jovem. Potest et esse gnome generalis: *Efficitur aliquid precibus piorum.*" Prius placet. Sed quinam sunt isti pii et precantes? Soli sacrificuli olympici cum Jamidis, an concertaturi soli, an utrique? Scholiastis et nuperis interpretibus sunt Jamidæ, coll. Böckh. Explicc. p. 160. Non pejus videtur, de solis concertaturis cogitare. Alii tertium eligent, quum sacrificulorum illorum fuerit exploratio voluntatis divinæ, preces certaturorum. Eamque distinctionem oppositionis cujusdam inter *χάρ. εὐσεβ.* et *ἀνδρ. λιτ.* specie commendari suspicabuntur iidem. Equidem non decerno. — Ad formam *ἄνεται*, cujus et ego nonnisi passivam vim deprehendi, cfr. Apoll. Rhod. I, 651: *Ἥματος ἀνομένοιο.* Arat. Phænom. (Buble) v. 373: *Ἀνομένων ἐτέων.* Opp. Halieut. IV, 528: *Καὶ ἵμερος ἄνεται εὐνῆς.* Adde Hesych., Zonar. et Phavorin. v. *ἄνεται.* Alia dedit Böckh. nott. critt. p. 391. et Schneid. L. g. v. *ἄνω.* — Formam *εὐσεβίας* pro *εὐσεβείας* nec alii ignorant. Eurip. Hippol. v. 1358 (Monk. 1365): *Τῆς εὐσεβίας*, ubi de his formis videndi Valcken. et Monk., coll. inprimis Dorvill. ad Char. p. 446. Lips. Anthol. Pal. VII, CCCXXXI, 2 (Incertus): *Ἡμετέρης εὐσεβίης.*

Ibid. T. II. p. 864. Epigr. cccxxxvii, 4 (Incertus): *Ἡμετέρην εὐσεβίην*. Formam *εὐγενίας* et similia illustrat Böckh. in libro: *Græcæ tragödiæ principum* etc. p. 264. — Addit Böckh. Explicc. p. 179 sq.: „Id [oraculum Jovis olympicum] haud dubie etiam Alcimedontis parentes vel tutores consuluerunt de eventu certaminis filii aut pupilli, et illis addixerat oraculum: unde hæc nunc memorantur, et statim transitur ad victoriam Alcimedontis. Tenendum hoc non solum ut intelligatur, cur poeta carmen ita ut fecit inceperit, verum etiam ut cetera, quæ mox de Aeaco dicuntur, plane perspiciantur." Reliquis quoque horum epiniciorum victoribus oraculum addixisse suspicor, neque tamen hujus rei vestigia in istis carminibus extant. Deinde consulendi ante certamina Dei morem tritum fuisse, mihi quidem non improbabile videtur, coll. ad Olymp. V. p. 176. Quibus positis hujus carminis exordium tum Olympiæ laudem (coll. Olymp. I. in.) spectare putabis, tum sacerdotum quorundam, forsan Jamidarum inprimis, inter quos Pindarumque necessitatem quandam et consuetudinem intercessisse, carmen olympicum sextum non obscure indigitat. Laus autem istorum hominum tanto major est, quanto arctius cum Olympiæ ipsius laude conjunctam vides. De Aeaci mentione deinde inquiremus. — *ἀλλ'*. Schol. rec. v. 13: *Πρὸς τὴν Ὀλυμπίαν ἀποτείνων ἤρξατο, εἶτα πολλὰ διὰ μέσου θεὶς καὶ μὴ ἐπαγαγὼν τὴν ἀπόδοσιν ἐπαναλαμβάνει τὸν πρὸς αὐτὴν λόγον*. Adde ad Olymp. V, in. — *ὦ Πίσας εὔδενδρον ἐπ' Ἀλφεῷ ἄλσος*. Schol. vet. v. 12: *Διαλέγεται ἢ πρὸς τὸ Πάνθειον, ὅπου αἱ ἐλαῖαι φύονται, ἢ πρὸς τὸν τόπον, ὅπου οἱ ἀνδριάντες τῶν νικησάντων ἀνάκεινται*. De Olympico nemore aperte

quidem sermo habetur, sed est variatio Olympiæ ipsius in. positæ. — *τόνδε κῶμον καὶ στεφανηφορίαν.* Schol. vet. v. 12: *Τοῦτον τὸν κῶμον καὶ ὕμνον καὶ τὴν ἐκ τῆς στεφανηφορίας πρόσδεξαι νίκην* [Aptius *τὴν ἐκ τῆς νίκης στεφανηφορίαν*].[3]) Rec. ibid.: *Τὸν μετὰ χορείας ὕμνον καὶ τὴν . . . ἐν στεφάνοις ἀναπήρυξιν.* Ita sc. præparatur schol. vet. v. 66 (de *δεῦρο*): *Εἰς τοῦτον τὸν τόπον· ὑπόκειται γὰρ τὸ ἐγκώμιον ἐν Αἰγίνῃ. ἀπὸ τοῦ χοροῦ δὲ ὁ λόγος.* Jam negari quidem non potest, Aeginæ quoque hoc dici potuisse, ut nonnisi poetica sit ad Olympiam gratiarum actio s. Pindari, s. chori Aeginetarum. Simplicius tamen usuique convenientius Pindarico, qui talibus precibus veram in loco præsentiam denotari facit, odam Olympiæ cantatam Böckhius sumit. Vide tamen, quæ ad finem carminis annotata sunt. — Denique, quid *στεφανηφορία* sit, mihi in ambiguo est. Estne unum ex scholl. allatis eligendum? An est *στεφ.* cum Böckh. coronæ in Altin delatio? An *κώμου* quædam repetitio? An pro *στεφανηφόρε*? ut Olymp. V, 15. *μοναμπυχίᾳ* est pro *μονάμπυκι.*

V. 14—27.

Exponit P. per sententias Olympiæ et Alcimedontis decus, unde ad Aeginæ laudes transit. *Μέγα τοι κλέος αἰεί.* Eadem sententia victoriam memoratam subsequitur Olymp. I, 157. IV, 15. *Accipe gratiarum actio-*

---

3) Euripidi *στεφανηφορία* est *coronarum ob victoriam collatio.* El. v. 866: *Νίκας στεφανηφορίαν κρείσσω (τῆς) παρ' Ἄλφεῳ ῥεέθροις τελέσας.* Nonn. Dionys. XLV, 70: *Τειρεσία στεφανηφόρε, victor.*

nem pro summo Alcimedontis honore. Τοὶ h. l. est pro γάρ, coll. schol. vet. v. 14. — *γέρας ἔσπητ'.* Nem. X, 69: *Ἔπεται τιμά.* — *ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλον.* Antecedentis sententiæ quædam restrictio. *Magnus et perpetuus a te collatus honor est, quanquam alias quoque clarescendi vias Dii aperuerunt.* — *ἐπ' ἄλλον* pro *ἐς ἄλλον* Olymp. II, 64. in re simili. — *ὁδοὶ εὐπραγίας. Subsidia felicitatis,* coll. *κέλευθος* Isthm. VI, 32. Fragm. hyporchem. I (Heyne T. III. p. 39. Böckh. T. III. p. 602). Alibi *ὁδοὶ* circumscriptionis munere funguntur. Cf. indd. Pind. Eurip. Heracl. v. 236: *Τρισσαὶ συμφορᾶς ὁδοί.* Jon. v. 930: *Πημάτων καινὰς ὁδούς.* Et alibi. — *Τιμόσθενες κ. τ. λ. Istud decus vos fratres adepti estis.* De singulis ita schol. vet. v. 19: *Ὁ μοιρίδιος ὑμῶν πότμος καὶ ἡ τύχη ἀπεκλήρωσεν ὑμᾶς κατὰ τὴν γένεσιν τῷ Διΐ, σέ τε, ὦ Τιμόσθενες, καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀλκιμέδοντα.* Singulare munus *Πότμου*, qui Jovi tradit hos fratres. Olymp. VII, 117 sq. Parca Lachesis similem cum Jove dignitatem habet. Sed Nem. IV, 68. dicitur *Πότμος* rex. Nem. VI, 13. sortem mortalium futuram constituit. Jam quare Timosthenes ante victorem hujus carminis laudetur, promum est. Erat puto victoria ejus, natu forsan majoris, ante reportata. Et volebat P. Alcimedonte deinde laudato transitum ad sequentia commodiorem sibi parare. — *γενεθλίῳ.* Schol. vet. v. 19: *Τῷ τῆς γεννήσεως αἰτίῳ. τοῦτο δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ νεώτεροι ἐνίκησαν.* Similiter rec. ibidem. Alia proponit Böckhius (de Jove gentis ipsorúm auctore), coll. Schneid. L. g. v. *γενέθλιος.* — *ὃν μέν.* Böckh. nott. critt. p. 392: „In verbis *ὃν μέν*, licet brevis pro longa possit ferri (v. de metris Pindari lib. II,

cap. IV. lib. III. cap. XVI. et notam proxime sequentem), tamen vitium subesse ratio structuræ laborans docet: debebat enim esse ὃς σὲ μέν." Mihi structuræ ratio nunquam laboravit. Neque enim relativum nonnisi proxime antecedentia respicere debet, et potest pronominibus primæ quoque ac secundæ personæ respondere. Deinde relativi accusativus initio positus bene convenit subsequenti accusativo Ἀλχιμέδοντα, qui non aliter ac relativum personæ tertiæ vim habet. Quare loci mutatio a solis rationibus criticis pendebit, quæ mihi in utramque partem ejusdem ferme roboris esse videntur. Ceterum Böckhius primo legerat ὅς σ' ἐν μὲν Νεμέᾳ (nott. critt. l. c.). Nunc ob eos, quibus hyperbaton displicet (Herm. ap. Heyne T. III. p. 309), proponit ὃς σὲ μὲν Νεμέᾳ. — ἦν δ' ἐσορᾶν καλός. Subsequens quoque carmen v. 141. victorem ob formam laudat, memoratâ victoriâ. Adde Olymp. X, 122. Isthm. VII, 30. Et poterat hoc ipsum, non tantum gentiliciorum (Blepsiadarum) et popularium (Aeginetarum) more suo laudandorum consilium eum inducere, ut Aeaci deorum in condenda Troia consortium memoraret. Erat enim Aeacus Neptuni amasius ut Pelops, cui Neptunus currum dedit, ut in Peloponnesum proficisceretur, cum Aeacum suo ipsius curru in easdem terras abiens secum asportaverit. — ἔργῳ τ' οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων. Scholiastis est ἔργῳ pro πράξει, ἔργοις. Aliis *certamen* placebit, coll. ad Olymp. VII, 154. *Formæ ejus opus* (*certamen*) *respondit*. Deinde junge κατελέγχει, ut in simili loco Tyrtæi I, 9 (Brunck.): Κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει. Paulo aliud est αἰσχύνειν εἶδος Pyth. IV, 469. — ἐξένεπε κρατέων πάλᾳ δολιχήρετμον Αἴγιναν πάτραν. Trans-

it ab Alcimedonte ad patriam ejus. *ἐξένεπε*. Cf. Olymp. V, 16 sqq. ibique nott. p. 177. — *δολιχ.* scholiis v. 26. est idem quod *ναυτικός*, ut Odyss. VIII, 191. Phæaces sunt *δολιχήρετμοι*, s. *ναυτικοὶ* puto; ni quis ibi vitandæ repetitionis gratia aliam significationem elegerit. Jam alluditur ad longas tum Aeginetarum navigationes? De quo v. Müllerus Aegin. p. 81. e Pindaro potissimum disputans.

V. 28—40.

Laudatur Aegina ob justitiam in rebus mercatoriis, hospitalitatem incolarumque stirpem doricam. *Ἔνθα σώτειρα, Διὸς ξενίου πάρεδρος, ἀσχεῖται Θέμις ἔξοχ' ἀνθρώπων.* Ex more inversionis poeticæ, quæ id, quod prædicatum esse debebat, subjectum esse vult, hujusque subjecti appositum id, quod erat subiectum. I. e. *Θέμις, σώτειρα* etc. — Ol. IX, 25. *Εὐνομία* est *σώτειρα*. — *Διὸς ξενίου.* Idem audit *ξείνιος πατὴρ* Nem. V, 61., quæ oda alium puerum Aeginetam celebrat. Adde Nem. XI, 9. [4]). Confluebant in istam insulam plurimi homines, hospitioque liberali excipiebantur, coll. v. 34., scholl. et Müll. Aegin. p. 79. — Deinde Themidem h. l. non (ut scholl. videtur) ad hospitalitatem Aeginetarum jam memoratam, sed ad justitiam eorundem circa mercaturam litesque mercatorias spectare, sequens sententia docet. — *ὅ τι γὰρ πολὺ* [Sensu proprio? an *sæpe*?] *καὶ πολλᾷ ῥέπει.* Bene electum verbum, quod proprium est librantium et mercantium, pro *κινεῖται*, *κλίνει* etc.

---

4) Ultimo loco *Θέμις* Jovi juncta abstractum est, h. l. persona, et *ἀσχεῖν* proprie intelligitur ut Aesch. Prom. v. 1102 (*κακότητ' ἀσχεῖν*). De hujus verbi cum virtutibus conjunctione conf. Blomf. Glossar. in Prom. (Lips. p. 159). Adde ind. Eurip. Barnes.

— γάρ. *Quæ laus eo major est, quum talia bene dijudicare difficillimum sit.* — Ad sensum bene Heynius: „*Quod multum et multas in partes, varie, inclinat,* cujusmodi peregrinorum negotia et caussæ sunt, in quibus jus sæpe varium, incertum et obscurum est.“ — μὴ παρὰ καιρόν. Repetitio vv. ὀρθᾷ φρενί. *Veritati convenienter,* coll. Olymp. IX, 58. Pyth. X, 5. — τεθμὸς δέ τις ἀθανάτων καὶ τᾶνδ' ἁλιερκέα χώραν παντοδαποῖσιν ὑπέστασε ξένοις κίονα δαιμονίαν. In his καὶ sero positum, cum potuisset esse δὲ καί. Videatur Hermannus ad Olymp. V, 37. — ἁλιερκέα. *Mari septam,* coll. scholl. Vulgare regionum maritimarum prædicatum. Pyth. I, 34: Ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι. Isthm. I, 10: Τὰν ἁλιερκέα Ἰσθμῷ δειράδ'. Oppian. Hal. III, 175: Γαίης ἁλιερκέος, de ipso continente. Similiter ἁλιστέφανος, ἁλιστεφής, ἁλίζωνος etc. Hymn. hom. I, 410: Ἁλιστέφανον πτολίεθρον. Nonn. Dionys. XXVI, 89: Ἁλιστεφάνου Παταλίννης. XL, 521: Ἁλιστεφάνῳ νήσῳ. Musæus (Pass.) v. 45: Ἁλιστεφέων νήσων. Orph. Argon. v. 146: Ἁλιστεφὲς ἄστυ. Nonn. Dionys. XXXVII, 152: Ἁλιζώνοιο Κορίνθου. XLVIII, 37: Ἁλιζώνοιο Ἰσθμῷ. 200: Ἁλιζώνου Ἰσθμῷ. Anthol. Palat. VII, CCXVIII, 3 (Antipater Sidonius). coll. Suid. et Zonar. v. ἁλιζώνους· Ἁλιζώνοιο Κορίνθου. IX, CCCCXXI, 1. 2 (Antipater Macedo): Νῆσοι, ἃς κελαδεινὸς Ζωστὴρ Αἰγαίου κύματος ἐντὸς ἔχει. DCCLXXVIII, 1. 2 (Philippus): Γαῖαν τὴν φερέκαρπον, ὅσην ἔζωκε περισχὼν Ὠκεανός. Damm. v. ἁλιερκής: „Aeg. insulam vocat P. ἁλ. χ., quia hæc insula ex mari difficiles, nisi in portu habebat aditus. Mare ipsum, scopulis circa infestum, sepiebat eam quasi muro contra prædones subitos.“ Böckhius: „Ἁ. χ., non

ob solum mare, sed etiam ob cautes asperas mari injectas, quibus undique cincta difficilem præbet aditum: quas Aeacus, quo tutiorem insulam præstaret, mari immersisse ferebatur: v. Paus. II, 29, 5." Prior ratio simplicior mihi videtur usuque cognato satis commendata.[5]) — *κίονα δαιμονίαν.* Scholl. v. 33. 36: *Βάθρον ὥσπερ καὶ ἔρεισμα. Ὑποχειμένην ἐποίησεν εἰς ἀνάπαυσιν καὶ ἀσφάλειαν. Καταφύγιον.* Böckhius (nott. critt. p. 393) sensum vocis ad judicia Aeginetarum nautica trahit. Recte quidem; sed nec hospitalitas eorum et peregrinorum in eâdem posita fiducia excludi videtur. — *ὁ δ' ἐπαντέλλων χρόνος τοῦτο πράσσων μὴ κάμοι.* Schol. rec: v. 37: *Ὁ δ' ἐπερχόμενος χρόνος τοῦτο ἐνεργῶν εἴθε μὴ ἀτονήσειε.* Subobscurum est *τοῦτο*, per quendam puto euphemismum. *Utinam pergat tempus inseqnens id præstare, ut maneat columna extraneis!* Quod non poterat fieri, si incolumitas ipsius in periculum erat adducta. Et revera tum de Aeginetis sollicitus esse P. poterat, coll. Böckh. Explicc. — *ἐπαντέλλων.* De floribus petita vox. Similia *λοιπὸς χρόνος* (Nem. VII,

5) Eritne in uno alterove locorum supra citt. terra *ἁλιερκής* ea, quae *oceanum praesepit, arcet, ejus est* ἕρκος? Id placet Thierschio ad nostrum locum, Dammio ad Pyth. I, 34. Isthm. I, 10., Schneidero (L. gr.) ad Opp. l. laudatum. Haud ineptum plane in terris saltem majoribus, vel terra ipsa. Sed faciunt cognata supra allata, ut significatum vocis passivum non deseram. Rectius quoque majora dicuntur ἕρκη minorum, quam minora majorum, coll. Nonn. Dionys. XLII, 480: *Καὶ πλατὺν ἀενάου μετρέμενον ἄντυγα κόσμου Ὠκεανόν, mundo mare cinctum.* Quod apprime valet de mari terram cingente. Adde nos ad Pyth. II, 147.

99. Fragm. thren. IV, 8. Heyne T. III. p. 37), *ἔρπων, ἐφέρπων, μέλλων ἐπελθών*, coll. ad Olymp. VI, 164. p. 231. — *Δωριεῖ λαῷ ταμιευομέναν ἐξ Αἰακοῦ. Gubernatam, administratam*, coll. iis, quæ de *ταμίᾳ* congessimus ad Olymp. VI, 7. p. 186. — *ἐξ*. Hæc præpositio quum non esse possit *post*, sed modo *inde a*, modo *breve post*, admittendus videtur anachronismus haud mediocris, ut Dores contra historiam (coll. Müller. Aegin. p. 43 sq.), non interposito intervallo, inde ab Aeaco regnum Aeginæ tenuisse dicantur. Hoc facinus historicum ii forsan tolerabunt, qui a Nostro Rhodiisque (Olymp. VII.) artis Rhodiacæ florem cum ipsis Minervæ natalibus confundi meminerunt. Alii eligent acutam Böckhii interpretationem: „Tenuerunt eam Dorienses traducto [post alios] ad illos ab Aeaco imperio.“ Ita fuit Aeacus regni Aeginetici, ad Dorienses post delati, primus auctor, ideo memoratus, quod ad eundem totius Aeginetarum historiæ et gloriæ quasi incunabula referebantur. V. plura in sequentium versuum explanatione.

V. 41—69.

Aeginetarum gloriæ auctor Aeacus, Deorum consortio dignatus in munienda Troia. Παῖς ὁ Λατοῦς. Apollo. Fragm. Prosod. I, 2. (Heyne T. III. p. 43. Böckh. T. III. p. 587): *Παίδεσσι Λατοῦς.* Ap. alibi *Λατοΐδας*, coll. Pyth. I, 23. III, 118. IV, 461. IX, 8. Nem. IX, 126. — *Εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν.* Oppian. Hal. I, 74: *Εὐρυμέδων Κρονίδης γαμόχος.* — *στέφανον. Murum* (coll. schol. vet. 42), alibi *partem muri*. Orph. Argon. v. 900: *Ἔρκος, στεφάνοισι κεκλήμενον.* Anthol. Palat. IX, CIV, 3. 4 (Alpheus Mityl.): *Τροίης θειόδμητον στέφανον.* Ejusdem generis

est στεφάνη, στεφάνωμα, εὐστέφανος, λίθων μίτρα. Eurip. Hec. v. 892: Στεφάναν πύργων. Tro. v. 786: Πύργων στεφάνας. Anthol. Palat. IX, XCVII, 3 (Alpheus Mityl.): Στεφάνη πόλης. Ibid. CLI, 2 (Antipater): Στεφάναι πύργων. Soph. Antig. v. 122: Στεφάνωμα πύργων. Nonn. Convers. Evang. Joh. V, 5: Domus quædam ζωσθεῖσα λίθων μίτρῃ. Hes. Scut. v. 80: Εὐστέφανον Θήβην. Anthol. Palat. T. II. Append. etc. p. 863. Epigr. CCCXXXVI, 2 (Incertus): Εὐστεφάνοις πύργοις. Jam de Apolline Neptunoque s. Trojæ totius, s. turris alicujus Trojani (v. 49. πύργον) conditoribus multa est poesis Græcorum. Apponam quædam, ab aliis forsan prætermissa. Hesiod. fragm. (Lösn. p. 452): Ἥματι τῷ, ὅτε τεῖχος ἐϋδμήτοιο πόληος Ὑψηλὸν ποίησε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων. Eurip. Androm. v. 991: Ὦ Φοῖβ' ὁ πυργώσας τὸν ἐν Ἰλίῳ εὐτείχη πάγον καὶ Πόντιε. Tro. v. 4: Ἐξ οὗ γὰρ ἀμφὶ τήνδε Τρωϊκὴν χθόνα Φοίβός τε κἀγὼ (Neptunus verba faciens) λαΐνους πύργους πέριξ Ὀρθοῖσιν ἔθεμεν κανόσι. v. 814: Κανόνων δὲ τυχίσματα Φοίβου (Troia). v. 1164 (de eâdem): Τείχη πατρῷα, Λοξίου πυργώματα. Incertus Rhesi auctor v. 224 sqq.: Ἄπολλον, ... ὦ Τροίας τείχη παλαιὰ δείματα. Lycophr. Cass. v. 617 (ibique Tzetza. Müll. p. 702): Τοῦ τειχοποιοῦ (Neptuni, qui Troiam cum Apolline condidit). Coluthus v. 372: Ἴλιον, ἣν πύργωσε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων. Hinc Troia singulari sensu dicebatur *a Diis condita*. Homeri et Hesiodi certamen (Hes. Lösn. p. 496): Τὴν θεοτειχέα Τροίην. Anthol. Palat. IX, CIII, 3 (Mundus Munatius): Τροίην θεόκτιτον. XV, XXII, 12 (Auctor πελέκους): Πύργων θεοτεύκτων (Trojæ) αἶπος. Tryph. v. 39: Εἰστήκει θεοκμήτων ἐπὶ πύργων Ἴλιος. Adde Anth. Palat. pag. ante-

ced. citatam et Demetr. Mosch. Laconem allatum p. 209. Jam quare Troiam Dii exstruxerint, exponit schol. vet. v. 41: *Τούτους γὰρ κατεδίκασεν ὁ Ζεὺς τὴν τειχοποιΐαν ὑπηρετῆσαι τῷ Λαομέδοντι, ἐπειδὴ ἐπεβούλευσαν αὐτῷ εἰς τὴν βασιλείαν*, s. cum Junone, s. cum hac et Minerva, — *καλέσαντο συνεργόν*. Non enim, quod (v. 44sqq.) fatis præstitutum erat (Troiæ excidium), evenire potuisset, si Troiam solus uterque deus exstruxisset, coll. scholl. vet. v. 44. Schol. vet. v. 41., coll. vet. v. 44: *Τὸν γὰρ Ποσειδῶνα καὶ Ἀπόλλωνα εἰς τὴν τοῦ τείχους κατασκευήν φησι τὸν Αἰακὸν προσλαβεῖν, ἵνα διὰ τούτου τοῦ μέρους τοῦ ὑπὸ Αἰακοῦ οἰκοδομηθέντος ἁλώσιμος γένηται ἡ Ἴλιος*. Cui rei Böckhius egregie applicat atque interpretatur Hom. Il. VI, 431 sqq. — *ὀρνυμένων πολέμων πτολιπόρθοις ἐν μάχαις*. Similis pleonasmi species Olymp. II, 79: *Ἐν μάχαις τε πολέμου*. Pyth. I, 92: *Οἵαις ἐν πολέμοισι μάχαις*. — *λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν*. Prior vox ignis prædicatum Pyth. III, 70. Toti autem formulæ respondet Pyth. V, 111: *Καπνωθεῖσαν πάτραν* (Troiam) *ἐπεὶ ἴδον ἐν Ἄρει*. Ubi vid. nott. — *γλαυκοὶ δὲ δράκοντες*. De hoc colore v. ad Olymp. III, 24. p. 141 sqq. Oculos hujus bestiæ respici, suspicatus sum ad Olymp. VI, 76. p. 200., ubi non omittendum erat Pyth. IV, 444: *Γλαυκῶπα, ποικιλόνωτον ὄφιν*. Alii de toto corpore cogitabunt, coll. Nonn. Dionys. I, 246: *Γλαυκὰ νῶτα δρακόντων*. XLII, 141: *Γλαυκὰ ὀφιώδεα δεσμὰ δρακόντων*. Deinde leonum quoque corpora *γλαυκὰ* sunt. Id. Dion. II, 45: *Γλαυκὰ γυῖα λεόντων*. — *Τρεῖς*. Tres erant ædificantes, qui singuli singulas sibi partes muri sumsisse putabuntur. Hinc tres invadentes, i. e.

dracones. Jam iis totidem heroes (Achilles, Ajax Tel. et Neoptolemus secundum interprr.) respondeant, parum referre videtur. Possunt esse tres impetus in urbem facti.[6]) Sed elige tres heroas. Tum solus dubio vacabit Neoptolemus; primus et secundus ambigui erunt, quum nullatenus Ajax, ac ne Achilles quidem in ipsa Troiae invasione occubuerit. — *αὖθι. Eodem loco, in quem delapsi erant*, i. e. *coram muro*. — *ἀτυζομένων. Timentes, conturbati*. An (*lapsu*) *perculsi, obtusi*, i. e. quod Nostratibus est betäubt? — *βοάσας*. Ut victor. — *Ἔννεπε δ' ἀντίον ὁρμαίνων τέρας εὐθὺς Ἀπόλλων*. Construe: *Ἀπόλλων δ' εὐθὺς ἀντίον ὁρμαίνων ἔννεπε τέρας*. Böckhius *ἀντίον τέρας*, ut videtur, jungens: *Explicuit et edixit Apollo statim prodigium adversum conjectans*. Non aliter scholia. Sed cuinam prodigium adversum fuerit, equidem nescio. Certe non Aeaco Aeacidisque, quos partem muri a patre conditam expugnasse constat. Troianis, dices. Verum de his non sermo habetur, sed de Aeaco Aeacidisque. Ille magno honore evehebatur, quod muri aedificandi consortio a Diis adhibitus erat; Aeacidae, qui Troiam dicebantur capturi. Concedendum quidem, isti rei infuisse quo-

6) Ii propius ad verum accedent, quibus tres dracones ob tres solummodo istos conditores electi videbuntur, e quibus duo priores dii erant, tertius mortalis. Jam ipsorum discrimen conditorum vix aliud spectat, quam munimentorum Troiae naturam. Eorum partes duo (*αἱ δύο*) non expugnabiles erant, tertia expugnabilis. Dicebantur illae a duobus cölitum conditae, posterior a mortali. Hinc singulis hostes singuli s. impetus tributi, qui naturae ipsarum respondebant, coll. schol. vet. v. 49: *Οἱ μὲν οὖν τῶν θεῶν ἀπέθανον, ὁ δὲ τοῦ Αἰακοῦ εἰσῆλθεν.*

que aliquid minus honorificum Aeaco Aeacidisque, quod Aeaci, utpote mortalis, murus erat expugnabilis, atque a posteris ipsius expugnandus. Sed hæc ratio non Aeaci, sed mortalitatis vituperium est, atque a loci nostri consilio prorsus abhorret. *Laudatur* Aeacus cum posteris duplici titulo, quem modo exposui. Vituperium summopere ineptum esset. Sensus loci hic est: *Apollo ad Aeacum conversus.* Bene Thierschius: Schnellherwandelnd. Stabant muri conditores in operis sui quisque parte. Edito prodigio Apollo statim ad Aeacum accedit, expliciturus mortali, quod acciderat. Ad hunc v. *ἀντίον* etc. usum cfr. Olymp. IX, 42. Nem. VI, 46. — *ἁλίσχεται.* Præsens propheticum, dicenti maximopere accommodatum, qui fuit vates. Postea v. 60. idem futuro utitur, in exponendis rei *singulis partibus*. Schol. vet. v. 55: *Ἀλώσιμος ἔσται. ὅμοιον τῷ· Ἦτοι βίον κατέδουσιν, ἀντὶ τοῦ καταβρώσονται* [Odyss. XI, 115]. Adde Viger. pag. 211. 343. — *Ὡς ἐμοὶ φάσμα λέγει Κρονίδα πεμφθὲν βαρυγδούπου Διός.* In his scribas ὡς (*sic*), an ὥς (*quomodo*), nil refert. Utrumque habent scholl., coll. rec. v. 57. et Heyne nott. critt. p. 108. — *πεμφθέν.* Desiderabat h. verbum *ὑπὸ* etc. Haud absimile Pyth. I, 50: *Θαῦμα δὲ καὶ παριόντων ἀκοῦσαι*, pro *παριοῦσιν*. — *φάσμα Διός.* Jupiter prodigia mittit, coll. Nem. XI, 55: *Τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώποις σαφὲς οὐχ ἕπεται τέκμαρ.* Idem bello Troiano durante iterum draconis prodigio utitur Il. II, 318 sqq. Apollo h. l. interpres prodigii, *ὑποφήτης* quidam. Alibi signa ipse mittit, sed e sedibus suis sacris. Verum ibi quoque Jovis nomine agere videtur. — *ἐκ ἄτερ παίδων σέθεν. Per tuos posteros.* Hujus circumlocutionis exemplum v. Pyth. V, 101. — *ἀλλ' ἄ-*

μα πρώτοις ἄρξεται καὶ τετράτοις. Pluralem continuat ob *παίδων*. Quamquam ei tantum loco aptus est, quo est positum *πρώτοις*.[7]) — *πρώτοις*. Loquatur pro me bonum scholium vet. v. 60: *Ἰδίως κατὰ τὴν φράσιν οὐ τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ κέχρηται. ὅτε μὲν γὰρ λέγει πρώτοις, οὐ συγκαταριθμεῖται Αἰακός· ὅτε λέγει τετάρτοις, συμπεριλαμβάνει καὶ τὸν Αἰακόν. πρῶτοι μὲν οὖν εἰσιν οἱ περὶ Πηλέα καὶ Τελαμῶνα, δεύτεροι δὲ Ἀχιλλεὺς καὶ Αἴας τούτων ὄντες υἱοί, τρίτος δὲ ὁ Νεοπτόλεμος. συγκαταριθμουμένου δὲ τοῦ Αἰακοῦ γίνεται τέταρτος στρατευόμενος.* — *καὶ τετράτοις*. Repetendum *ἄρξεται*, quanquam contra historiam. Immo, quod fatis præstitutum erat, *eventus sui initium* habebat per Telamonem Peleumque, *exitum* per Neoptolemum. Ad sensum, non ad verbum (de quo modo monui) schol. vet. v. 65. coll. rec. v. 57: *Ἀρχὴν μὲν ἕξει τοῦ πορθεῖσθαι* [Troia ex mente schol.] *ἀπὸ τῶν σῶν παίδων· ἁλώσεται δὲ ὑπὸ τῶν τετάρτων ἀπὸ σοῦ.* De Telamone Troiam evertente v. quoque Eurip. Tro. v. 801 — 816. Q. Smyrn. IV, 450. — *Ξάνθον*. Heynius: „Si Xanthus est Lyciæ, mira est profectio per Lyciam ad Amazonas et ad Hyperboreos.“ Eidem deinde est X. Troadis fluvius

---

7) Böckhius: „Quartis significantur *Neoptolemus* Achillis filius, Pelei nepos, et *Epeus* Panopei Phoco gnati, equi Trojani fabricator.“ Ita consulitur aequabilitati et *συμμετρίᾳ* sententiae. Dubium tamen, de hoc heroe cogitasse Pindarum. Fuit enim Phocus ille Aeaci spurius. Schol. vet. v. 39., coll. *Nitschii* Neues myth. Wörterb. Ed. II. v. *Phocus*: *Αἰακοῦ γὰρ καὶ Ψαμάθης Νηρηΐδος Φῶκος ἐγένετο· τοῦτον ὡς νόθον* [coll. Licymnii Tlepolemique historia Olymp. VII, 49 sqq.] *ἀδιλφὸν ἀπέκτειναν Πηλεὺς καὶ Τελαμών.*

fluvius. „Ad eum, inquit, relicti equi pabulum carpebant, ut apud Homerum.“ Mira quoque profectio ad Hyperboreos per Amazonum terram, cujus situm non obscure designat Fragm. inc. XVII (Heyne T. III. p. 88. Böckh. T. III. p. 645): *Σύριον εὐρυαίχμαν διεῖπον στρατόν.* Scholiorum ratio de Xantho Lyciæ (ubi cultum Apollinem constat, coll. scholl. et Pyth. I, 74.) cogitantium nondum satis refutata videtur. Est quoque Trojæ Xanthus nimis propinquus, si quidem tibi non is solummodo locus est, unde Apollo equis suis vectus iter longinquum intrarit. Locum remotum petebat Neptunus, ita Phöbus quoque. — Quare Amazonas visitaverit, obscurum. Böckhius acute: „Tum Deus ad Amazonas *sororis cultrices* pergit.“ — *Ὀρσοτριαινα.* Pyth. II, 23: *Ὀρσοτριαιναν χαλκέων.* Nonn. Dionys. XXXVII, 343: Neptunum *κυβερνητῆρα τριαίνης.* De Neptuni tridente vid. inprimis Spanhemius ad Callim. h. in Del. v. 31. p. 403 sq. — *πόντιαν.* De hoc genere v. ad Olymp. VII, 148. p. 276. Ibi erat ejus fanum. Strabo VIII, 6: *Ἐπὶ δὲ τῷ Ἰσθμῷ καὶ τὸ τοῦ Ἰσθμίου Ποσειδῶνος ἱερόν, ἄλσει πιτυώδει συνηρεφές, ὅπου τὸν ἀγῶνα τῶν Ἰσθμίων Κορίνθιοι συνετέλουν.* — *ἀποπέμπων ... χρυσέαις* parentheseos similitudinem habet, ni quis has voces contextui intrusas sumserit ea constructionis audacia, quam habes Olymp. I, 151 sqq. — *ἀποπέμπων. Secum referens, reportans.* Deus Isthmum repetens Aeacum suum (coll. p. 275) Aeginæ relinquit. — *δεῦρ'.* V. Böckh. Explicc. p. 183. Diligentioris sermonis incuria, quam in eadem loci particula Nostrates quoque tum admittere scio, quum populares complures de patria (remota) confabulantur. — *καὶ Κορίνθου δειράδ'.* Acrocorinthum?

Adversatur Pausan. II, 1, 6: *Λέγουσι δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι, Ποσειδῶνα ἐλθεῖν Ἡλίῳ περὶ τῆς γῆς ἐς ἀμφισβήτησιν· Βριαρέων δὲ διαλλακτὴν γενέσθαι σφίσιν, Ἰσθμὸν μὲν καὶ ὅσα ταύτῃ δικάσαντα εἶναι Ποσειδῶνος, τὴν δὲ ἄκραν Ἡλίῳ δόντα τὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως. ἀπὸ μὲν τούτου λέγουσιν εἶναι τὸν Ἰσθμὸν Ποσειδῶνος.* An agrum Corinthium? Consentit Strabo VIII, 6: *Χώραν δ' ἔσχεν* (Corinthus) *οὐκ εὔγεων σφόδρα, ἀλλὰ σχολιάν τε καὶ τραχεῖαν, ἀφ' οὗ πάντες ὀφρυόεντα Κόρινθον εἰρήκασι. καὶ παροιμιάζεται·*

Κόρινθος ὀφρυᾷ τε καὶ κοιλαίνεται.

Deinde Isthm. I, 11. Isthmus quoque est *δειράς*, Euripidi Tro. v. 1087. *κορυφά*, de quo h. l. non est cogitandum, si repetitionem vitare volueris, quam tamen admisit schol. vet. v. 68: *Ὁ δὲ Ἰσθμὸς στενοῦται ὡς ἐπὶ σώματι τράχηλος.* Schol. rec. v. 61. obscure habet *τὴν ἐξοχὴν τῆς Κορίνθου.* Thierschius: „Den Landrücken zwischen beiden Meeren, auf dem Korinthos gebaut ist.“ Verum Corinthus non in Isthmo condita fuit, sed ad latus ejus meridionale. Est igitur *Kορ. δειρ. ager Corinthius montium valliumque multitudine inæqualis.* [8]) —

8) Jacobs. Anth. Pal. T. III. p. 639: „Suidas: *Δειρὰ* [coll. Olymp. III, 48. IX, 88] *καὶ δειράδες οἱ τραχώδεις τόποι τῶν ὀρῶν.* Hesychius: *Δείρα ὑπερβολὴ ὄρους, οἱ δὲ τὰ σιμὰ τῶν ὀρέων.*“ Soph. Aj. v. 697: *Κυλληνία δειράς.* Eurip. Phön. v. 206: *Δειράσι νιφοβόλοις Παρνασσοῦ.* Jon. v. 714: *Δειράδες Παρνασσοῦ πέτρας.* Alia v. in ind. Eurip. Barnes. Apollon. Rhod. II, 705: *Ὑπὸ δειράσι Πυρνησσοῖο.* Oppian. Halieut. I, 21: *Λόχμαι τε σκιεραὶ καὶ δειράδες ἄντρα τε πέτρης.* Anthol. Pal. XV, xxv, 11 (Arae auctor): *Δειράσιν Κυνθίαις.* Nonn. Dionys. X, 177: *Φρυγίης ὑπὸ δειράδα. Δειρὰς* cum

ἱποψόμενος δαῖτα χλυτάν. Schol. rec. v. 61: Τὴν τελουμένην αὐτῷ. Cogitandumne de ludis Isthmiacis (coll. Böckh. Explicc. p. 183), an de cultu Dei Isthmiaco vulgari? Posterius placet ob Phöbum Hyperboreos petentem, ubi maximopere cultum esse constat. Similiter Thierschius: Das Festmahl, was ihm dort, als unter einem der Seefahrt und seinem Dienste ergebnen Volke, bereitet wird." Summum autem Neptuni in Isthmo honorem testatur vel serus auctor Pausanias, cujus Corinthiaca varia memorant ejus dei in Isthmo sacra. Simillimum loco nostro Nem. V, 71. Ibi vero de Isthmiis sermo est. — Absoluta singulorum dilucidatione videndum, quo consilio Aeaci deorum in Troia munienda socii narratio inserta fuerit? *Occasionem* digressionis supra p. 295. in victoris formositate deprehendisse suspicatus sum. *Consilium* vero in sola primordiorum Aegineticorum celebratione pono. Et fatendum, egregie functum hoc munere Pindarum. Quid enim magnificentius homine in operis divini consortium advocato? Eratque hæc Trojæ exstructio fundamentum quoddam gloriæ Aeacidarum fatis præstitutæ. Deinde Neptuni in Aeacum amor gloriæ Aeginetarum nauticæ primordia divina spectabit. Alii Aeacum ideo quoque memoratum volent, quod per hunc a Jove (v. 20) descenderit victoris gens, coll. Böckh. Explicc. p. 181. Sed poterat alius quoque cogitari. Deinde si Aeacidæ sensu stricto fuissent Blepsiadæ, hoc puto disertis verbis expressisset. Erant Blepsiadæ cum Aeginetis Aeacidæ, eo-

---

proprie *collum* sit, coll. schol. vet. v. 68., consentit αὐχένος simili usus. Eurip. El. v. 1289: Ἰσθμίας γῆς αὐχέν.

demque pertinere poterit Jupiter ille *γενέθλιος* v. 20., ni cui arctior aliqua Blepsiadarum cum Jove cognatio præplacuerit.

V. 70—86.

Celebrat Melesiam ob artem discipulorumque victorum numerum. *Τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσσεται οὐδέν.* *Aliis alia placent, neque omnes eodem vitæ genere delectantur.* Cfr. Olymp. IX, 160: *Μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε θρέψει μελίτα.* Fragm. inc. LXXXIX (Heyne T. III. p. 125. Böckh. T. III. p. 675): *Ἀελλοπόδων μέν τιν' εὐφραίνοισιν ἵππων τίμια καὶ στέφανοι, τοὺς δ' ἐν πολυχρύσοις θαλάμοις βιοτά· τέρπεται δὲ καί τις ἐπ' οἴδμα ἅλιον ναῒ θοᾷ σῶς διαστείβων.* Quem locum Ricardus Bentley commode confert cum Horat. Od. I, 1. Jam de sensu sententiæ videndum, de quo nil extat laudabile apud scholl., quique eos sectantur. Græcorum vestigia premens Böckhius: „Primæ sententiæ vix potuerit alius sensus esse nisi hic, nullam rem jucundam posse inter homines parem omnibus et communem esse; igitur sese, dum Melesiæ et Alcimedonti gratificetur, aliis officere, et maxime victis.“ Neglexere docti speciem minime obscuram antitheseos inter priorem ac posteriorem sententiam, quæ vocula δ' post *εἰ* significatur, cum prius δ' poetæ ad laudandi munus recursum denotet, coll. pag. 61. Vulgari interpretationi primum obstat, quod posterius δ' h. l. vix erit *quare;* deinde optativus, quem exprimit *βαλέτω.* Non dicit Noster, *invidiæ se in Melesiæ* [*et Alcimedontis*] *laude obnoxium fore, sed nolle se obnoxium esse.* Et hoc ipsum ducit ad verum. Proxime sequentia Melesiæ solius laudem spectant, ad quod perficiendum Blep-

niadarum victorias afferri nemo mirabitur. Sed hæ ipsæ, si quo sint loco memoratæ spectes, mera illius laudis subsidia sunt. *Gaudent alii alio vitæ genere* (coll. locis supra allatis). *Melesiæ munus aliptæ placuit. Hoc aliis displicere, naturae conveniens est, nec ego refragor. Sed refragabor, si cui non munus viri, sed laus displicuerit, scilicet invidiâ moto. Hac est altior, qui vidit XXX discipulos victores, tantaque peritia gaudet. Esset ea invidia maxime stolida et injusta.* His positis expeditum videbis particularum καὶ γὰρ sensum et sequentium, quæ nexu carebunt, si interpretationem vulgatam admiseris. Denique apponit Böckhius: „Præterea noto, hanc sententiam (τερπν. etc.) et ad præcedentia et ad sequentia referendam esse, ut Olymp. XIII, 13 [16]: Ἄμαχον δὲ χρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος. Talis est enim ratio interpositarum sententiarum, quæ nexui orationis inserviant; nisi enim ad ambas, quæ conjungendæ sint, partes pertineant, hæ partes non conjunctæ erunt." Nec hoc ab omni parte verum est. Alibi quoque Noster ad priora narratione etc. longiore interrupta recurrit, reditu aut non præparato, aut tam leviter, ut, quæ ejus speciem præ se ferunt, præparationis nomen vix mereant. V. inprimis Olymp. XIII, 133. Pyth. IV, 467. Deinde quid refert, *sententia* interrupti sermonis recursum restauret, an alia dicendi forma? — τερπνόν. *Gratum*. Olymp. XIII, 165. est *felicitas*. — εἰ δ' ἐγὼ Μελησίᾳ ἐξ ἀγενείων χῦδος ἀνέδραμον ὕμνῳ. Scholl. recc. v. 70. priorem sententiam non capientes, de victoria cogitant, quam puer Melesias Olympiæ reportaverit. Adversatur ἐξ ἀγενείων, quod Latinorum *a teneris* respondisse vix crediderim. Immo confer usum pindaricum. Olymp. IX,

134. est *συλαθεὶς ἀγενείων ereptus imberbibus, s. qui ad ἐφήβους jam transgressus est.* Schol. vet. v. 71: *Εἰ δ' ἐγώ, φησί, τὸ γενόμενον τῷ Μελησίᾳ ἐκ τῶν ἀγενείων κῦδος ἀνέδραμον τῷ ὕμνῳ, τοῦ Ἀλκιμέδοντος ἀφέμενος, οἷον παραβὰς ἦλθον ἐπ' αὐτόν.* Immo sunt isti imberbes Melesiæ discipuli, inprimis Alcimedon ejusque frater, coll. scholl. v. 71. — *ἀνέδραμον.* Vide, ne sit aor. pro Latinorum futuro exacto, vel conjunctivo perfecti. Scholio vet. v. 71. est futurum. Idem schol. v. 71: *Ἐπὶ τὸ τοῦ Μελησίου κῦδος ἀνέδραμον* ab Alcimedonte. Alii: *Percurram et altius assurgam, s. assurgendo percurram,* coll. Simonide Iambographo apud schol. Eur. Phön. v. 215., monente Schneidero (Vit. Pind. p. 118). Patet e verbi hujus præpositione, ad remotius Melesiæ ævum velle Pindarum assurgere. Schol. vet. v. 71: *Ἀνέδραμον δὲ νῦν ἔφη διὰ τὸ προγενεστέραν εἶναι τὴν τοῦ Μελησίου νίκην τῆς ἐνεστώσης.* — *μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ Φθόνος. Ne feriat me* (cum Melesia) *lapide aspero Invidia.* Exemplis eam rem illustravit Schneiderus Vit. Pind. p. 117. 18., ubi dicendum erat Eur. El. v. 902. non Soph. Eadem metaphora recurrit Olymp. X, 13., ubi *ῥᾴφον ἑλισσομέναν* illustrat antecedens *ἐπιμομφάν.* Formulis minus audacibus addo Eurip. Iphig. Taur. v. 1167 (Matth.): *Εἴπερ γέ νιν χηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος.* Herc. fur. v. 1190: *Ὡς μὴ μύσος με σῶν βάλῃ προσφθεγμάτων.* Ejusdem generis est illud Nostratium: „Ihn trifft der Vorwurf etc.“ Adde Heynium deinde laudatum. Locorum pindaricorum color e lapidatione petitus videtur. Heynius: „Scilicet ex Heroum ætate petitum, qui non minus saxis pro telis utuntur. Invidia autem *petere* aliquem dicitur.“ — *Καὶ Νεμέᾳ γὰρ ὁ-*

μῶς ἐρέω ταύταν χάριν. Namque Nemeæ simul dicam hoc decus. Schol. vet. v. 75. coll. 74: *Τὴν γὰρ αὐτὴν [ταύτην] χάριν ὁμοίως ἐρῶ καὶ ἐν Νεμέᾳ γεγαμημένην αὐτῷ.* Interpretatio sensus, non dictionis poeticæ, quæ digna erat illustratione. Poeta *Nemeae se præsentem* fingit, ut canat victoriam ibi a Melesiæ discipulo reportatam. Referendum hoc ad itinera ista poetica s. imaginaria, de quibus recurre ad Olymp. VI, 37. p. 194. VII, 24. p. 241. Apponam simillimum Pyth. I, 147: *Ἀρέομαι παρ' μὲν Σαλαμῖνος Ἀθηναίων χάριν μιαθόν· ἐν Σπάρτᾳ δ' ἐρέω πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν, τῶσι Μῆδοι μὲν κάμον ἀγχυλότοξοι· παρὰ δὲ τὰν εὔυδρον ἀκτὰν Ἰμέρα παίδεσσιν ὕμνον λεινομένευς τιλέσαις, τὸν ἐδέξαντ' ἀμφ' ἀρετᾷ, πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων.* Deinde Böckhius: „Cum Schmidio censeo, tantum de victoriis Timosthenis et Alcimedontis cetero-rumque ex Melesiæ disciplina puerorum agi, quibus memorandis Melesiæ *κῶδος, ἐξ ἀγενείων* percurrit; atque hoc etiam nexui sententiarum aptius est. *Sequentia tamen jam ad ipsius Melesiae victorias pertinent, qui Nemeae vicerit, lucta haud dubie puer, deinde vir pancratio. Ταύταν χάριν, quae pueris luctâ contigit, gratiosam victoriam, eandem simul dicam ab ipso Nemeae partam.*“ Non aliter schol. vet. v. 71 de Melesia: *Ἐρῶ γὰρ καὶ φήσω, αὐτὸν ὁμοίως ἐν τῇ Νεμέᾳ τὴν αὐτὴν ἐσχηκέναι χάριν καὶ νίκην.* Ibidem: *Ὡς τοῦ Μελησίου προηθλητότος.* Vet. v. 74: *Ταύτην δὲ τὴν μάχην καὶ τὴν νίκην ἐπὶ τῶν ἀγενείων καὶ ἐν ἀνδράσιν ἔσχεν· ὁμοίως ἐν τῇ Νεμέᾳ τὴν αὐτὴν χάριν ἔσχε νίκης ἀγενείων, κἀκεῖ παγκρατίῳ.* Vet. v. 75: *Καὶ γὰρ ἐκεῖ νενίκηκε τὴν τῶν ἀγενείων, ἐξ ἧς πάλιν Νεμεακὴν νίκην αὐτοῦ συνίστησι*

τοῦ ἀλείπτου τῶν νικηφόρων τούτων, εἰς ὃς τὸν ἐπίνικον ἔγραψεν. Jam erit *ὁμῶς*: *Non aliter ac de ἀγενείοις (Alcimedonte etc.) cano*, i. e. *par ei victoria obtigit*, ut discipulis ejus *ἀγενείοις*. — *τὰν δ' ἔπειτ' ἀνδρῶν μάχην ἐν παγκρατίῳ. Nec reticebo certamen postero tempore tentatum, quo vir inclaruit.* Restat, ut nostram antecedentium interpretationem veram esse demonstremus. Eæ, quæ a vv. *τὸ διδάξασθαι* sequuntur sententiæ, prosperum Melesiæ magisterium manifesto inde repetunt, quod multiplici usu atque experientia edoctus munus suum capessiverit. Inde non posse, dices, dubitari, quin et ipse antea una alterave victoria decoratus fuerit, cujus rei proxime antecedentia mentionem faciant. Hinc erit totius loci sensus nexusque: *Si vero magisterium ejus laudavero, quod insigne fecerunt puerorum victoriæ, nolit mihi (eique) aliquis invidere atque obtrectare. Ipse enim Melesias quoque puer olim vicit, deinde vir. Inde non mirum, tam egregium esse aliptam. Experientia fausta edoctus ad docendi munus accessit.* Ita locus pindaricus (*τερπν. — φέρ.*) unius ejusdemque subjecti æqualitate gaudet, et sententiæ de Melesiæ experientia optime præparantur præmissis magistri victoriis. — In superioribus *φθόνον* non solam invidiam, sed et reprehensionem esse, facile concedes. V. ad Olymp. VI, 124. p. 218. Ponitur *μῶμος* pro *φθόνῳ*, et *φθόνος* pro *μώμῳ*, mixtis consequentibus et antecedentibus. Adi Spanhemium ad Callim. h. in Apoll. v. 113. p. 155. — *τὸ διδάξασθαι δέ τοι εἰδότι ῥᾴτερον.* Exponitur principalis Melesiæ laus. *Est magister egregius. Cujus rei causa non altius repetenda est. Experientia eum edocuit.* — *διδάξασθαι.* Phavorin. 499, 1: *Διδά-*

σχομαι παρ᾽ ἄλλου. καὶ διδάσχομαι ἕτερον ἀντὶ τοῦ διδάσκω. Soph. Antig. v. 354: Ἀστυνόμους ὀργὰς ἐδιδάξατο, i. e. ἐδίδαξε, s. ἐφεῦρε, ut latius verti Moschopulus cit. Valckenaerio ad Ammon. T. II. p. 54. Lips. et Hermanno ad Erfurdt. Antig. ed. min. II. p. 73. — τοὶ h. l. non solum affirmationem exprimit, sed idem quoque est quod μέν, ob sequens δέ. Conf. Pyth. II, 131: Καλός τοι πίθων παρὰ παισὶν αἰεί, καλός. ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς etc. Schol. vet. v. 77. ita illustrat: Τὸ διδάξασθαι δέ τοι ἐπιστάμενον βέλτιον καὶ εὔχολόν ἐστι, τὸ δὲ μὴ προμαθεῖν ἀπειρίαν ἔχει. τοιγαροῦν τῶν ἀπειράτων ὀνόητοί εἰσι καὶ κῦφοι καὶ ὡς ἔτυχεν οἱ λογισμοὶ φερόμενοι. — εἰδότι. Idem quod δαέντι Olymp. VII, 98.—ἄγνωμον δὲ τὸ μὴ προμαθεῖν. Abstracta pro concretis. Schol. rec. v. 77. coll. vet. v. 78: Ὁ δὲ μὴ προμαθὼν ἄπειρος . . . τοῦ διδάξαι. Similiter idem schol. v. 78: Ἀνόητον δὲ διδάσκειν ἄλλους ὃ μὴ αὐτὸς εἰδεν. — κωφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρένες. Experientiam alii quoque celebrant. Theogn. (Bekker.) v. 571: Δόξα μὲν ἀνθρώποισι κακὸν μέγα, πεῖρα δ᾽ ἄριστον. Alcman. Fragm. LIX (Welck.): Πεῖρά τοι μαθήσιος ἀρχά, ubi conferendus editor. — κεῖνα ἔργα. I. e. sequentia: Τίς τρόπος etc. Viderunt hoc schol. rec. v. 81. et Böckh. Explicc. p. 184. — κεῖνος. Sc. ὁ εἰδώς v. 78. — περαίτερον. *Ulterius*, i. e. *Via, quae ulterius ducit*, coll. Olymp. IX, 159. Bene ad sensum gloss. v. 82: Διδασκαλικώτερον. — τίς τρόπος. Varia ista, quæ faciunt ad victoriam parandam, tum, quæ certamen antecedunt, tum, quæ in ipso certamine tenenda sunt.

V. 86—116.

Recurrit Pindarus ad Alcimedontem, cujus victoria quomodo reportata sit, breviter adumbrat. Hoc eum patris reliquorumque Blepsiadarum admonet, ad quos ipsos quoque gloriæ pars pertineat. Desinit, pia vota faciens pro eadem gente. — *νῦν μὲν αὐτῷ γέρας Ἀλκιμέδων.* Schol. vet. v. 86: *Περιεποίησεν, ἤνεγκεν.* Quidni cum rell. suppletur *ἐστί*? Uti Telesicrates Cyrenæus Nostro est *διωξίππου στεφάνωμα Κυράνας.* — *νίκαν τριακοστὰν ἑλών.* Schol. vet. v. 87: *Ὁ Μελησίας γυμνάσας ἀθλητάς, τριάκοντα νίκας αὐτῶν ἐδέξατο. Ἦν δὲ τριακοστὸς Ἀλκιμέδων.* — *τύχᾳ δαίμονος.* ***Fortuna dei, deo juvante.*** Usum pindaricum affert Böckhius Explicc. p. 185. Addo Eurip. Iphig. T. v. 843. *Εἰ σόν γ' ἀδελφόν, ὦ τάλαιν', ἀπώλεσας δαίμονος τύχᾳ τινός.* Med. v. 666: *Ἄπαιδες ἐσμέν, δαίμονός τινος τύχῃ.* Incertus Rhesi 724: *Ἰώ. δαίμονος τύχα βαρεῖα.* Hippol. v. 825 (Monk. v. 832): *Πρόσωθεν δέ ποθεν ἀναχομίζομαι τύχαν δαιμόνων.* Ubi Monkius affert Fragm. Eur. Aeoli ap. Stob. p. 568, 38: *Μοχθεῖν ἀνάγκη· τὰς δὲ δαιμόνων τύχας ὅστις φέρει κάλλιστ', ἀνὴρ οὗτος σοφός.* Similiter *δαίμονος αἴσῃ.* Apoll. Rhod. I, 443: *Θανέειν ὑπὸ δαίμονος αἴσῃ.* — *ἀνορέας οὐκ ἀμπλακών.* ***Fortis.*** Olymp. I, 94: *Εὐφροσύνας ἁλᾶται.* ***Möret.*** — *ἐν τέτρασιν παίδων ἀπεθήκατο γυίοις νόστον ἔχθιστον καὶ ἀτιμοτέραν γλῶσσαν καὶ ἐπίκρυφον οἶμον.* In his dubium est, *ἐν τέτρασιν παίδων γυίοις* (*παισὶ τέτταρσι* coll. schol. rec. v. 90., allato Pindari v. 55.) sit *inter quatuor puerorum corpora* (*inter quatuor pueros*) sc. *μαχόμενος*, suppleto deinde *αὐτοῖς*, an eædem voces pendeant ab *ἀπεθήκατο*,

ut sit *ἐναπεθήκατο τέτρασιν παίδων γυίοις* s. *παισί*, eo sensu, quem post Astium exposuit Böckhius. Priorem rationem sequi videtur schol. rec. v. 86: *Ἐν τέτρασι παισὶν . . . ἐπέθηκε .. νόστον ... ἔχθιστον.* Posteriorem tenet vet. v. 88: *Ἐν τέτρασι παίδων μέλεσιν ἐναποθέμενος τὴν ἑαυτοῦ ἰσχύν, τοῖς ἡττηθεῖσι τὴν ἐπὶ τὴν πατρίδα ἀναχομιδὴν ἐχθροτάτην εἶναι παρεσκεύασε.* Deinde *παίδων γυίοις* nil esse nisi *παισί*, P. docet Pyth. VIII, 117. ab aliis citatus. Adde schol. supra allatum, coll. schol. ad Pyth. cit. — De *τέτρασιν* ita Böckhius: „*Τέτρασιν παίδων γυίοις* significat quatuor fuisse paria, quibus Alcimedon *ἔφεδρος* successerit, quaternos vincens deinceps victores.“ Quare paria? quare victores? Quatuor pueros vicit. Non aliud expressum est neque h. l., neque Pyth. VIII, 117. Et si quatuor pueros victos Pyth. VIII. recurrere miraberis, hoc erit nil aliud, nisi summus aemulorum numerus, quem singulis pueris concessum opinor. Certiora exspecto. — *ἔχθιστον.* Similis superlativus Pyth. IV, 176: *Ἐχθίστοισι ψεύδεσι.* — *γλῶσσαν.* Nostro est semper *lingua*. V. ad Pyth. V, 78. *Sensum* bene explicat Böckhius. Requirit *victorum γλῶσσαν* contextus. — *οἶμον* Böckhio est (Nott. critt. p. 395) *vitam obscuram*. Quidni *viam* (*in urbe sua*) clandestinam? coll. loco plane gemino Pyth. VIII, 123 (iterum de victis): *Κατὰ λαύρας δ' ἐχθρῶν ἀπάορoι πτώσσοντι, συμφορᾷ δεδαιγμένοι.* Schol. vet. v. 92: *Οἱ γὰρ νενικημένοι οὐ φανερὰς ὁδοὺς ἀπιᾶσιν, ἀλλ' ἐκτρεπόμενοι διὰ τὸ ἐπονείδιστον τῆς ἥττης.* Bene, si Pindarum de *itinere in patria*, cui respondet *κατὰ λαύρας* Pyth. VIII, 123., non de *itinere in patriam* Græcus intellexit. Est enim progressus quidam historicus in loco pulcherrimo, ut in

altero plane gemino Pyth. VIII, 119—125., sc. reditus in patriam, adventus, vita inter populares post adventum. Deinde non fortuito positos quidam suspicabuntur gradus adjectivorum ordine quodam decrescentes: *ἔχθιστον νόστον, ἀτιμοτέραν γλῶσσαν, ἐπίκρυφον οἶμον.* Significaturne illa progressio historica, s. potius degressio quædam? — *ἀτιμοτέραν γλῶσσαν.* Eorundem, qui victi sunt. Schol. vet. v. 88: *Τὴν γλῶσσαν αὐτῶν τῆς παῤῥησίας ἀφείλετο.* Tales non adducunt secum nisi *τὰν Ἐπιμαθέος ὀψινόου θυγατέρα Πρόφασιν* Pyth. V, 35. — *πατρὶ δὲ πατρὸς ἐνέπνευσεν μένος.* Ergo defunctus erat pater. Hic enim primo loco memorandus erat, si vivebat. — *ἐνέπνευσεν μένος. Inspiravit robur.* Cognatum *ἐμβάλλειν χάρματα* Olymp. VII, 79. Quomodo id fiat, exposuit schol. vet. v. 93: *Ἡ γὰρ εὐθυμία τοὺς γέροντας νεάζειν ποιεῖ.* Oppositum est illud Homeri, quod idem schol. affert (Odyss. XIX, 360. coll. Hes. Opp. et D. v. 93): *Αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ κατάγηράσκουσιν.* Sed ipse quoque P. rationem illius inspirationis in subsequentibus explanavit. Similis precum sensus Nem. VII, 144 sqq.: *Εἰ γάρ σφισιν ἐμπεδοσθενέα βιοτὸν ἁρμόσαις ἥβᾳ λιπαρῷ τε γήρᾳ διαπλέκοις εὐδαίμον' ἐόντα.* Ubi *γῆρας* boni eventus lætitiâ *λιπαρὸν* factum dices. — *Ἄϊδα τοι λάθεται ἄρμενα πράξαις ἀνήρ. Orci revera obliviscitur prospera nactus vir, eoque quasi ad juventutem resurgit,* coll. schol. rec. v. 95: *Ἀνεπιστρόφως ἔχει αὐτοῦ* (mortis), *τῇ εὐπραξίᾳ ἀναῤῥωννύμενος.* — *ἄρμενα πράξαις.* Schol. rec. v. 95: *Ἀρεστὰ τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ. Ἁρμόδια ἑαυτῷ. Ἔργα τιμῆς ἄξια.* Locum e Pindaro illustrant Heynius Böckhiusque. Similis vv. *ἄρμενα* et *ἐπάρμενα*

usus in sequentibus. Hes. Scut. Herc. v. 84: *Ἄρμενα πάντα παρεῖχεν.* Theogn. v. 269: *Ἄρμενα πάντα παράσχοις.* v. 703: *Οὐ δύναμαί σοι, θυμέ, παρασχεῖν ἄρμενα πάντα.* Hes. Opp. et D. v. 377: *Χρήματα δ' εἰν οἴκῳ πάντ' ἄρμενα ποιήσασθαι.* Ibid. v. 562: *Βίον ἐπάρμενον.* Apoll. Rhod. I, 234: *Ἐπάρμενα πάντ' ἐτέτυκτο.* Alia v. Schneid. L. g. v. *ἄρμενος.* Simile est *ἐοικότα* Pyth. II, 53. — De *Ἅιδᾳ* (sepulchro) v. ad Pyth. V, 130. — *ἀλλ' ἐμὲ χρὴ μναμοσύναν ἀνεγείροντα φράσαι χειρῶν ἄωτον Βλεψιάδαις ἐπίνικον.* Extendit laudem suam, assurgens ad Blepsiadas ipsos. Hinc *ἀλλά*, sc. particula novæ sententiæ initium denotans, coll. iis, quæ habet index Heynianus. Non aliud *δέ*, coll. ad Olymp. I, 162. pag. 61. Ad *χρὴ* v. ibidem. Metaphoram exponit schol. vet. v. 97: *Τὴν μνήμην ἀνεγείροντα ὥσπερ κοιμηθεῖσαν καὶ σιωπηθεῖσαν.* Rec. ibidem: *Ἀνιστῶντα τὴν μνήμην.* Eandem formulam mirum quam pulchre repetit amplificatque P. Isthm. IV, 39: Neptunus victoria concessa *τόνδε πορὼν γενεᾷ θαυμαστὸν ὕμνον, ἐκ λεχέων ἀνάγει Φάμαν παλαιὰν εὐκλέων ἔργων· ἐν ὕπνῳ γὰρ πέσεν· ἀλλ' ἀνεγειρομένα χρῶτα λάμπει, ἀωσφόρος θαητὸς ὡς ἄστροις ἐν ἄλλοις.* Böckhius: „*Μναμοσύναν ἀνεγείροντα* tam eo pertinet, quod etiam priores victoriæ in memoriam revocantur, quam quod hymno dicato gloriam Blepsiadarum poeta tutatur, eaque ne delitescat et consopita jaceat, efficit.“ Verum *ἀνεγείρων* non valet de dormituro, sed de dormiente. Ita solorum Alcimedontis majorum gloria eorumque memoria spectatur, quæ nova quaque unius posterorum victoria *suscitari*, i. e. *recreari quodammodo et renovari* videbatur. Ea loci interpretatio e sequentibus quoque manifesto consequitur, ubi *ἕκτος ἤδη στέφανος*

poetam e præsentibus ad præterita assurgere ostendit, non descendere ad futura. — *χειρῶν ἄωτον ἐπίνικον.* Schol. rec. v. 97: *Τὸν εἰς αὐτοὺς ὕμνον πληρῶσαι, διηγούμενον τὸν τῶν χειρῶν αὐτῶν καρπόν, ὅς ἐστιν ἡ νίκη.* In his si vocibus *ὕμνον πληρ.* illustrari debetur *μν. ἀν.*, totum scholium bene se habet. Est enim *χ. ἄ. ε. flos s. decus manuum victricium*, s. *hymnus*, coll. schol. rec. v. 95. 97 (*ἐπινίκιον ὕμνον, ὃν αἱ χεῖρες αὐτῶν ἤνεγκαν*), quem tamen in simili loco Olymp. III. in. expressum habes, s. *victorialis flos*, qui deinceps proprio nomine (*στέφανος*) insignitur. Prius præstare videtur, quum *ἄωτον* appositum quoddam esse videatur antecedentis *μναμοσύναν.* — *Βλεψιάδαις.* Vivis Blepsiadis. Mortuorum autem *ἕκτος ἤδη* admonet. Ceterum hic dativus alicujus ambiguitatis est. Aut enim ita construes, ut fert naturalis vocum collocatio (*χ. ἄ. ἐ. B.* pro *Βλεψιαδῶν*), aut junges cum schol. rec. v. 95. et rec. v. 97. *ἀνεγείροντα Βλεψιάδαις*, cum *φράσαι* vero pronomen *αὐτοῖς* omissum, aut cum Böckhio *φράσαι Βλεψιάδαις*, aut utrumque verbum cum *Βλεψιαδαις*, aut *Βλεψιάδαις* non tantum a vv. proximis pendebit, sed etiam a verbo utroque. Cui decernere animus, is primam rationem facile pro simpliciori habebit. — *χειρῶν.* Alcimedontis præcipue *παλαιστοῦ* victoriam spectari, pronum quidem, coll. schol. vet. v. 97: *Διὰ τῶν τοῦ Ἀλκιμέδοντος νικητηρίων.* Sed vide, ne hujus vocis cum *Βλεψ.* conjunctio Alcimedontis majores quoque præter Timosthenem fratrem (schol. rec. v. 95.) eodem pugnæ genere inclaruisse significet. [9]) — *φυλλο-*

9) Nem. VI, 110. *χερῶν* iterum *πάλην* denotat, ibique idem Melesias, pueri alius Aeginetici alipta, ob artem praedicatur. Alia v. ad Olymp. IV. fin. pag. 171 sq.

φόρων ἀπ' ἀγώνων. Schol. rec. v. 97: Στεφανηφόρων, ἀντὶ τοῦ στεφάνων αἰτίων. Bene. Böckhius cum schol. vet. v. 101: „Ἀγῶνες sunt φυλλοφόροι, quod frondes injiciebantur victoribus: v. Pyth. IX, extr. c. not.“ Sed φύλλα ipsarum quoque coronarum sunt. Nem. I, 26: Ὀλυμπιάδων φύλλοις ἐλαιᾶν χρυσέοις μιχθέντα, ut πόα Pyth. VIII, 28. Nonn. Dionys. XLV, 70: Νήπιε Τειρεσίη στεφανηφόρε, ῥίψον ἀήταις Σῶν πλοκάμων τάδε φύλλα, νόθον στέφος. De latiore φύλλῳ vi adeatur Schneid. L. g. v. [10]) — ἔστι δὲ καί τι θανόντεσσιν μέρος κάννομον ἑρδόμενον. *Verum est etiam aliqua mortuis pars, rite persoluta.* Transit sententiâ utens ad Blepsiadarum defunctorum de Alcimedonte victore gaudium, postquam vivorum gaudium memoravit. — ἑρδόμενον. Contextum cum antecedentibus recte ita constituit schol. rec. v. 99: Οὐ μόνον πρὸς τοὺς ζῶντας εἰσί τινα, κατὰ νόμον ἀποδιδόμενα, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἀποθανόντας ἐστὶ μέρος. Schmidius legit ἑρδομένων, scil. μέρος τι (τῶν) κάννομον ἑρδομένων. Concinne, ideoque vix recte. Noster amat aspera et iniqua. Et refragantur codd. Bene ex contextu schol. vet. v. 102. supplet τῶν ἐπαίνων. — κάνν. ἑρδόμενον. Ad formulam bene Heynius: „Quod, tanquam inferiarum honos, persolvitur mortuis rite.“ Non igitur totum illud ἐγκώμιον l. est ἑρδομ. κάνν., sed pars ejus, i. e. quatenus spectat defunctos. [11]) De sensu schol. rec. v. 100:

---

10) Schol. vet. v. 101: Ἢτοι καθὸ οἱ νικῶντες ἐφυλλοβολοῦντο, ἢ φύλλα τοὺς στεφάνους εἶπε, διαχρίνων αὐτοὺς πρὸς τοὺς δωρίτας καὶ χρηματίτας ἀγῶνας. Praestat posterior ratio rejecto discrimine, quod scholiastes invita Minerva statuit.

11) Böckhius Explicc. p. 185: „Κατὰ νόμον spectat ritum sa-

Ὅτι οἱ τοὺς παῖδας ἐγκωμιάζοντες καὶ τῶν προγόνων εἰς μνείαν ἔρχονται, ὡς ὁ ἐγκωμιαστικὸς ἀναγκάζει νόμος. — καταχρύπτει δ' οὐ κόνις συγγόνων κεδνὰν χάριν. Schol. vet. v. 105: *Τὴν τῶν συγγενῶν ἀγαθὴν χάριν οὐ κρύπτει κόνις, ἀλλ' ἐν φανερῷ κειμένη καὶ τῶν τεθνεώτων ἐφικνεῖται.* Supple *αὐτοῖς*, sc. *θανόντεσσιν*. Ceterum *καταχρύπτειν* insolite dictum pro *κωλύειν*, *ὅπως μὴ ἐφικνῆται τῶν τεθνεώτων*. Deinde simillima sententia Pyth. V, 135., monente Böckhio. — *χάριν*. *Decus*. Idem habes in eadem sententia Pyth. modo cit. — *Ἑρμᾶ δὲ θυγατρὸς ἀκέσας Ἰφίων Ἀγγελίας, ἐνέποι κεν Καλλιμάχῳ λιπαρὸν κόσμον Ὀλυμπία.* Schol. vet. v. 106: *Ἰφίων καὶ Καλλίμαχος κατὰ μέν τινας ἁπλῶς συγγενεῖς τοῦ Ἀλκιμέδοντος· κατὰ δέ τινας Ἰφίων μὲν πατὴρ Ἀλκιμέδοντος τεθνεώς, Καλλίμαχος δὲ θεῖος.* Horum alterum patrem esse debere, inde probabile, quod supra avum, non patrem P. memoravit. Jam si posterior scholiorum narratio de Iphione patre et Callimacho patruo fundamento historico nititur, non erit, quod contra disputes. Verum ingenue fateor, si scholii narrationem non haberem, tum pro patre non Iphionem, sed Callimachum me habiturum

---

crorum: igitur nihili est conjectura *ἑρδομένων, facinorum, quibus victoria parata est*, in quo *κατὰ νόμον* sensu cassum est." Falsum. Est *ἑρδομένων* hymnus, quatenus *vivos mortuosque* celebrat, *ἑρδόμενον*, quatenus *mortuos* praedicat. Schol. rec. v. 97: *Τὸ τῶν ἐγκωμίων λέγει.* Idem doctus paulo antea. „*Ἐστι τι μέρος θανόντεσσι*, nempe *victoriae et laudum*." Quominus illud admittatur, obstat *ἑρδόμενον*, quo *inferias* significari e superioribus constat.

biturum. Ille enim Callimacho in inferis degenti nuntium fert. Hinc uterque, inquies, cognati quidem revera fuere, sed is, qui alterum certiorem facit de victoria, minoris momenti factus videtur eo, cui res illa nuntiatur, aliter rem capiente Böckhio, de quo v. infra. Ita erit Iphio patruus, Callimachus pater. Deinde Böckhius: „Nuper defunctum esse [Iphionem] probabile videtur tum ob id ipsum, quod ejus mortem poeta significandam judicavit, tum ob morborum deprecationem." Rationes lubricæ. Melius erit: „Quod Iphioni munus nuntii ad Callimachum perferendi injunctum est." Sed quando ipse Iphio victoriam audierit, ambiguum. Heynius: „Videtur Iphion vita excessisse tempore inter victoriam et carmen interjecto, nuntio tamen de victoria accepto: itaque is *ἀκούσας τῆς Ἀγγελίας* nuntiat in inferis Callimacho." Nec aliud unquam mihi visum. Aliter Böckhius: „Neque tamen ideo credas, Iphionem adhuc superstitem de filii victoria nuntium in Aeginam allatum accepisse, ut nonnullos statuentes vides: quod fieri omnino non potuit. Quum enim Olympiæ cantatum carmen sit in sollemnibus, quo tempore corona in Altin deferretur, nondum tum potuisset nuntius de Iphionis morte ad Pindarum perlatus esse, si Iphion post acceptum demum de filii victoria nuntium obiisset. Immo Iphion apud inferos fortunam filii comperit: igitur non a vulgari nuntius ministro affertur, sed a dea in hunc usum poetica libertate ficta, *Ἀγγελίαν* dico, Mercurii animarum deductoris (*ψυχοπομπῶ*) et deorum præconis filiam. Sic Olymp. XIV, 20 sqq. Echo patri apud inferos victoriam filii renuntiat. Jam pater, quem decus Alcimedontis primum resciscere decet, rem Callimacho

narrat." Similiter Damm. v. *ἀγγελία* et Nitsch. neues mythol. Wörterb. Ed. II. v. Angelia. Si uterque in Orco erat, mirum sane, quod non ad utrumque Ἀγγελία nuntium detulit, sed ad solum Iphionem, qui deinde ad Callimachum ferret. Decebat, inquies, priorem patrem victoriam filii resciscere. Bene; sed quare Ἀγγελία ipsa non utrique victoriam renuntiaverit, posita Böckhii ratione non perspicio. Aliter se res habet, si cum reliquis interpretibus Iphionem tempore inter certamen carmenque interjecto et victoriam audisse et decessisse statueris. Ita vero vix in ipsis sollemnibus decantari Olympiæ carmen poterat (si quidem ibi decantatum est), sed aliquo tempore elapso. Et hoc ipsum ad scholiorum sententiam de loco decantationis (Aegina) recurrere quibusdam suadebit. Verum nec Ἀγγελία vulgari interpretationi officit. Est enim fictio poetica, coll. schol. v. 106., additur vero Mercurius, ut pater ejus, quum nuntius ad inferos perferendus sit. Deinde idem *ἐναγώνιος* quoque deus fuit, de quo v. ad Olymp. VI, 134. p. 221. — *λιπαρὸν κόσμον. Victoriæ decus?* coll. schol. vet. v. 106: *Τὴν νίκην.* An olivæ? Quam cum *κόσμῳ* expressam habes Olymp. III, 23. XI, 12. Est autem *λιπαρὸς* olivæ prædicatum. Oppian. Hal. IV, 296: *Λιπαροὺς ἐλαίης ὄρπηκας.* Nonn. Dionys. XII, 136: *Λιπαρὴ ἐλαίη.* Prius placet. — Ὀλυμπίᾳ. Schol. vet. v. 106: *Κόσμον τὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ.* Simillima Olymp. V, 3. XIII, 144., nisi quod ibi articulus positus est. Böckhius, virgula post Ὀλ. deleta, olim junxerat Ὀλυμπίᾳ ὄν. Nec aliter Bothius Thierschiusque. Nunc veterem Böckh. retinet interpunctionem. — *ὅν σφιν ὤπασεν Ζεὺς γένει.* Ut *γενέθλιος?* coll. v. 20. An tanquam ludorum olympicorum summus præ-

ses? Si prius elegeris, finem carminis ad initium bene facies recurrentem. De *γένει*, pronominis *σφὶν* quadam appositione, v. ad Olymp. I, 91. p. 38. II, 28. p. 82 sq. — *ἐσλὰ δ' ἐπ' ἐσλοῖς ἔργα θέλοι δόμεν.* Schol. rec. v. 110: *Ἀγαθὰ ἔργα συνεχῆ καὶ ἐπάλληλα. Alia post alia.* De hoc præpositionis usu adi notata ad Olymp. VII, 150. p. 276. — *ὀξείας νόσους.* Ob Iphionem nuper defunctum. Böckhius de pestifera lue cogitat. Deinde *ὀξείας* est Dammio cum schol. *ἐπικινδύνους* dolorumque plenos. Dolorum curarumque epitheton apud Homer. coll. ibid. Damm. — *εὔχομαι ἀμφὶ καλῶν μοίρᾳ Νέμεσιν διχόβυλον μὴ θέμεν.* Est in his non una tantum construendi via. Primum: *Ἀμφὶ καλῶν μοίρᾳ εὔχομαι*, i. e. *quod felicitatem (eorum) attinet, precor.* Schol. rec. v. 113: *Εὔχομαι ἐπὶ τῇ μοίρᾳ τῶν καλῶν, μὴ θεῖναι αὐτὸν τὸν Δία, ἀντὶ τοῦ μὴ ἐᾶσαι συμβῆναι Νέμεσιν διχόβυλον.* Deinde: *Νέμεσιν διχόβυλον ἀμφὶ καλῶν μοίρᾳ.* Schol. vet. v. 113: *Τὴν ἐναντία βυλευομένην τοῖς ἤδη προκατωρθωμένοις ὑφ' ἡμῶν [αὐτῶν].* Ita Böckhius Bothiusque. Postremo: *Ἀμφιθέμεν μοίρᾳ.* Schol. vet. v. 113: *Εὔχομαι δὲ τῷ αὐτῷ Διΐ, ἐπὶ τῇ τῶν καλῶν μοίρᾳ Νέμεσιν καὶ βασκανίαν μὴ ἐπιβαλεῖν.* Similiter Heynius: *Εὔχομαι, μὴ τὸν Δία ἀμφιθέμεν Νέμεσιν μοίρᾳ καλῶν* (h. l. *ἐπιτιθέναι, ἐπιβαλεῖν*). — *καλῶν μοίρᾳ.* Circumlocutio pro *καλοῖς.* Fragm. inc. CXII (Heyne T. III. p. 134. Böckh. T. III. p. 647 sq.): *Καλῶν μὲν ὧν μοῖραν τε τερπνῶν.* Pyth. III, 150: *Μοῖρ' εὐδαιμονίας.* Nem. X, 137: *Μοῖραν ἐσλῶν.* — *Νέμεσιν.* Deorum invidiam in magna felicitate nec Pindaro incognitam, monet Böckhius, afferens Isthm. VII, 46 [VI, 39]. Addo

Olymp. XIII, 34 (iterum de Jove): *Ὕπατ', εὐρὺ ἀνάσσων Ὀλυμπίας, ἀφθόνατος ἔπεσσιν γένοιο χρόνον ἅπαντα, Ζεῦ πάτερ.* Plurimæ hujus sententiæ formulæ extant apud alios, coll. Valcken. ad Herodot. p. 216. 259. Markl. ad Eurip. Suppl. v. 348. Lips. p. 94. Monk. et Wüstem. ad Eurip. Alc. 1154. Addo quædam Anthologiæ loca, quorum plurima Deorum circa vitam hominum invidiam spectant. Anthol. Palat. VI, CCXLIII, 6 (Diodorus): *Μοιράων δ' οὐκ ἐμέγηρε λίνα.* VIII, LXXX, 6 (Gregorius theologus) de juvenis morte præmatura: *φθόνα τόδ' ἐστιν ἔργον.* XC, 3 (Idem): *Ὁ φθόνος οὕτως ἤθελεν.* C, 3 (Idem): *Καισάριον δὲ νέον φθόνος ἥρπασεν.* CXXI, 5 (Idem): *Δεινὸν δ' ἀμφοτέρως φθόνος ἔδρακε.* CCXXVI, 4 (Idem): *Ἦλθεν δ' ὁ φθόνος ὑκύτερος.* Ibidem T. II. Appendix etc. p. 799. Epigr. CXXV, 1 (Incertus): *Ἄρτι γενειάζοντά μ' ὁ βάσκανος ἥρπασε δαίμων.* Ibid. p. 831. Epigr. CCXXXVII, 3 (Incertus): *Ὃν . . . φθόνος ἥρπασεν.* Ibid. p. 843. Epigr. CCLXI, 1. 2 (Incertus): *Ἐμὲ Μοιρέων Βάσκανος ἐξήρπαξε μίτος.* Ibid. p. 854. Epigr. CCCVI, 3. 4 (Incertus): *Βάσκανε δαῖμον, Οἵας οὐχ ὁσίως ἐλπίδας ἐξέταμες.* Ibid. p. 861. Epigr. CCCXXVII, 2 (Incertus): *Ἂν φθόνος εἰς Ἀΐδαν, οὐ χρόνος ἠγάγετο.* Ibid. T. III. p. 967. Epigr. CCCXCVII, 6 (Incertus): *Ἣν (παιδείαν) Ἀΐδης φθονερὸς νόσφισεν αὐξομένᾳ*, pueri mortui. — *διχόβουλον.* *Alia volentem*, i. e. *infestam*. V. schol. supra allatum. Simile est *ἀποτρόπῳ γνώμᾳ* Pyth. VIII, 133. Deinde precibus verboque *εὔχομαι* non minus abrupte terminatur Pyth. V. — *ἀλλ' ἀπήμαντον ἄγων βίοτον, αὐτούς τ' ἀέξοι καὶ πόλιν.* Sententiæ prioris re-

petitio affirmativa. Schol. rec. v. 113: *Κυβερνῶν τὸν βίον αὐτῶν ἀβλαβῆ.* Vet. v. 115: *Διάγων καὶ φυλάττων.* Similiter Böckhius: *Deducens.* Heynius: *Ἐπάγων.* Mirifice.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Θ'

ΕΦΑΡΜΟΣΤΩΙ ΟΠΟΥΝΤΙΩΙ

ΠΑΛΑΙΣΤΗΙ.

V. 1—32.

Magnificum carmen requirit Epharmosti laus et Opuntis. Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος φωνᾶεν Ὀλυμπίᾳ, καλλίνικος ὁ τριπλοος κεχλαδώς. Scholl. v. 1: Ἀρχιλόχου μέλος τὸ φωνᾶεν ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ. Virgulam post Ὀλυμπίᾳ, quam retinet vel Heynius, delevit Böckhius, notatus ab Ahlwardtio, qui jam Ceporinum ita scripsisse dicit. Immo vero antiquior Romana Ceporinianæ et Böckhianæ scriptionis mater erit, si quis talia mutantem singulas editiones inspicere putaverit. Φωνᾶεν iterum habes Isthm. IV, 68. Hoc loco est pro participio. — Ἀρχιλόχου μέλος, καλλίνικος ὁ τρ. De ambitu carminis hujus Archilochii mirus in scholiis dissensus veterum est, inprimis Aristarchi Eratosthenisque. Schol. vet. v. 1: Τὸ δὲ ὅλον οὕτω· Τήνελλα καλλίνικε χαῖρε ἄναξ Ἡράκλεις, αὐτός τε καὶ Ἰόλαος, αἰχματὰ δύο, de quorum vv. lectione videndus vir doctus in Böckh. scholl. edit. p. 208. Id dubium iis vi-

sum, qui carminis majorem ambitum requirebant. Schol. vet. v. 1: *Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος, ᾧ τοῖς νικῶσι τὰ Ὀλύμπια ἐᾴδετο, ἦν τρίστροφον.* Sed poterat ea suspicio ex *τριπλόος* nasci. Ibidem: *Τὸ δὲ τριπλόος, ὅτι τρὶς ἐπεκελάδην τὸ Καλλίνικε.* Ibidem: *Ἐρατοσθένης δέ φησι, μὴ ἐπινίκιον εἶναι τὸ Ἀρχιλόχου μέλος, ἄλλ' ὕμνον εἰς Ἡρακλέα, τριπλόον δὲ οὐ διὰ τὸ ἐκ τριῶν στροφῶν συγκεῖσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ τρὶς ἐφυμνιάζεσθαι τὸ Καλλίνικε.* Adversatur testis non levis Aristarchus schol. vet. v. 3; *Τριπλόος δὲ ἤτοι ὁ τρὶς ἐπᾳδόμενος, ἢ τρίστροφος ὢν κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον.* Verba Archilochi pro fragmento habent Liebelius in sua Archilochi edit. p. 178 sqq. et Böckhius Explicc. p. 187. Aliter Thierschius T. I. p. 96 sq.: „Die Siegsgesänge oder Päane ältesten Stiles waren kurze Ausrufe über die That mit Begrüfsung des Siegers oder des Gottes, der ihn verliehen. Einen solchen enthält Il. XXII, 393. der Vers über des Hektor Tod in Achilleus Rede: Jetzo wolan lobsingend den Päan, Söhne Achaja's, Nah'n wir den hohlen Schiffen, und mit uns führen wir diesen. *Siegsruhm hoben wir auf, wir schlugen den göttlichen Hektor,* dem in der Stadt die Troer wie einem Gotte geflehet, woselbst der letzte Vers zum eigentlichen Päan nicht zu gehören scheint. Ihm an Art ganz gleich ist ein anderer, mit dem die Frauen von Israel Saul und David bey ihrer Heimkehr aus der Philisterschlacht begrüfsten: Und die Weiber sangen gegen einander und spielten und sprachen: *Saul hat Tausend erschlagen, aber David zehn Tausend.* 1 Sam. XVIII, 7. — Das sind Keime, aus

denen später beym Bedürfnifs nach Mehrerem und Besserem lyrischer Gesang entsprossen ist. Vergleicht man nun die Nachrichten der Scholiasten zu unserer Stelle, so hatte Archilochus . . . für die olympischen Feste auf ihren Stifter Heracles und seinen Waffengefährten einen Päan dieser Art in zwey Zeilen gemacht etc. Wahrscheinlich wurde diesem doppelten Anruf in einem dritten Verse der Nahme des Siegers angereiht, und dadurch der Gesang, wie ihn Pindar nennt, ein dreygefügter." Verum in loco Homerico demonstrandum erat, repeti verba pæanis. Cantilenam deinde e libr. Sam. coll. v. 8. 9. pro politica potius mulierum concertatione habuerim, quarum alteræ Saulo favebant, Davidi alteræ. Godofr. Bernhardy Eratosthenicorum pag. 226 (ad scholium vet. de Eratosthene supra allatum): „Ambiguam sane interpretationem verba admittunt negantis, *τριπλόην, οὐ διὰ τὸ ἐκ τριῶν στροφῶν συγκεῖσθαι*, numne triplicem stropham Archilochico carmini abjudicaverit, an potius istam improbarit explicationem. Verum tamen et parodi tum Agamemnonis maxime, tum Eumenidum Aeschyli, scholiastis utrobique *ἐφύμνιον* observantibus, et ipse exclamationis usus necessitate efflagitante adscitus, posteriori sententiæ pondus adjiciunt, cum præsertim Pindarica *ὁ τριπλόος κεχλαδὼς* strophas et epodum subindicent, quod Aristarchum non latuerat. Omnino lyrici illi ex re nata nunc in systematis, nunc in versibus extremis clausula ejusmodi passim usi videntur, commonente Sapphus exemplo apud Hephäst. p. 129., quod Bentleius conjectura ab Hermanno D. M. p. 28. non repudiata sine caussa tentavit. Potuit autem hæc Eratosthenis sententia Aristophanis Acharnenses vel Aves spectare, quam-

tum scholiis ibi colligere licet." Jam voce τρ. decantationem ter factam significari, non stropharum numerum, ideo verisimile est, quod talis stropharum enumeratio h. l. maximopere jejuna esset. Et obsequendum videretur sententiæ Eratosthenicæ, ni obstaret Aristarchea. Verum de ambitu carminis nil apud Eratosthenem, qui non loquitur nisi de triplici illo *ἐφυμνιάζεσθαι τὸ Καλλίνικε*, et ineptam aliorum de pindarica v. *τριπλόος* opinionem, refutat. Poterat itaque carmen vel trium pluriumve stropharum esse, vel duobus solummodo versibus istis constare, quos alii Græcorum pro toto carmine habuerunt. Parvi autem ambitus fuisse, e triplici illo *ἐφυμνιάζεσθαι* non obscure consequitur. An semel quidem decantabatur totum (majus) carmen, ter vero pars illa (si fuit pars) *Καλλίνικε — δύο*? Posterius verba Eratosthenis suadere videntur. — *Καλλίνικος*. Ea voce vix sæpius quisquam usus Euripide, apud quem duplicem vim habet, primum *victoria decoratus* [1]), deinde *victoriam decorans*. [2]) Illud obtinet Pyth. I, 64, et in

1) Eurip. Phön. v. 855: *Καλλινίκους, victores*. v. 1059: *Καλλίνικα, victricia*. v. 1048: *Καλλίνικος αἰνιγμάτων*. v. 1253: *Καλλίνικος γενόμενος*. v. 1374: *Ἔγχος καλλίνικον*. v. 1728: *Μῶσαν καλλίνικον*. An est alterius significatus? Med. v. 760: *Καλλίνικοι ἐχθρῶν, victores hostium*. Suppl. v. 112: *Καλλίνικε ἄναξ*. v. 1063: *Καλλίνικος ἔρχομαι*. Tro. v. 1211: *Καλλίνικε τροπαίων*. Herc. f. v. 49: *Καλλινίκα δορός*. v. 571: *Καλλινίκῳ ὅπλῳ*. v. 769: *Καλλίνικον ἀγῶνα*. v. 921: *Καλλίνικος*. v. 1024: *Καλλίνικον κάρα*. El. v. 765: *Καλλίνικοι παρθένοι*. v. 884: *Καλλίνικε Ὀρέστα*.

1) Eurip. Iphig. T. v. 12: *Τὸν καλλίνικον στέφανον*. Phön. v. 858: *Καλλίνικα στέφη*. Heracl. v. 931: *Βρέτας Διὸς καλλίνι-*

carmine Archilochio, fuitque Herculis cognomen vulgare,[3]) deinde aliorum, coll. interprr. Hesychii v. *καλλίνικος*. Posteriorem significationem noster habet locus, suppleto *ὕμνον*, quod expressum habes Nem. IV, 26. coll. iis, quæ in secunda animadversione exposui. Quatenus nostra distinctio reliquis Pindari locis conveniat, de eo v. ad Pyth. V, 142. — *κεχλαδώς*. Schol. vet. v. 3: *Ὁ ἀβρυνόμενος καὶ πολλάκις ᾀδόμενος*. Quodsi hujus formulæ cum *καχλάζω* cognationem (coll. Schneid. L. g. v. *χλάζω*) respexeris, non video, quomodo somi notionem excludere possis, cujus post *φωνᾶεν* repetitio me non magis offendit, quam tot aliæ ejusdem poetæ aliorumque repetitiones et pleonasmi. Et conjungo *τριπλόος κεχλαδώς*, pro *τρὶς κεχλαδώς*, ne sonum ter exprimat Pindarus, quod admiserunt scholl. — *ἄρκεσε*. Sequentia si cum hoc loco comparaveris, locutus tibi Pindarus videbitur cum quadam carminis Archilochii contemtione, quod per se usu Olympico tritum et breve esse debebat. Talia autem nec tum edicere poterat, si ipse quoque carmine breviore Epharmostum laudare volebat. Quare hoc quoque titulo Archilochi carmen parvi ambitus esse debebat. Deinde ad laudem carminis Archilochii nil omnino profert P., si vulgarem interpretationem

---

κον. Deinde *καλλίνικος* cum ellipsi *ὕμνε, ᾠδῆς* etc. crebra Euripidis formula. Bacch. v. 1114: *Τὸν καλλίνικον ἐξεπράξατο εἰς γόον*, ubi confer, quos de hac ellipsi agentes laudat Elmsl. ed. Lips. p. 141. Med. v. 45: *Καλλίνικον ἵζεται*, ubi legenda, quae congessit Elmsl. ed. Lips. p. 72.

3) Anthol. Palat. XI, CCLXIX, 1 (Incertus): *Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς*. Diog. Laert. VI, 2, 6: *Ὁ τοῦ Διὸς παῖς Ἡρακλῆς Καλλίνικος ἐνθάδε κατοικεῖ*.

elegeris, quam ipsam superba sui cum Archilocho comparatio probabilem facit. Denique ob mores eundem notat Pyth. II, 100. — *Κρόνιον παρ' ὄχθον ἀχεμονεῦσαι κωμάζοντι φίλοις Ἑρμόστῳ σὺν ἑταίροις.* Schol. vet. v. 1: *Κωμάζει δὲ πρὸς τὸν τοῦ Διὸς βωμὸν ὁ νικήσας μετὰ τῶν φίλων, αὐτὸς τῆς ᾠδῆς ἐξηγούμενος.* Ibidem: *Ἦθος δὲ ἦν κωμάζειν τὴν νίκην ἑσπέρας τοῖς νικηφόροις μετ' αὐλητοῦ.* Quibus adde, quae ex Pindaro notavit Böckhius ad Olymp. IV. introduct. Cantum vero illum vespertinum Olymp. X, 93. *ἐγκώμιον τρόπον* P. dicit. Nec defuisse illam comitationem amicorum putabis, quum vespera Olympiae in diversorium suum abiret. Major vero eorundem frequentia esse debebat, cum in patriam reversus domum suam intraret, coll. Oppian. Halieut. I, 197:

Οἷον δὴ βασιλῆα φερέπτολιν ἠέ τιν' ἄνδρα
ἀθλοφόρον, θαλλοῖσι νεοστέπτοισι κομῶντα,
παῖδές τ' ἠΐθεοί τε καὶ ἀνέρες ἀμφιέποντες
ὃν δόμον εἰσανάγουσι καὶ ἀθρόοι αἰὲν ἕπονται,
εἰσόχεν εὐερχῆ μεγάρων ὑπὲρ οὐδὸν ἀμείψῃ. —

Ἀλλὰ νῦν ἑκαταβόλων Μοισᾶν ἀπὸ τόξων. Schol. vet. v. 8: *Ἀπὸ τῶν τὰ πόρρω βαλλόντων τόξων μουσικῶν. τὸ δὲ ὅλον τροπή. τόξῳ μὲν γὰρ τὴν ποίησιν, βέλεσι δὲ τὰ ἐγκώμια παραβάλλει.* De quo v. pag. 10. 68. — *Λία τε φοινικοστερόπαν.* Ut in carmine Archilochio, cui suum opponit, duo prædicantur, Hercules et Jolaus, ita duo in carminis sui *olympici* initio, Jupiter sc. et Olympia. Ad Jovis h. l. *φοινικ.* laudem Böckhius: „*Φοινικοστερόπαν* Jovem dicit aut ex communibus notionibus, aut quod fulmen Jovis etiam apud Opuntios Locros insignem venerationem habuit, ut apud

Epizephyrios; de quo v. ad Olymp. XI, 84 [X, 96. Explicc. p. 203].[4]) Posterius mihi magis probatur, quum praesertim statim v. 45 [64] redeat idem epitheton *αἰολοβρόντα Διός*." Mihi ut aliorum carminum initiis (Ol. I. in. II. in.) Jovem Noster Olympiamque canere videtur. Similiter Olymp. VIII, 5. Jupiter a fulminibus *ἀργικεραύνου* nomen traxit, ubi vide notata de Jovis fulminibus rubris. Adde ad Olymp. IV. in. p. 163. De *αἰολοβρόντα Διὸς* v. ad v. 64. pag. 345. — *ἐπίνεμμαι*. Scholl. vett. v. 8: *Ἐπινεμέσθητι τοῖς ὕμνοις τὸν Δία καὶ τὴν Ὀλυμπίαν.* v. 11: *Ἔπελθε.* Rec. v. 1: *Ἐπέξελθε, τόξευσον, ὕμνησον. Pete sagittis.* Insolens Heynio formula, quae mihi ad volatum sagittarum alludere videtur, cum sit *νέμεσθαι* avium, coll. Nem. III, 144. Quam deinde personam imperativus spectet, anceps. Schol. vet. v. 8: *Ἤτοι τῷ χορῷ ἢ ἑαυτῷ παραχελεύεται.* Similiter vet. v. 11. Rec. v. 1: *Ὦ ψυχή.* Posterius praestare videtur, cum simillime Olymp. I, 26. se

4) Locrorum res numaria, quam solam h. l. ducem novi, quum valde incerta sit (*Eckhel.* Doctr. num. vet. T. I. p. 174. T. II. p. 190 sq.), de Jovis fulminantis cultu apud reliquos Locros (non solum apud Epizephyrios) nolim aliquid affirmare. De fulmine in numis Epizephyriorum v. ad Olymp. XI, 96. In numis Ozolarum et Epicnemidiorum fulmen occurrere videtur, si quidem numi, de quibus sermo, eorundem fuere, coll. *Eckh.* T. II. p. 191. 92. et *Mionnet* description de médailles antiques grecques et romaines. T. II. p. 90. 91. Hinc suspicari poteris (neque enim talem numum descriptum scio), Opuntios quoque istud signum veneratos, atque in numis habuisse, ut hesperus in numis non tantum Ozolarum, sed etiam aliorum Locrorum conspici dicitur, coll. Spanhem. ad Callim. h. in Del. v. 303. p. 578.

hortetur ad canendum. — *ἀκρωτήριον Ἄλιδος*. Estne pro Elide (ludis sacra)? coll. Nem. III, 45: *Θυμέ, τίνα πρὸς ἀλλοδαπὰν ἄκραν ἐμὸν πλόον παραμείβῃ;* Eadem ratione Nostro in patria sua commoranti Elis esse poterat promontorium. An de Olympia cogitandum cum schol. rec. v. 1, vet. v. 8. et Bothio? Et hic quidem: „Der Ehrengipfel von Alis ist Olympia, der höchste Schmuck dieses Landes seiner heiligen Spiele wegen, coll. I, 7.“ Schol. vet. v. 12a *Τὴν Πίσαν λέγει, ἢ τὴν ἐξέχουσαν τῇ θέσει, ἢ τὴν ἐνδοξοτάτην καὶ πρωτεύουσαν.* Aliter Böckhius: „*Ἀκρ. Ἠλ.* Olympia non per se dicitur, sed ob Cronium collem modo nominatum: neque id metaphoricum est, quasi fastigium Elidis Olympia sit certaminibus insignis, sed proprium de monte.“ Ita jam schol. vet. Olymp. I, 179. p. 66., ubi eandem interpretationem secutus sum. — *ταισῖδε βέλεσσιν*. Schol. vet. v. 15: *Τοῖς νῦν καὶ μὴ οἵοις οἱ πρότερον.* His quoque gloriatio inesse videtur. — *Τὸ*. Partem pro toto (Pisatide), si *ἀκρ.* est Cronion. — *Αυδὸς ἥμενος Πέλοψ*. Olymp. I, 37: *Αυδοῦ Πέλοπος ἀποικίᾳ*. — *πτερόεντα δ' ἴει γλυκὺν Πυθῶνα δ' ὀϊστόν*. Nota *ὀϊστὸν* singulatem in memoranda Epharmosti victoria Pythica, cum in decore ejus Olympico carmini Archilochio opposuerit carminis *tela*. — *πτερόεντα*. Vulgare missilium epitheton. V. Damm. v. *πτερόεις*. Ind. Eurip. Barnes, vv. *πτανός, πτερωτός, πτηνός*. Apollon. Rhod. II, 600: *Πτερόεντι ὀϊστῷ*. v. 1039: *Πτερόν βέλος*. Nonn. Dionys. XV, 177: *Πτερόεντες ὀϊστοί*. XXII, 246: *Πτερόεντι ὀϊστῷ*. 360: *Βέλεος πτερόεντος*. XXXVII, 718: *Πτερόεντι βελέμνῳ*. Isthm. V, 80. est hymnus *πτερόεις*, qui nostro loco *significatur*.

— ἴει. Schol. vet. v. 17: *Παραπελεύεται δὲ ἑαυτόν, ἀπὸ τῆς Ὀλυμπίας βαλεῖν κ. τ. λ.* Ibidem: *Ἀπὸ τῆς Ὀλυμπίας μεταβάς.* Immo Thebis erat Pindarus, unde tela sua dimittebat. — *οὗτοι χαμαίπετέων λόγων ἐφάψεαι.* In his *χαμαιπ.* idem est quod *εὐτελέων, μικρῶν, ὑπτίων*, monentibus scholl. v. 19., quæ addunt: *Χαμαιπετῆ δὲ κυρίως ἐστὶ δόρατα ἢ βέλη, ὅτε ἀποτυχόντα τοῦ σώματος χαμαὶ ἔπεσεν.* Adde Hesych., Suid., Zonar., Phavor. Comparat Heynius Pyth. VI, 37. Nem. IV, 65. Cognatum quoque *χαμηλὰ πνέων* Pyth. XI, 46. — *ἐφάψεαι.* Similiter *ἐφάπτομαι* cum voce jungitur Pyth. VIII, 86: *Μαντευμάτων τ' ἐφάψατο*, pro quo genitivo Olymp. I, 138. dativum habes. III, 53: *Ψευδέων δ' οὐχ ἅπτεται.* — *αἰνέσαις.* Optativus secundum plurimos. Tum post *Ὀπόεντος* punctum figitur. Erat, quum hoc mihi duriusculum videretur, quod Heynio quoque evenisse video. Sed parendum rationibus melioribus, coll. Böckh. nott. critt. p. 398. Jam erit nexus cum antecedentibus: *Laudandus Jupiter cum Olympia Delphisque. In utroque loco vicit Epharmostus, non humili dignus carmine, natus Opunte. Sed eam ipsam quoque laudabis, non tantum ejus filium. Ditaret enim bona civitatis formâ et victoriarum multitudine.* Denique iis, qui alteram rationem probant, haud leviter favet participiorum usus plane geminus Olymp. III, 15: *Κλεινὰν Ἀχράγαντα γεραίρων, Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν ὕμνον ὀρθώσας*, ubi non scribere debebam *ὀρθώσαις* cum Böckhio aliisque editoribus, sed *ὀρθώσας*, cum „per Olympia universa libri omnes participia aoristi primi terminent in *ας*," coll. Böckh. supra cit. — ἔ. Opuntem, ut heroinam, coll. Heyn., quamquam in reliquis loci (urbis)

notio prævalet. Non aliter scholl. vet. v. 23., sed male ibidem *υἱὸς* est *Opus heros*, cum sit Epharmostus, coll. scholl. vv. 19. 22. — *Ἂν Θέμις θυγάτηρ τέ οἱ σώτειρα λέλογχεν μεγαλόδοξος Εὐνομία.* Quærendum, qualem rationem h. l. intercedere P. velit inter *Θέμιδα* et *Εὐνομίαν*. Schol. rec. v. 19: *Ἕπεται γὰρ τῇ δίκῃ τὸ καλῶς τοῖς νόμοις χρῆσθαι.* Rec. v. 25: *Θυγάτηρ δὲ ἡ Εὐνομία Δικαιοσύνης, ἐπειδὴ οἱ νόμοι δικαίᾳ χάριν ἐτέθησαν.* Erit Themis justitiæ amor Opuntiis innatus, Eunomia bonæ inde profectæ leges. Ita fuit justitia bonarum legum fons. Ceterum tenuit in hac cognatione religionem popularium, quibus alio licet sensu Themis mater erat Eunomiæ, Irenæ, Dicæ (Hes. theog. v. 901. cit. schol. v. 24). Easque sorores suo sensu memorat in simili aristocratiæ Corinthiacæ laude Olymp. XIII. init. De aristocratia Opuntiorum bene agit Böckhius ad nostrum locum. — *θυγάτηρ τέ οἱ.* De hoc pronominis dativo v. ad Olymp. I, 91. pag. 38. — *σώτειρα.* Cfr. ad Olymp. VIII, 28. p. 296. — *λέλογχεν.* De Diis usitatum, quorum in locis quibusdam singularis honor. V. Olymp. XIV, 1. Nem. XI, 1. Nonn. Dionys. XLVII, 476: *Εἰ λάχεν Ἴναχον Ἥρη*, coll. ad Olymp. VI, 56. pag. 196. 97. Nonn. ibid. v. 603: *Ἐπεὶ τέο διΐος Ἥρη Ἔλλαχεν ἔδρανα ταῦτα* (Argos). Anthol. Palat. VI, CCXL, 2 (Philippus): *Ἄρτεμις, ἣ θαλάμους τοὺς ὀρέων ἔλαχες.* CCXLIII, 1 (Diodorus): *Ἦ λάχες Ἰμβρασον, Ἥρη.* Orph. Argon. v. 2: Apollo, *ὃς λάχες ἠλιβάτῳ κορυφῆς Παρνησίδα πέτρην.* Hoc loco hominum (Opuntiorum) ea laus, quam ita exprimit Nonn. Dionys. XXXI, 93: *Ἰνδύς, Οἵης τάχα πεσιμέλουσα Θέμις μαιώσατο μαζῷ.* — *θάλλει δ' ἀρεταῖς. Floret laudibus triumphalibus.* Scholl. et

gloss. v. 27: *Λάμπει, βρύει, αὔξεται.* Isthm. IV, 5: *Ἀρετάς, αἷσι θάλλοντες αἰεὶ σὺν θεῷ θνατὸν διέρχονται τὸ βίου τέλος.* — Reliquorum mutationem Böckhianam duritiei insimulat Hermannus, Heyne T. III. p. 203. — *Κασταλία. Delphis.* V. Olymp. VII, 31. Pyth. V, 40. — *παρ' Ἀλφειῷ τε ῥέεθρον.* Ahlwardtianæ lectioni (*ῥεέθρῳ*) favet *παρὰ* Pindaricum sæpissime dativo junctum, coll. indd. Sed obstant scholl., codd. reliquusque Nostri usus. Olymp. XIII, 48: *Ἐπ' Ἀλφεῷ ῥεέθροισιν.* — *στεφάνων ἄωτοι.* Gl. v. 30: *Χαρίσματα. Coronarum decora, coronæ.* Paulo aliter Olymp. V, 2. — *Λοκρῶν ματέρ'.* Opuntiorum. An reliquorum quoque Locrorum? Quod scholiis placere suspicor. Accinere videtur v. 63. de loco, ubi post diluvium Pyrrha Deucalioque primo habitasse dicuntur. Nec aliter Strabo IX, 4: *Ὁ δ' Ὀποῦς ἐστι μητρόπολις, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ, τὸ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν τῶν περὶ Θερμοπύλας, ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ πολυανδρίῳ·*

Τοὺς δέ ποτε φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
Μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει ὁμᾶ Ὀπόεις.

Vides, Strabonem ita intelligi posse, ut de Opunte *μητροπόλει* Opuntiorum cogitarit, repugnante licet epigrammate, ut mihi quidem videtur.' De Stymphalo, matre Arcadiæ (Arcadum) v. ad Olymp. 167. pag. 233. — *ἐπαείροντι. Evehunt.* Gloss. et scholl. vv. 27. 31. 32: *Ὅθεν ἐπέρχονται, καὶ ὑψοῦσι.* Ibidem: *Μετεωροῦσιν, ὑμνοῦσιν, δοξάζουσι.* Est quædam volandi evectio, ut Isthm. I, 90: *Εὐφώνων πτερύγεσσιν ἀειρόμενοι ἀγλααῖς Πιερίδων.* — *ἀγλαόδενδρον.* Schol. vet. v. 27: *Εὔγειον.* Laus epica, non valde premenda, si de fertilitatis genere quæsieris.

eris. Strabo IX, 4: *Μεταξὺ δὲ Ὀπόεντος καὶ Κύνης πεδίον εὔδαιμον.*

V. 33—43.

Conjungit laudem urbis et victoris, grata Deorum habita ratione. — *Φίλαν πόλιν.* V. Böckh. ad v. 123. — *μαλεραῖς ἀοιδαῖς.* Scholl. v. 35: *Ἐκδήλοις ὕμνοις, ᾠδαῖς λαμπραῖς*, coll. vet. v. 34: *Λαμπρὰς δὲ τὰς ᾠδὰς διὰ τὸ διϊχνεῖσθαι ὡς τὸ πῦρ.* Similis est victorum splendor atque is, quem Gratiæ et Musæ suppeditant, de quo cf. Pyth. V, 60. IX, 159. Nem. VI, 66. Isthm. VII, 33. Ceterum de igne *μαλερὸς* usitatum. Anthol. Palat. XIV, XCII, 8 (Incertus): *Μαλερῷ πυρί.* CXLVII, 1 (Incertus): *Μαλερᾶ πυρός.* XV, XXXII, 8 (Arethas Diaconus): *Μαλερῷ πυρσῷ.* — *ἀγάνορος ἵππου.* Schol. vet. v. 33: *Ἵππου παντὸς ταχυτάτου.* Rec. ibid.: *Πάνυ γενναίου.* Ibid.: *Ἵπποι δὲ λέγονται γενναῖοι καὶ ἀγέρωχοι καὶ εὔψυχοι.* Vet. v. 34: *Ὀξέος.* Gloss. v. 35: *Μεγαλοψύχου.* Canum equorumque laus haud rara. Oppian. Hal. V, 367: *Ὑβρισταὶ καὶ ἀγήνορες* (canes). Idem Cyneg. I, 334: *Ἵππον μεγαλήτορα.* Nonn. Dionys. XXXVII, 294: *Ἵππος ἀγήνωρ.* Anthol. Palat. T. II. p. 646. Epigr. LXXIV, 3 (Incertus): *Ἵππος ἀγήνωρ. — ναὸς ὑποπτέρου.* Dubium, eæ alæ sint remi navis, an vela? Dubitavere jam veteres. Eustath. ad Hom. Odyss. XI (Potter. ad Lycophr. v. 25. p. 1382. Müller.): *Ἱστορεῖ δὲ νηὸς τὰς κώπας λέγει (Ὅμηρος), χρεῖττον ἢπερ Δυκόφρων τὰ ἱστία. εἰ γὰρ τάχους αἴτια τῇ νηῒ τὰ ἱστία καθὰ καὶ αἱ κῶπαι, ἀλλὰ τὸ σχῆμα τῶν πτερῶν μᾶλλον αἱ κῶπαι σώζουσιν, ἢπερ τὰ λαίφεα.* Cassiodorus V, 17

(Meurs. ad Lycophr. v. 23. p. 1169) vela *alas navium* dicit. Remigium tardius esse velis, per se patet, testaturque Menander Thrasyleone (Meineke p. 83. 84). Sed veteribus utrumlibet placuerit: apponam loca Græcorum, pro unius alteriusve interpretationis ratione discreta. Primum alas pro velis adhibitas, sequentia demonstrant. Hes. fragm. (Lösn. p. 445): *Ἱστία πτερὰ νηός*, ad quem locum v. Böckh. in scholl. Olymp. VIII, 26. p. 191. Id. Opp. et D. v. 589: *Στολίσας νηὸς πτερά*, ubi verbum vestiarium *στολ.* de velis cogitari jubet. Anthol. Palat. X, VI, 6 (Satyrus poeta ad nautas): *Πίνατε δ' εὐπτερύγων λεπταλέας στολίδας* (navium alatarum quasi vestimenta), ad quem locum Jacobsius (Anthol. Palat. T. III. p. 638) Ruhnkenium affert epist. crit. p. 110 sq. et Stanleium ad Aesch. Prom. v. 52 (Schütz. Comment. T. II. p. 156). Adde eundem Jacobs. Anthol. Palat. T. III. p. LXXV. Aeschyl. Prom. v. 477: *Λινόπτερ' εἶρε ναυτίλων ὀχήματα.* Oppian. Cyneg. IV, 61: *Λινοπτερύγων ὅπλα νηῶν*, coll. Blomf. Glossar. ad Aesch. Prom. p. 123. Lips. Tzetza ad Lycophr. v. 148 (Müller. p. 407): *Πτηνὰ δὲ τῶν πλοίων τὰ λαίφη.* Ubi citatur de his agens Barnesius ad Eurip. Iphig. T. v. 289. 1346. Tro. v. 1086. Hel. v. 146. His adde, quæ congesserunt Meurs. et Pott. ad Lycophr. v. 25 (p. 1169. 1381). Deinde remi alæ dicuntur. Eurip. Hel. v. 667: *Πετομένας κώπας.* Apollon. Rhod. II, 1255: *Εὖξέστοις ὠκύπτερα πάλλεν ἐρετμοῖς.* Lycophr. v. 25: Naves *λευκὰ φαίνεσαι πτίλα*, sc. remos, ubi conferendus Tzetza (Müller. p. 317). Anthol. Palat. VI, CCII, 1 (Anyte): *Πυκιναῖς πτερύγεσσιν ἐρέσσων.* Ibid. T. II. Appendix etc. p. 821. Epigr. CCIV, 1. 2 (Incertus): *Νεῶν Ἐξηρέτμοις*

πτέρυξιν ἠγλαϊσμένων. Alia de hac secunda formula contulerunt Meurs. et Pott. supra cit. et Schneid. L. gr. v. *πτερόω, πτερωτός.*[5]) Tertium est locorum genus, ubi vel de remis, vel de velis cogitari licet. Empedocl. v. 226 (Sturz. p. 523): *Πτεροβάμοσι κώμβαις.* Eurip. Tro. v. 1075: *Πόντιον σκάφος ἀΐσσον πτεροῖσι.* Lycophr. v. 514: *Πτερωτὰς ὁπλίσαντες ὁλκάδας.* Adde Meurs. et Pott. supra cit. et Jacobs. Anthol. gr. Lips. T. XI. p. 225. Nostro loco ob velocitatem vela eligenda videntur, nec obstat *ὑπό.* Est enim *ὑπόπτερος alatus* quocunque modo et quacunque corporis parte. Cf. Pyth. VIII, 129. Eurip. Hec. v. 1240: *Ὑποπτέροις νώτοισιν.* Hel. v. 619: *Ὑπόπτερον δέμας.* v. 1236: *Ἴτω δ' ὑπόπτερον.* Fragm. Dan. v. 15: *Ὑπόπτερον λέοντα.* Alia v. in ind. Eurip. Barnes. v. *ὑπόπτερος.* Oppian. Cyn. IV, 214: *Ὑπόπτερον ἀσπίδα.* Anthol. Pal. V, CLXXVIII, 3 (Meleager): Amorem *ὑπόπτερον.* — *παντᾶ ἀγγελίαν πέμψω ταύταν.* Schol. vet. v. 36: *Τὴν περὶ τῆς νίκης.* Rec. v. 37: *Τὸν ὕμνον, ὃν πρὸς τὸν πολίτην αὐτῆς πλέκων, καὶ αὐτὴν ἀΐδιον θήσω, μέχρις ἂν παρ' ἀνθρώποις ὦσι λόγοι.* Böckhio est „nuntius de Opuntis gloria Olympiæ et Pythone parta." Bene. Deinde satis cognatum nostro loco est Nem. V, init. — *εἰ.* Dubitanter de se loquitur, cum potuisset istam rem affirmare, utens conjunctione *ἐπεί.* Schol. rec. v. 38: *Δύναται τὸ εἰ ἐνταῦθα καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπεὶ λαμβάνεσθαι καὶ διαστακτικῶς. ἄμεινον δὲ τὸ δεύτερον.* Bene hoc,

5) Ut remi navium alae sunt, ita pinnae piscium apud Oppianum Hal. I, 745. V, 263. 307. all.

coll. ad Olymp. I, 28. p. 16. — *σὺν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ.* Scholl. inter manum deorum et poetæ ambigunt. Sed est *manus divina*, *auxilium divinum*, coll. Olymp. X [XI], 25. — *Χαρίτων κᾶπον.* Schol. vet. v. 39: *Τὴν ποιητικήν.* Chörili fragm. I (Näke p. 104):

Ἄ μάκαρ, ὅστις ἔην κεῖνον χρόνον ἵδρις ἀοιδῶν
Μοισάων θεράπων, ὅτ' ἀκήρατος ἦν ἔτι λειμών.
νῦν δ' ὅτε πάντα δέδασται, ἔχουσι δὲ πείρατα τέχναι,
ὕστατος ὥστε δρόμου καταλειπόμεθ'· οὐδέ τοι ἔσται
πάντη παπταίνοντα νεοζυγὲς ἅρμα πελάσσαι.

In his *λειμών* primo obtutu *pratum Musarum colendum* esse videtur; nec obstat, quod deinde ad *curriculi* metaphoram descendit. Amat inæqualia et Chörilus. Alia congesserunt Valcken. et Monk. ad Eurip. Hippol. v. 72. p. 185. Lips. p. 13. Lips. et Jacobs. ad Anth. gr. Lips. T. VI. p. 1. 2. Usum pindaricum enotavit Böckh. Explicc. p. 188. Paulo aliter capiendum *σπείρειν καρπὸν Χάριτος* fragm. Antiphanis VI (Brunck.), sc. *voluptate frui*. — *κεῖναι γὰρ ὅπασαν τὰ τερπνά.* Ad sententiam cfr. locum plane geminum Olymp. XIV, 7 sq. Quæ h. l. a Gratiis præstantur, ea Pyth. I, 79. a Diis indistincte concessa vides. Similiter Oppian. Hal. II, 15:

Κεῖνοι καὶ τέχνας πολυκερδέας ἀνθρώποισιν
δῶκαν ἔχειν, καὶ πᾶσαν ἐπιφροσύνην ἐνέηκαν. —
ἀγαθοὶ δὲ καὶ σοφοὶ ἄνδρες. Eosdem iterum jungit Pyth. I, 79: *Καὶ σοφοὶ καὶ χερσὶ βιαταί.* Ubi illi poetæ esse poterunt. Latius Olymp. XIV, 9. *σοφοὶ* capiendi, quod nostro quoque loco conveniet, ni utrumque prædicatum (*ἀγ.* et *σοφ.*) ad Epharmosti circa res agonisticas cum robur tum solertiam traxeris. Et accinere vi-

detur sequens de Hercule cum Diis conflictante narratio, quod jam scholiastis v. 41. 42. visum. Sed repugnat hujus sententiæ cum antecedentibus conjunctio. Virtutem enim poeticam (si quam habeat) Deorum se beneficio debere ait, qui sint omnium bonorum auctores. Opponas, ad poesin spectare *τὰ τέρπν'*, coll. Gloss. v. 41: *Μαθήματα*, reliqua ad Epharmostum. Ego vix quidquam affirmaverim. — *κατὰ δαίμον'*. *Ope divina*. Eurip. Tro. v. 102: *Πλεῖ κατὰ δαίμονα, ad arbitrium divinam*. Dictio generalis, quum potuisset Gratias repetere. Singulariter distinguit schol. vet. v. 40: *Χαρίτων μὲν γὰρ ἔργον οἶδε τὸ τὰ πράγματα χαριέντως ἀποτερματίζειν, Μοιρῶν δὲ καὶ Εἱμαρμένης τὸ δυνατούς τινας κατὰ ἀνδρείαν καὶ συνετοὺς κατὰ φρόνησιν γίνεσθαι. λελῃθότως δὲ ὁ Πίνδαρος διὰ τὸ ἀνεπαχθὲς τὰ ἴδια ἐπεξεργάζεται ἐγκώμια.* Simplicius cölites antecedentes eligentur.

V. 43—54.

Antecedentia demonstrantur Herculis pugnâ cum Diis. Bene addit Böckhius Explicc. p. 189: „Et fuit opinor Herculea vir indole, quippe *δαιμονίᾳ εὔχειρ, δεξιόγυιος, ὁρῶν ἀλκὰν* v. 118 [164]." Nexum loci cum antecedentibus recte exprimit schol. vet. v. 42: *Τοῦτο δὲ παραδεικνὺς παραβάλλει τὸν Ἡρακλέα, ὅτι, εἰ μὴ κατὰ θεῶν μοῖραν ἐγεγόνει τοιοῦτος, οὐκ ἂν ποτε ὑπέστη ἀντιστῆναι Ἀπόλλωνι καὶ Ποσειδῶνι καὶ Ἅιδῃ Ἡρακλῆς.* Schol. vet. v. 43: *Ἐπεί, εἰ μὴ ἐκ θεῶν ἦν τὰ κάλλιστα τοῖς ἀνθρώποις, πότε ἂν ἐδυνήθη Ἡρακλῆς κ. τ. λ.* [6]) — De-

6) Punctis distincta sunt narrationis singula membra in vulgarr. edd., quod non abhorret a Pindari more, qui historica

inde mihi quoque una Herculis deorumque pugna statuenda videtur, suadente, immo cogente habitu narrationis. Quod quomodo cum historia conveniat, non est nostrum vel explicare, vel excusare. Ipse poeta dispicere debebat, quomodo narrationem suam auditoribus probaret. Scholia meliora secutum in his Böckhium video. — *ῥάβδον.* Qualis fuerit is baculus, sequentia docent. Erat illa *ῥάβδος θελκτικὴ καὶ μαλακτικὴ τῆς ψυχῆς*, ut ait schol. vet. v. 50. deinde addens: *Ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους ἦν ὁ Ἅιδης ἔργῳ διὰ τῆς ῥάβδου ταύτης οὐδὲν ἠδύνατο δρᾶσαι, διὰ τὸ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀμβλυνθῆναι.* Usus itaque sceptro suo pro armis, velut Hercules Olymp. VII, 50. et Ulysses Hom. Il. II, 265. — *βροτέα σώματ'*. *Defunctorum corpora*. Virgil. Aen. VI, 306: *Defuncta corpora vitâ*. — *κοιλὰν πρὸς ἀγυιὰν θυασχόντων.* Hom. hymn. IV, 177: *Ἥξαν κοίλην κατ' ἀμαξιτόν.* Eurip. Alc. v. 919: *Τύμβου τάφρον ἐς κοίλην*. Böckh. confert e Nostro *κοίλαν χθόνα* (Heyne T. III. p. 128. Böckh. T. III. p. 625). Schol. vet. v. 50: *Εἰς τὸν κοῖλον τόπον τοῦ Ἅιδου.* Rec. ibid.: *Εἰς τὰς καταδύσεις τῆς γῆς, ἃς οἱ ἀποθνήσκοντες διέρχονται.* Vet. v. 53: *Τὸν Ἅιδην, ὅτι ἐκεῖ ἄγονται οἱ ἄνδρες.*

V. 54—62.

Revocat se ab impia narratione, ut Olymp. I, 55. 82., obloquens publicæ popularium religioni, coll. Ol. I. locc. citt. Pyth. II, 96. Nem. VII, 150. — *λοιδο-*

---

ita dispescere amat. Recentioribus arctior singulorum conjunctio praeplacet.

ρῆσαι. Schol. vet. v. 56. coll. vet. v. 58: *Διότι ἄνδρα ὄντα τὸν Ἡρακλέα τριῶν θεῶν ἀπέδειξεν ὄντα βελτίονα.* Significaverat hoc Noster, non expresserat, euphemistice. Dices, ipsum se interpretari v. 61: *Ἔα πόλεμον μάχαν τε πᾶσαν χωρὶς ἀθανάτων.* Sed antecedit illud *καυχᾶσθαι.* Ita de pugna Deorum Herculisque victoria cogitandum erit. — *ἐχθρὰ σοφία, sapientia, quæ possessorem quasi hostiliter tractat, s. sapientia exitiosa.* Paulo aliter schol. vet. v. 54: *Σοφία μὲν γὰρ οἶδε τὸ γιγνώσκειν τὰ παλαιὰ καὶ ταῦτα ἑρμηνεύειν τεχνικῶς διασκευάζουσα, τὸ δὲ πρὸς λοιδορίαν ἔλκειν τὰ ποιήματα οὐχ ὅσιόν ἐστιν, ὡς διορίζεται.* Simplicius rec. v. 50: *Μεμισημένη.* — *καυχᾶσθαι παρὰ καιρόν. Gloriari intempestive.* Pyth. X, 5: *Κομπέω παρὰ καιρόν.* Schol. vet. v. 58: *Τοῦτο δὲ εἴρηκε, παρόσον ἀσεβεῖν δόξει, ἐὰν τὸν Ἡρακλέα ἐγκωμιάζῃ ἐπὶ τῷ τοὺς θεοὺς νενικηκέναι.* — *μανίαισιν.* Iterum plurali utitur Nem. XI, 63: *Ὀξύτεροι μανίαι.* Fragm. inc. XXXVI (Heyne T. III. p. 99. Böckh. T. III. p. 667): *Μανίαι τ' ἀλαλαί τ'.* — *ὑποκρέκει. Consonat.* Scholl.: *Συμφωνεῖ, ὑπηχεῖ, ὅμοιόν ἐστι, προσέοικεν,* coll. Schneid. L. g. v. *ὑποκρ.* Paulo aliter ibidem: *Εὐδόσιμός ἐστι μανίᾳ, præludit insaniæ, i. e. prope abest ab insania.* Simplex *κρέκειν* cum compositis est *pulsare, pulsandoque sonare,* coll. Schneid. L. g. v. *κρέκω.* Addo Alem. fragm. CIV (Welck. p. 76): *Κερκόλυρα, sonans lyra.* Apollon. Rhod. IV, 1194: *Φόρμιγγος ἐϋκρέκτου.* Orph. hymn. XI, 6 (Herm.): *Ἁρμονίην κόσμοιο κρέκων.* In Anthol. græca sæpissime, coll. ind. Anthol. gr. Lips. T. XIII. p. 230. 326. — *ἔα πόλεμον μάχαν τε πᾶσαν χωρὶς ἀθανάτων.* Junge cum scholl. *ἔα χωρὶς ἀθανάτων,*

remove a Diis. Alii jungent: *Χωρὶς ἔα, remove omnes bellum Deorum*, coll. Pyth. I, 19: *Τραχεῖαν ἄνευθε λεπτῶν ἐγχέων αἰχμάν*. Addit schol. vet. v. 60: *Μὴ λέγε τοῦτο, ὅτι οἱ θεοὶ μετέχουσι τῶν πολέμων καὶ μάχης· φιλόθεος γὰρ ὁ Πίνδαρος.*

V. 62 – 84.

Laudat potius Protogeniæ urbem, ubi post diluvium Deucalio et Pyrrha posito domicilio homines genuerunt. Ex his majores vestri descenderunt. *φέρουις γλῶσσαν. Fer, infer linguam* (laudis gratia). Pyth. V, 78: *Γλῶσσαν ἐπεί σφιν ἀπένεικεν ὑπερπονtίαν, linguam illis cum attulisset* (*intulisset*). Aeschyl. Choeph. v. 576: *Ὑμῖν δ' ἐπαινῶ γλῶσσαν εὔφημον φέρειν, gestare linguam*, s. tacendo, s. loquendo, coll. v. 577. Soph. Trach. v. 324: *Διοίσει γλῶσσαν*, i. e. *οἴσει, gestabit linguam, loquetur*. Gregor. Naz. Jamb. XXIII (Opp. T. II. p. 243): *Ἐγὼ γὰρ ἃς μὲν ἔσχον ἐν Ξένῃ πόλει πάθας, Λόγῳ πεσόντι σύμμαχον Γλῶσσαν φέρων ἐμήν* (*narrationi ruenti, s. infirmæ sociam afferens linguam meam, i. e. sustentans narrationem linguâ meâ*), *Ἄλλως λέγοντας αἰνέσω*. Jam ad tropicum dicendi genus attendisse quoque videtur schol. rec. v. 60: *Κίνει τὴν γλῶσσαν πρὸς τὸ ἄστυ τῆς Πρωτογενείας*. Unde vero color petitus sit, de eo silentium. Puto a telis jaculisque, de quorum et linguæ humanæ comparatione v. quæ congessimus ad Olymp. I, 14. 179. p. 10. 68 sq. Et maxime ad nostram formam accedere puto *γλῶσσαν ἰέναι* (*loqui*) etc., coll. p. 69., ubi addere poteram Soph. El. v. 596: *Πᾶσαν ἰεὶς γλῶσ-*

σαν. Ceterum nostræ dictioni haud absimiliter dicitur *Μοῖσαν φέρειν* (*Musam ferre, carmen applicare*) Nem. III, 49. — *Πρωτογενείας ἄστει.* In Protogeniæ persona ambigitur. Scholia Pindarum de Protogenia Opuntis filia cogitasse ob sequentia statuunt, cui ipsum Primogenitæ nomen refragari acute vidit Böckhius Explicc. p. 190. Idem de urbe Protogeniæ dissidium. Plurimis scholiastis est Opus. Aliter schol. vet. v. 64: *Ἔνιοι δὲ οὐκ ἐν Ὀπῦντί φασι Δευκαλίωνα καὶ Πύῤῥαν οἰκῆσαι. ὁ γὰρ Ἀπολλόδωρος* [Fragm. p. 1039] *οὕτω γράφει· οἰκῆσαι δὲ ἐν Κύνῳ* [Strabo cit. p. 337] *τὸν Δευκαλίωνα λέγεται καὶ τὴν Πύῤῥαν, καὶ τὴν Πρωτογένειαν ἐκεῖ τετράφθαι φασίν· ἱστορεῖ δὲ ταῦτα καὶ Ἑλλάνικος.* Addo Strabon. IX, 4: *Ἐν δὲ τῷ Κύνῳ Δευκαλίωνά φασιν οἰκῆσθαι. Καὶ τῆς Πύῤῥας αὐτόθι δείκνυται σῆμα, τοῦ δὲ Δευκαλίωνος Ἀθήνῃσι.* Utra urbs eligenda sit, e Pindaro quidem non elucet, qui tamen, carminis principio postquam multus fuit in Opuntis laude, jam ad Cyni (antiquioris e Græcorum citt. sententia) encomium assurgere potuit. — *αἰολοβρόντα.* Schol. rec. v. 60: *Τοῦ τῶν ταχέως κινουμένων βροντῶν αἰτίου.* V. quoque Schneid. L. g. v. Hoc Jovis prædicatum quidam ad fulminis inter Opuntios cultum trahent, de quo tamen v. pag. 332. An Jovis tonitru Deucalioni Pyrrhæque pro augurio fuit? coll. Pyth. IV, 40: *Αἴσιον δ' ἐπί οἱ Κρονίων Ζεὺς πατὴρ ἔκλαγξε βροντάν.* v. 351: *Ἐκ νεφέων δέ οἱ ἀντάϋσε βροντᾶς αἴσιον φθέγμα.* Addixeratne Jupiter Pyrrhæ et Deucalioni locum urbis primæ exstruendæ, an finem diluvii? Quod ultimum Böckhio quoque placere video ad Olymp. XI [X], 96. Explicc. pag. 203.

Inde poterat Opunte singularis cultus fulminis dialis vel recipi, vel repeti, cui adde, quæ suspicatus sum pag. 332. not. Cum loci nostri formula cfr. Anthol. Palat. T. II. Appendix etc. pag. 797. 98. Epigr. CXIX, 5 (Incertus): *Ἐκ Διὸς αἴσης.* Tzetz. hom. v. 274: *Ὡς γὰρ Διὸς ἤθελεν αἶσα.* Q. Smyrn. X, 331: *Ἐπέκλωσεν Διὸς αἶσα.* Similis *δαίμονος αἶσα.* Hom. hymn. IV, 301: *Ὃ δ' ἀέξετο δαίμονος αἴσῃ.* Q. Smyrn. V, 594: *Στυγερῇ ὑπὸ δαίμονος αἴσῃ.* Idem X, 396: *Ὀλοῇ ὑπὸ δαίμονος αἴσῃ.* Anthol. Palat. T. II. Appendix etc. p. 840. 41. Epigr. CCLXIV, 5 (Incertus): *Τυχεῖν τοῦ ἀρίστου δαίμονος αἴσης.* Ultimo loco et in aliis Pindari locis (coll. indd.) est *αἶσα fatis concessum*, nostro loco *volantes divina.* His adde, quæ notavi p. 314. et Schneid. L. gr. v. *αἶσα.* — *Πύῤῥα Δευκαλίων τε.* Völckerus V. celeberr. in libro: Die Mythologie des Japetischen Geschlechtes etc. p. 342. 43. Pyrrhæ Deucalionisque nomina ad ignem et aquam trahit, quibus Thessaliæ potissimum inundatio effecta fuerit. Nominum etyma valde conspirant. De Deucalione non aliter *Schwenk.* Etymol. mythol. Andeut. p. 149. Pyrrha eidem p. 351. est *terra rubra.* — *Παρνασσὸν καταβάντε.* De hoc confugio Deucalionis v. Völcker. modo cit. p. 341. In eum montem e Thessalia profugerat Deucalio, aquarum impetu propulsus, coll. Völck. l. cit. — *δόμον ἔθεντο πρῶτον.* Primus Deucalio urbes et fana condidit, coll. Apoll. Rhod. III, 1087: *Δευκαλίωνα, Ὃς πρῶτος ποίησε πόλεις καὶ ἐδείματο νηοὺς Ἀθανάτοις.* In Hæmonia thessalica generaverat Prometheus Deucalionem Apoll. Rh. ibid. v. 1086 sqq. — *ἄτερ δ' εὐνᾶς ὁμόδαμον κτησάσθην*

λίθινον γόνον· λαοὶ δ' ὀνόμασθεν. Schol. rec. v. 70: *Τὸν ἐπὶ τῷ Νῶϊ κατακλυσμὸν Ἕλληνες ἐξ ἡμῶν κελοφότις οὕτω φασί· Διὸς τὴν γῆν κατακλύσαντος Δευκαλίων καὶ Πύῤῥα ἔν τινι κιβωτίῳ εἰσελθόντες μετεωρίσθησαν ὑπὸ τοῦ ὕδατος ὑπεράνω τοῦ Παρνασσοῦ, κατὰ δέ τινας ὄρους Λυκωρέως καλουμένου· πεπαυμένου δὲ τοῦ ὕδατος ἐξελθόντες τοῦ κιβωτίου προσετάχθησαν ὑπὸ τοῦ Διὸς τὰ τῆς μητρὸς αὐτῶν ὀστᾶ ὄπισθεν ῥίπτειν, κ. τ. λ.* Cf. de his scholia v. 68. 70. et Völck. l. cit. p. 335 sq. — *ἔγειρ' ἐπέων σφὶν οἶμον λιγύν. Excita verborum illis viam sonoram.* Scholl. v. 72: *Ἐπανάληψις τοῦ λόγου· λέγει γὰρ τὴν πρώτην πλημμυρίαν τοῦ ὕδατος Δευκαλίωνος.* — *σφίν.* Schol. vet. v. 72: *Τοῖς ἀπὸ Δευκαλίωνος καὶ τοῦ Λοκροῦ, ὡς τοῦ νικηφόρου ἀπογόνου ὄντος Δευκαλίωνος.* Rec. ibid.: *Τῶν Ὀπουντίων, δηλονότι τῶν ἀπὸ τοῦ Δευκαλίωνος.* — *ἐπέων οἶμον λιγύν.* Hom. hymn. II, 451: *Τῇσι χοροί τε μέλουσι καὶ ἀγλαὸς οἶμος ἀοιδῆς.* Callim. hymn. in Jov. v. 78: *Λύρης οἶμος,* coll. ibid. nott. Deinde idem esse *οἶμην* et *οἶμον*, de eo v. Schneid. Lex. gr. v. *οἶμη*. Jam quum dicatur *λιγυρὴν οἶμην* (Anacr. carm. XLIII, 14. Fisch.), vix dubitabis, quin dici quoque *οἶμος λιγὺς* (*via canora*) potuerit, velut e contrario legitur *muto in litore* (quod avium cantu caret) Petron. CXIX, 37. Anton. Adde Nostratium illud: Eine laute Strafse etc. Deinde *via verborum*, s. *carminum* vulgari circumscriptione est pro *carminibus*, coll. Olymp. I, 178. ibique nott. p. 63. 64. — *ἔγειρ'*. *Suscita, erige, effice.* Cf. Nem. X, 39: *Εὔχορδον ἔγειρε λύραν.* Ibid. I, 16: *Ἔγειρέ νυν ἀγλαΐαν τινὰ νάσῳ.* Eurip. Or. v. 1338: *Κτύπον ἐγείρετε, κτύπον καὶ βοὰν πρὸ μελάθρων.* Similiter *excito*, coll. Schell. Lex.

L. p. 1385—87. — Quæ jam sequuntur, ea exponunt, qui sit *ἐπέων οἶμος*. Böckhius Explicc. p. 190: „Novos hymnos poeta promittit, quod, quum in prægressis notam rem de Deucalione et Pyrrha incepisset, nunc sese revocat ad reconditiorem necdum carmine celebratam Opuntiorum fabulam de Protogenia, quam dico, secunda, Opuntis filia, Locri conjuge, Opuntis alterius matre." Miror, Viro egregio Opuntios tam incuriosos primordiorum suorum videri, ut de his Thebanus eos certior fecerit. *Norant* singularum civitatum cives, si non omnes, tamen eruditiores historiam suam antiquiorem melius, quam poetæ doctique extranei. Itaque hi ab istis discebant. *Immo* Pindarus ut fere Olymp. VII. a propioribus ad remotiora assurgit, deinde ad ista recurrit. Exponam ordinem singulorum. Laudavit Protogeniæ urbem, quam primo sedem suam fecere Deucalio et Pyrrha, deinde hominum istud lapideum genus procreantes. Factum id *post diluvium*, cui finem imposuit Jupiter. Hoc est *vetus vinum*, s. remotiorum narratio, ad quæ more suo assurgit, propioribus monente contextu prælibatis. *Flores hymnorum juniorum* sunt posteri generis saxei (*χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι* etc.), quique inde a *πρὶν Ὀλύμπιος* memorantur. Ultimo loco positi heroes erunt Opuntiorum circa tempus Trojanum viventes. Et in hoc ævo, quod erat diluvii tempore multo recentius, terminatur carminis pars epica. Vides, nil dare poetam, nisi sequentium (v. 75 — 119) ordinis expositionem. — Dictionis vero jocosæ colorem accommodatum Böckhius vidit ad compotationem; bene. Deinde similiter lusisse jam Simonidem, narrant scholia. Poterat hoc Noster in animo habere, coll. Böckh. Explicc. p. 190. Quamquam Thebanus vates talis est, ut e suo in-

genio similes facetias depromere potuerit. Denique Simonidis notati carptique ne tantillum quidem signum verba ipsa Pindari præ se ferunt. Unde parva scholiastarum fides, qui perstrictum his sententiis Simonidem tradunt. Alii *vinum* Nostri *vetus* ad dictionem aliquam proverbialem s. popularium s. Opuntiorum alludere dicent, et esse simpliciter pro *rebus veteribus*. Similiter Thiersch. Ceterum concinnius vini metaphoram continuasset (*οἶνον νέον*), ubi nunc sunt *ἄνθεα ὕμνων νεωτέρων*. Sed more suo impropriis propria miscet, quasi ipse se interpretaturus, cum de hymnis agat, seu potius de materia hymnorum. Vet. v. 72: *Λόγων δὲ νεαρῶν καὶ προκειμένων τὰς ὑποθέσεις καὶ τὰ ἄνθη. ἄνθη δὲ νῦν τὰς πράξεις.* Rec. ibidem: *Λέγει δέ, ὅτι τὸ τὰ νέα ὑμνεῖν χρεῖττον.* Vet. v. 74: *Τὰς ὑποθέσεις. — λέγοντι μάν.* Altius, ut promisit, Opuntiorum historiam repetit, cujus principia cum novi ævi procreatione cohærebant. *Fuit diluvium, quod tandem Jovis beneficio desiit*. Hoc ante Pyrrhæ Deucalionisque de Parnasso descensum(v. 62) narrandum erat. Ibi vero contextus aliud suadebat, ordinis sc. historici desertionem, quod cum poetis epicis Noster commune habet. Jam si quo loco positum sit *λέγοντι μὰν* spectes, simillime ad remotiora præoccupatis propioribus Pindarus assurgit Olymp. VII, 100: *Φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ ῥήσιες. — χθόνα μέλαιναν.* Nem. XI, 50: *Μέλαιναι ἄρουραι.* Fragm. prosod. I, 6 (Heyne T. III. p. 43. Böckh. T. III. p. 587): *Κυανέας χθονὸς ἄστρον.* Ubi pluribus de hoc terræ nomine agetur. — *ὕδατος σθένος.* Schol. rec. v. 72: *Ἀντὶ τοῦ τὸ ὕδωρ περιφραστικῶς.* Quidni pro *ὕδωρ σθεναρόν*? coll. *ἐντέων σθένος* Pyth. V, 45. — *Ζηνὸς τέχναις.*

Scholl. v. 72. 77: *Μηχαναῖς, δυνάμεσι, βελήσεσι.* Eurip. Hel. v. 930: *Ὡς τέχναις θεῶν Ὤλοντ'*. Adde, quæ e P. dedimus ad Ol. VII, 65. pag. 255. Effecit idem deus diluvii finem, qui Deucalioni Pyrrhæque prædixerat, coll. ad v. 64. pag. 345. — *ἐξαίφνας. Subito. Deus* enim aquas resorberi fecit. Unius horæ spatio diluvium orientale, quod cum diluvio Deucalionis confundi constat, absorptum est, coll. Nonn. Dionys. XL, 360. — *ἀνάπωτιν ἄντλον ἑλεῖν.* Schol. rec. v. 72: *Ἀνάπωσιν λέγουσιν ἐξαίφνης, ἤγουν ἀναῤῥόφησιν, συστολὴν τῆς ἀναχύσεως καὶ εἰς τὴν γῆν αὖτις κατάδυσιν λαβεῖν τὸ ἄντλον, τουτέστι τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος.* Bekker. Anecdd. 215, 9: *Ἄμπωτις: ἡ ἀνάποσις· καὶ ἡ εἰς βάθος μετάστασις ὑγρῶν.* Adde 388, 7. Ita erit *ἄντλον* subjectum (*aquam*), *ἑλεῖν ἀνάπωτιν* prædicatum (*refluxisse*), coll. Heyn. Sed vide, ne sit *ἀνάπωτις aqua s.* accedens s. recedens, quam significationem alibi obtinere Spanhemius notavit ad Callim. hym. in Del. v. 130. p. 483. Jam erit *ἄντλος aquæ receptaculum, profundum*, quæ mihi primitiva vocis significatio videtur, coll. Bekker. Anecdd. 407, 4. Schneid. L. g. v. *ἄντλος*, sect. 4. Ita *ἄντλος* Pyth. VIII, 14. est *profundum*. Jam sensus erit: *Profundum ad se traxit aquas refluentes.* Priori rationi favet, quod *ἑλεῖν* ad alias quoque circumlocutiones a poetis usurpatur. [7]) — *κείνων δ' ἔσσαν χαλκ-*

7) Ubinam aquae istae refluxerint, Noster non definit. Thessaliam habet Nonn. Dionys. VI, 375 sqq., coll. de Thessaliae inundatione Völck. l. cit. p. 341. Noster Opuntiorum quoque terram inundatam fuisse, probabile fecit, quod ibi novos homines creatos contendit. Deinde in auctore undarum resorptarum ambigitur. Pindarus Jovem habet, Nonn. l.

ἀσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος φύτλας κοῦροι χορᾶν καὶ φερτάτων Κρονιδᾶν. Recurrit ad vv. remotos 63 sqq. *Illorum (Pyrrhæ et Deucalionis? an λιθίνα γόνα? v. 70) liberi erant* etc. — *ὑμέτεροι.* Schol. rec. v. 72., coll. vet. et rec. v. 79: *Ὦ Ἐφάρμοστε, οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι.* An Opuntiorum? quos alloqui non absonum erat, cum in antecedentibus de *civitate* eorundem verba fecisset. — *ἀρχᾶθεν* ambiguum est inter *κείνων ἔσσαν* et *Ἰαπ. φύτλ.* — *Ἰαπετιονίδος φύτλας κοῦροι χορᾶν.* Hæc ita jungunt Böckhius et Thiersch.: *Κοῦροι χορᾶν φύτλας Ἰαπετιονίδος. Juvenes virginum stirpis Japetionidæ.* Addit Böckh. nott. critt. p. 400: „*Χορᾶν* non de una est, sed de pluribus: neque enim per solam Opuntis filiam ab Japeto descendunt Locrorum majores, sed præterea per Protogeniam Deucalionis: utraque enim Locrorum parens ex Japeti gente prognata est." Cf. de his scholl. Alii solum *κοῦροι χορᾶν* jungent, deinde opponent *Ἰαπετιονίδος φύτλας* et *φερτάτων Κρονιδᾶν.* Ita maternum genus Opuntiorum et paternum singulatim spectatur, concinne, puto. Duo patres gentis auctores habebant Opuntii, antiquiorem Japetum, a quo per Deucalionem et Pyrrham Protogenia; recentiorem Jovem, a quo et Opuntis I filiâ descendit Opuntiorum alter conditor, s. Opus II. Iidem vero duas matres generis auctores habebant, Protogeniam et Opuntis I. filiam. Posterius per lusum exprimitur vocibus istis *κοῦροι χορᾶν*, prius illis, quæ initio et in fine ponuntur: *Ἰαπ. φύτλ.* et *καὶ φερτ. Κρ.* Et in hac interpretandi ra-

---

cit. Neptunum (coll. Pyth. IV, 246), *Jovis* licet *voluntate* operantem. Adde Völck. l. cit.

tione ne te offendat mediæ sententiæ immissum illud *χοῦροι χορᾶν*, Japetus vero initio, Jupiter in fine positus. Laudat h. l. præcipue Opuntiorum a diis descensum masculinum, repetit vero et præparat eorundem ab heroinis ortum. — *Κρονιδᾶν.* Pluralis pro singulari, ut sæpius apud Nostrum. Olymp. VI, 115 (coll. ibid. schol. p. 215): *Ἡρακλέης, σεμνὸν θάλος Ἀλκαϊδᾶν.* Pyth. IV, 4: *Λατοίδαισιν ἀφειλόμενον Πυθῶνί τ' οὖρον ὕμνων*, Apollini. v. 127: *Ἐξ ἀγανῶν Αἰολιδᾶν*, Aeolidis, i. e. uno Aeolidarum. Similes hujus singularis species observabimus ad Pyth. IV. [8]) — *ἐγχώριοι βασιλῆες αἰεί.* Erat quidem Locrus v. 90 sq. *ἄπαις.* Nec tamen regum indigenarum series defecit. Adoptavit filium, genere propinquum. Hinc non erant *ἐπείσακτοι κατὰ διαδοχήν*, coll. schol. rec. v. 79.

V. 85—119.

Jupiter Opuntis Epeorum regis filiam ex se gravidam Locro adducit. Hic filio ejus regnum tradit. Ad eum multi hospites venere, interque eos Menötius, quo natus Patroclus in Mysia juxta Achillem fortiter pugnavit. *Πρὶν Ὀλύμπιος ἀγεμών.* Videtur abrupta historia, sed est cum antecedentibus cohærens. Schol. vet. v. 86:

85:

8) Böckhio ad Pyth. II, 46. sunt istius loci *Κρονίδαι* Jupiter, Juno eorumque familia, ubi adde, quae idem Vir de hoc pluralis usu addit, acute quidem, sed regulam nimis restringendo. Dixerim ego talem numerum emphatico-poeticum, cum saepe per fictionem de specie universa id praedicemus, quod pro sententiae cujusdam ratione nonnisi de uno speciei membro *vere* praedicare possumus.

Πρὶν γὰρ Ὀλύμπιος ἀγεμών. Omisit P. particulam, cum in epicis defluxum narrationis æqualem raro curet. — *πρὶν* est *olim*, coll. indd. pindd., Damm. Lex. Homer. et Viger. p. 442. — *Ὀλύμπιος ἀγεμών. Jupiter.* Idem est *Ὀλύμπῳ δεσπότας* Nem. I, 18., Diique *Ὀλύμπου σχοποὶ* Ol. I, 86. — *τὰν παῖδ' ἀπὸ γᾶς Ἐπειῶν Ὄπῦντος*, i. e. *τ. π. Ὀ. ἀ. γ. Ἐ.* De hac virgine vide præter scholia egregiam Böckhii notam Explicc. p. 191. Abestne ejus nomen, quod jam tum de eo ambigebatur? Ut alibi quoque (Olymp. VII, 135) nomina heroum omittit, non casu, puto. — *ἔχαλος. Placidus*, Nostratium behaglich, coll. Böckh. T. III. p. 42. Schol. vet. v. 85: *Ἥσυχον.* Gloss. v. 87: *Ἥσυχος.* Bothius: Still. Thierschius: Friedlich. Buttmann. Lexil. T. I. p. 144: „Ungestört und in heitrer Ruhe," quod cum *placido* convenire puto. Vix aliter Isthm. VII, 58: *Ἔχαλος ἔπειμι γήρας ἔς τε τὸν μόρσιμον αἰῶνα.* In aliis locis vel notio modo tentata obtinet, vel *immoti, taciti* etc. cognata. Apollonii Rhodii usum notavit Buttm. l. cit. p. 143. Addo hymn. hom. v. 452: *Ἔχηλον Εἱστήκει πανάφυλλον, vitali motu privatum*, qui locus Buttmannum latuisse videtur. Orph. Fragm. VIII, 35 (Herm. p. 468): *Μένοι ἔνδον ἔχηλος, tacitus, nil agens*, licet animo commoto, coll. contextu. Q. Smyrn. II, 149: *Ἀλλὰ ἔχηλον Δαίνυσθ' ἐν μεγάροισι.* XII, 348: *Αὐτοὶ δὲ παρ' αὐτόθι μίμνον ἔχηλοι.* XIII, 48: *Βαίνῃ ποσσὶν ἔχηλος, tacitus.*[9]) — *μὴ καθέλοι μιν αἰών. Ne*

9) Non differre *εὔχηλος*, notare res. Cf. Bekker. Anecdd. gr. 558, 17. Buttm. l. l. p. 140. 144. Hom. hymn. XX, 7: Homines Vulcani beneficio *Ῥηϊδίως αἰῶνα τελεσφόρον εἰς ἑνιαυτὸν Εὔχηλοι* (Geruhig, gemächlich, behaglich) *διάγουσιν ἐνὶ σφετέ-*

sterneret eum ætas. Alibi *tempus ψυχὰς* animantium *ἀποπνεῖ* Nem. I, 68. — *πότμον ἐφάψας*. Schol. rec. v. 85: *Συντυχίαν θανάτῳ ἐπαγαγών*. Gloss. v. 91: *Ἐπικρεμάσας*. — *ἔχε*. Alibi *φέρειν* de dea. Pyth. III, 27: *Φέρουσα σπέρμα θεῷ*. De deo Nem. X, 30: *Σπέρμ' ἀδείμαντον φέρων Ἡρακλέος* (procreaturus Herculem). — *σπέρμα μέγιστον*. Schol. vet. v. 85: *Υἱὸν ἀπὸ σπέρματος μεγίστου*. An erit pro *σπέρμα μεγίστου*, coll. Olymp. VI, 117: *Μέγιστον τεθμὸν ἀέθλων*, pro *μεγίστων ἀέθλων τεθμόν*. Aesch. Suppl. v. 133. coll. 142 (Well.): *Σπέρμα σεμνᾶς μέγα ματρός*. — *θετὸν υἱόν*. Schol. rec. v. 85: *Νόθον, ὑπ' αὐτοῦ δὲ γνησίον νομιζόμενον*. Vet. v. 86: *Ὡς ἴδιον σχών*. Vet. v. 94: *Ὃς ἦν μὲν θετὸς αὐτοῦ κατὰ φύσιν, ἐκ δὲ ἀνοίας ἴδιος αὐτῷ ἐνομίζετο*. Ibidem additur: *Θετὸν δὲ λέγει ὁ ποιητὴς ἐκ τοῦ ἰδίου προσώπου. προειρήκει γὰρ, ὅτι εἶχε ἡ γυνὴ Πρωτογένεια σπέρμα μέγιστον ἐκ Διός· ὁ γὰρ Λοκρὸς ἴδιον ἑαυτῷ ἐνόμιζεν*. Ita erit *θετὸς supposititius*, quamquam est ex usu *adoptivus*. Et hoc ultimum ita eligendum videtur, ut sit Pindari euphemismus non aliter atque ea, quæ de regis *ὀρφανίᾳ* tradit, cum verisimile sit, traditam a Jove pro non gravida, quæ fraus cum aliis ejus generis non aliena fuit a summi dei persona. Scite autem Pindarus hanc Opuntiorum Epeorumque (Eleorum) cognationem memorat. Sunt enim posteriorum ludi, in quibus vicit Epharmostus Opuntius. — *ἔμμεν*. Vacat infinitivus,

---

ροισι δόμοισιν. Oppian. Hal. I, 408: *Εὔκηλοι μίμνουσι*. v. 597: *Εὔκηλοι μίμνουσι*. III, 87: *Εὐκήλως*. v. 474: *Εὔκηλον χέρα*. IV, 415: *Ἄὔραις εὐκήλοισιν*. V, 156: *Κώπῃσι δ' ὑπ' εὐκήλοισι*. His adde alia loca, quae notavit Schneid. L. gr. v. *εὔκηλος*.

coll. Viger. 750. 51. Id non capientes Græci liberius vertunt: *Προσέταξε (ἐκάλεσσε) καλεῖσθαι (ἔμμεν) τὸ βρέφος.* — *μάτρωος.* Pendet ab hoc genitivo *ἰσωνυμ.* ut Pyth. I, 58: *Τοῦ μὲν ἐπωνυμίαν κλεινὸς οἰκιστὴρ ἐκύδανεν πόλιν γείτονα.* — *ἰσώνυμον.* Eam denominationem ex avo per totam regum Cyrenensium seriem continuatam vides. — *ὑπέρφατον ἄνδρα μορφᾷ τε καὶ ἔργοισι*, scil. futurum. His et proxime sequentibus narratio de heroibus advenientibus præparatur. — *ὑπέρφατον. Ingentem.* Carm. in def. solis v. 16 (Heyne T. III. p. 60. Böckh. T. III. p. 600): *Νίφετοῦ σθένος ὑπέρφατον.* — *μορφᾷ τε κ. ἔργ.* Eadem arctius conjungit Nem. III, 33: *Ἔρδων τ' ἐοικότα μορφᾷ.* — *πόλιν.* Cujus nomen iterum tacet, coll. ad v. 63. p. 345. v. 86. p. 353. Opus quum secundum poetas (pag. 336) Locrorum mater fuerit, Locrus autem rex h. l. memoretur, *πόλις* Pindari mihi est Opus, non Cynus. Regnum itaque cessit filio moribundus. — *ἀφίχοντο δέ οἱ ξένοι.* Bene schol. vet. v. 101: *Διαβοήτου δὲ τῆς τοῦ Ὀποῦντος ἀρετῆς τυγχανούσης, πανταχόθεν τὰς ἰδίας αὐτῶν πατρίδας οἱ περίοικοι καταλελοιπότες πρὸς αὐτὸν ἔσπευδον.* — Ex his advenis præter Menötium nullius nomen affertur. Et, puto, nec hunc nominasset, ni in filio ejus totam *ἐποποιΐαν* terminare voluisset. Deinde quare Thebani et Pisatæ laudentur, pronum est augurari, coll. vv. 85. 123. Arcadas affert, quum ibi Opus II generatus sit. Quænam Opuntiis necessitas cum Argivis intercesserit, tacet mihi historia. — *ἱποίχων. Hospitum?* coll. schol. rec. v. 101. V. ad Olymp. I, 38. pag. 20. Adde Blomf. ad Aesch. Prom. p. 119. Lips. Cognatum *μέτοικος* et *μετοικεῖν.* Eurip.

Suppl. v. 893: *Τοὺς μετοιχοῦντας ξένους.* Heracl. v. 1028: *Μέτοιχος αἰεὶ χείσομαι χατὰ χθονός.—ὥστ' ἔμφρονι δεῖξαι μαθεῖν Πατρόχλου βιατὰν νόον γ'.* Böckhio *βιατ. νόον* est subjectum et *δεῖξαι* pro *δεῖξαι ἑαυτόν*, coll. Schneider. L. gr. v. *δείχνυμι*: „*Ἔδειξαν ὄντες*, sie zeigten, dafs sie seyen". Verum *δείχνυμι* eorum verborum est, „quæ cum nominativo participii conjunguntur, ita ut participium de eadem persona intelligatur, de qua verbum." Herm. ad Vig. p. 771., coll. ibidem exemplis. Ita *ἑαυτὸν* apud Pindarum per se locum habere non poterat. Præstabit, ex antecedentibus *αὐτὸν* (Patroclum) repetere. Hoc quidem in sententia ipsa expressum est, sed ex meo judicio emphatice, pro *ἑαυτόν*, s. *virtutem suam ingentem*. Scilicet cogitandi sunt *ἔμφρονες*, *virtutis Patrocleæ testes, quibus hujus juvenis ἀριστεία se probabat*. Jam ne quis usu veterum me destitutum ea proferre putet, apponam Platon. Crit. c. 15 (Opp. ed. Steph. p. 53), ubi Leges ad Socratem: *Καὶ οὐκ οἴει, ἄσχημον ἂν φανεῖσθαι τὸ τοῦ Σωκράτους πρᾶγμα;* scil. *tuum Socratis*. Similia hebraicorum periti notarunt, coll. Storr. observv. ad analogiam etc. p. 405 sq. His expositis, idem jam schol. rec. v. 101. placuisse video: *Ὥστε δεῖξαι αὐτὸς ὁ Πάτροκλος τῷ φρονίμῳ μαθεῖν τὸν νῦν τοῦ Πατρόκλου, ἀντὶ τοῦ τὸν ἑαυτοῦ.* Vet. v. 113: *Ὥστε παραστῆσαι τῷ φρονίμῳ, ᾗ ἐκέχρητο ἀνδρείᾳ ὁ Πάτροκλος.* Ibidem: *Ὥστε γνῶναι τὸν ἔμφρονα, ὅτι γενναῖος ἦν ὁ Πάτροκλος.* Ibid.: *Οὕτως ἔστη μόνος ἅμα τῷ Ἀχιλλεῖ, ὥστε δυνατὸν εἶναι (αὐτῷ?) δεῖξαι παντὶ φρονίμῳ πρὸς τὸ γνῶναι τὴν τοῦ Πατρόκλου ἐπὶ τῇ ἀνδρείᾳ διάνοιάν τε καὶ σπουδὴν καὶ θάρσος.* Ratio Böck. inesse videtur scholio eidem: *Ὥστε παντὶ ἀνθρώπῳ*

νοῦν ἔχοντι δειχθῆναι τὴν ἰσχὺν καὶ φανερὰν γενέσθαι. — *μαθεῖν.* Vacat h. v. nostro sensui, utut locum interpreteris. Cf. Olymp. VII, 46. ibique notata. — *ἐξ οὗ. Unde,* s. tempus intelligatur s. ratio. Prius eligit schol. vet. v. 115: *Θαυμάσας τὴν βίαν τοῦ Πατρόκλου ἀρχὴν ἔλαβε τοῦ θαυμάζειν αὐτόν.* Immo potius: „Ex isto tempore admonuit illum." Schol. vet. v. 115: *Ἐκ τῆς πρὸς τὸν Τήλεφον μάχης παρηγορεῖτο.* — *οὐλίῳ ἐν Ἄρει.* Ambiguum est inter *παραγορεῖτο* et *μή ποτε* etc., quare comma delendum post *παραγ.*, quod factum post Heyn. — *Οὐλ.* Olymp. XIII, 33: *Οὐλίαις αἰχμαῖσιν ἀνδρῶν.* — *σφετέρας.* Schol. vet. v. 115: *Τῆς πολεμικῆς αὐτοῦ τάξεως.* Vet. v. 118: *Ἑᾶς.* De hoc pronominum usu v. Wolf. Prolegg. ad Hom. p. CCXLVII. VIII. Vide tamen, ne eligendum videatur præceptum Böckhianum (p. 352), quod alibi concedo (si de arctiore aliquo necessitatis vinculo sermo est), alibi nego. De Achillis s. jussu s. precibus ita schol. vet. v. 115., rem opinor invertendo: *Ἰδίως δὲ τοῦτο τάσσει χαριζόμενος τῷ Πατρόκλῳ. Ὅμηρος γὰρ διαπαντὸς λέγει αὐτὸν θεράποντα Ἀχιλλέως.* Pindarus de sola Patrocli fortitudine atque inde natis Pelidæ precibus loquitur, quæ ipsæ quoque bellum spectabant. Concedendum tamen, repugnare in his aliquantisper Pindarum Homero, qui singulis heroibus dimicantibus singulos amicos s. pedissequos *θεραπόντων* nomine ita tribuit, ut hoc sit pro more et instituto heroico habendum. Sed poterat illud consortium e diversis causis proficisci. — Patroclum et Achillem cur in fine hujus epopoïæ Opuntiorum memoraverit, in obscuro est. Böckhius: „Ego in Patroclo aliquid subesse reconditius vel ideo crediderim, quod pergitur: *Εἴην εὐρησιεπής, ἀναγεῖσθαι πρόφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ* etc., quibus verbis haud ob-

scure poeta significat, velle se nonnisi apta invenire, unde colligere licet, illa quoque rebus præsentibus aptata et audaciâ orationis Epharmosto accommodata esse; addit enim etiam hæc: *τόλμα δὲ καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις ἔσποιτο*; tum statim ad Epharmostum et Lampromachum transitur. Nonne igitur ex hoc ipso transitu explicanda Patrocli et Achillis commemoratio? An Epharmostus et Lampromachus ut Achilles et Patroclus *una steterunt*? Non in ludis quidem, etsi in his uno vicerant die (90. 91. s. 125. 26); nam in his non potest alter alterum adjuvare; sed in bello haud dubie, ut Achilles et Patroclus." Inter narrationem et sequentia rationem quandam arctiorem intercedere, scholiastæ quoque suspicati sunt. Schol. vet. v. 120: *Ταῦτα δὲ λέγει διὰ τὸ πλάσασθαι αὐτὸν τὸ περὶ Πατρόκλου προειρημένον εἰς ἔπαινον τοῦ Ἐφαρμόστου Ὀπουντίου ὄντος, Πατρόκλου πολίτου.* Sed quæritur, quare unâ Patroclus et Achilles, deinde Epharmostus et Lampromachus laudentur? Quid in hac difficultate statui non possit, acute vidit Böckhius. Videamus, quid possit statui. Vicerant eodem die Epharmostus et Lampromachus v. 124—127; eodem die Patroclus et Achilles v. 107—119. Et hoc sufficiet quibusdam, non mihi. Reconditiora tradere videtur schol. rec. v. 175: *Ἐπειδὴ Ἐφάρμοστος καὶ Λαμπρόμαχος Ὀπούντιοι ὄντες φίλοι τε ἦσαν καὶ ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἅμα ἐνίκησαν. διὰ τοῦτο ἐν τῷ Ἐφαρμόστου ὕμνῳ καὶ τούτου μέμνηται.* Acuta doctaque interpretatio, qua meliorem diu scrutans non novi. Videsque hanc rationem iis opitulari, quæ suspicatus sum ad Olymp. VIII, 25. p. 298. 69. p. 307. *Amavit Epharmostum Lampromachus, vicitque cum eo die eodem. Amavit Achilles Patroclum, quocum eodem die victor extitit.*

V. 119—151.

Poeta se ab ulteriori heroum laude revocans Lampromachum cum Epharmosto celebrandum aggreditur. Posterioris deinde victoriæ variis Græciæ locis reportatæ enumerantur. — *εἴην εὑρησιεπής, ἀναγεῖσθαι πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ, τόλμα δὲ καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις ἕσποιτο. Utinam sim carminum inventor, ut possim curru Musarum vehi, comitante audacia et vi!* Oratio initio propria (*εὑρησ.*) statim ad allegoricum genus deflectit, ipsa se uberius (*τόλμα, δύναμις*) illustrans. Jam si nexum sententiæ cum antecedentibus et sequentibus spectas, occurrit schol. vet. v. 170: *Ταῦτα δε λέγει διὰ τὸ πλάσασθαι αὐτὸν τὸ περὶ Πατρόκλου προειρημένον εἰς ἔπαινον τοῦ Ἐφαρμόστου Ὀπουντίου ὄντος, Πατρόκλου πολίτου.* Rec. ibidem: *Τοῦτο δὲ λέγει, ἐπεὶ καὶ ὁ Πάτροκλος Ὀπούντιος ἦν ὥσπερ καὶ Ἐφάρμοστος.* Commoda interpretatio, si Græcis visum esset sensum suum uberius exponere. Verum tetigissent, si de *continuanda Patrocli aliorumque heroum Opuntiorum laude* cogitassent. Hunc enim precum sensum esse, dudum mihi persuasit cum usus Pindaricus tum antitheseos in sequentibus (*προξενία δ'*) non obscura species, quam in talium difficultatum enodatione momenti aliquammulti esse, ad Olymp. VIII, 70 sq. p. 308. sq. vidimus. Dicit Noster Olymp. II, 149 sqq. post suam de rebus post mortem futuris deque heroibus quibusdam in Elysio commorantibus digressionem: *Πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος ὠκέα βέλη ἐντὶ φαρέτρας, φωνᾶντα συνετοῖσι* etc. Deinde post novum incisum: *Ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον.* I. e. *Multa de his alia narrare possem, sed redeundum ad pro-*

positam. Similiter nostro loco *ulterius progredi cupit in laude heroum Opuntiorum*, quod modeste (coll. v. 38 ibique nott. p. 339) ita exprimit, ut poeticam sibi audaciam gravitatemque optet. Simillimus vero alius locus expositione causæ, quare ad propositum recurrat. Olymp. XIII, 133: *Ἐμὲ δ' εὐθὺν ἀκόντων ἱέντα ῥόμβον, παρὰ σκοπὸν οὐ χρὴ τὰ πολλὰ βέλεα καρτύνειν χεροῖν. Μοίσαις γὰρ ἀγλαοθρόνοις ἑκὼν Ὀλιγαιθίδαισίν τ' ἔβαν Ἐπίκουρος Ἰσθμοῖ, τά τ' ἐν Νεμέᾳ. — εὑρησιεπής*. Scholl. v. 120: *Λόγων καινοπρεπῶν εὑρετής. Καινολόγος. Δυνάμενος εὑρίσκειν λόγους. Καινῶν ἐπῶν εὑρετής. Εἴτε τοιαύτας ἱστορίας εὑρίσκομι, ὥστε κ. τ. λ.* Adde de h. v. Suid. v. et Zonar. T. I. p. 901. 911. Quominus de *fictione* poetica cogites, obstant ea, quæ supra exposui. Sunt enim ἔπη Nostro pro poesi indistincte intelligenda, coll. v. 72. all.; *εὑρίσκω* vero, in poesi eidem vulgare (coll. Olymp. I, 1[illegible]. III, 8. Pyth. IV, 532. Nem. VI, 97), non est *fingere res*, sed *nancisci* easdem, *formamque* iis describendis idoneam *excogitare* (*fingere*). — Post *εὑρησιεπὴς* comma figendum, cum sit insequens sententia istius vocis expositio appositiva. — *ἀναγεῖσθαι. Provehi*, s. *ulterius provehi*, in curru sc. Musarum. Schol. rec. v. 120: *Ἐν τῷ δίφρῳ τῶν Μουσῶν ἡγεῖσθαι καὶ προέρχεσθαι.* Reliqui scholiastæ inconcinne de *narrando* cogitant. — *πρόσφορος. Idoneus*, coll. Nem. VIII, 82: *Πρόσφορον κόμπον.* IX, 27: *Ἀοιδὰ πρόσφορος*. Fragm. inc. XVI (Heyne T. III. p. 88. Böckh. T. III. p. 651): *Ὅμιλον Δαναῶν βέλεσι πρόσφορον: Danaorum agmen telis aptum*. Adde Schneid. L. gr. et ind. Eurip. Barnes. Quominus cum Heynio sit *φερόμενος, ἐποχούμενος*, obest *ἀναγεῖσθαι*, quod eundem sen-

sum fundit. — *ἐν Μοισᾶν διφρῳ. In Musarum curru*. Hunc e Pindaro illustrarunt interprr. Olymp. VI, 37. nostrique loci. Cf. quoque Demetr. Mosch. Laconem Hel. et Alexandr. v. 379 (Miscell. critt. ed. Friedem. T. II. p. 485): *Νῦν δ' αὖθ' ἡνιόχευε καὶ ἁγλαὰ τέρματα, Μοῦσα, Ἀρχόμεθ'*. Alia de hoc Musarum curru dedit Wernsdorf. ad Himer. Orat. XXIX. p. 852. 53. Non aliter poesis ipsa currus est. Chöril. fragm. I. supra cit. p. 340. Himer. Or. cit.: *Ἀλλ' ἐπεὶ ἂν ἐπὶ τῶν ἁρμάτων ἡμεῖς ὀχούμεθα, οὐδὲ τὰ ποιητῶν σπουδάζομεν.* Ubi iterum conferendus Wernsdorfius. Eandem rem tractarunt Hemsterhusius ad Luc. Somn. c. XV. et Dorvillius in Miscellan. Observv. I, III, p. 432., monente Näkio ad Chöril. p. 109., ubi alia addit Näkius. Rem ii nimis restringunt, qui cum Wernsdorf. l. c. colorem a dramaticorum plaustris petitum suspicantur. Immo vel minores dii curru vehebantur; unde, qui Musarum vel Gratiarum consortio dignatus erat (s. poeta), earundem currum conscendebat. In aliis locis tropi occasionem res Græcorum agonistica suppeditare poterat, quod e loco Chörileo consequi videtur. Idem sensus sequentium. Lycophr. v. 13 (coll. Tzetza p. 286. Müll.): *Ἐγὼ δ' ἄκραν βαλβίδα μηρίνθου σχάσας Ἄνειμι λοξῶν εἰς διεξόδους ἐπῶν, Πρώτην ἁράξας νύσσαν ὡς πτηνὸς δρομεύς.* Tryphiod. v. 666: *Ἐγὼ δ' ἅπερ ἵππον ἐλάσσω Τέρματος ἀμφιέλισσαν ἐπιψαύουσαν ἀοιδήν.* Ubi conf. Northm. p. 479. Wernicke. — *τόλμα. Audacia poetica*, coll. Olymp. XIII, 14: *Ἔχω καλά τε φράσαι, τόλμα τέ μοι εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν.* Verisimile ex hac voce et præcedentibus Böckhio, „Epharmostum et Lampromachum in bello *una stetisse*, ut Achillem et

Patroclum." De hoc decore utriusque Opuntii tacet carmen. Deinde Olymp. X [XI], 20. iterum utitur Achillis Patroclique exemplo *militari*, non ut celebret victorem ob victoriam bellicam, sed hortetur ad gratias *aliptae* suo agendas. — *ἀμφιλαφής*. *Larga*. Fere Nostratium: Umfassend. Cf. de hac voce Bekker. Anecdd. p. 126, 18. 389, 3. 4. 6. Spanhem. ad Callim. h. in Apoll. v. 42. in Cer. v. 769. Schneider. L. gr. v. [10]) — *ἔσποιτο*. Sunt poetæ curru vecti Audacia et Vis quasi comites. Eurip. Suppl. v. 608: *Τόδε μοι τὸ θράσος ἀμφιβαίνει*. Ubi conf. Marklandus ed. Lips. p. 126. Alibi Nostro vel Musa adstat vel Jus, coll. Olymp. III, 7. p. 133. Pyth. VIII, 99. — *προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ τ' ἦλθον τιμάορός*. *Sed ab antiquioris ævi laude recurrendum. Est enim Lampromachus Epharmostusque dicendus*. Schol. vet.

---

10) Apollonii Rh. usum v. apud Spanhem. et Schneid. supra citt. Callim. h. in Apoll. v. 42: *Ἀμφιλαφὴς τέχνη*. In Dian. v. 3: *Χορὸς ἀμφιλαφής*. In Cer. v. 26: *Ἄλσος δένδρεσιν ἀμφιλαφές*. Oppian. Cyneg. II, 105: *Δέμας ἀμφιλαφές*. III, 27: *Ἀμφιλαφεῖς ἐπὶ ῥῖνα*. Anthol. Palat. VI, CLXX, 2 (Thyillius): *Ἀμφιλαφὴς πλάτανος*. Nonn. Dionys. I, 318: *Ἀμφιλαφὴς χαίτη*. III, 140: *Ὄρχατος αὐλῆς ἀμφιλαφής*. V, 153. VI, 192. XI. 86: *Ἀμφιλαφὴς φολίδεσσιν ὄφις*. XIV, 79: *Ἀμφιλαφῆ πλοκάμοιαιν*. 185: *Ἀμφιλαφὴς χαίτη*. XVII, 382: *Ἀμφιλαφεῖς ἐλατῆρες ἐλεφάντων*. XVIII, 102: *Ἀμφιλαφεῖς ἰκμάδες*. XX, 4: *Σύριγξ ἀμφιλαφής*. XXV, 208: *Ἀμφιλαφεῖς ὕδραι*. XXVIII, 153: *Ἀμφιλαφεῖς μαχηταί*. XXIX, 288: *Ἀμφιλαφεῖς ὄϊστοί*. XXXV, 211: *Ἀμφιλαφὴς* (cingens?). XLV, 111: *Ἀμφιλαφής* (cinctus?). Idem Conv. Evang. Joh. VI, 31: *Ἀμφιλαφὴς ἐσμός*. 218: *Ἀμφιλαφὴς αἰών*. VII, 168: *Ἀμφιλαφὴς ἔρις*. XII, 81: *Ἀμφιλαφὴς κόσμος*. XX, 31: *Σεδάριον ἀμφιλαφῆ*.

v. 120: *Χάριν τῆς προξενίας.* Vet. v. 123: *Διὰ τὴν προξενίαν.* [11]) Sed vide ne *προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ τ'* pendeat a *τιμωρὸς ἦλθον*, deinde *Ἰσθμίαισι Λαμπρομάχᾳ νίκαις* appositum sit dativi *ἀρετᾷ*. Loci paralleli (Olymp. XIII, 136) dativus ad nostram difficultatem enodandum parum confert. Idem: *Πρόξενος ἦν Θηβαίων Λαμπρόμαχος, δι' ὃν ἔγραψε τὴν ᾠδὴν ταύτην.* Interpretatio ad verbum facta, posthabito Pindari usu inconcinno. Epharmosti gratia carmen scriptum est, memoratur vero Lampromachus ob proxeniam et virtutem, de qua v. deinde nott. Quæ de necessitate inter Epharmostum Lampromachumque intercedente suspicer, exposita habes ad vv. 107—119. Schol. vet. v. 123: *Ὡς οἰκέτου ὄντος τοῦ Λαμπρομάχου πρὸς τὸν Ἐφάρμοστον.* Vet. v. 125: *Λαμπρόμαχος συγγενὴς τοῦ Ἐφαρμόστου.* Consentit Böckhius Explicc. p. 193. Aliter rec. v. 125. supra allatus, quibus hæc addo: Qui in Achillis Patroclique mentione reconditiora non quærit, tertium comparationis inter duo ista paria non esse dicet, nisi pugnæ consortium magnificum. Objicies: Quum Achilles Patroclusque cognati fuerint (Nitsch. N. myth. Wörterb. Edit. II. v. Menötius), uterque Opuntius cognatus esse debuit. — *ἀρετᾷ.* Schol. rec. v. 120. 123: *Ἀνδρείας καὶ τῶν ἀνδραγαθημάτων αὐτοῦ.* Victorias contextus monstrat. Vet. v. 123. mirifice: *Διὰ τῆς ἀρετῆς τοῦ ὕμνου.* — *ἦλθον.* Itinere poetico, ut *ἔβαν* Olymp. XIII, 136. V. ad Ol. VII, 23. pag. 241 sqq. — *τιμωρός.* Scholl. v. 120. 123: *Τιμητής, ὑμνητής, ἐπαινέτης, τιμῶν.* Melius forsan de auxilio poetico bene factis ferendo cogitatur.

11) De proxenia bene scripsisse fertur *Ullrich.* Berol. 1822.

Olymp. I, 177: *Ἐπίκουρον εὑρὼν ὁδὸν λόγων.* XIII, 137: *Ὀλιγανθίδαισίν τ' ἔβαν ἐπίκουρος.* Ita erit *τιμωρὸς vindex*. — De *μίτραις* h. l. cfr. scholl. et Böckh. — *ὅτ'*. Schol. rec. v. 120. locum interpretatur bene supplendo: *Ὑμνητὴς γενησόμενος τῶν μιτρῶν, ἀντὶ τοῦ τῶν στεφάνων αὐτοῦ, οὓς ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἔλαβεν, ὅτε ἀμφότεροι κ. τ. λ.* — *κρἀτησαν. Vicerunt*. Cf. Nem. III, 90. VI, 61. all. — *ἔργον*. Schol. rec. v. 120 (coll. Schneid. L. gr. v. *ἔργον*): *Ἐνίκησαν νίκην.* Quidni *certamen* (*certamine*)? V. ibid. Schneiderus, cui ut aliis *ἔργα* Olymp. VII, 154. certamina sunt, de quibus v. nos p. 277. — *μίαν ἀν' ἀμέραν*. Schol. rec. v. 120: *Ἔνιοι δέ φασιν, ὅτι οἱ δύο Ἴσθμια ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐνίκησαν.* v. 125: *Λαμπρόμαχος . . ., κατὰ μίαν ἡμέραν Ἴσθμια σὺν αὐτῷ νικήσας.* Ibidem: *Ἐφ. καὶ Λαμπρ. ἐν τῷ Ἰσθμῷ ἅμα ἐνίκησαν.* Nugantur reliqui scholiastæ. — *ἐν Κορίνθου πύλαις*. Ad Isthmia trahunt scholl. v. 120. 123. Non aliter scholl. v. 125. coll. 128: *Κορίνθου πύλας λέγει τὸν Ἰσθμόν· ἐν τῷ τέλει γὰρ αὐτοῦ ἡ Κόρινθος κεῖται.* Mihi nunquam non mirificum fuit, ludos Isthmiacos, paulo ante proprio nomine memoratos, nunc aliter significari. Debebant certamina esse urbi Corintho propria, cum Isthmia Græciæ communia fuerint. Jam Pausanias in talibus testis satis locuples non novit in suis Corinthiacis nisi Isthmia. Nimirum post Mummianam urbis eversionem pauca e Corinthi antiquæ institutis manebant. Unde fieri poterat, ut de Hellotiis Corinthiacis taceret, quæ tamen Noster habet Olymp. XIII, 56: *Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις*. Ubi conf. scholl. De talibus certaminibus Corinthi habitis equidem cogito. — *ἐγένοντ'*. *Epharmosto*, secundum scholl. v.

120. 123. 125. 128. 130. An *utrique?* Non quidem eodem die, ut in Isthmiis, sed in eodem certamine. Huic opinioni primus loci obtutus favet. — *χάρμαι. Gaudia*, sc. ob victorias, coll. scholl. Alibi apud P. *χάρματα*. — *Ταὶ δέ.* Numero non definito. Schol. rec. v. 120. sunt *τοσαῦται*, duo. — *Νεμέας κατὰ κόλπον. Nemeæ in recessu*, quæ Nem. III, 30. fuit *βαθυπέδιος*. Olymp. XIV, 33: *Κόλποισι παρ' εὐδόξοιο Πίσας*. Pyth. IX, 7: *Ἐκ Παλίω κόλπων*. De cognato *κόλπων* usu v. ad Olymp. XIII, 125. — *κῦδος ἀνδρῶν. Decus e viris partum*. Expressam præpositionem habes Pyth. IV, 17: *Κῦδος ἐξ ἀμφικτιόνων ἱπποδρομίας*. Sed abest Pyth. I, 128., ni ibi construes: *Ὧν αἰχμῆς κλέος*. — *ἀνδρῶν*. Non positum ob certamina antecedentia, sed ob sequentia, in quibus natu minor vicit. — *οἷον . . ἀγῶνα*. Admiratio victoris juvenis. Cf. Gloss. et scholl. v. 134. — *ἐν Μαραθῶνι*, coll. Olymp. XIII, 156. In Heracleis, de quibus v. scholl. h. l. et Olymp. XIII, 156. Ibi phialas argenteas datas, v. 135. docet. Nec tamen alia dona exclusa putem, e. g. vasa oleo plena, quæ Athenis quoque data constat, coll. Nem. X, 64. Videatur Nonnus Dionys. XXXVII, 144 sqq.:

Εἰ πέδον Ἀονίης, ἢ Φωκίδος αἷμα κομίζει,
Πύθιον Ἀπόλλωνι τετιμένον οἶδεν ἀγῶνα.
εἰ μεθέπει σοφὸν οὖδος ἐλαιοκόμε Μαραθῶνος,
ἔγνω παλαιὴς ἐγκύμονα κάλπιν ἐέρσης.

Erat enim et Marathon olivis fecunda, coll. loco all. Adde XIII, 184: *Καὶ τέμενος βαθύδενδρον ἐλαιοκόμε Μαραθῶνος*. XLVII, 18: *Ἐλαιήεντος Μαραθῶνος*. Hinc illustrari poterit *λιπαρὰ Μαραθών* Olymp. XIII,

157., quamquam hoc multorum locorum epitheton esse constat, coll. ind. Pind., all. — *συλαθείς*. Schol. vet. v. 134: *Ὑπεξελθών. Egressus* ætate imberbium. Similiter *ὀρφανὸς* (sejunctus) Isthm. IV, 14. — *μένεν ἀγῶνα. Ausus est*. Gloss. v. 136: *Ἐκαρτέρει*. Pyth. I, 92: *Μάχαις παρέμειν*. VIII, 58: *Παρμένοντας αἰχμᾷ*. Incertus Rhesi v. 468: *Ἔγχος ὑπομεῖναι*. Orph. Argon. v. 859: *Ἔμιμνον Ἄρην*. Nonn. Dionys. XVII, 194: *Προμάχοιο μένειν ὁρμήν*. XXXIX, 33: *Μενέχαρμος Ὑδάσπης*. Q. Smyrn. VI, 497: *Πόνῳ ἐνέμιμνον*. VII, 534 (Ald.): *Μέγαν βασιλῆα μενεπτόλεμον*. 583: *Μενεπτολέμου Ἀχιλῆος*. VIII, 283: *Τρῶες μίμνον*. XI, 425: *Μενεπτολέμων Δαρδανιώνων*. 433: *Μενεπτολέμῳ Ἀχιλῆος*. XIII, 496: *Μενεπτολέμῳ Ἀχάμαντι*. XIV, 235: *Μενεπτολέμων Ἀργείων*. Tryphiod. v. 99: *Μενεδήϊον ἵππον*. Anthol. Palat. VII, CXLVII, 2 (Archias): *Αἶαν, ἔμεινας Ἄρην*. IX, CCXIX, 2 (Diodorus Sardianus): *Ἀχιλλείδης μενεπτόλεμος*. — *φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ ἀπτῶτι δαμάσσας*. Schol. vet. v. 138: *Παλαίσματι δολίῳ, καταγωνισάμενος τῇ παλαιστικῇ ὀξύτητι*, forsan supplantatione. Deinde *δαμᾷν* iterum de *πάλῃ* occurrit Pyth. VIII, 116. — *κύκλον*. Scholl. v. 138. 140: *Τὸν τοῦ σταδίου*. — *ὅσσα*. Admirandi formula coll. scholl. v. 138. Adde v. 133. — *βοᾷ*. Scholl. v. 138. 140: *Τῶν θαυμαζόντων. Μεθ' ὅσων ἐπαίνων*. Ultimo loco exposita descriptio, qua vix meliorem novi, eam speciem præ se fert, ut Pindarum victoriæ Epharmosti Marathoniæ interfuisse quibusdam persuadeat. Talia enim non scribuntur nisi ab his, quorum oculis idem spectaculum oblatum fuit. — *Τὰ δέ. Quod attinet ád alias ejus victorias*. V. de hoc Böckh. Explicc. p. 194. Minus accurate schol. rec. v.

145: *Κατὰ δὲ τὰ ἔργα τὰ γενόμενα αὐτῷ* etc. Deinde argutatur Heyne, quem v. T. I. p. 129. Loquitur Noster, quasi in præcedentibus habuisset *τὰ μέν*, cujus formulæ vice funguntur ea omnia, quæ hactenus de aliis ejus victoriis dicta sunt. Formas magis regulares congessit Hermannus ad Viger. p. 701. — *καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὐδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν Πελλάνᾳ φέρε.* De ludis Achaiæ Pellenensibus videantur nostra scholia cum Böckhio. — *ψυχρ. φάρμ. αὐρ. Frigidarum remedium aurarum.* Oppian. I, 45: *Ὄμβρων ἀλκήν, contra imbres subsidium.* Habes vestium lanearum laudem, ut placet Heynio Böckhioque, aliter sentientibus scholl. tum ad h. l. tum ad Nem. X, 82., quorum alteri de tempore ludorum hiemali, alteri de locis Pellenes *δυσχειμέροις* cogitant. Tale quid obversatum quoque Nonno video, qui Dionys. XXXVII, 148 sqq. hæc habet:

Εἰ πέλεν εὐώδινος Ἀχαΐδος ἀστὸς ἀρούρης,
Πελλήνην δεδάηκεν, ὅπη ῥιγηλὸν ἀγῶνα
ἄνδρες ἀεθλεύουσι φιλοχλαίνου περὶ νίκης,
χειμερίῳ σφίγγοντες ἀθαλπέα γυῖα χιτῶνι.

Dices, poetam ævi vix jam græci hæc de suis finxisse. Verum sunt, quæ mihi persuadeant, in talibus poetas istos veterum scriptorum narrationibus fideliter innixos, et e pristinis institutis multa potuisse nisi revera, tamen hominum memoriâ servari. Addit Böckhius: „Dederunt Pellanenses, quod habuere, optimum, quia lænæ apud ipsos pulcherrimæ fabricatæ sunt, ut Lemniæ mulieres Argonautis certaminum præmium *vestem* proposuerunt (Pyth. IV, 253. Simonides ap. Schol. ibid. v. 450. vulg.), quippe quam mulieres conficiunt.“ Varias lænas fabricatas a Pellenensibus Photius docet, citante Böckhio: *Πελληνικαὶ*

χλαῖναι, διάφοροι· καὶ τοῖς νικήσασι τὰ Ἑρμαια ἐδίδοντο. Conf. quoque Suidas v. *Πελλήνη.* Deinde mollia videntur fuisse ista Hermæa, coll. Nem. X, 82: *Ἐκ δὲ Πελλάνας, ἐπιεσσάμενοι νῶτον μαλαχαῖσι χρόχαις.* Jam quod tempus istorum ludorum attinet, mira sane Nonni cum prioribus scholl. conspiratio, quam sola loci Pindarici interpretatione niti vix crediderim. Putabis itaque, tempore hiemali ludos Pellenenses celebratos fuisse, ac dedisse agonothetas, quæ cum arti ipsorum lanariæ, tum tempestati respondebant. Parvi pretii lænas[12] fuisse, schol. vet. v. 146. visum, ducibus puto comicis: *Ταύτην γὰρ ἐλάμβανον τὴν χλανίδα οἱ νικῶντες, οἷον τρίβωνας.* — *σύνδικος.* Schol. rec. v. 133: *Μάρτυς αὐτῷ.* Similiter scholl. v. 148. Ibidem: *Ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἀγῶνι συνδικούντων ἀλλήλοις.* Pyth. I, 3. *σύνδ.* passiva significatione gaudet. — *Ἰολάου τύμβος.* Schol. rec. v. 143: *Ἐν ταῖς Θήβαις ἀγὼν ἐτελεῖτο Ἡράκλεια καὶ Ἰολάϊα. ἦν δὲ ἐν μέσῳ τοῦ σταδίου ὁ τοῦ Ἰόλεω τάφος, ἔνθα Ἐφάρμοστος ἐνίκησεν.* Vet. v. 148: *Τὸν τῶν Ἡρακλείων ἀγῶνα θέλων δηλῶσαι, τύμβον Ἰολάου εἶπε· παρὰ γὰρ τῷ κοινῷ σήματι Ἀμφιτρύωνος, καὶ Ἰολάου*

ὁ

---

12) Laenarum Pellenensium praemia obsolevisse e Strabone (XIV. p. 593. A.) acute auguratur Böckhius Explicc. p. 194. Quando id factum sit, ego nescio. Posidippus certe epigrammatarius, cujus aetatem Jacobsius (Anthol. Gr. Lips. T. XIII. p. 943) circa Olymp. CXXVIII. definit, istis laenis pro vestibus usu tritis per lusum utitur Anthol. Palat. T. II. p. 782. Epigr. LXXVIII, 2. 3: *Αὕτη ῥωγὰς ἔχει κάπετος, Χλαίνης ἐν τρύχει Πελληνίδος.* Adde Suid. v. *Πελλήνη· Καὶ Πελληναῖος χιτών. ἐπὶ τῶν παλαιά* (παχέα conj. Jacobs. Anthol. gr. Lips. T. VIII. p. 152) *φορούντων ἱμάτια.*

ὁ τῶν Ἡρακλείων ἀγὼν ἐτελεῖτο, ὃν ἐνίκησεν. — Ἐλευσίς. V. de his certaminibus Gell. N. A. XV, 20: *Post* (Euripides) *Eleusinio et Theseo certamine pugnavit et coronatus est.* — ἀγλαΐαισιν. *Victoriarum splendore*, i. e. *victoriis*, coll. Olymp. XIII, 18. Schol. vet. v. 148: Μαρτυρεῖ δὲ αὐτοῦ τῇ ἀνδρείᾳ. Vet. v. 150: Ταῖς ἀγλαΐαις αὐτοῦ καὶ νίκαις μαρτυρεῖ. *Illis* victoriis, i. e. *ejus* victoriis. Hoc apprime consentit cum usu pronominis σφίν, quem illustravimus ad Olymp. I, 91. p. 38. II, 28. p. 82. VIII, 109. p. 323. Aliis est ἀγλ. dativus causæ, vertente Böckhio: *Decoribus* ibi partis patrocinatur *illi* Jolai tumulus et Eleusis.

V. 152–168.

Eas victorias naturæ beneficio debet Epharmostus, non doctrinæ. Sententiis hoc uberius exponitur. Denique præstantia viri athletica atque honor memoratur, quem Opuntiorum heroi Ajaci habuerit. Τὸ δὲ etc. Schol. rec. v. 152: Ἔστι πρὸς τὸν Ἐφάρμοστον, ἐπειδὴ ἐκ φύσεως ἀνδρεῖος ὢν καὶ οὐκ ἀπὸ μόνης τέχνης τοὺς συναγωνιζομένους ἐνίκα. *His victoriis sola ministrante natura potitus est, cujus dona omnium optima sunt.* Construe: Ἅπαν δὲ τὸ φυᾷ (γιγνόμενον) κράτιστον. Ad sententiam cfr. Olymp. II, 153 sqq. Reliquis hæc sententia uberius exponitur. — διδακταῖς ἀρεταῖς. Tales sunt οἱ μαθόντες Olymp. cit. — κλέος ἕλέσθαι. *Decus sibi parare.* Anthol. Palat. T. III. p. 61: Εἵλετο τὰν ἀρετάν. — ἄνευ θεοῦ. Bene schol. rec. v. 152. coll. 156: Μὴ ἀπὸ φύσεως κατορθουμένη· τὸ θεοῦ δὲ λέγει, ἐπειδὴ ἐκ θεοῦ πάρεστι τοῖς ἀνθρώποις φύσει ἀν-

δρειοις εἶναι καὶ ἄλλο τι ἀγαθὸν ἔχειν. Deinde cum eodem schol. construe et explica: *Ἕκαστον δὲ πρᾶγμα χωρὶς φύσεως πρεπωδέστερόν ἐστιν, εἰ σεσιγημένον ἐστίν.* Vet. v. 156: *Τὸ γὰρ μὴ κατὰ θεὸν πρασσόμενον δεῖ σιγᾷν καὶ μηδενὸς λόγου ἀξιοῦν.* — *γάρ. Qui contra naturam annititur, stolidus est in eligendis gloriæ subsidiis, quæ alia sunt apud alios.* Schol. vet. v. 158: *Δεῖ ἕκαστον τὴν δεδομένην αὐτῷ ἐκ θεῶν ὁδὸν ταύτην ἰέναι καὶ μὴ παραβιάζεσθαι.* — *περαίτεραι*, i. e. *εὐοδώτεραι, πρακτικώτεραι, ἀνυστικώτεραι* etc. (coll. Olymp. VIII, 82.) scholl. — *σοφίαι μὰν αἰπειναί. Sapientia est ardua*, i. e. *in qualicunque re excellere, arduum.* Scholiastarum alii de sapientia athletica, alii de sapientia poetica cogitant. Posterius si elegeris, transitum strues ad sequentia. Sed præstat non decernere, quamquam antecedentia Epharmosti athletæ gratia dicta sunt. — *προσφέρων. Afferens* Epharmosto sc., itinere ficto, coll. v. 124. ibique nott. Heynius vix bene: *Προσφέρων σὲ πρὸς τὸ ἆθλον τοῦτο.* — *ἄθλον.* Schol. vet. v. 162: *Τὸ τῆς ἐμῆς σοφίας ἐπιτήδευμα, αὐτὴν τὴν σοφίαν.* Quidni *τὸν ὕμνον*? Ut rell. habent scholl., coll. *ταύτην* v. 37. Erat enim et hymnus *ἆθλον* sensu latiore. — *ὄρθιον. Elata voce*, coll. Nem. X, 142. — *ὦρυσαι.* Schol. rec. v. 161: *Ὦ νοῦ.* 162. 163: *Ὦ θυμέ.* 162: *Ἑαυτῷ ὁ Πίνδαρος παραχελεύεται καὶ φησίν.* Cf. v. 11. ibique nott. Similiter Böckhius, addens: „Idem simul hac voce pronuntianda canentium quisque facit.“ Schol. rec. v. 163: *Λέγει δὲ πρὸς τὸν χορὸν περὶ τοῦ νενικηκότος.* — *θαρσέων. Non timens obtrectatores encomii mei.* An *audaciâ poetica erectus*? Ut v. 122. — *δαιμονίᾳ.* Scholl. v. 161. 162. 164: *Ἀπὸ μοίρας δαίμο-*

νος. Θείᾳ ωείρᾳ. — εὔχειρα, δεξιόγνιον. Schol. rec. v. 161: *Γενναῖον τὰς χεῖρας, ἐπιτήδειον, εὔστροφον κατὰ πᾶν τὸ σῶμα.* Adde vet. v. 162. — *ὁρῶντ' ἀλκάν. Spectantem robur.* Schol. v. v. 162: *Ὡς καὶ τῷ βλέμματι ἀλκὴν καὶ δύναμιν ἐμφαίνει.* Similis *ignis* usus. Eurip. Jon. v. 1261: *Πυρὸς Δράκοντ' ἀναβλέποντα φοινίαν φλόγα.* Oppian. Cyneg. III, 301: *Πυρόεν τε δεδορκώς.* IV, 162: *Δερκόμενος χαροποῖσιν ὑπ' ὄμμασιν αἰθόμενον πῦρ.* Anthol. Palat. T. II. p. 661. Epigr. CXIX, 2 (Posidippus): *Πῦρ τοι ὁ χαλκὸς ὁρᾷ.* — In fine carminis nondum habeo, quomodo scribam. Neque interpretatio mihi variis dubiis caret. Græci fluctuantur inter victoriam Epharmosti in Aianteis Opuntiis partam et festum, quod ob victoriam Olympicam heroum indigeti instituerit. Heynius duplicem rationem proponit: „Ultimos versus 166. 7. ita accipe: Victorem Olympia reducem ex more victorum solemni sacra fecisse heroi indigeti, Aiaci Oilei f., et coronam deo consecrasse. Nisi dicas, simpliciter verba esse interpretanda: *Qui victoriam Olympicam adeptus heroem indigetem novo decore ornavit.* Nam victores honorem et decus afferunt, ut patriæ, ita et diis patriis. Verum in hunc sensum oratio esset paullo ambitiosior et ornamentis oneratior." Priorem scholiastarum interpretationem ita refutat Böckhius: „Verisimile non est, post enumeratas supra Epharmosti victorias nunc singillatim de hac re dici." Quid? si ultimo tempore, forsan post decus Olympicum in ludo patrio vicit, ejusque victoriæ pompam cum ea conjunxit, quæ pro victoria Olymp. diis patriis offerenda erat? Id certe mihi mirificum videtur, Pindarum, si dicere non volebat nisi *Aiacis aram*, hoc ita amplificasse: *Oiliadæ aram*

Aianteam. Bene in eam rem Ahlw.: „Nemo facile dixerit: Herculea Amphitryoniadæ ara." Idem acute suspicatur legendum: *Ἐν δαιτί θ' ὃς γ' Αἴαντος Οἰλιάδα.* Böckhius priore Heynii interpretatione electa, addit: „Corona Aiaci ipsi consecrata videtur. Nempe sollemnis haud dubie comissatio ad aram Aiacis habita est, in qua ara ipsa coronata: post illum ritum Pindaro prædicatum carmen in convivio cantatur." Jam si de victoriæ Olympicæ pompa Opuntia cogitare velis, jungendum utique *Αἰάντειον* (*Αἰάντειον*) *βωμὸν ἐπεστεφάνωσε* (*ἐν*) *δαιτὶ Οἰλιάδα.* Aliis erit *Αἰ.* neutrum (Aiacis monumentum), *βωμὸν* autem expositio monumenti appositiva. Prius eligo. Ceterum post laudes Epharmosti prædictas (*τόνδε — ἀλκάν*) ultima de ara coronata non sola sunt temporis locique definitio, quo carmen pindaricum cantatum sit. Post laudes satis magnas, quibuscum arcte ultima sententia conjuncta est, hoc frigidiusculum esset. Laudatur puto Epharmosti in hac coronatione etc. magnificentia liberalitasque. — Ad locum illius aræ hæc in scholl. leguntur. Rec. v. 161: *Αἴας ὁ Λοκρὸς ἐν Τροίᾳ ἀποθανὼν τιμᾶται ἐν τῇ Λοκρίδι ἴσα θεῷ· κενοτάφιον γὰρ τοῦτον ἐνταῦθα ἐποίησαν μέσον τοῦ τόπου, ἔνθα οἱ τῆς ἐπ' αὐτῷ πανηγύρεως ἀγῶνες τελοῦνται.*

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ Γ (ΙΑ)

ΑΓΗΣΙΔΑΜΩΙ ΛΟΚΡΩΙ
ΕΠΙΖΕΦΥΡΙΩΙ

ΠΥΚΤΗΙ.

1

Carmen XI collocandum esse ante X., multis visum. „Nam v. 14. promitti [κελαδήσω, ἔνθα] carmen; forte idem illud, quod nunc *decimum* est," Mingarellius ait apud Heynium ad l. Addit Böckhius v. 4 sqq.: „Εἰ δὲ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσει, μελιγάρυες ὕμνοι ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται, καὶ πιστὸν ὄρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς." Conjungunt Pindari editores promissum Olymp. X init. De his vide nos in singulorum interpretatione. Nostra de hac re suspicio hæc est. Quodsi carmen brevius aliam et remotiorem victoriam spectaret, quam quæ carmine majori celebratur, ultimo carmine hujus rei mentio facta esset, quod alibi in Pindaro non rarum esse constat. Sed majus carmen (XI init.) unam victoriam laudat dudum partam ac tum demum canendam. Poterat itaque brevius carmen posteriorem laudem promittere, quamquam id verbis ipsis hymni minoris non inest. Encomium deinde Locrorum Epizephyriorum satis verbosum, quod in majori carmine conspi-

citur, aptius sequetur laudem eorundem breviorem, quam brevior hymnus continet. Denique nec hoc silendum, in utroque carmine minus victoris, quam Locrorum laudem spectari, unde non levis fides iis accrescit, qui eandem saltem victoriam eodem hymno celebrari auguran-tur. His positis recentiorum rationem ita sequor, ut brevius carmen pro subitanea habeam acclamatione poetica, quam postero tempore carmen exceperit promissum s. minore carmine s. eodem tempore.

V. 1—8.

Cum alii aliis egeant, victores hymnis egent, gloriæ apud posteros fundamentis et pignoribus. ὅτε. Usitatius erat ὅτε μέν, sequente ὅτε δέ, quod omisit P., coll. Viger. p. 437. 792. 93. — ἀνέμων, οὐρανίων ὑδάτων. Schol. vet. v. 1: *Ἔστιν ὅτε τοῖς ἀνθρώποις πολλὴ χρεία ἐστὶν ἀνέμου, οἱονεὶ τοῖς πλέουσι· καὶ ἔστιν ὅτε πλείστη χρεία ἔστὶν ὄμβρων καὶ ὑετῶν, οἱονεὶ τοῖς γηπονοῦσιν.* — παίδων Νεφέλας. Pyth. IV, 10. ὄμβρος est Νεφέλας quasi ducis στρατός. — Deinde ut homines h. l. pluvia indigent, sic terra apud Eurip. Oed. fr. XVII: *Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα ξηρανθεῖσα*, monente Casaubono ad similem Dionis Chrysost. locum (Reiske T. II. p. 560), ubi Pindari sententiam non omissam vides. — σὺν πόνῳ. De formula v. ad Pyth. V, 62. VIII, 104. Est labor certamini insumtus, si ad rem, de qua sermo, sententiam applicueris, coll. Olymp. V, 34. pag. 179.[1]) Pariter victoriam spectat εὖ πράσσοι, coll. Olymp. IV, 7. pag. 165. Concinnius deinde dixisset: *Victoribus opus est hymnis*, coll. Nem. III, 10., monente Heynio. — μελιγάρυες ὕμνοι. Orph. Argon. v. 422: *Μελίγηρυν ἀοιδήν.* Idem *Λιθ.* v. 59: *Μελιγλώσσοιο ἀοιδῆς.* Anthol. Palat. V, cxcv, 4 (Meleager): *Τὸ γλυκύμυθον ἔπος.* — ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων. *Futurorum initia sermonum.* Schol. vet. v. 4: *Οὗτοι* (hymni) *γὰρ αὐτῷ ἀρχὴν ποιοῦνται τῶν ὑστέρων πρὸς αὐ-*

---

1) Agesidamo *maxima labore* victoriam constitisse Böckhius ob Olymp. XI, 15—17 [19—29] putat, quem locum pag. 391 sq. interpretabimur.

τὸν καὶ περὶ αὐτοῦ ἐσομένων λόγων. Similiter ibidem, ac deinde alii Græcorum. Inesse loco alius carminis pollicitationem, Böckhius putaverat nott. critt. p. 405. Nunc *sententiam* continuari recte statuit. Sunt itaque hymni *laudum serarum*, s. *apud posteros, caussæ ac semina*, explicante Heynio, qui vero non comparare debebat Nem. I, 11., ubi *ἀρχαὶ μέλους ἐγχωμίου* nil sunt nisi proœmium *ejusdem carminis*, cujus frontem ea tenent, quæ dixit inde a versu primo. — In reliquis editores recentiores *τέλλεται* annectunt antecedentibus, ut sit pro *τέλλονται*, cum codd. quibusdam atque editt. principp. Præiverunt scholia. Vet. v. 5: *Ἀντὶ τοῦ τέλλονται οἱ ὕμνοι· ἐνικὸν ἀντὶ πληθυντικοῦ.* Adde rec. ibidem. Cujus lectionis cum nullam satis firmam rationem videam, abruptumque dicendi genus in Nostro tritum sit, facio cum Heynio T. I. p. 148. scholioque rec. v. 5: *Ἡμεῖς δέ, εἰ καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ταυτηνὶ τὴν παρανομίαν οὗτος ἐποίει, εἴποιμεν ἂν πρὸς τὸ πιστὸν ὅρκιον ἀποδεδόσθαι τὸ τέλλεται οὕτως· οἱ μελιγάρυες ὕμνοι ἀρχαὶ καὶ προφάσεις τῶν ὑστέρων ὑπὲρ αὐτοῦ λόγων* [*εἰσί, γίνονται*, coll. schol. vet. v. 4], *καὶ πιστὸν ὅρκιον τέλλεται ταῖς μεγάλαις αὐτοῦ ἀρεταῖς.* Ultima enim ex antecedentibus sic supplebis: *Καὶ πιστὸν ὅρκιον διὰ τοῦ ὕμνου τέλλεται* (*γίνεται*) etc., vel repete cum schol. vet. v. 6. *οἱ ὕμνοι.* Sensum exponit idem scholium: *Δύναταί τις ὀμόσαι, νενικηκέναι τὸν Ἀγησίδαμον, ἀκούων τοῦ ὕμνου.* Melius *sententia* continuatur, et ὅρκιον erit *pignus*. Schol. vet. v. 6: *Οὐ γὰρ ἀπολείπουσιν αὐτοὺς οὐδέποτε συμπαρόντες, ἀλλ' ἀεὶ μνείαν αὐταῖς ποριζουσιν. Πιστὸν* autem jurijurando iterum jungitur Aesch. Choeph. v. 893: *Πιστὰ δ' εὐορκώματα.* —

μεγάλαις ἀρεταῖς. Magnis virtutibus, præclaris facinoribus. Pyth. IX, 133: *Ἀρεταὶ δ' αἰεὶ μεγάλαι πολύμυθοι.* Isthm. III, 6: *Ζεῦ, μεγάλαι ἀρεταὶ θνατοῖς ἕπονται ἐκ σέθεν.* Simonides Anthol. gr. Lips. T. I. p. 58: *Πάντα γὰρ μίαν ἱκνεῖται δασπλῆτα Χάρυβδιν, Αἱ μεγάλαι ἀρεταὶ καὶ ὁ πλοῦτος.* — *ἀφθόνατος.* Schol. rec. v. 4: *Ἄπειρος τῶν κακῶν τοῦ φθόνου, τουτέστιν ἀκαταπόνητος ἢ ἀδιάβλητος.* Vet. v. 6. coll. rec. v. 8: *Ὅτι ἀλλότριος τῶν διὰ φθόνον ἐπιβουλευόντων ὁ ὕμνος ἐστίν.* Glossa v. 7: *Πολυφθόνητος.* An subest quædam cum *ἀφθόνου* (copiæ) notione cognatio? Prima interpretatio tum eligi poterit, quum invidiæ absentiam ad posteros traxeris. Vivos enim invidia carpi, nota res. — *ἄγχειται.* Pyth. VI, 7: *Ἕτοιμος ὕμνων θησαυρὸς τετείχισται,* tropo magis expresso, qui ibi ædificium spectat, h. l. donarium, statuam etc. Olymp. XIII, 49: *Αἴγλα ποδῶν ἀνάχειται.* Schol. vet. v. 6: *Εἰκόνα μὲν γὰρ καὶ ἄγαλμα καθέλοι ἄν τις διὰ φθόνον, ὕμνον δὲ ῥηθέντα οὐκ ἄν τις ἀφανίσειεν.* Similiter rec. v. 8. Adde Olymp. III, 5. ibique notata p. 132. Ceterum vide, ne sit *ἀνάχειται* idem quod *ἀντίχειται* (*manet*), coll. Isthm. VII, 36: *Τιμὰ δ' ἀγαθοῖσιν ἀντίχειται.* Olymp. I, 135: *Ἆθλός γ' ὑποχείσεται.* Tum erit *ἀνάκ.* cum *ἕτοιμος* Pyth. VI, 7. comparandum. Ita Heynius Bothiusque. Sed adversatur præpositio *ἀνά,* coll. Schneid. L. gr. v. *ἀνάκειμαι,* et Bekkeri Anecdd. gr. 26, 22.

V. 8—22.

Ad eam laudem conferendam ego paratus sum. Quod ut possim, diis debeo. Laudabo igitur Agesidamum gentemque Locrorum non uno tantum decore ingenio florentem. τὰ μέν. Schol. vet. v. 8: *Ταῦτα οὖν τὰ κατορθώματα καὶ τὰ ἐγκώμια τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ νενικηκότων.* Rec. ibidem: *Τὸ τῶν ὕμνων.* Hoc præstat ob contextum. — ποιμαίνειν. Scholl.: *Περιέπειν, διοικεῖν, οἰκονομεῖν.* Lingua h. l. pastoris vice fungitur, ut alibi philosophi, poetæ etc. Timon Diogenis Laërtii IX, 39 (p. 571. Meib.): *Οἷον Δημόκριτόν τε περίφρονα ποιμένα μύθων.* Himerius Or. XXII, 6 (Wernsd. p. 758): *Ταῖς Μούσαις, ὑφ' αἷς οἱ λόγοι ποιμαίνονται.* Agit de hoc usu Valcken. ad Eurip. Hippol. v. 151. p. 152. sq. Lips. et Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. XII. p. 150. coll. T. XI. p. 291. Addo Himerium ind. vv. *ποιμένες* et *ποιμαίνειν.* Si *ποιμαίνειν* e more epico tibi est *gubernare*, conferre poteris *regnum λόγων*, de quo v. Boissonadius ad Eunap. T. I. p. 382. 83. et Wyttenbachius ibid. T. II. p. 322. — ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐσαεὶ πραπίδεσσιν. Orph. hymn. XV, 16 (Herm. p. 277) coll. XIX, 23: Jupiter, præsta βίον εὐθύμοισιν ἀεὶ θάλλοντα λογισμοῖς. Sensum contextumque ita capit schol. vet. v. 10: *Ἀπὸ γὰρ θείας μοίρας μουσικός τις καὶ ἔξοχος λάμπει, ὁμοίως ὥσπερ καὶ σὺ νενίκηκας· τοῦτο δὲ πρὸς τὰ ἴδια ἐγκώμια κατασκευάζει, λέγων, ἑαυτὸν διαπαντὸς σοφῶς φράζειν.* Ibidem: *Καὶ ἡμεῖς, φησί, καὶ οἱ ὕμνοι καὶ οἱ ἐγκωμιάζοντες τῆς τῶν θεῶν ἐπινοίας δεόμεθα.* — Ἴσθι νῦν. Incipit carmen ipsum. — ἐπί. Schol. vet. v. 11: *Τὸν*

κόσμον τὸν διὰ τοῦ στεφάνου. Conf. Olymp. I, 180. Reliqui *δεξάμενον* satis mirifice supplent, ut sit: *Χρυσέας ἐλαίας σε κόσμον δεξάμενον κελαδήσω*, coll. Olymp. III, 23: *Κόσμον ἐλαίας.* Böckhius jungit *ἐπικελαδήσω*: *Quasi per acclamationem coronæ accinam hymnum, illius ornamentum.* Similiter Bothius Thierschiusque. Et in hoc acquiescendum. Tum erit *ἐπικελαδήσω* poetica gravitate dictum pro *ἐπιθήσω, addam.* [2]) — *χρυσέας ἐλαίας.* Schol. rec. v. 8: *Τῆς τιμίας.* De hoc florum aliorumque epitheto v. nos ad Olymp. II, 131. pag. 116. Fuere tamen ibidem loca, in quibus ea vox colorem s. flavum s. luteum denotabat. Fructus quoque olivæ *χρυσοχίτων* est in Philippi epigrammate Anthol. gr. Lips. T. II. p. 201. Palat. T. I. p. 219., cui adde locum Callimacheum supra appositum p. 116. Aliorum in hac re argutias docte refutavit Böckhius. — *κόσμον ἁδυμελῆ.* Schol. rec. v. 8: *Ὑμνήσω κόσμον, ἀντὶ τοῦ ὕμνον ἡδυμελῆ.* Vet. v. 11. 13: *Τὸν ὕμνον.* Sunt carmina virtutum ornamenta, ni carminum ipsorum speciem decoram elegeris, quod magis faciet ad genium talis poeseos, coll. Pind. fragm. inc. LXXXVI, 2 (Heyne T. III. p. 123. Böckh. T. III. p. 661): *Ποικίλον κόσμον αὐδάεντα λόγων.* Solon. Epigr. XVI, 2 (Brunck.): *Κόσμον ἐπέων ᾠδὴν ἀντ' ἀγορῆς θέμενος.* Orph. fragm. XIII (Herm. p. 473): *Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ καταπαύσατε κόσμον ἀοιδῆς.* Ubi tamen conferenda

2) Schol. vet. v. 11: *Τὸν ὕμνον ἀναβοήσω τῆς καλλιστεφάνου ἐλαίας.* Ita oliva erit non quae Agesidamo obtigit, sed Olympiaca *καλλιστέφανος*, quemadmodum alibi Olympiam ipsam canit, solumque *ἐπὶ στεφάνῳ* Agesidamum spectabit, cujus ex ista arbore corona decerpta fuit.

Plutarchi lectio. Anthol. Palat. XI, xx, 3 (Antipater Thessal.): *Οἵτ' ἐπέων κόσμον λελυγισμένον ἀσκήσαντες.* Eadem Anthol. VII, lii, 1 (Demiurgus): Hesiodum *κόσμον ἀοιδῆς*, ornamentum puto poeseos, quem sensum locus quoque Solonis supra laudatus fundere poterit. — *κελαδήσω.* Böckhius Explicc. p. 196 (coll. Mingar. supra cit. pag. 373); „Hæc vero ad longius, quod promittitur, carmen pertinent, quo ducit etiam proximum *κελαδήσω* et sqq.; ac nisi ita hæc intelligenda essent, nihil tanto hiatu dignum poeta protulisset, quippe quum paucissimi addantur versus: postremo sic minus incommoda gloriatio est in verbis *ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐσαεὶ πρ.*, quæ quamvis generatim enuntiata tamen ad poeticam Pindari facultatem referenda sunt." Brevitatem carminis equidem non curo, nec semel tantum P. victores etc. se prædicaturum pollicetur, quo promisso tamen non fungitur. Est id ipsum phantasma poeticum, laudem promittere, quæ nullibi extat nisi in ipsa promissione. Deinde laudem sui alibi vidimus in hoc poeta; quis vero in scriptore tam inæquali talia excipi volet ampliore carminis decursu? — *τῶν Ἐπιζεφυρίων Λοκρῶν.* Iidem, qui Olymp. XI, 17. *Ζεφύριοι* dicuntur. Videntur quoque *Ὑποζεφύριοι* nominati, coll. Callim. Ern. T. I. p. 576. — *ἔνθα συγκωμάξατ', ἐγγυάσομαι, μή μιν, ὦ Μοῖσαι, φυγόξενον στρατόν, μητ' ἀπείρατον καλῶν, ἀκρόσοφον δὲ καὶ αἰχματὰν ἀφίξεσθαι.* Retinendum comma post *συγκ.*, quod Romana quoque habet. Tota enim allocutio Musas spectat. Construe et supple cum Heynio, coll. Bothio et Thierschio: *Ἔνθα συγκ., ὦ Μοῖσαι. ἐγγυάσομαι*, (*ὑμᾶς*) *ἀφίξεσθαι* (*πρὸς* coll. Pyth.

V, 38) *μιν* (*τ. γενεάν*, i. e. *τὸ γένος Λοκρῶν, οὖσαν*) *στρατὸν μὴ φυγόξενον* etc. Schol. vet. v. 16: *Ἐν ταύτῃ οὖν τῇ Λοκρίδι τῶν Ἐπιζεφυρίων συγκωμάσατε καὶ συγχορεύσατε, ὦ Μοῦσαι. Ἐγγυήσομαι δὲ ἀφίξεσθαι ὑμᾶς πρὸς στρατὸν* etc. Böckhio nott. critt. p. 407. *μὲν* est *Agesidamum*, magno contextus sensusque detrimento, qui Musas continuari efflagitat, quae ad Locros visitandos laudum sequentium commemoratione invitantur. Pronomen autem non aliter adhibitum est, ac *σφὶν* Olymp. II, 28. VIII, 109. Praecessit *γενεάν*, quam respicit *μὲν* libera constructione; *στρατὸν* vero pronominis appositio est, ut in locis modo allatis, et forsan etiam Olymp. IX, 151. p. 369. Simillimus Callimachus h. Jov. v. 40 (citante Hermanno ad Vig. p. 937): *Παλαιότατον δέ μιν* (Nedam fluvium) *ὕδωρ Ἰωνοὶ πίνουσι Λυκαονίης ἄρχτοιο*, ubi conferenda bona Stephani nota T. I. p. 18. Ern.[3]) Quae jam sequuntur (*ἐγγυ.*), iis movendae dicuntur Musae, ut velint comissationi interesse, post reditum Agesidamo Locris habendae. Ita semet ipse ad lau-

3) Hermannus ibidem: „Cave autem Luciani locum huc referas de Astrolog. 14. T. II. p. 366: *Ἴσα δέ μοι καὶ ἐς Φρίξον τὸν Ἀθάμαντος εἰρήσθω, τὸν δὴ κριῷ χρυσέῳ δι' αἰθέρος ἐλάσαι μυθέονται· ναὶ μέντοι καὶ Δαίδαλον τὸν Ἀθηναῖον· ξεινὴ μὲν ἡ ἱστορίη, δοκέω γέ μιν οὐκ ἔξω ἀστρολογίης· ἀλλά οἱ αὐτὸς μάλιστα ἐχρήσατο, καὶ παιδὶ τῷ ἑαυτοῦ καθηγήσατο.* Non enim opus videtur mutatione, quam Werferus, servans ille *μίν*, proposuit in Actis Monac. I. 1. p. 80., quum satis sit corrigere *δοκέω γε μ᾽ οὐκ ἔξω ἀστρολογίης.*" Locus sola interpretatione indiget. Supple: *Δοκέω γέ μιν* (Daedalum Atheniensem) *οὐκ ἔξω ἀστρολογίης* (*δι' αἰθέρος ἐλάσαι*), quod repetere molestum et invenustum erat.

dem civitatis illius incitat. — *ἐγγυάσομαι.* Sufficiebat præsens, quod visum jam scholl. vett. v. 16. 19. Sed conf. Ol. VII, 36. p. 247. — *φυγόξενον στρατόν.* Bene affert Böckh. Olymp. XI, 17. et Heyn. opusc. T. II. p. 12 sqq. — *ἀπείρατον καλῶν.* Artes liberales Græcorum, coll. Olymp. I, 167. ibique nott. p. 62. — *ἀκρόσοφον δὲ καὶ αἰχματάν.* De his v. Böckhius. — *τὸ γὰρ ἐμφυὲς* etc. *Eæ virtutes ingenitæ sunt, eoque immutabiles, quæ est vulpium quoque leonumque natura.* Schol. vet. v. 19: *Ὥσπερ οὖν ὁ λέων οὐ μεταβάλλει τὸ γενναῖον οὐδὲ ἡ ἀλώπηξ τὸ σοφὸν, οὕτως οὐδὲ οἱ Λοκροὶ τὸ ἔμφυτον ἦθος μεταβάλλονται.* Eam sententiam proverbialem nullibi plane repetit Pindarus. Est enim paulo alius generis Olymp. IX, 152. XIII, 16. Similllimum vero Aesch. Agam. v. 732. de leone ab hominibus nutrito: *Χρονισθεὶς δ' ἀπέδειξεν ἔθος τὸ πρὸς τοκήων.* Jo. Chrysost. Homil. in terræ motum et Lazarum (Opp. ed. Montfauc. T. I. p. 787): *Τὸ πρόβατον οὐδέποτε δύναται γενέσθαι ἄγριον· φύσει γὰρ ἔχει τὸ ἥμερον. ὁ λύκος οὐδέποτε δύναται γενέσθαι ἥμερος· φύσει γὰρ ἔχει τὸ ἄγριον. Οὐ λύονται οὖν οἱ νόμοι τῆς φύσεως οὐδὲ σαλεύονται, ἀλλὰ μένουσιν ἀκίνητοι.* Ultimam sententiam idem repetit Epist. III (Opp. eâd. edit. T. III. p. 552). Alia afferunt Schmidius Böckhiusque. — *αἴθων ἀλώπηξ.* Scholl. male ambigunt inter colorem bestiæ atque ingenium. Ille eligendus cum ob adjectivi naturam coll. Schneid. L. g. v. *αἴθων*, tum ob leonum prædicatum. Ingenium vulpis ut leonis *significatur*, non *exprimitur*. — *ἐρίβρομοι λέοντες.* Pyth. V, 77: *Βαρύκομποι λέοντες.* Isthm. IV, 78: *Ἐριβρεμετᾶν θηρῶν λεόντων.* Fragm. inc. CLXII (Böckh. T. III. p. 681): *Βα-*

ρυφθεγκτᾶν ἀγέλαι λέοντων. [4]) — Utrorum Locrorum coloni fuerint Epizephyrii, Ozolarum an Opuntiorum, de hoc apud veteres dissidium, coll. Heyn. l. c. p. 46. Epizephyriorum ab Opuntiis descensui haud leviter favent ii scriptores, quos citant Heyn. l. cit. p. 46. et Müllerus Geschichten hellen. Stämme etc. T. III. p. 227. not. Fuit enim Epizephyriorum quoque heros pro deo cultus Ajax Oilei. Verisimile tamen, eundem apud Ozolas quoque et Epicnemidios cultum fuisse, religione ab Opuntiis tracta, quorum civitatem *μητρόπολιν* Locrorum extitisse p. 336. vidimus. Duplicem Græcorum narrationem conciliare si cui animus fuerit, is Epizephyrios ab Ozolis quidem conditos (Strabo L. VI. c. 1), sed coloniæ deducendæ auctorem sociosque dedisse Opuntem statuet, coll. iis, quæ de Epidamniis narrat Thucyd. I, 24. Alia v. apud Heynium l. c. p. 46 sq. Müllerumque l. cit. p. 227 sq.

4) Exprimitur tertium comparationis, quod h. l. tacetur, Isthm. IV, 77: *Τάλμᾳ γὰρ εἰκὰς θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θηρῶν λεόντων ἐν πόνῳ, μῆτιν δ' ἀλώπηξ.*

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ ΙΑ (Γ)

ΑΓΗΣΙΔΑΜΩΙ ΛΟΚΡΩΙ ΕΠΙΖΕΦΥΡΙΩΙ

ΠΥΚΤΗΙ.

V. 1—20.

Carmen promissum diu oblitus notatusque a quibusdam, mitto Agesidamo et Locris omni laude dignis.

Τὸν Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ μοι Ἀρχεστράτου παῖδα, πόθι φρενὸς ἐμᾶς γέγραπται. Attractio emphatica. Construe cum scholl.: *Ἀνάγνωτε μοι, πόθι φρενὸς ἐμᾶς γέγραπται ὃ Ὀλυμπιονίκας Ἀρχεστράτου παῖς.* Ad quem fiat allocutio, ambiguum. Schol. rec. v. 1: *Φασὶ δέ τινες, ὅτι πρὸς τὰς Μούσας πάσας ποιεῖται τὸν λόγον· ἐγὼ δέ φημι πρὸς τὴν Μοῦσαν καὶ τὴν Ἀλήθειαν, εἰ καὶ ὕστερον ταύτας ἐπιβοᾶται.* Melius puto Böckhius non hunc vel illum compellari statuit, sed audientium vel legentium quemque. — *πόθι φρενός.* De hoc genitivo v. Viger. p. 369. Deinde in locum, cui inscriptum fuerit carmen, inepte inquirunt scholiastæ. Talia ex sensu communi explicanda, qui animi partes et facultates minus distinguit. — *γέγραπται.* Animus multis scriptoribus pro tabula fuit. Aesch. Choeph. v. 441.

441: *Τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶν Γράφου.* Eumen. v. 269: *Μέγας γὰρ Ἅιδης ἐστὶν εὔθυνος βροτῶν Ἔνερθεν χθονός, Δελτογράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπᾷ φρενί.* Ubi confer. Schütz. Comment. p. 183. Eurip. Hec. v. 584: *Πάθος Οὐκ ἂν δυναίμην ἐξαλείψασθαι φρενός.* Auctor dialogi apud Schneiderum Opp. Theophr. T. I. p. XXV (monente editore Lips. Prom. Blomf. p. 55): *Καὶ ἔγωγε μνήμοσι δέλτοις φρενῶν ταῦτ' ἐγγράψομαι.* Adde Böckh. ad nostr. locum et Blomfield. ad Aesch. Prom. v. 814. p. 142. Lips. — *ὀφείλων.* Promissum a se dicit *debitum*, ut Pyth. VIII, 45. — *ἐπιλέλαθ'*. Exspectabas perf. passivi, vel. aor. med. — Musam deinde invocat ob carmen, Veritatem ob ejusdem pollicitationem. — *θυγάτηρ Ἀλάθεια Διός.* Schol. vet. v. 5: *Ἐπὶ τούτῳ πρέπει ἀληθεύειν*, coll. Il. I, 526. An ob ludos Olympicos Jovi sacros? An propter ejusdem apud Locros Epizephyrios præcipuum honorem? coll. v. 96. — Ad ultimam sententiam bene confert Böckhius fragm. inc. XXIII (Heyne T. III. p. 91. Böckh. T. III. p. 666). — *ὀρθᾷ χερί. Recta, elata manu.* Schol. v. 5. est *δικαίᾳ*. Præstat significatio propria, coll. indd. pindaricis. Defendendus enim (*ἐρύκετον*) poeta ab impetu hostili. — *ψευδέων ἐνιπὰν ἀλιτόξενον.* Schol. vet. v. 5: *Ἀποκωλύσατε καὶ ἀπείρξατε ἀπ' ἐμοῦ τὴν ἐπίπληξιν καὶ τὴν ἐπιτίμησιν, ἣν ἄν τις εἰς ἐμὲ ποιήσαιτο, ὡς εἰς τὸν ξένον μου καὶ φίλον ἡμαρτηκότα, ὅτι ἐψευσάμην καὶ ἐβράδυνα πληρῶσαι τὸν ὕμνον.* — *ἔκαθεν γὰρ ἐπελθὼν ὁ μέλλων χρόνος.* *Procul veniens* (*longum*, coll. schol. vet. v. 9) *futurum tempus*. Schol. vet. v. 9: *Ὁ προσδοκώμενος μετὰ τὴν ὑπόσχεσιν ἔσεσθαι, καθ' ὃν ἀποδίδωσι τὸν ἐπινίκιον ὁ μελλητικός.* Ad *ἐπελθὼν* cfr. Anthol.

Palat. XI, CLXVIII, 1 (Antiphanes): *Ὁ δὲ χρόνος, ὡς τόχον, οὕτω Καὶ πολιὸν τίκτει γῆρας ἐπερχόμενος.* — *καταίσχυνε.* Scholl.: *Ἤλεγξεν, ἐπονείδιστον ἔδειξεν, αἰσχύνης ἀξίαν μηνύει μου τὴν ὑπόσχεσιν.* — *βαθὺ χρέος. Magnum debitum.* Velut illud Nostratium: Tiefverschuldet. Schol. vet. v. 9: *Βαθὺ αὐτὸ καὶ πολὺ ποιήσει χρέος καὶ αὐξηθησόμενον τόκοις.* Vet. v. 11: *Τὸν ὕμνον λέγει*, sc. ejus promissionem. De v. *βαθὺς* v. ad Olymp. XIII, β7. — In seqq. ordo est: *Ὅμως δὲ ὁ τόκος δυνατός, λῦσαι ἐπιμομφὰν ὀξεῖαν ἀνδρῶν.* Ad ultima cf. Pyth. I, 160: *Μῶμος ἀνθρώπων.* Non aliter construunt scholl. v. 5. 11., Bothius Böckhiusque. Sunt igitur *ἄνδρες vituperatores*, Thierschio *vituperati*, ut pendeat *ἀνδρῶν* a *λῦσαι.* Hermannus extra necessitatem legit *τόκος ὀνάτωρ.* Deinde *ἐπιμ. λύειν* dicitur velut *ἄλγος λύειν* Eurip. Med. v. 1352., ubi vid. Pors. p. 118. edit. Lips. III. et Elmsl. p. 312. Lips. Alibi habes *λύειν ἐκ*, vel cum simplici genitivo, coll. Olymp. IV, 35. Pyth. III, 89. Isthm. VIII, 13. Quod vero nostro loco tacetur, id expressum vides Fragm. inc. XXV, 2 (Heyne T. III. p. 92. Böckh. T. III. p. 630): *Λύοντι τὸ τῶν δυσφόρων σχέτλιον καὶ μεριμνῶν.* — *ὁ τόχος.* Schol. rec. v. 5: *Ὁ ὕμνος ὁ ἐπὶ τῷ ὀφειλομένῳ ὕμνῳ προστεθησόμενος.* Immo major et magnificentior promisso hymnus. — *νῦν ὅπα* etc. Sententiosa ante dicta tropice repetit explicatque, omissa jungendi particula. Sed in *νῦν ὅπα* etiamnunc ambigi video. Apponam Hermanni egregiam notam (coll. eodem ad Vig. p. 919), quam non satis ponderasse Böckhius videtur. „Nullo modo de interrogatione cogitari potest. Non intellexerunt interpretes loquutionem satis usitatam, *νῦν ὅτε, νῦν ὅπᾳ*, i. e. *νῦν*

ἐστιν, ὅτε, vel ὅπα. Aeschylus Sept. ad Theb. 711 [681. Well.]: *Νῦν ὅτε σοι παρέστακεν.* Suppl. 638 [625. Well.]: *Νῦν ὅτε καὶ θεοὶ διογενεῖς κλύοιτ' εὐχταία γένει χεούσας.* Soph. Ai. 802: *Καθ' ἡμέραν τὴν νῦν ὅτ' αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει.* [1]) Simile est illud Horatii: *Est ut viro vir latius ordinet arbusta sulcis.*" Loci pindarici formulam alibi quidem non conspexi. Sed facit locorum Aeschyleorum Horatianique similitudo, ut eodem inclinem, relicta una alterave interpretationum ab aliis prolatarum. Böckhius: „Nunc calculum volutatum *quo* unda provolvet fluens? et *quo pacto* communem sermonem jucundam persolvemus in gratiam?" Ita ὅπα duplici sensu sumitur; deinde non est particula directa, sed indirecta, velut v. 67: *Τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν πόρσω κατέφρασεν, ὅπα τὰν πολέμοιο δόσιν ἀχρόθινα διελὼν ἔθνε.* [2]) Nec favet Böckhio locus Euripideus Hec. v. 1032: *Πᾶ βῶ, πᾶ στῶ, πᾶ κέλσω*; Est ibi πᾶ modo *ubi*, modo *quorsum*. Tenetur igitur *eadem* (loci) notio. Bothius: „Jedoch vernichten mag ja der Zins Sterblicher gestreng richtende Verdammung, wo jezt den gerolleten Stein das hinströmende Gewog waschen soll, und wo gemeinsames Lied, Dank des Freundes, gezollt wird." Huic sententiarum conjunctioni per se parum perspicuæ adversatur locus, quo *νῦν* po

---

1) Locum Sophocleum bene ita distinguunt: *T. Οἵ μοι τάλαινα, τοῦ ποθ' ἀνθρώπου μαθών; A. Τοῦ Θεστορείου μάντεως, καθ' ἡμέραν τὴν νῦν, ὅτ' αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει.* Ubi conf. scholl. et interprr. Vides, alius generis locum Soph. esse.

2) Qui ὅπα idem esse volunt, quod ὅπως (*ut*), omisso σκοπεῖν δεῖ, iis favebit decretum Cnossiorum apud Chishull. 121., referente Schneidero L. gr. v. ὅπη.

situm est. His præmissis erit sensus: *Redditum cum usura æs alienum obturare valet vituperantium ora. Quod nunc in me cadit. Habeo enim, quomodo lapidem undâ provolvam, habeo, quomodo urbem caram prædicem. Nimirum præstabo plura promissis.* — *ψᾶφον ἑλισσομέναν.* Hunc lapidem ex antecedentibus cognosces. Est *ἐπιμομφὰ ἀνδρῶν*, coll. *lapide invidiæ* Olymp. VIII, 73. p. 310. Bene schol. vet. 13: *Τὴν κυλιομένην καὶ ἐπιφερομένην μοι μέμψιν ἐκκλύσω καθάπερ ψῆφον.* Idem habent rell. Græci. Nec aliter Thierschius. Secundum Böckhium „materia carminis jam mota et incepta comparatur lapidi undis volutato, et carmen eam exponens vel poesis undis ipsis," aliud suadente contextu. — *κῦμα.* Schol. vet. v. 13: *Τῶν ὕμνων.* Ibidem: *Ὡς γὰρ ψῆφον ἐπ' αἰγιαλὸν κυλινδουμένην ἐκβρασσόμενον τὸ κῦμα καταχαλύζει* etc. Isthm. V, 65. gloriationem *καταβρέχειν* [i. e. *καταχαλύπτειν*, coll. schol.] debet silentium. Vox autem s. hymnus cum fluctu comparatur ut Pyth. V, 132 sqq. Hes. theog. v. 97: *Ῥέει αὐδή.* Scut. Herc. v. 396: *Χέει αὐδήν.* Hom. hymn. XIX, 18: *Χέει ἀοιδήν.* Aesch. Suppl. supra cit. p. 387. Lycophr. v. 5: *Χέασα βοήν.* Anthol. Palat. VII, CCI, 2 (Pamphilus): *Ἐκπροχέεις ἰαχάν.* IX, CCCLXIV, 2 (Nestor Larandæus): *Ἑλικωνίδος ὄμβρον ἀοιδῆς.* DCLXI, 5. 6 (Julianus Aegypt.): *Κρατεροῦ κρατεροῖς ὑπὸ μύθοις Ἄρδομαι, εὐμούσοις χεύμασι τηλεθάον.* Nonn. Dionys. XLI, 375: *Χεύματα μολπῆς.* XLII, 197. XLIII, 69. XLV, 331: *Χέων ἠχώ.* XLII, 215: *Χέε φωνήν.* 487: *Χέων ἀνεμώδεα φωνήν.* XLIII, 18: *Μύχημα χέων.* 273: *Προχέων ἀπειλήν.* XLIV, 132: *Προχέων κόμπον ἀπειλῆς.* Idem Conv. Evang. Joh. V, 17. 62. VII, 143. X, 111: *Χέων φωνήν.* VI, 23. XX,

70: *Χέων ἰωήν.* VI, 233: *Μύθων ῥόος.* VIII, 1: *Χέων αὐδήν.* 10: *Γλώσσης ὄμβρον.* 44: *Ἄφρονα χέων ῥόον.* 48: *Μῦθον χέων.* 104. XII, 152: *Χέων ὀμφήν.* 1142: *Χέων ἔπε᾽.* X, 74: *Χεύματα μύθων.* XII, 4: *Χέων ἠχώ.* 184: *Χεύματα μύθων.* 189: *Χεύματα φωνῆς.* XIII, 36: *Χέων ἀπειλήν.* XV, 27: *Ῥόος αὐδῆς.* — *κοινὸν λόγον. Sermonem communem.* Locutus antea de carmine *victori* debito, nunc eos significat, ad quos decoris illius pars redundare credebatur, amicos, cognatos, populares. Hunc esse vocum sensum, excluso victore, quem antea laudavit, persuadet sequens de *Locrorum civitate* oratio, quam cum antecedentibus jungit *γάρ.* Recte igitur schol. vet. v. 13: *Τὸν κοινὸν τοῦ παντὸς γένους καὶ πάσης τῆς πόλεως ἔπαινον.* Olymp. VII, 38. *ξυνὸς λόγος* victorem quoque comprehendit. Rursum aliud est *κοινὸν ἔπος* Pyth. III, 3., quem locum nostro alii, renitente licet contextu, cum scholl. v. 15. applicabunt, ut sit *κ. λ. id, quod omnes dicunt,* coll. *λεγόμενον* Pyth. V, 145. Aristarchus (scholl. v. 15) *κοινὸν λόγον* dixit *τὸν ὕμνον, οὗ πολλοὶ ἐπιθυμοῦσι.* — *φίλαν ἐς χάριν. Jucundam in gratiam.* *Φιλουμένην* schol. rec. v. 13. Reliquis scholl. *φίλην* abundare videtur, ut sit (epice) pro simplici *χάριν,* coll. Olymp. I, 121: *Ἐς χάριν τέλλεται.* Sensum explanat schol. vet. v. 13: *Προσφιλῶς καὶ κεχαρισμένως.* — *γάρ.* Schol. rec. v. 13: *Ἔχομεν δὲ δηλονότι εὐπορίαν λόγων· νέμει γὰρ* etc. — *Ἀτρέκεια* h. l. est stabilitas legum apud Locros, quas tractavit Heyn. opusc. T. II. p. 12. sq. coll. Müller. Geschichten etc. T. II. p. 227. 404 sq. Oriebatur illa stabilitas e forma civitatis aristocratica. Aliis est *ἀτρ. legum justitia et æquitas,* quod etymo vocis vix convenit, de quo v. Schnei-

der. L. gr. v. *ἀτρεκής*, et quos citat Böckh. Explicc. p. 199. Nostram vocis interpretationem tuetur ipse Pindarus. Nem. V, 31: *Ἀλάθει' ἀτρεκής*, veritas *firma, inconcussa*. Fragm. inc. IV (Heyne T. III. p. 82. Böckh. T. III. p. 670. 71): *Ἀτρέκειαν εἰπεῖν, affirmare*. Hinc Olymp. III, 21. *Ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας, firmus* judex, *qui a vero dejici non possit*. Laudantur igitur isti Dorienses (Müller. l. c. p. 228) ob antiquarum legum amorem, ut alii Dorienses Pyth. I, 121. — *Καλλιόπα*. De poesi Locrorum v. Böckh. Explicc. ad Olymp. X. fin. p. 197. Mülleri Geschichten etc. T. III. p. 321. 394. Eos ut Dorienses maxime ad lyricam inclinasse, verisimile est, quam Mülleri quoque sententiam esse video, Geschichten etc. T. III. p. 371—78. Deinde Calliopa, quam cordi Locris fuisse P. dicit, præcipue poesin militarem spectabit, cum ob insequentem *aheneum Martem*, tum ob ingenium Doriensium, quod admodum bellicosum fuisse constat, coll. Müllero l. cit. T. III. p. 231 sqq. 404. Locrorum igitur Epizephyriorum poetas lyricos maxime civitatis suæ laudes bellicas persecutos, mihi probabile est. An vero ad ævum Græciæ mythicum quoque assurrexerunt? Quod fecisse scimus alium istarum regionum Doriensium poetam, Stesichorum, Himeræ siculæ (Müll. l. cit. T. II. p. 117) lyricum celeberrimum, coll. fragmentis ejus ex ed. Suchfortii. Aliud visum schol. rec. v. 17. et gloss. v. 18. — *χάλκεος Ἄρης*. Pyth. IV, 155: *Χαλκάρματος πόσις Ἀφροδίτας*. Isthm. VII, 35: *Χάλκασπις Ἄρης*. — Denique notandum, triplicem Epizephyriorum laudem vix aliud esse, quam Dorismi ipsius encomium, de quo egregie disseruit Müllerus libro sæpe citato. —

Τράπε δὲ Κυκνεία μάχα καὶ ὑπέρβιον Ἡρακλέα. De loco pugnæ videatur Müllerus Geschichten etc. T. II. p. 205. Narraverat Stesichorus in Cycno, fugatum primum a Cycno Herculem, adversans in his Hesiodo. Pindarus poetam Himeræum sequi videtur, coll. Müll. l. c. T. III. p. 480. Scholiastæ deinde Herculem ideo memoratum volunt, quod Agesidamus quoque adversario primum pæne succubuerit, deinde aliptæ sui adhortationibus incensus victor extiterit, nemine recentiorum obloquente. Talia aliptis licuisse, vix concedam, Græcorumque interpretationem solo Pindari loco niti putaverim, qui antecedentia spectare poterit. *Clarent Epizephyrii studio bellico, quamquam non semper prospero eventu ornati, ut Hercules cum Cycno conflictatus, quem tamen deinde devicit.* Vide enim, ne ante hunc hymnum cantatum cladem aliquam acceperint Epizephyrii, licet brevi post resarcitam? Tuetur hanc suspicionem historia civitatis, coll. Heynio Opusc. T. II. p. 56: „Bellum iis intulerat Anaxilaus, tyrannus Rheginus, eosque internecione delevisset, nisi Hiero minis eum deterruisset. Factum hoc Ol. LXXVI, 1., quo anno tyrannus obiit." Non adversantur his scholiastarum ad Olymp. X numeri, qui in definiendo victoriæ tempore inter Ol. LXXIV et LXXVI ambigunt; Pindarus vero multo post victoriam tempore perfunctum se debito dicit v. 101. More igitur suo, quos laudat, simul adversorum admonet, quæ tamen postea effugerint. His positis sequentia simplicioris interpretationis erunt. Quodsi enim Hercules primum victus ob Agesidami pueri cladem memorabatur, Agesidamus vero aliptæ artibus victoriam pæne ereptam recuperasse dicebatur, tum ea debebat afferri, quæ Herculi victoriam restituebat.

Schol. vet. v. 20: *Ἡρακλέα τραπέντα ἀνέῤῥωσεν ἡ Ἀθηνᾶ.* Pro ea autem Achilles laudatur, cum aliptā comparatus. Denique sequens de Agesidamo locus ipse per se eam speciem habet, ut antecedentia aegerrime de Agesidamo intelligi possint. — *ὑπέρβιον Ἡρακλέα.* *Superbum, ingentem Herculem.* Cfr. v. 35: *Αὐγέαν ὑπέρβιον.* Hes. theog. v. 139. Orph. fragm. VIII, 47: *Ὑπέρβιον ἦτορ.* Apoll. Rhod. II, 1118: *Μοσσύνοικοι ὑπέρβιοι.* Oppian. Hal. III, 316: *Ὑπέρβιοι ἀνέρες ἁλκήν.* Cyneg. II, 491: *Ὑπέρβια τεύχεα.* Q. Smyrn. VIII, 253: *Ὑπέρβιον χῆρ.* Adde Schneiderum L. gr. v. *ὑπέρβιος.*

V. 20—27.

Hortatur Agesidamum ad grates aliptæ agendas. *πύκτας δ' ἐν Ὀλυμπιάδι νικῶν Ἴλᾳ φερέτω χάριν Ἀγησίδαμος, ὡς Ἀχιλεῖ Πάτροκλος.* Rejecta antecedentium interpretatione vulgari, multo facilior emergit h. loci sensus. Jam enim non quærimus de singulari quadam pugna, cui interfuisse Achillem Patroclumque alii voluerunt.[3]) Patroclus ab Achille in pugnæ (vitæque) consortium adscitus (Olymp. IX, 107—119.

3) Quo minus de Hom. Il. XVI, 31. cum Graecis cogites, ea obstant, quae acute monuit Böckhius. Idem vero cum aliis interprr. pugnam adversus Telephum commissam eligit (Olymp. IX, 107 sqq.). Neque hoc probaverim. Uter enim heroum alterum pugnantem adjuverit, Achilles Patroclum, an Patroclus Achillem, de eo tacere historiam video. Ego haud novi nisi *utrumque* Telepho fortiter resistentem, coll. scholl. Olymp. IX. Patroclum vero *post istam pugnam* Achillis consortio dignatum, Noster Olymp. IX. disertis verbis testatur.

pag. 337) virtute sua, quam ab isto inde belli initio exserebat, Achilli magistro amicoque non aliter grates agebat, atque Agesidamus Locrus Ilæ aliptæ. Nam discipulatum quodammodo Achillis consortium amicitiamque Patroclo fuisse, hoc carmen coll. Olymp. IX. atque historia utriusque homerica satis mihi persuadet. *Euaserat itaque Agesidamus per Ilam bonus pugil, velut Patroclus per Achillem bonus bellator.* Id solum spectat gratiarum actionis injunctum Agesidamo officium. Deinde quam aptum fuerit, Patrocli exemplum afferre, docte ostendit Böckhius Explicc. p. 200. — *θήξας δέ κε φύντ' ἀρετᾷ ποτὶ πελώριον ὥρμασε κλέος ἀνὴρ θεοῦ σὺν παλάμᾳ.* Construe: *Ἀνὴρ δὲ θήξας κε φύντ' ἀρετᾷ ὥρμασε (αὐτὸν) σὺν π. θ. π. πελ. κλέος.* In his δὲ est *γάρ.* Antecedentia enim sententiose demonstrantur. *Magistris autem revera grates agendæ sunt.* *Namque* etc. Qui deinde particulam κε cum ὥρμασε jungendam putant, indicativum aor. in optativum mutant. Sed κε est participiorum θήξας et φύντ', quorum priori commode junges. Deinde apud Nostrum κε et κεν (coll. Damm.) vix differrent ab ἄν, ut apud alios, coll. de κὲν Viger. p. 436. 903. 923. [4]) Jam „aoristorum participia cum ἄν conjuncta non possunt non præteriti significationem habere," Herm. ad Vig. p. 814. Ita vertes: *Qui acuerit*, i. e. *excoluerit.* Cognatum latinorum *acuere*, coll. Lexicis et interprr. Pyth. I, 167. Scholl. v. 19. 23: *Παροξύνας, παροξύνας, παραχινήσας.* — *ἀρετᾷ*, i. e. *πρὸς ἀρετάν*, coll. schol. vet. v. 23. *Natum virtuti laudique inde proficiscenti.* — *ὥρμασε.* *Compellit*, ut Olymp. III, 45. Aoristus so-

4) Ahlw. κε mutat in τε extra necessitatem.

lendi apud Græcos sententiosus, coll. v. 26. Olymp. VII, 56. etc. Deinde si schol. vet. v. 23. habet *ὁρμῆσαι ποιήσειν ἄν*, id solum mihi aoristi interpretamentum est, eodemque refero codd. quorundam (Böckh. nott. critt. p. 410) optativum. — *θεοῦ σὺν πάλάμᾳ. Si quidem Deus bonum eventum præstiterit.* Cfr. Olymp. IX, 38. — *ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες, ἔργων πρὸ πάντων βιότῳ φάος.* Qui *ἔργον* legunt, de certamine cogitant, coll. Olymp. IX, 127. Sed concede, nullo vel parvo labore vicisse quosdam (coll. scholl. v. 26): multo tamen labore ad certamen præparati sunt. Hinc alibi multus est Noster de certaminis ærumna, coll. Ol. V, 34. p. 179. Quare tenendum *ἔργων* librorum bonorum. Est autem *ἔργων πρὸ πάντων* idem, quod simplex *πρὸ πάντων*. Jam *χάρμα* aut erit simpliciter *lætitia*, qua absente vitam humanam quasi obscuram esse per se patet. Convenientius vero loco, quo positas vides has sententias, lætitia erit de bono eventu, s. is ipse, habebisque sententiam alibi repetitam, inprimis Pyth. I, 191: *Τὸ δὲ παθεῖν εὖ πρῶτον ἄθλον.* De *paucis* illis, *qui sine labore lætitia potiuntur*, ita Böckhius: „Illi videntur esse, quos natura ita instruxit, ut maxima quæque sine labore et quasi ludibundi peragant: quibus sane beneficium configit ipsis præclaris facinoribus majus, quæ non sine labore solent perfici: nam maxima sine labore consequuntur, prorsus ut dii summam felicitatem ipsis magnis facinoribus majorem consecuti sunt." Ingenioso Viri egregii interpretamento vix indiget loci simplicitas, qui non agere videtur de hominibus quibusdam naturæ dotes plane singulares nactis, sed de ea rerum humanarum conditione, quæ optima quæque et præclarissima rarissime

potestatis nostræ facit nullo labore impenso. Est enim nostrum genus *πολύπονον* Nem. I, 49. coll. iis, quæ ad eundem locum observabimus. Gloriam autem victorialem non sine labore acquiri, trita Pindari sententia est, coll. quoque Olymp. X, 4 sq. p. 375. Hinc erit utriusque sententiæ is sensus contextusque: *Gratibus tuis, Agesidame, dignissimus est Ilas alipta. Namque natum licet factumque ad virtutis decus egregie te instruxit, gloriæque tuæ fundamenta posuit, sine quibus incassum fuisset honorem appetere. Neque enim athletica laus e bonorum per se rarorum numero est, quæ nulla virium contentione parantur. Indiget illa sudore, indiget disciplinâ.*

V. 28—42.

Relicto encomii ordine aggreditur P. certaminis olympici laudes, quod post Eurytum et Cteatum cæsos, urbemque Augiæ vastatam et ipsum regem obtruncatum Hercules condidit. *ἀγῶνα δ' ἐξαίρετον ἀεῖσαι Θέμιτες ὧρσαν Διός.* Vocem *Θέμιτες* Græcorum alii jungunt cum *Διός*, alii absolute sumunt. Tum erunt *Θ.* idem quod *δικαιοσύνη*, „*ἐπεὶ μετὰ δικαιοσύνης ἀγωνίζονται*," ut ait schol. vet. v. 28., coll. eod. schol. ibidem. Deinde junges *ἀγῶνα Διός*. Sed facit ordo verborum, ut cum reliquis Græcorum jungam *Θ. Διός*. Jam velut Olymp. VIII, 28. Themis Jovi assidet, ita h. l. *Θέμιτες* sunt ipsius Jovis. Sensum autem varie tentari video. Schol. rec. v. 28: *Τοῦ Διὸς δὲ λέγει αὐτάς, ἐπειδὴ βασιλέα πάντων αὐτὸν ἐνόμιζε, βασιλέως δὲ τὸ νομοθετεῖν.* Ita erunt *Θ. Δ.* idem quod *αἱ κατὰ νόμους*

συνήθειαι, coll. scholl. iisdem. Alii causam magis singularem indagarunt. Schol. vet. v. 28: *Ὁ κατὰ θεσμὸν τῆς πενταετηρίδος πληρωθεὶς χρόνος.* Ita conferes Olymp. IV, 1 sqq. Böckhius cum schol. modo apposito „*Aequitas*, ait, *quae a Jove est, ut omnia jura et inprimis mores et institutà Olympica, postulat, ut canam Ol. certamen; s. aequum est, a me nunc Olympia celebrari*; imperat hoc *ἐγχώμιος τρόπος* si non in quovis victore, certe in uno et altero, in quo id potissimum commodum videatur; atque ita simul victor celebratur, quem canendum ex antiquo more esse notat poeta v. 79 [94. 95] sqq., cum hoc principio connectens finem, et deinde ulterius pergens." Ego quoque in poeta plerumque vel in specialibus generalia sectante velim simpliciter atque indistincte de iis cogitare, *quae imperat legis et consuetudinis norma*, quod pluralis quoque indefinitus *θέμιτες* suadere videtur. Jungit deinde Jovem eodem consilio generali. Aliis causa reconditior subesse videbitur, cum multum sit carmen in Jove memorando, primum carminis initio, ubi est veritas *Jovis* filia (v. 5); deinde in parte hymni historica, quae Herculem narrat *Jovi* certamen Olympicum condidisse (v. 52 sqq.). Finita autem epopoïa *Jovis* fulmen canendum dicit. Denique v. 116. sunt Pierides *Jovis* filiae. Ea dicta suspicaberis in Epizephyriorum gratiam, apud quos praecipuus Jovis honor.— *ὤρσαν.* Hortantur h. l. poetam *θέμιτες*, quum eundem Nem. IV, 53 sqq. *τεθμὸς* a carmine continuando revocet. Deinde Nem. X, 52. *Ἀδράστειος νόμος* institutum Adr. circa certamen esse videtur, coll. ibidem Dissenio Explicc. p. 467. Paulo latius capiendus *Πανελλάνων νόμος* Isthm. II, 56. — *ἀρχαίῳ σάματι παρ'*

Πέλοπος. Dictum a parte poetæ. Pelopium enim ipse Hercules Amphitryonis condidit, *τέταρτος* Pelopis *ἀπόγονος*, teste Paus. V, XIII, 1. Eidemque sacrificavit Hercules, coll. Paus. ibid. — *πέφνε δ' Εὔρυτον.* Repetitio ejusdem verbi ut Olymp. IX, 47 sq. De Cteato Eurytoque Molionidis videndi inprimis Sturz. Pherecyd. p. 178 — 181. ed. II. Creuzer. Mythol. T. II. p. 387 sq. Welcker. in Schwenck. Etymol. mythol. Andeut. p. 306 sqq. — *ὡς Αὐγέαν λάτριον ἀέκοντ' ἐχὼν μισθὸν ὑπέρβιον προάσσοιτο.* De *ὡς* (*ἵνα*, coll. schol. vet. et rec. v. 34) cum optativo conf. Zeunius ad Vigèr. p. 559. not. — *Αὐγέαν* ut *Μαντινέας* v. 84. — *ἀέκοντ' ἐχών.* Lusus poeticus nobis vix imitabilis, qui alterius necessitatem, alterius cupiditatem exprimit. Oppian. Halieut. I, 519 (Turn.): *Αἱ μὲν ἁλευόμεναι τρηχὺν γάμον, οἱ δ' ἀέκουσαν Εὐνὴν ἱμείροντες ἑκούσιον*, ubi *ἑκούσιοι* legendum videram ante inspectam Schneideri ed. II., quæ bene habet *ἀεκουσῶν Εὐνῆς ἱμείροντες ἑκούσιοι.* — *ὑπέρβιον.* Alii cum *μισθὸν* jungunt (Schol. rec. v. 28. vet. v. 29: *Τὸν ὑπερβολικῶς πολύν, τὸν πολὺν*). Böckhius: *Superbam mercedem*, utpote *ingentem et superbe postulatam a superbo viro Hercule.* Alii cum *Αὐγέαν.* Schol. rec. v. 34: *Τὸ δὲ ὑπέρβιον πρὸς τὸν Αὐγείαν συναπτέον.* Et hoc præstat, ut ex more epico habeat heros prædicatum suum, velut Hercules ipse v. 20. Voci autem *μισθὸν* sufficiet *λάτριον* (*m. operariam*). Similiter vero P. alibi substantiva et adjectiva dispescit, coll. Olymp. VII, 24—27. p. 242. ibique nott. Bene contextum cædis horum Augiæque expressit schol. vet. v. 29: *Ἵν' εὐαλώτερος αὐτῷ μονωθεὶς ὁ Αὐγείας γένηται.* Erat enim uterque Molionida Augiæ socius, coll. schol.

v. 28. vet. v. 29. — *λόχμαισι δὲ δοκεύσας ὑπὸ Κλεωνᾶν δάμασε χἀχείνους Ἡρακλέης ἐφ' ὁδῷ.* Schol. vet. v. 36: *Ἐπιτηρήσας γὰρ* (coll. rec. v. 36) *αὐτοὺς ἐν τοῖς συνδένδροις τόποις τῶν Κλεωνῶν ἀνεῖλεν ὁ Ἡρακλῆς.* Rec. ibidem: *Ἐν συνδένδροις γὰρ τόποις ὑποκάτω τῶν Κλεωνῶν.* Strabo VIII, 6: *Κλεωναὶ δ' εἰσὶ πόλισμα ἐπὶ τῇ ὁδῷ κείμενον τῇ ἐξ Ἄργους εἰς Κόρινθον ἐπὶ λόφου περιοικουμένου πανταχόθεν καὶ τετειχισμένου καλῶς· ὥστ' οἰκείως εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ τὸ ἐϋκτιμένας Κλεωνάς* [Il. II, 570]. Falsum itaque, quod habet Thierschius: „Wo Kleonæ tief lieget.“ Est enim *ἐπὶ λόφου* (coll. Paus. VII, xxvi, 7.) nostratium illud: An einer Höhe aufwärts. — *χἀχείνους.* Böckhius: „Hos quoque quamvis validos, ut alios plurimos et in his Augiam.“ Sed vide, ne simplicius ad verbum *δάμασε* referatur (coll. Olymp. III, 55)? Tum erit vix aliud, quam particula historica. Alius respiciet particulam *καὶ* v. 42 (*καὶ μὰν ξ. Ἐ. β.*). — *ἐφ' ὁδῷ.* Paus. II, 15, 1: *Ἐν Κλεωναῖς δὲ τοῦτό ἐστι τὸ ἱερὸν καὶ μνῆμα Εὐρύτου καὶ Κτεάτου. θεωροὺς γὰρ ἐξ Ἤλιδος ἐς τὸν ἀγῶνα ἰόντας τῶν Ἰσθμίων αὐτοὺς ἐνταῦθα Ἡρακλῆς κατετόξευσεν, ἔγκλημα ποιούμενος, ὅτι οἱ πρὸς Αὐγείαν πολεμοῦντι ἀντετάχθησαν.* Adde Müllerum l. c. T. III. p. 433. — *Τιρύνθιον στρατόν.* Schol. vet. v. 39: *Τιρύνθιον ἀντὶ τοῦ Ἀργεῖον.* Quidni vero proprie sumitur denominatio? Ex ista enim urbe aliud quoque bellum Hercules suscepit, coll. Isthm. IV, 39 sqq. Heraclidam vero Tlepolemum ibidem vidimus Olymp. VII, 53 sq. 142 sq. — *ἔπερσαν.* Graviorem ignominiam tacente Nostro addit schol. vet. v. 39: *Ὅτι δὲ ἐν τῷ*

πρὸς Αὐγείαν πολέμῳ ὁ Ἡρακλῆς ὑπὸ τῶν Μολιονιδῶν ἁλοὺς ἔφυγε, διὸ μηνίσας αὐτοῖς τὸν περὶ Κλεωνὰς συνεστήσατο λόχον, φησὶ Μνασέας ὁ Πατρεύς. — *ἥμενον.* Agnoscunt hanc lectionem scholl. v. 36: *Καθεζόμενον, καθήμενον.* Pro plurali (s. duali) sunt scholia rec. v. 28: *Λοχήσαντες.* Convenientius puto genio narrationis, posteriorem lectionem eligere. Idem video aliis placere. Alii *ἥμενον* vario sensu eligent, coll. *ἵζοισαν* v. 46., atque illo Latinorum Liv. XXXV, 11: *Ipsas fauces exercitus Ligurum insedit.* — *μυχοῖς Ἄλιδος.* In montium puto angustiis, quæ Arcadiam Eleamque distinguebant. Ipsa autem Elea maximam partem est *κοίλη*, coll. Strabone VIII, 3. — *Μολίονες ὑπερφίαλοι.* Schol. v. 36. Gloss. v. 42: *Ὑπερβολικῶς ὑπερήφανοι, ἄδικοι.* Pyth. II, 79: *Γόνον ὑπερφίαλον.* IV, 198: *Ὑπερφιάλου ἀγεμόνος ὕβριν.* Pro *ὑπερφυὴς* Schneidero Lex. gr. v. *ὑπερφίαλος* esse videtur fragm. Epin. V (Heyne T. III. p. 17. Böckh. T. III. p. 618). Oppian. Hal. III, 332: *Ὑπερφίαλον σθένος.* V, 13: *Θῆρας ὑπερφιάλους.* Cyneg. II, 455: *Θυμὸς ὑπερφίαλος καὶ ἀπηνής.* Anthol. Palat. V, CCXLIX, 2 (Irenæus Referendarius): *Τὸν ὑπερφίαλον κόμπον ἀπωσαμένη.* VII, DCLXXXIV, 2 (Palladas Alexandr.): *Κόμπον ὑπερφίαλον.* Q. Smyrn. V, 454: *Βροτοῖσιν ὑπερφιάλοισι.* Adde Schneid. L. g. v. *ὑπερφίαλος* et Jacobs. ind. Anthol. Gr. Lips. T. XIII. p. 472.

V. 42—50.

Occisus est Augias brevi post utrumque socium interemtum. *καὶ μάν. Et vero, et sane,* coll. Vig. p. 528. et Herm. ibid. p. 839 sq. V. quoque Pyth. VI, 6.

Nem. II, 19. Significare particula videtur progressionem ad primarium Herculis adversarium Augiam. — *ξεναπάτας.* Scholl. v. 42: *Διὰ τὴν τοῦ μισθοῦ ἀγνωμοσύνην αὐτοῦ.* — *πατρίδα πολυκτέανον.* Schol. rec. v. 42: *Πολυθρέμονα.* Maxima saltem Augiæ opum pars regibus constitit. Alii vocis sensum cum alterius Molionidæ (Cteati i. e. *locupletis*, coll. Welck. p. 309) nomine conferent, quamquam equidem, si Cteati et Euryti nomina ad etymologiæ normam redigere fas est, *Cteatum* pro *multitudine gregum* (*πολυθρέμμονι*, coll. schol. modo allato), *Eurytum* de Elidis *irrigatione*, i. e. agricultura lætissima ejusdem regionis sumserim. Itaque uterque heros pro variis Augiæ (Epeorum) opibus e pascuis et agricultura profectis valebit. Eam mythi interpretationem copiosius persequi, alius disquisitionis esse videtur. — *ὑπὸ στερεῷ πυρὶ πλαγαῖς τε σιδάρου.* Illud ædificiorum destructionem, hoc stragem hominum spectare patet. Scholl. vet. v. 45. utrumque de urbis eversione capiunt. — *ἐὰν πόλιν.* Est vocum remotarum *πατρ. πολυκτ.* appositio amplificatoria. Urbis nomen varie traditur. Schol. vet. v. 46: *Τὴν πόλιν δὲ καλεῖσθαί φασι Φύκτεον* (all. *Φυκτέαν*). Hecatæus Strabonis (VIII, 3) dicit *Ἦλιν.* An fuit Pisa? coll. v. 51. — *νεῖκος δὲ κρεσσόνων ἀποθέσθ' ἄπορον.* Schol. rec. v. 47: *Ἐκφυγεῖν ἐπιτιθεμένην καὶ βλάπτουσαν· ἡ ἀπόθεσις γὰρ ἐπὶ βάρους λέγεται.* Sententia vero antecedentia et sequentia jungit. Böckhius non sine ratione Agesidami dictum putat, quem et ipsum adversarius demovere non potuerat, etsi (ut Hercules Molionidis et Augiæ) Agesidamus primum cesserat. — *κἀκεῖνος.* *Similiter Augias quoque.* — *ἀντάσαις.* Scholl. v. 48. 49. *Ἡρακλεῖ* supplent, ut sit *ἀ.*

pro

pro *περιτυχών*. Poteris quoque *ἁλώσιος ἀντάσαις* (*captaram nactus, captus*) jungere, coll. Schneid. L. gr. v. *ἀντιάω*, sect. 3. Similiter *ἐπιχύρω* cum calamitate jungitur Pyth. X, 32. Græci deinde *ὕστατος ἁλώσιος* jungunt, i. e. *Μετὰ τὸ ἁλῶναι τὴν πόλιν ἀπώλετο διὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀβουλίαν* (schol. vet. v. 48). Alii jungent *ἀβουλίᾳ ἁλώσιος* (*desperans ob captam urbem*). Ego præferam *ἁλώσιος ἀντάσαις*. Neque tamen cum Rom. comma posuerim post *ἀβουλίᾳ*, quæ est totius sententiae, non partis. Hinc post *ἀντ.* quoque comma delendum. Denique *ὕστατος* tempus spectabit vel post captam urbem, vel post cæsos Cteatum Eurytumque, coll. *ὄπιθεν οὐ πολλὸν* v. 43. 44. Augias igitur, stolide (*ἀβουλίᾳ*) congressus cum validiore (*νεῖκος — ἄπορον*), capitur supplicioque afficitur. Contextum cum *sententia* præmissa neglexit Hermannus vertendo: „Quum inopia consilii sero pugnæ se immiscuisset, periit.“ Similiter Böckhius.

V. 51—71.

Devicto Augia Hercules ibidem certaminibus postero tempore habendis locum destinavit. *Ἐν Πίσᾳ* velim ambiguum esse inter *ἔλσας* et *σταθμᾶτο*. De *ἔλσας* v. Matth. Gr. gr. mai. p. 320. not. Scholiastis est *συναγαγών*, *κατασχών* etc. — *ζάθεον ἄλσος*. Plurimis est: *Qui futurus esset e voluntate ejus sacer lucus*. Mihi simpliciter cogitandum videtur de loco pulchro, quem H. demetiebatur. — *πατρὶ μεγίστῳ*. Eurip. Jon. v. 1606: *Διὸς μεγίστου*. — *Περὶ δὲ πάξαις*. Schol. vet. v. 54: *Περιπήξας τὰ ὅπλα*. Vet. v. 55: *Περιφράξας*. *Septo locum circumdedit*. — *Ἄλτιν*. *Eundem*

locum, qui nunc Ἅλτις vocatur. Eam denominationem antiquam fuisse, testatur Paus. V, 10, 1., ubi conf. Siebel. de nostro loco atque Olymp. III. 30 sq. — *δόρπου λύσιν.* V. scholl. doctamque Böckhii animadversionem. — *τιμάσαις πόρον Ἀλφεοῦ.* Solâne aræ exstructione, an simul reliquis iis, quæ juxta Alpheum instituta P. memorat? Rursum aliter schol. vet. v. 58: *Πρῶτον τῷ Ἀλφειῷ ἔθυσεν ὡς ἐντοπίῳ θεῷ.* — *μετὰ δώδεκ' ἀνάκτων θεῶν.* Ipso Alpheo annumerato, coll. scholl. v. 58. 59. atque interprr. Simillimum Pyth. IV, 115: *Νῦν ὥστε φοινικανθέμου ἦρος ἀκμᾷ παισὶ τοίτου ὄγδοον θάλλει μέρος Ἀρκεσίλας*: ubi nota, inter Batti posteros Arcesilaum IV esse septimum, cum Batto octavum. Eodem trahere licet Pyth. V, 64. Quibus deinde *μετὰ* non est *cum*, sed *inter*, ii vix intelligo quid inde lucrentur. Undecim diis præter Alpheum aræ erigebantur, si quidem Gratiæ Baccho *σύμβωμοι* collective pro uno numine sumuntur. Duodecimus erat Alpheus, cujus (et Dianæ) aram schol. vet. Olymp. V, 10. quintam vocat. Noster itaque ratione non habita Alphei dei numerum deorum illorum *συμβώμων* per se spectatum affert. Tale quid in numero quoque Argonautarum computando observare memini, de quo v. ad Pyth. IV. — *ἀνάκτων.* Heroum quoque Nympharumque prædicatum, coll. Pyth. XI, 94. XII, 6. Nem. III, 56. Isthm. VIII, 104. — *καὶ πάγον Κρόνου προσερθέγξατο. Collem quendam ejusdem regionis Cronium vocavit.* Schol. vet. v. 61: *Τινές φασιν, ὡς πρὸ τοῦ τὸ δωδεκάθεον τὸν Ἡρακλέα ποιῆσαι, Κρόνιος ἐκαλεῖτο λόφος διὰ τὸ Κρόνου ἱερὸν ἐντανθοῖ εἶναι* (coll. ad Olymp. I. fin. p. 66). *ἄλλοι δὲ λέγουσι, μεθ' ὧν καὶ*

Πίνδαρος, ὡς ἔρημος ἦν ὁ χῶρος, Ἡρακλῆς δὲ τὸ δωδεκάθεον κτίσας Κρόνιον λόφον τὸν τόπον ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ὑπερέχοντος· ὁ γὰρ Κρόνος πατὴρ τῶν θεῶν. Adde Böckh. Explicc. p. 202. De sensu v. *πάγος* conf. Blomf. Glossar. in Aesch. Prom. p. 79. Lips. — *προσθε γὰρ νώνυμνος, ἆς Οἰνόμαος ἄρχε, βρέχετο πολλᾷ νιφάδι.* De ἆς (ἕως) cfr. doctam Heynii notam. Deinde *nivem* cave proprie capias. Quis enim in illa regione multam esse nivem credat? Nec causa nivium in *λόφου* istius altitudine cum schol. rec. v. 51. quærenda. Multo melius schol. vet. v. 58: *Ἐξέκειτο τοῖς πολλοῖς ὑετοῖς καὶ ὄμβροις*, tempore sc. hiemali, cum eadem regio in ejusdem historiæ narratione (Olymp. III, 43) alio anni tempore *ὀξείαις ὑπήκουσεν αὐγαῖς ἁλίου.* Similiter autem P. Olymp. VII, 91. eandem rem *pluviam* vocat, quam v. 64. *nivem* dixerat, et Isthm. VII, 6. pluvia Danaes aurea *nix* est, coll. de eadem re Nonn. Dionys. VIII, 258: *Ὀλβίζω Δανάην Σεμέλης πλέον, ἧς διὰ κόλπου Χρυσέος ἐξ ὀρόφοιο κατέῤῥεεν ὑέτιος Ζεὺς Ἀφνειῇ ῥαθάμιγγι γυναιμανέος νιφετοῖο.* v. 300: *Ἀλλὰ τί μοι βοέοιο γάμου τύπος, ἢ νιφετοῖο;* XXV, 121: Danae *μεμφομένη ζυγίων ἀπατήλιον ὄμβρον ἐρώτων, Ἄστατον ὄλβον ἔχοντα μιννυθαδίου νιφετοῖο.* XLVII, 550: *Λέκτρα τεοῦ κήρυξον ἐχεκτεάνου νιφετοῖο.* v. 600: *Χρυσὸν ἔχω γενετῆρα, πατὴρ δ' ἐμὸς ὑέτιος Ζεὺς Ἥνιδε φοινίσσοντα θεμείλια παρθενεῶνος, Λείψανα κεῖνα φέροντα ὑνηφενέος νιφετοῖο.* Lycophr. v. 876: *Ὀμβρία νιφάς, pluvia,* coll. Tzetza Müll. p. 851. Similiter pluviam aliosque humores Nonnus *nivem* dicit. Dionys. III, 204: *Πρώτου γὰρ κελάδοντος ἐπειρήθη νιφετοῖο Ὠγυγος ἠλιβάτοιο δι' ὕδατος αἰθέ-*

ρα πέμπων, Χθὼν ὅτε κεύθετο πᾶσα κατάῤῥυτος. v. 209: *Δεύτερος ὄμβρος ἔην, ὅτε κυκλάδος ἄντυγα γαίης Χεύματι λυσσήεντι κατέκρυφε δύσνιφον ὕδωρ.* De eodem Deucalionis diluvio v. 213: *Χεῦμα παλινδίνητον ἀτεκμάρτου νιφετοῖο.* De tertio (Dardani) diluvio v. 215 sqq.: *Καὶ τρίτατος Διὸς ὄμβρος ὅτε χθονὸς ἔκλυσεν ἕδρην, ... Ὑψιπόρου τότε χεῦμα διασχίζων νιφετοῖο, Δάρδανος ἀρχαίης ἐπεβήσατο γείτονος Ἴδης.* XXVII, 15: *Καὶ φονίαις λιβάδεσσιν ἐνυαλίου νιφετοῖο.* XXXII, 239: *Ὄμβρον ἐνυαλίου νιφετοῖο,* coll. Pind. Isthm. IV, 26. Nonn. D. XXVIII, 196: *Ῥαθάμιγγα νεηγενέος νιφετοῖο Ποιητὸν προχέων μινυώριον αἴθριον ὕδωρ.* 235: *Δεχνυμένη ξένον ὄμβρον ἀπειρήτου διὰ κόλπου Νίφετο μὲν τότε γαῖα.* XXXII, 155: *Κύμασιν ἠλιβάτοισι κατάῤῥυτον ἠέρα νίφων.* XXXVIII, 393: *Δροσεραῖς νιφάδεσσι διάβροχος,* aquâ marina. Tryphiod. v. 119: *Ἔξέχεεν μέγα λαῖτμα μελισταγέος νιφετοῖο,* ubi confer. Merrickius p. 156. Wern. His præmissis noster locus poeticum ornamentum erit pro simplici: *Nomine carebat.* — Lyricam sequentium vim scite admiratur Heynius. *πρωτογόνῳ τελέτᾳ.* Scholl. v. 62: *Τῇ πρώτῃ καταβολῇ τῶν Ὀλυμπίων καὶ πρώτῃ τελουμένῃ ἑορτῇ· ἐν ταύτῃ δὲ τῇ ἑορτῇ τῇ πρωτογόνῳ, τῇ ἐν πρώτῃ καταβολῇ τῶν Ὀλυμπίων.* Cur Parcæ et Tempus adstiterint, aperire studet schol. vet. v. 62. (coll. rec.): *Ἐνδεικνύμενος, ὅτι εὐμοίρως καὶ πολυχρονίως ἡ πανήγυρις τελεσθήσεται.* De hoc v. nos ad v. 67. Similiter *nascendæ* Rhodo insulæ adstat Parcarum una, jurans de ejusdem statu futuro, Olymp. VII, 117 sqq. p. 268 sq. Addunt interprr. Olymp. VI, 71 sq., coll. iis, quæ ibidem observavimus p. 199. — *παρέσταν σχεδόν. Prope adstabant,* s.

adstabant, coll. Olymp. I, 118: Neptunus *παρ' ποσὶ σχεδὸν φάνη*. Pyth. V, 52: *Ἀμφ' ἀνδριάντι σχεδόν*. Sed poterit h. l. et Olymp. cit. illud *σχεδὸν* studii amorisque signum esse. Pyth. V. alii locum accuratius indicatum existimabunt. Utramque interpretandi rationem exprimunt scholl. h. loci. Alio sensu *adstantes* Parcas habet Mimnerm. II, 5 (Brunck.). — *ὅ τ' ἐξελέγχων μόνος ἀλάθειαν ἐτήτυμον χρόνος*. Eurip. Hippol. v. 1048: *Μηνυτὴν χρόνον*. Hinc prodi tempore dicuntur hominum mores Theogn. v. 967: *Τούτων δ' ἐκφαίνει πάντων χρόνος ἦθος ἑκάστου*, coll. Pind. fragm. inc. IX, 2 (Heyne T. III. p. 85. Böckh. T. III. p. 634). Gnom. *μονοστ.* (Brunck.) *εἰς χρόνον: Σοφὸν λέγουσι τὸν χρόνον πεφυκέναι*. Alia v. ad Olymp. II, 32. p. 84. — *ἐξελέγχων*. *Arguens et promens*. Nem. X, 84: *Ἀλλὰ χαλκὸν μυρίον οὐ δυνατὸν ἐξελέγχειν*. — *τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν πόρσω κατέφρασεν*. Dictum *πόρσω* a parte institutionum illarum Herculearum, coll. v. 9. ibique scholl., p. 385. Ex absentia deinde *Χρόνου* facile intelligis, quomodo in antecedentibus sumendum sit Tempus. Adstabant Parcæ ob horam quasi natalem instituti olympici, Tempus vix solummodo ad promittendam instituti diuturnitatem, sed quasi testis quidam nunquam deficiens eorum, quæ fiebant. Dicitur enim h. l. T. indicare veritatem, recte, quia nunquam intercidens præteritorum memoriam fideliter conservat. Bothius a Parcis Temporis munus h. l. distingui non vult. — *ἅπα τὰν πολέμοιο δόσιν ἀχρόθινα διελὼν ἔθυε*. Jungendumne cum schol. vet. v. 67 (coll. Both. Thiersch. Böckh.) *τὰν πολέμοιο δόσιν, ἀχρόθινα*? coll. Olymp. II, 5: *Ὀλυμπιάδα, ἀχρόθινα πολέμου*. An

solummodo intelligitur *πολέμοιο δόσιν*, sc. *prædam*, similiter intelligendam, ut *victoria* Pyth. VIII, 93: *Ἀρπαλέαν δόσιν πενταεθλίου*? Posterius eligo cum schol. rec. 67: *Τὸ δὲ ἀχροόθινα πρὸς τὸ ἔθνον [ἔθνε] συναπτέον, ἵν' ᾖ τὸ διελὼν πρὸς τὴν τοῦ πολέμου δόσιν.* Cf. vet. v. 67: *Διανείμας τὰ λάφυρα, λαβών τε τὰς ἀπαρχὰς ἔθυσε.* Adde eundem ibidem. *Quomodo prædâ (sociis) distributa primitias immolarit.* Objicient alii Olymp. II, 5., quem locum nostro non plane geminum putaverim, quamquam ex istis *ἀχροθίνοις* institutum olympicum conditum fuisse concedere possis, coll. p. 75. Verum in sequentibus *quomodo* (*ὅπως*) repetitum facit, ut illud *ἀχρ. ἔθ.* simpliciter pro sacrificio habeam, si quidem *ἔστασεν* est *instituerit*, coll. Olymp. II, 5., non *celebrarit*. Denique qui priorem rationem sequuntur, iis *διελὼν* ad Deos istos trahendum videbitur, quibus altaria condidit Hercules. — *ἐν Ὀλυμπιάδι πρώτᾳ νικαφορίαισί τε.* Ahlwardtius cum Aldina hæc sequentibus annectit, puncto post *ἑορτὰν* fixo. Poterat enim *ἐν Ὀλυμπιάδι πρώτᾳ* frigere juxta *πενταετηρίδ' ἑορτάν*. Sed *ἐν Ὀλ. πρ.* a parte poetæ dictum videtur, ut sit: *Ista festi celebratione, quam* (mythice) *primam nuncupamus Olympiadem* etc. Vel: *Quomodo instituerit festum illud quinquennale, tum prima vice celebratum victoriis reportatis*. Posteriorem rationem habent quoque scholia. Commata post *ἑορτὰν* et *νικαφορ. τε* habet Romana. Utut locum ceperis, *πρώταις* e prioribus suppleo ad *νικαφ.* Aliis *ἐν — τε* hendiadys erit. Ceterum in tota sententia (*τὸ δὲ — τε*) vel Eleorum famam, vel poetas specialia tradentes respicere, sed brevitatis studio tacere mihi videtur. An ipse alio carmine

eadem tractaverat? Copiosior in reliquis est, ubi in honorem Agesidami primos Olympiorum victores enumerat, a quibus ad Agesidamum revertitur.

V. 72–93.

Apponuntur eorum nomina, qui in prima Olympiorum institutione victores extiterunt. *τίς δή.* Similis interrogatio Pyth. IV, 124., ubi *γάρ* a nostro *δή* vix discreverim. De *τί δῆτα* v. Viger. p. 147. — *ποταίνιον, πρόσφατον, πρῶτον, coronam recentem, primam,* coll. scholl. v. 72. Glossa ibidem: *Ἐνδοξου* Adde scholl. et Blomf. Glossar. in Aesch. Prom. p. 89. Lips. — *ἐτίρεσσι.* Echemus, Doryclus, Phrastor, Eniceus. — *ἐγώνιον ἐν δόξᾳ θέμενος εὖχος ἔργῳ καθελών.* In his *ἀγων. εὐχ.* jungendum esse patet (quamquam dici quoque *στέφαν. ἀγων.* potuerit), deinde *ἔργῳ καθελών* (*in certamine adeptus*). Restat difficilis vv. *ἐν δόξᾳ* et *θέμενος* interpretatio, qua recentiores supersedisse videntur. Scholiastis *ἐ. δ. θ.* jungentibus est *ἐνδόξως ἀγωνισάμενος, ἔνδοξον νομίσας* (victoriam sc.), *θέμενος ἑαυτὸν ἐν δόξῃ καὶ τιμῇ.* Alii Græcorum legebant *ἐν δόξαν θέμενος*, i. e. *δόξαν ἐνθέμενος, gloriam sibi* (quasi ornamentum, coll. Olymp. VI, 103. p. 210) *imponens, parans.* An absolute sumendum *ἐν*, coll. Olymp. VII, 9. p. 238? Tum erit: *Ibique (simul) gloriam ponens (condens)*, coll. Nem. I, 5: *Ὕμνος ὁρμᾶται ἑίμεν αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων.* Qui dativum retinent, comparabunt Olymp. I, 30: *Νόον ὑπὸ γλυκ. ἔμπεσε φροντίσιν, animum sollicitum fecit.* Similiter erit rectrum: *Inclytum se faciens*, proprie in *Gloriæ sinu se collocans*, velut Euthymenes Aegineta *Victoriæ in sinu*

recubat Nem. V, 75. coll. Isthm. II, 39. Restat, ut cum *θέμενος* quóque *εὖχος* jungatur, quod dupliciter intelligetur, ut sit primo *votum* (ob *θέμενος*), deinde *gloria*, ob *καθελών*. Tum erit: *Votum persolvens*, coll. *χάριν τιθεσθαι* Schneid. L. gr. v. *τίθημι*, fin. Qui vertunt: *Famam ex certaminibus sibi parans cum gloria* (*σὺν δόξῃ, gloriose*), tautologiam haud mediocrem admittere videntur, cum vocis *εὖχος* significatio propria vix differat a *δόξα*. Heynius coll. schol. rec. v. 74. jungit *ἐν δόξῳ* (*ἐνδόξως*) *καθελὼν* (prosternens *adversarium*, coll. *τυχεῖν* Olymp. II, 93. p. 101) *ἔργῳ* (*certamine*). Ita verbi propria significatio servatur. — *ἀρίστευσεν*. Cf. Olymp. XIII, 61. Pyth. III, 132. — *σταδίου εὐθὺν τόνον*, *stadii rectam extensionem*, *lineam rectam*, pro adjectivo *εὐθύτονον* (coll. *εὐθύτομον πεδιάδα* Pyth. V, 120 sq.), quod metro refragabatur. Sic egregie Ahlw. e mssc. suis, probante Böckhio T. III. p. 690. Conjectaverat Hermannus *εὐθὺν πόνον*, quod Ahlwardtio tumidum videbatur. Sed cf. *τετραορίᾶν πόνοις* Isthm. III, 28. Et *εὐθὺς* vel ad stadiodromorum celeritatem pertinebit, vel ad victoriam brevi partam, coll. *ἁρπαλέαν δόσιν πενταεθλίου* Pyth. VIII, 93. — *ποσσὶ τρέχων*. Eundem pleonasmum v. Nem. I, 74. all. — *ἦγεν δὲ Μιδέαθεν στρατὸν ἐλαύνων*, *ducens exercitum*, coll. v. 88. Schol. vet. v. 76: *Συνεκρότησεν εἰς συμμαχίαν Ἡρακλεῖ*. Diodor. Sic. IV, 33: *Οἰωνὸν δὲ τὸν Λικυμνίου, φίλον ὄντα Ἡρακλέους, οἱ υἱοὶ τοῦ Ἱπποκόωντος ἀπέκτειναν*. Socius Herculis fuerat in vincendo Augia Male Bothius: „Obherrschend in dem Volk von Midea.“ Non melius Thierschius: „Her aus Midea anführend das Gefolg.“ — De Midea v. ad Olymp. VII, 53. a.

251. — ὁ δὲ πάλᾳ κυδαίνων Ἔχεμος Τεγέαν, non *Τέγεαν*, coll. Strabone VIII, 6 (*Μιδέα, ὡς Τεγέα*). Construe: Ὁ δὲ πάλᾳ κυδ. Τεγ., Ἔχεμος (ἦν). Cum κυδ. cfr. Pyth. I, 59. Nem. IX, 29. — τέλος πυγμᾶς. Schol. rec. v. 76: Τὸ κράτος τῆς πυγμῆς, *victoriam pugilatus*. Aliud est μαχᾶν τέλος Olymp. XIII, 80. — ἀν' ἵπποισι. Cf. ad Olymp. I, 66. p. 28. — τέτρασιν. Quadrigas tribuit heroum ævo, coll. Olymp. VI, 29. p. 189 sq. Deinde ἀγωνισάμενος supplet schol. vet. v. 83. — ἀπὸ Μαντινέας, Σᾶμ', ὦ Ἁλιῤῥόθου, s. Ἁλιῤῥοθίου, contractâ penultima ultimaque. In his Σᾶμ' est vocativus, heroem Pindaro alloquente varietatis gratia, quum quinque reliquorum victorum nominativis utatur. Jam neo genitivus Ἁλ. sensu carebit. Apposuit patrem, ut ante Oeoni patrem. Hanc vel similem lectionem eligendam esse, Græcorum in interpretatione licet cæcutientium consensus firmissime mihi persuadet, neque curo illud ἠείδετο schol. rec. v. 76., Græcorum v. 84. codicumque quorundam, e qua lectione, si genuina erat, altera proficisci non poterat. Facile enim locum non intelligentibus subsequentia (v. 92) suppeditabant ἀείδετο. Postremo ex antecedentibus repete ad sensum ἐνίκησας, ἠγωνίσω etc., coll. schol. vet. v. 83. De Semo alia v. in scholl., de Halirrhothio Nitsch. N. mythol. Wörterb. v. Hal. et Schwenck. Etymol. mythol. Andeut. p. 182. — ἔλασε σκοπόν. Schol. vet. v. 85: Ἔῤῥιψε κατὰ σκοποῦ. Cf. Nem. VII, 62. — μᾶχος. Schol. vet. v. 86: Μαχρόν, ἐπίμηκες. — πέτρῳ. Schol. vet. v. 86: Ὅτι δὲ πέτροις τοπαλαιὸν ἐδίσκευον, μαρτυρεῖ Ὅμηρος (Odyss. VIII, 190), qui locus *discum* commemorat. Jam de lapide quidem simplici cogitare po-

Cæsar dein perhibet proditis eorum principiis magistratus, ac imperatis ad id, ex fide, quod cuique tempus daret, ne commeatu, diguis, impigris, fugacibus, cedendi, sibi, adesse, &c. Ita, quæ ad rem gerendam pertinerent, haud minus diligenter providisse. Postremo non dubitasse, si longinquiora dimicationem, quibus suppeditandis, omnia bona sua deposuisse, quæ ad victum, cultumque pertinerent, conferre. Nam quum propter angustias pontis, unde ita, quam in re expedita, transmittendi, nihil esset, ut, quæ ad proximum diem opus essent, ibi semper haberentur, omnia sine impedimento, quæ quisque domo attulisset, sibi esse ad usum. Simil. vero, c. 80, Sp. Thrasybulum, Athenis, ex urbe, ad Piræum, ire ad EARUM RERUM, DIXERIT. Exspectatio de domo et rebus familiaribus, quæ ibi essent, ut, c. 81, de Cn. Pompeio, ex Asia, redeunte, cujus ad adventum, Rhodum, Egnatius, et reliqui, maxima, quod Rhodios cognoscit. Sed neque ad Cæsarem, neque ad Pompeium, quidquam, quod ad victum, cultumque pertineret, Rhodios suppeditasse, quod ipsi, ab utroque, sustentarentur, ubi, Plutarchus, c. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40,

ῥώταταν βέλος ἀλκᾷ Olymp. I, 179. — De *ἅπαντι* v. Böckh. et Dissen. — *αἴθωνα κεραυνόν.* Hes. theog. v. 72. 504: *Αἰθαλόεντα κεραυνὸν.* — *χλιδῶσα δὲ μολπὰ πρὸς κάλαμον ἀντιάξει μελέων.* Junge *μολπὰ μελέων.* Cf. Fragm. dithyr. III, 23 (Heyne T. III. p. 68. Böckh. T. III. p. 575 sq.): *Ἀχαιταί τ' ὀμφαὶ μελέων σὺν αὐλοῖς.* — *ἀντιάξει.* Scholl. v. 94. 99. 100: *Ἀπαντήσει, ῥηθήσεται μετὰ κ. τ. λ., ὁμοδρομήσει, συναντήσει, συμφωνήσει.*[8]) Alibi *ἀντιᾷν* (ut *ἀντᾷν* v. 49) est *nancisci.* Anthol. Palat. VIII, VI, 4 (Gregorius theologus): *Ζωῆς ἀντιάσαι Ἡμετέρης.* IX, DCLXVIII, 14 (Marianus scholasticus): *Ἀντίασον ξενίης.* — *Δίρκᾳ.* De hac v. Pyth. IX, 153. Isthm. VI, 108. VIII, 43. Fons pro urbe, coll. schol. rec. v. 94. et Pyth. V, 40. — *εὐκλέϊ.* Idem quod *λιπαρᾷ.* Cfr. Pyth. II, 6: *Λιπαρᾶν Θηβᾶν.* Fragm. dithyr. IX, 3 (Heyne T. III. p. 73. Böckh. T. III. p. 662): *Λιπαρᾶν Θηβᾶν.* Fragm. inc. LXXVI (Heyne T. III. p. 123. Böckh. T. III. p. 661 sq.): *Πολύκλειτον Θήβαν.* — *χρόνῳ. Post longum tempus.* Schol. vet. v. 101: *Κεχρονικέναι δέ φησι καὶ ἐν ἀρχῇ λέγων ἑ Πίνδαρος, ὅτι διέστηκε τοπρῶτον ἀπὸ τῆς ὁμολογίας, πρὶν γραφῆναι τὸ ἐγκώμιον.* — *ἀλλ' ὥστε.* Recte supplet schol. vet. v. 102: *Ἀλλ' οὕτως ἐφάνη* (carmina v. 99) *τέρψιν ἔχοντα πρὸς τὸν νενικηκότα, καθὰ παῖς . . . φαίνεται* etc. Similiter Thierschius. Quod Böckhi-

8) Schol. vet. v. 99. legit *ἀντιάζει.* Ibidem post *ἀπαντιάζει* Böckhius delevit sensu cassum *ἀντηρήσει.* Sed legi poterat *ἀντερήσει,* vel potius *ἀντηχήσει.* Et vide, ne lectionem textus *ἀντιάζει* servarit Bekkeri Grammaticus (Anecdd. 408, 6; qui liber alia pindarica habet): *Ἀντιάζει: ἐναντιοῦται.* Praesens inaequalitati pindaricae aliquantisper conveniret.

us ad loci constructionem attulit (*ἀλλὰ ποθεινά γε*), ut sit *καὶ ὅταν* apodosis, minus commodum videtur, neque adeo necessarium, licet suadente jam schol. rec. v. 102: *Ἔστι δὲ ἡ ἀπόδοσις τῆς παραβολῆς [ἀλλ' ὥστε] εἰς τὸ καὶ ὅταν, εἰ καὶ δοκεῖ ἀναρμόστως ἀποδοθῆναι. δέον γὰρ οὕτως εἰπεῖν· ὥσπερ ὀψίγονος παῖς ποθεινὸς τῷ πατρί; οὕτω καὶ τὸ ὕστερον δοθέν τινι ἐγκώμιον πρέπον ποιῆσαι· ὁ δὲ ἄλλως ἐξήνεγκεν. εὕροις δ' ἂν καὶ παρὰ λογοποιοῖς πολλὰ τοιαῦτα.* Plene supplendum erit: *Ἀλλ' ἐφάνη ποθεινά, ὥστε ποθεινὸς (φαίνεται) παῖς*, coll. schol. vet. v. 102. — *ἐξ ἀλόχου.* Schol. vet. v. 101: *Γνησίας γυναικὸς καὶ οὐ παλλακίδος.* — *ποθεινός.* Sententia veteribus saepe repetita. Q. Smyrn. VII, 647: *Ἴσον δέ ἑ παιδὶ τίεσκον Τηλυγέτῳ.* Oppian. Hal. V, 89: *Πατρὶ δὲ γηράσκοντι νέον σθένος υἷες ἔασιν.* Anthol. Palat. IX, DCLIX, 1 (Theætetus Scholasticus): *Ὡς ἀγαθὸν καὶ παῖς ἐπὶ γήραϊ.* Adde homerica apud Schneid. L. g. v. *τηλύγετος*, et schol. vet. v. 106. Alia deinde dabimus. — *νεότατος τὸ πάλιν.* Bene Heynius (coll. schol. vet. v. 106): *In id ætatis, quod juventuti ex adverso est*, coll. Olymp. XII, 15. Addo Pyth. XII, 56. Anthol. Palat. IX, CCL, 2 (Onestus): *Ἔμπαλιν ἁρμονίης.* De adverbio *ἔμπαλιν* v. ad Olymp. XII, 15. — *θερμ. φιλότατι νόον.* Eurip. El. v. 399: *Χαρᾷ Θερμαινόμεσθα καρδίαν.* Adde Schneiderum L. g. v. *θερμάζω.* Ceterum *θερμαίνει* grammatice opponitur subintelligendo in antecedentibus *φαίνεται δέ.* Omissum *μὲν* post *ποθεινός.* — *ἐπεὶ πλοῦτος* etc. Ad sententiam cfr. Eurip. Jon. v. 475: *Ὑπερβαλλούσας γὰρ ἔχει Θνατοῖς εὐδαιμονίας Ἀκίνητον ἀφορμάν, Τέκνων οἷς ἂν καρποτρόφοι Λάμπωσιν ἐν*

θαλάμοις Πατρίοισι νεανίδες ἦβαι, Λιαδέκτορα πλοῦτον, Ὡς ἔξοντές γ' ἐκ πατέρων ἑτέροις ἐπὶ τέκνοις. Ἀλκά τε γὰρ ἐν κακοῖς Σύν τ' εὐτυχίαις φίλον, Λοιρί τε γᾷ πατρίᾳ φέρει Σωτήριον ἀλκάν. Ibidem v. 491: *Τὸν ἄπαιδα δ' ἀποστυγῶ Βίον· ᾧ τε δοκεῖ, ψέγω· Μετὰ δὲ κτεάνων μετρίων βιοτᾶς Εὔπαιδος ἐχοίμαν.* Alia congessit Gatakerus ad Antonin. Philos. VIII, 31. p. 248. 49., loci pindarici haud immemor. Quæ vero de patre pronuntiare poterat, pronuntiat sententiose. *Jam enim habet, cui opes relinquat; cujus rei contrarium non posset non fanestissimum illi esse.* — *ποιμένα, pastorem, administratorem, possessorem*, ut Nem. VIII, 11. V. ad Olymp. X, 9. p. 378. — *ἐπακτόν* (Pyth. VI, 10), *ἀλλότριον, accitum, alienum.* Posterior vox priorem interpretando repetit. Usum euripideum v. in ind. Barnes., coll. Monk. ad Hippol. p. 44. Lips. — *θνάσκοντι.* Schol. vet. v. 106: *Τὸ δὲ θνάσκοντι κοινῶς πρὸς ἀμφότερα, ἀλλότριον θνήσκοντι καὶ στυγερώτατος.* Constructio vix concinna. — *καὶ ὅταν.* Schol. rec. v. 102: *Ἐπεί, ὥσπερ πλοῦτος μεμισημένος ἐστὶ* etc., *οὕτως, ὦ Ἀγησίδαμε, καὶ ὅταν* etc. Ego ab *ἐπεὶ* non suspendo nisi *πλοῦτος . . . στυγερώτατος.* Reliqua (*καὶ ὅταν . . τερπνὸν*) comparationis licet non expressae sola vi cum proxime antecedentibus cohærent. Amat enim Noster magna quidem sententiarum periodorumque systemata, nec tamen arctiore grammatices vinculo constricta. Schol. vet. v. 106: *Ὥσπερ οὖν, φησί, λυπηρόν ἐστι τῷ τελευτῶντι τὸ ἀλλοτρίῳ τινὶ χρήσασθαι κληρονόμῳ, οὕτως ἀλγεινόν ἐστι καὶ ὅταν κάλλιστα μὲν εἴη διαπεπραγμένος τις, ἄνευ δὲ ἐπαίνου καταλείψῃ τὸν βίον.* Sed *ἐπεὶ* (*cum*) antecedentia spectat, post *στυγερ.*

autem punctum figendum. Namque *καὶ ὅταν* (pro *οὕτω καὶ ὅταν* etc.) mollissimo nexu sequentia antecedentibus adjungit. — *Ἀΐδα σταθμόν.* Olymp. XIV, 28: *Δόμον Φερσεφόνας.* Pyth. III, 18: *Ἀΐδα δόμον.* — *κενεὰ πνεύσαις.* Scholl. v. 102. 106: *Κενὰ καὶ μάταια χαπιάσας, ματαίως μοχθήσας.* Non aliter Bothius, Böckhius, Thierschius. Simplicius erit: *Incassum vivens*, coll. *πνέω* Nem. VI, 2. X, 163. — *ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν.* Græcorum aliis *μόχθῳ* est ablativus, aliis dativus. Schol. vet. v. 106: *Ὡς μηδὲ βραχύ τι τερπνὸν καὶ ἡδὺ ἀποκερδάναι ἐκ τῶν πόνων.* Non aliter Bothius Böckhiusque. Aliis fuit dativus. Vet. v. 102: *Βραχεῖάν τινα τέρψιν παρέσχε τῷ ἀγῶνι.* Vet. v. 109: *Τῷ μόχθῳ βραχύ τι ἔδωκε τερπνόν, τουτέστι βραχύ τι ἐτέρφθη τῷ μόχθῳ.* Thierschius: „Dann reichten sie umsonst strebend dem Bemühen spärliches Erfreu'n." Ita *μόχθος* personam induit, distinctus ab ipso *μοχθοῦντι*, i. e. *ἑαυτῷ* (*μοχθοῦντι*). Similiter personam habet *μόχθος* Isthm. V, 72: *Τετύφλωται μόχθος ἀνδρῶν.* Idem suadet *ἔπορε*, quod apud P. (coll. indicc.) semper fere *dandi, tribuendi* significatum habet. Miraberis difficiliora eligentem. Verum non mea sector, sed genium lyrices Græcorum, a nostro sensu sæpe alienum. — *βραχύ τι τερπνόν. Breve gaudium, cum eo, cui obtigit, finiendum, si carminum memoria desit.* — *τερπνὸν* ut Pyth. VIII, 132. — *τὶν δ'.* Ultimis opponuntur sequentia. *In te vero illud non cadit, cum immortalitas tibi* (per me) *obtingat.* — *ἀδυεπὴς λύρα.* Nonn. Dionys. X, 390: *Σύριγξ ἡδυέπεια*, coll. Olymp. VII, 20. p. 241. — *ἀναπάσσει χάριν. Affundit, adspergit gratiam, decus*, ut v. 119: *Μέλιτι δ' εὐάνορα*

πόλιν καταβρέχων. Schol. rec. v. 113: *Ἐπιπάσσει, ἐνστάζει.* Dicitur enim formositas hominibus *affundi*, coll. Olymp. VI, 127 (ibique nott. p. 218 sq.), ubi nostrae *χάριτι* respondet *εὐκλεὴς μορφά*, coll. Olymp. I, 29. p. 16. Conf. quoque Latinorum *adspergere*. Orationis minus tropicæ sunt reliqua Græcorum, sc. *ἀνεγείρει, ἄνω ποιεῖ, διαποικίλλει, παρέχει, ἀναπέμπει, ἀναβάλλει, ἀναποικίλλει.* — *τρέφοντι δ' εὐρὺ χλέος κόραι Πιερίδες Διός.* Spectarant antecedentia pompam lætitiamque victorialem, sequentia decus a Musis concessum immortale. Schol. rec. v. 115: *Ἀθάνατοι γὰρ οἱ διὰ τῶν λόγων ἔπαινοι.* Deinde *τρέφοντι*, quod Græcis est pro *αὔξοντι*, ornatum esse poterit pro *ἔχοντι* (habent, sc. *distribuendum*), colore petito e re pastoritia, coll. Olymp. V, 55. p. 182. Olymp. X, 9. p. 378. Cognatum Ciceronis illud Brut. c. 7: Isocrates eam *aluit gloriam*, i. e. *habuit*. Nec dissimile Olymp. I, 179 (*Μοῖσα βέλος τρέφει*, habet, quod mihi ministret), coll. nott. p. 67. 68. Aliis *τρέφοντι* interpretamentum *ἔχοντι* difficilioris videbitur. — *εὐρύ.* Schol. rec. v. 113: *Ἐπὶ πολὺν τόπον παραπεμπόμενον.* Nolim tempus excludere. Vel erit simpliciter *magnum*. — *σὺν εφαπτόμενος σπουδᾷ.* In his *σπουδᾷ* dubiæ mihi conjunctionis atque interpretationis est. Böckhius: *Una cum Musis industriam navans* (i. e. *σπουδάζων*), ut *σπουδᾷ* pendeat a *συνεφαπτόμενος*, coll. eod. ad Olymp. I, 137. Explicc. p. 111. Jam præpositionem *σὺν* Musas spectare, nec mihi cum scholl. dubium. De reliquis dubito. Schol. rec. v. 113: *Συνεργῶν, συλλαμβανόμενος αὐταῖς ταῖς Μούσαις, σὺν σπουδῇ ἀμφέπεσον.* Vett. v. 117: *Ἐν τῇ σπουδῇ συνεφαπτόμενος τῶν Μουσῶν, συλλαμβανόμενος καὶ συνεργῶν.* Similiter Gloss. ibidem: *Συναχο-*

λουθῶν. Vet. ibid.: *Τῇ σπουδῇ τῶν Μουσῶν.* Opponnes, si verbum Musas earumque commercium spectet, abesse posse vel *σὺν* vel *ἐπί*, coll. usu pindarico circa v. *ἐφάπτομαι.* Tactam diceres rem ipsam, si Græci istud expressissent, quod aggressus sit poeta. Omissum videtur *res*, *munus*. Nostrates vertent: Hand an das Werk legend mit den Musen. Deinde *σπουδῇ* (*cum studio*) inter *συνεφ.* et *ἀμφέπ.* ambiguum est. [9]) — *ἀμφέπεσον.* Schol. rec. v. 113: *Περιπτύσσομαι. Studio et amore complexus sum*, ut recte Böckhius. Vet. v. 117: *Εἴ τε τὸ τῶν λάγων [Λοκρῶν ἔθνος?] ἐμαυτὸν ἐμβάλλων.* Reliqui minus commode *κατήντησα, ὥρμησα. — μέλιτι καταβρέχων.* Cum melle poemata sua confert, coll. Isthm. VI, 67: *Ἐν δ' ἐρατεινῷ μέλιτι καὶ τοιαίδε τιμαὶ καλλίνικον χάρμ' ἀγαπάζοντι*, *mellitum hymnum*, ut bene interpretatur Dissenius Explicc. p. 520. Nem. XI, 54: *Μελιγδούποισι δαιδαλθέντα μελιζέμεν ἀοιδαῖς.* Addo indd. pindd. vv. *μελίγαρυς, μελίχομπος, μελίφθογγος. — ἐρατόν.* Puer, vel prima juventute florens vicerat Agesidamus (v. 121 sqq.). Eundem vero juventutem nondum transgressum fuisse, cum alterius hymni honore decorarętur, persuadet mihi v. *ἐρατόν*, nec inest hymno, quod obstet, quum carmen vel post unam alteramve olympiadem missum *χρόνῳ φανῆναι* dici potuerit. — *αἴνησα.* Præsens plurimis interpretibus est hic aoristus cum v. *ἀμφέπεσον*, ut poeta, qui est ejus in finibus hymnorum mos, victorem patriamque denuo laudet. Sed vide, ne his aoristis narretur, quid *a se poeta*

9) Ad hujus interpretationis normam Olymp. II, 174 (*οὐ δίκᾳ συναντόμενος*) jam cum aliis capiendum mihi videtur, ut sit: *Non jure congressus* (cum *αἴνῳ*).

sit factum, non quid fiat vel faciendum sit? Sc. alibi in ipsis carminibus partes eorundem respicit, Olymp. VI, init. Nem. I, 11. proœmium, Olymp. IX, 72 sqq. singula narrationis membra, coll. p. 348. Simillime h. l. carminis finem indicat. *Jamque laudavi Locros et Agesidamum*, quod respondebit Nostratium illi: *So hab' ich denn* der Lokrer und des Agesidamos Lob *gesungen* etc. Perfunctum igitur munere suo non admodum tecte significat, finem hymni initiis annectens. Aoristos Böckhius quoque Bothiusque reddidit. — *τὸν εἶδον χεῖνον κατὰ χρόνον* (Ahlw. *χρόνον γ'* vitio puto operarum). Sic jungendum, non (cum Bothio): *Κεῖνον χ. χρ. ἰδέᾳ τε καλὸν* etc. Deinde *εἶδον* poetæ in illo certamine præsentiam indicat, coll. Olymp. VIII, 24. p. 295. IX, 141. p. 366. Incommodum *ἔγνων* scholii vet. v. 120. — *κρατέοντα, νικῶντα* schol. vet. v. 121. Cf. Olymp. VIII, 26. — *χερὸς ἀλκᾷ*. V. ad Olymp. II, 114. p. 109., ubi *ἀκμᾷ* nunc legitur. Ceterum *χειρῶν ἀλκῆς ἔργον* habet Eunapius T. I. p. 77. Boisson., coll. ad eundem locum Wyttenb. T. II. p. 283., qui dictionem ex aliquo Veterum decerptam auguratur. Denotatur h. l. pugilatus (schol. vet. v. 121), supra vv. 73. 79—82. 85 sq. alia certandi genera, in quibus brachiorum partes. Alia de v. *χείρ* v. ad ad Olymp. IV, 38. p. 171. — *κεῖνον κατὰ χρόνον*. Bene schol. vet. v. 122: *Τὴν βραδυτῆτα τοῦ ἐπινίκου καὶ νῦν ἐπιδείκνυται· οὐ γὰρ ἐν ᾧ καιρῷ ἐνίκησεν, ἔγραψε τὸν ὕμνον.* — *Ὥρᾳ*. Quae h. l. Veneri juncta est, eam Nem. VIII, 1 sqq. donorum Veneris nuntiam vides. — *κεκραμένον*. *Junctum*. V. interprr. Olymp. I, 34. 126. Pyth. V, 2. X, 65. Nem. I, 27. II, 34. Musgr. et Erf. ad Soph. Antig. v. 1295 (ed. Erf.

min. II). Alienum est scholiorum illud *φαιδρυνόμενον, τεθραμμένον. — ἀναιδέα πότμον. Fatum audax, protervum.* Nem. XI, 59: *Ἀναιδεῖ ἐλπίδι.* Usum homer. notavit Damm. p. 577. Theogn. v. 207: *Θάνατος ἀναιδής.* Oppian. Hal. II, 492: *Ἀναιδέϊ τύμματι*, quo feritur planta. V, 24: *Ἀναιδέα δείματα* (monstra) *πόντου.* 163: *Ἀναιδέϊ γαστρί.* 326: *Χαυλιόδοντας ἀναιδέας.* Idem Cyneg. III, 126: *Ὄρνιν ἀναιδῆ.* 311: *Θὴρ ἀλοόφρων, Πᾶσαν ἀναιδείην ἐπιειμένος.* Q. Smyrn. VII, 464: *Ἀναιδίος λέοντος.* Anthol. Palat. IX, CCLXXVIII, 3 (Bianor): *Χεῦμα ἀναιδές. — σὺν Κυπρογενεῖ.* Posterior (s. Jovis amor) immortalitatis Ganymedeae causa, coll. schol. vet. v. 122. Jungendum enim cum eodem scholiasta: *Α . . σὺν Κυπρ.*, deleto post *ἅλαλχε* commate, quod tamen jam Romana habet.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ ΛΒ'

ΕΡΓΟΤΕΛΕΙ ΙΜΕΡΑΙΩΙ

ΔΟΛΙΧΟΔΡΟΜΩΙ.

Cnosi, quæ fuit Ergotelis prior patria, historiam succinctam tradit Strabo X, 4., ipse cum Cnosiis cognatus: *Διαφερόντως δὲ τὴν Κνωσὸν καὶ Ὅμηρος ὑμνεῖ, μεγάλην καλῶν καὶ βασίλειον τοῦ Μίνω, καὶ οἱ ὕστερον. Καὶ δὴ καὶ διετέλεσε μέχρι πολλοῦ φερομένη τὰ πρῶτα· εἶτα ἐταπεινώθη, καὶ πολλὰ τῶν νομίμων ἀφῃρέθη. μετέστη δὲ τὸ ἀξίωμα εἴς τε Γόρτυναν καὶ Λύκτον. ὕστερον δ' ἀνέλαβε τὸ παλαιὸν σχῆμα τὸ τῆς μητροπόλεως.* Illa depressio unde profecta sit, tacet quidem Geographus; sed facile cogitabis de optimatium et plebeiorum bellis intestinis, quum multa institutorum periisse ibidem dicantur. [1]) Superiores evadebant plebeii, pellebantur optimates, quod apud omnes Cretenses subinde factum testatur Aristoteles Polit. II, 7, 7., monente Böckhio. Eandem ob causam Ergoteles expulsus Cnoso quibusdam recte videtur, nec obstat quidquam, quominus

1) Facile igitur Gortynii Lyctiique principatum civitatis turbatae exuebant.

Cnosi *ταπείνωσιν* Straboni memoratam in idem tempus incidisse suspicemur, quo patriam reliquit Ergoteles. Brevem saltem eum statum non fuisse, Noster haud obscure significat v. 19 sqq., coll. Böckh. Explicc. p. 210., cui vero ibidem de Cnosiis dicendum erat, non de Cretensibus. An Cnosiorum turbas civiles excipiebat urbium Cretensium de primatu conflictus? Seriores Cnosi res v. ap. Müller. l. c. T. III. p. 134.

Civitate donatus Himerensium Ergoteles dicitur v. 28. coll. Paus. VI, 4, 7., nec non alios ibidem honores adeptus (Paus. ibid.). *Ἔμελλεν οὖν*, addit Pausanias, *ὡς τὸ εἰκός, Ἱμεραῖος ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀναγορευθήσεσθαι.* Ergoteles igitur e mente Pausaniæ post varios ibi acceptos honores Himeræum in certaminibus se pronuntiavit, contrarium suadente Böckhio Explicc. p. 205., qui tum demum Himerensium civitate donatum existimat, quum una et altera victoria esset nobilitatus.

Postremo alias viri victorias eum Pindarus memorat, tum Pausanias l. c., apud quem sunt duo Ergotelis decora Olympia. Horum prius nostro carmine prædicatur. Verum non semel tantum Ergotelis laudi inservisse Noster videtur, coll. Fragm. inc. XLIII (Heyne T. III. p. 103. Böckh. T. III. p. 631): Plutarchus de exilio c. 9: *Ὧι δ' ἔξεστιν εἰς μικρὰν ἀποβάντι νῆσον οὐ μικρῶν ἀπηλλάχθαι κακῶν, οὗτος ἄθλιός ἐστι μὴ προσλαλῶν ἑαυτῷ τὰ Πινδάρου μηδ' ἐπᾴδων πολλάκις·*

Ἐλαφρὰν κυπάρισσον φιλέειν,
ἐᾶν δὲ νομὸν Κρήτας περιδαῖον.
ἐμοὶ δ' ὀλίγον μὲν γᾶς δέδοται, ὅθεν ἄδρυς·
πενθέων δ' οὐκ ἔλαχον οὐδὲ στασίων.

Quod fragmentum cui melius conveniet, quam Ergoteli aliive Cnosio, simillima Ergoteli passo? Habes cupressum, quam in Creta (*περιδαῖον*) maxime *ἐλαφρὰν* (*gracilem*, Nostratium schlank) nasci, docet Sieber Reise n. d. Insel Kreta T. II. p. 86. Adde Meurs. Creta p. 105. (monente Spanh. ad Callim. h. in Dian. v. 41), Böckh. T. III. p. 631. Höck. Kreta T. I. p. 36 sqq. Habes Cnosum antri Idæi propinquitate (Höck. l. c. p. 405) et cupressetorum formositate claram, coll. Plat. legg. I, p. 625. B. Cic. legg. I, 5; unde *πολυδένδρεος* est Hymn. hom. I, 475., numisque ejus cupressum incisam refert Ursinus ad Cic. l. c. (ed. Moser. et Creuz. p. 39). Habes eum, qui eandem urbem ob turbas civiles reliquit, quo ducunt, quæ in fragmenti fine antithetice dicta sunt de luctibus et seditionibus. Jamque vix dubium, quin pro *φιλέειν* legendum sit *φυγέειν*, cui respondebit *ἐᾶν*, qui infinitivi ab antecedentibus pendebunt, unde locum decerpsit Plutarchus. Versum deinde tertium et quartum de alio dictum, quam de exule, admodum verisimile est. Opponit enim sua quidam rebus ejus, quem vv. priores laudarunt, se modico agello præditum tutumque, alterum extorrem (et locupletem) dicens, quod iterum in Ergotelem eive similem cadit. Sed videndum quoque de persona dicentis. Posses chorum Himeræorum intelligere, si voci difficili *ἄδρυς* applicare liceret Hesychianum illud v. *ἄδρυα*: *Σικελοὶ δὲ ἄδρυα λέγουσι τὰ μῆλα*, monente Schneidero L. g. v. *ἄδρυον*. Nec tamen est, quo minus de se ista Pindarus pronuntiare potuerit, opponens sua Cnosii divitiis. Jam lege cum Reiskio aliisque (Böckh. l. c.) *ἁδρός* (*εἰμι*), *robustus*. Quippe robur securitatemque præstant in turbis civilibus modici penates, divitiæ periculum creant.

Iterum (coll. p. 270) obloquor Plutarcho, sc. Hyperboreus cum Böckhio (Explicc. ad Pyth. VIII, 61 sqq. p. 313). Verum qui sententiis undique decerptis gaudet, is facile sensum earum genuinum corrumpit. His expositis vide, ne fragmenti sensus ita exprimi possit: *Gracilem cupressum fugere, et valedicere tractui Cretæ circa Idam sito. Mihi vero parum terræ datum, unde tutus (sum), luctusque non sortitus sum nec seditiones.*

V. 1—18.

Tuere, Fortuna, Himeram, varias, ut fert rerum humanarum natura, conditionis suæ vices expertam. Λίσσομαι, παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου, Ἱμεραν εὐρυσθενὲ ἀμφιπόλει, Σώτειρα Τύχα. In his Ἑλ. non generaliter positum, sed ad Himerensium præcipue res trahendum esse, mihi quoque videtur; nec tamen sensum ita restrinxerim, ut Böckhius fecit Explicc. p. 208. Quid enim obstat, quo minus ea repetantur et comprehendantur, quæ olympiadibus proxime elapsis isti civitati evenerant? Variis eam hostibus Jupiter liberaverat, a quibus ne Carthaginienses excludam, sequentia faciunt de Fortunæ imperio maritimo ac terrestri, quo ad duplicem illam pugnam alludi non inepte quidam suspicantur, qua Siculis ad Himeram Afri occubuerunt. Dein bene quidem Böckhius de pulso nuper Thrasydæo tyranno cogitat, alium vero tyrannum (Terillum) prætermittendum esse, non satis demonstrasse videtur. — εὐρυσθενέ. „Oppidum Himeram, inprimis Siciliæ clarum et ornatum," dicit Cic. Verr. II, 2, 35., monente Cluverio Sic. II, 3. — ἀμφιπόλει. *Tuere.* Cum accusativo objecti h. verbum jungi docuit Schneider. L. gr. Est autem ut ἀμφιπολεύειν et ἀμφιβαίνειν deorum aliquem locum eximie protegentium et colentium, coll. Anthol. Palat. T. II. p. 699. Epigr. CCXLII, 8 (Erycius): Priape, τὴν ἱερὴν Λάμψακον ἀμφιπολεῖς. Orph. hymn. LV, 17 (Herm.): Venus, Σύριης ἕδος ἀμφιπολεύεις. Adde ἀμφιβαίνειν Callim. Del. 27. ibique Spanh. — τὴν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ νᾶες. Schol. vet. v. 4: Ἐπεὶ καὶ αἱ νῆες ἐν τύχῃ τινὶ κινοῦνται. Rec. ibid. de auxilio navibus a Fortuna præ-

stito minus bene cogitat. Indefinite memoratur Fortunæ potestas. Alibi tuetur naves, coll. Anthol. Palat. IX, DCCLXXXVIII, 7 (Incertus): *Καὶ νῆες λιμένεσσι σαώτερον ἀμπαύονται, Σὴν δι' ἀρηγοσύνην σωζόμεναι πελάγει.* — *κυβερνῶνται.* Duplici gubernaculo (ambiguitatis signo) Fortuna utitur Fragm. inc. XXXI (Heyne T. III. p. 95. Böckh. T. III. p. 565): *Ἀπειθὴς* (Fortuna) *δίδυμον στρέφουσα πηδάλιον.* In monumentis unum gubernaculum vulgare. Dio Chrysost. Or. LXIII (Reiske T. II. p. 327): *Οἱ δὲ πηδάλιον ἔδωκαν κρατεῖν.* Idem Or. LXIV (R. ibid. p. 329): *Δοκοῦσιν οἱ τεχνῖται πρῶτον τῷ τρόπῳ τῆς κατασκευῆς τὴν δύναμιν αὐτῆς δεδηλωκέναι. πρῶτον μὲν γὰρ ἔστηκεν ἑτοίμη πρὸς τὰ ἔργα· εἶτα τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ πηδάλιον κατέχει, καὶ ὡς εἴποι τις ναυτίλλεται. τί δαὶ ἄρα τοῦτο ἦν; πότερον ὡς μάλιστα τῶν πλεόντων τῆς τύχης δεομένων; ἢ διότι τὸν βίον ἡμῖν ὥς τινα μεγάλην ναῦν κυβερνᾷ καὶ πάντας σώζει τοὺς πλέοντας;* Cf. quoque Siebel. ad Paus. IV, 30, 4. Nitsch. N. myth. Wörterb. v. Fortuna. Hinc potestas ejus gubernandi nomine venit. Menandr. Hypobolimæo (Mein. p. 168): *Τύχη κυβερνᾷ πάντα.* Anthol. Palat. X, LXV, 3 (Palladas): *Τύχην κυβερνήτειραν βιότοιο.* De Tyche v. Nitsch. ibid. et Creuz. Mythol. T. IV. p. 213. 14. 17. 18. — Jam naves noli de sola navigatione, sed de bellis maritimis intelligere.[2]) Suadent juxta posita

2) Himerensium res militares nauticasque spectant numi quidam Mionneti *Description* etc. T. I. p. 240 sq. De forma civitatis parum constare videtur, coll. Tittmanni libro eximio: Darstellung der griech. Staatsverfassungen. p. 511. 12. Müll. l. c. T. II. p. 117.

posita bella terrestria, Pindarus vero antitheta parum diligenter exprimere solet. Utramque Fortunæ potestatem disertis verbis significat Libanius T. IV. p. 1080 (Reiske): *Τύχη δὲ ἄρα τῶν ἀνθρωπείων κατάρχουσα, πρὸ παντὸς ἄλλου τῶν πολέμων ἐπιστατεῖ καὶ φέρει τὴν τῶν πραγμάτων ῥοπὴν ἐφ' ἑκάτερα· γῇ γὰρ καὶ θάλαττα διαιροῦνται τὰς μάχας. — κἀγοραὶ βουλαφόροι. Ubi belli pacisque consilia capiuntur*, s. civitatis forma sit aristocratica, s. democratica. Recte *ἀγορὰς βουλαφ.* memorari post tyrannidis Himerensis finem, vidit Böckhius Explicc. p. 208. Neque tamen democraticam civitatis formam dixerim, quæ Ergoteles optimatem recepit. — *πόλλ' ἄνω, τὰ δ' αὖ κάτω.* Sic jam scholl. recc. v. 6. pro *ταὶ δ'*. I. e. *πολλὰ μὲν ἄνω, πολλὰ δ' αὖ κάτω. Sæpe sursum, sæpe deorsum.* Cf. Nem. IX, 101: *Πολλὰ μὲν ἐν κονίᾳ χέρσῳ, τὰ δὲ γείτονι πόντῳ.* Aequalitatem dictionis habes Nem. XI, 7: *Πολλὰ μὲν λοιβαῖσιν ἀγαζόμενοι πρώταν θεῶν, πολλὰ δὲ κνίσσᾳ. — τέμνοισαι κυλίνδοντ'*. Dictio desumta a navigatione, monentibus Gedikio, Heynio, Böckhio. Adde schol. vet. v. 5. — *μεταμώνια ψεύδη.* Cf. Pyth. III, 40. Schol. vet. v. 5: *Μετέωρα καὶ αἰρόμενα.* Alia de vocis difficilis etymo v. ap. Schneid. L. g. v. *μεταμώλιος.* Loquitur Noster de mari quodam mendacii, s. mendaci. — *σύμβολον δ' οὔ πώ τις ἐπιχθονίων πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσσομένας εὗρεν θεόθεν.* In his *δ'* scholl. aliis est *γάρ*, aliis *τοιγαροῦν*. Deinde *θεόθεν* dicit variandi causa, locutus antea de Fortuna. Nem. XI, 55. idem enuntiat de Jove, monente Böckhio. Addo Hesiodum Clementis Alex. (Hes. ed. Lösn. p. 450): *Μάντις δ' οὐδείς ἐστιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, Ὅστις ἂν*

εἰδείη Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο. Eurip. Herc. f. v. 62: Ὡς οὐδὲν ἀνθρώποισι τῶν θεῶν σαφές. v. 657: Νῦν δ' οὐδεὶς ὅρος ἐκ θεῶν χρηστοῖς οὐδὲ κακοῖς σαφὴς. Solon. eleg. X (Gnom. Brunck.): Πάμπαν δ' ἀθανάτων ἀφανὴς νόος ἀνθρώποισι. Menander Hypobolimæo (Mein. p. 171. coll. ibid. Cler.): Δυσπαρακολούθητόν τι πρᾶγμ' ἐστιν τύχη. Anthol. Palat. T. II. p. 867. Epigr. CCCXLIX, 8 (Incertus): Πάντα δ' ἄδηλα τύχης. — τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φράδαι. Schol. rec. v. 6: Αἱ γνώσεις τῶν μελλόντων ἀφανεῖς, ἄδηλοί εἰσιν. An sunt φραδαὶ *signa*? coll. Aesch. Eumen. v. 236 (Well.). Ita orietur parallelismus cum v. 10 (σύμβολον) non plane spernendus. Ad sensum vv. 10—14. ita schol. rec. inscriptionis: Τοῦτο δὲ ἐποίησε διὰ τὸν Ἐργοτέλην ἐξελθόντα μὲν τῆς πατρίδος αὐτοῦ διὰ στάσιν, ἵνα πρὸς εἰρηναῖον χωρίον γένηται, εὑρόντα δὲ καὶ τὴν Σικελίαν στασιαζομένην. Schol. vet. v. 14. coll. vet. v. 15: Πάντων δὲ τῶν προειρημένων ὁ σκοπὸς τὴν ἀναφορὰν εἰς τὸν Ἐργοτέλη ἔχει, ἐπειδὴ προσδοκήσας ἐκ τοῦ κατὰ Κρήτην πολέμου καὶ τῆς φυγῆς ἀδέξια τὰ μέλλοντα, δι' εὐτυχίαν πολλὴν ὕστερον δόξαν ἐκτήσατο. Similiter Böckhius. Immo locus Pindaricus mera antecedentium explanatio sententiosa est. Duplex igitur Himeræ fortuna sequentibus (πολλὰ — χρόνῳ) inest. Etenim præter exspectationem malas rerum suarum vices experta, non minus præter spem securitatem suam felicitatemque recuperaverat. — ἔμπαλιν μὲν τέρψιος. *Adversus lætitiam*. V. ad Olymp. XI, 103. Absolute posita ἔμπαλιν, τοὔμπαλιν, τἄμπαλιν habes Anthol. Palat. VI, XLVII, 5. VII, CCCLXI, 1. IX, CCCXI, 7. XI, XXVI, 4. CCCCXII, 2. XII, LX, 2. Adde Anthol. gr. Lips. T. XII.

p. 371. 72. 76. Bekker. Anecdd. grr. 4, 16. — *οἱ δ'*. Quasi præcessisset *οἱ μέν*. — *ἐσλὸν βαθύ*. *Bonum ingens*. Cf. Olymp. VII, 97: *Βαθὺ κλέος*. Pyth. I, 127: *Βαθύδοξοι γείτονες*. De v. vide nos ad Olymp. XIII, 87. — *πεδάμειψαν*. Ad verbum et sententiam cf. Pyth. III, 168.

V. 19—28.

Tibi quoque, Ergotele, e calamitate felicitas exorta est, cum victor redeas in alteram patriam. Comparat Himeræ Ergotelisque conditionem, ansam præbente ultima sententia de malo (Himerensium) præter spem brevique in bonum verso. Qui proxime antecedentia de Ergotele acceperunt, neglexisse mihi videntur sensum nexumque stropharum primæ et secundæ, quas ob solam Himeram dictas cuivis patere puto, excluso Ergotele, ad quem ea demum spectare poterunt, quæ *comparationis* signum (*καίτεά κεν*) præ se ferunt. — *ἐνδομάχας ἄτ' ἀλέκτωρ*, i. e. *ἐνδομάχου ἄτ' ἀλέκτορος*, de qua forma v. Matth. Gr. gr. mai. p. 629. 30. Galli certaminibus publicis sæpe adhibiti [3]) mentionem accipiunt cum schol. vet. v. 20. de ludis domesticis Cnosiorum, [4]) qui quare ludis sacris isto tempore abstinuerint, causa latet. Ea poterat e Cnosi *ταπεινώσει* proficisci, de qua v. introduct. Neque enim absimile vero videtur, e statu Cnosi inferiore novas identidem turbas consecutas, quarum una male habuit Ergotelem. Jam gallus gallinaceus in numis Himerensium obvius (Cf. Massieuvius in *Memoir. des in-*

3) Beyträge z. Gesch. d. Erfindd. v. Beckmann. V, 3, 448 sqq.

4) Simplicius alii tertium comparationis in Ergotelis cum popularibus convictu ponent.

script. T. IV. p. 500. Böckh. Explicc. p. 210. Meyer's Gesch. d. bild. Künste u. d. Griech. T. II, p. 81) poetam facile ad comparationem movere potuit, monente Heyn. ad l. Böckhius deinde cum Massieuvio probabiliter gallum in Himer. numis ad Minervæ ibidem cultum trahit. [5]) De Minervæ gallo gall. v. Creuz. Mythol. T. II, p. 746. Meyer. l. c. T. II, p. 231. — *συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ.* V. ad Pyth. V, 21. — *ἀχλεὴς τιμὰ ποδῶν.* Idem oxymoron habet Eurip. Heracl. v. 620: *Ἀχλεὴς δόξα.* Hel. v. 135: *Αἰσχρὸν χλέος.* — *κατεφυλλορόησε. Defluxisset velut arborum folia.* Cf. Pyth. V, 161: *Μὴ φθινοπωρὶς ἀνέμων χειμερία καταπνοὰ δαμαλίζοι χρόνον*, simili colore. — *στεφανωσάμενος. Coronatus.* Medium pro passivo. Similiter *ὅπλοις κοσμησάμενοι* Incert. Rhesi v. 990. Adde ad Olymp. VII, 148. p. 276. — *Ἰσθμοῖ.* Vulgaris forma. Rariorem *ἐν Ἰσθμοῖ* habes Anthol. Palat. XIII, XIV, 4 (Simonides). Ubi conf. Jacobs. T. III. p. 788. — *θερμὰ Νυμφᾶν λουτρά. Nympharum thermæ*, i. e. *Himeram*, partem pro toto, coll. scholl. v. 25. Schol. vet. ibid. coll. rec.: *Τὰ ἐν τῇ Σικελίᾳ θερμὰ λουτρὰ τὰ τῆς Ἱμέρας πόλεως λέγεται Ἀθηνᾶν ἀναδοῦναι εἰς ἀπόλουσιν Ἡρακλεῖ τινὰς δὲ τὰς Νύμφας ἀναδοῦναι αὐτά, καθὼς ὁ Πίνδαρος· ἵνα ἀπολούσηται, ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς ἀπελαύνων παρεγένετο.* Adde Böckhium Explicc. p. 210. — *βασταζεις.* Scholl. v.

5) Gallus gall. Aeschyli (Eumen. v. 823. Well.) Heynio citatus bella civilia spectat, coll. ibid. schol.: *Μάχιμον γὰρ τὸ ὄρνεον· τῶν τε ἄλλων ζώων τὸ συγγενὲς αἰδουμένων μόνος οὐ φείδεται.* Similiter galli gall. dicuntur Graeci Lycophr. v. 1094, coll. ibid. Tzetza et Pottero.

25: Ὑψοῖς καὶ ἐπαίρεις τῇ δόξῃ, μεγαλύνεις. V. quoque ad Pyth. VIII, 142. et φερέπολις Fragm. inc. XXXII (Heyne T. III. p. 95. Böckh. T. III. p. 565). — ὁμιλέων παρ'. Schol. rec. v. 25: Οἰκῶν, ἀναστρεφόμενος. Vet. v. 25: Παροικῶν. Sequuntur interprr. recc. coll. ὁμιλεῖν παρὰ Odyss. XVIII, 382. Præstare videtur *accedens*, revertens e ludis sacris. [6]) His positis breve carmen Noster in loco certaminis festinavit. — οἰκείαις ἀρούραις. Cf. Isthm. I, 51. Patria posterior, cujus civem se pronuntiaverat Ergoteles, coll. Welck. ad Alcm. p. 85.

---

6) De παρὰ c. dat. motum significante v. Matth. Gr. gr. mai. p. 863. Ὁμιλεῖν vero loco junctum passim est *accedere*. Nonn. Dionys. XXXVI, 212: Ὁμίλει γείτονι πόντῳ. XLVII, 363: Ὁμιλήσειε θαλάσσῃ. 470: Θαλάμοισιν ὁμιλήσας. Idem ἐπιμίσγεσθαι de loco Callim. h. in Jov. v. 13. ibique Ern.

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ ΙΓ'

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΟΡΙΝΘΙΩΙ

ΣΤΑΔΙΟΔΡΟΜΩΙ ΚΑΙ ΠΕΝΤΑΘΛΩΙ.

V. 1—13.

Poeta laudem familiæ Xenophonteæ Corinthique jungit. οἶκον, ἄμερον ἀστοῖς. Spectant hæc aristocratiam Corinthiorum. Neque enim talia in civitate democratica dici poterant. Principatum igitur tum temporis gentes quædam nobiles habebant, coll. Müll. Gesch. T. III. p. 151. — ξείνοισι δὲ θεράποντα. Hanc laudem et antecedentem in Hierone repetit Pyth. III, 124 sqq. Jam ξείν. proprie quidem Pindarum spectabit. Verisimile tamen, tyrannorum atque aristocratarum Græciæ hospitalitatem maximopere obsecutam civitatis administrandæ ingenio formæque, quam isti homines probabant ac tuebantur. — γνώσομαι. V. ad Olymp. VI, 151. p. 226. VII, 152. p. 277. — τὰν ὀλβίαν Κόρινθον. Dictum putant ob Corinthi opes, scriptoribus non unius tantum ævi memoratas, coll. Hom. Il. II, 570. Pind. Fragm. Scol. I, 3 (Heyne T. III. p. 19. Böckh. T. III. p. 608). Thuc. I, 13. Strab. VIII, 6. Enn.

Med. (Eurip. Med. ed. Elmsl. p. 60. Lips.): *Quae Corinthum arcem altam habetis, matronae opulentae.* Anthol. Palat. IX, CLI (Antipater). Müll. Gesch. T. III. p. 27. 213. Mihi hoc prædicatum ut Spartæ (Pyth. X, 1.) latius patere videtur. Multifariam enim Corinthus inclaruerat. — *Ἰσθμίου πρόθυρον Ποσειδᾶνος.* Bene Schol. rec. v. 1: *Ἡ Κόρινθος ἐν τέλει μὲν τοῦ Ἰσθμοῦ, ἐν ἀρχῇ δὲ τῆς Πελοποννήσου κειμένη, εἰκότως προπύλαιον τοῦ ἐν Ἰσθμῷ τιμωμένου Ποσειδῶνος τῷ Πινδάρῳ καλεῖται.* De hoc urbis situ v. ad Olymp. VIII, 68. p. 306. Adde Weisk. ad Xenoph. H. G. p. 189., monente Müll. Gesch. T. III. p. 430. Jacebat igitur C. inter Isthmum et Peloponnesum, recteque dicebatur e Peloponneso venientibus Neptuni Isthmii *πρόθυρον*, Peloponnesum vero petentibus *Πέλοπος λιπαρᾶς νάσου θεόδματοι πύλαι* (Bacchyl. Schol. vet. v. 1. Ed. Neue p. 17). Eurip. Tro. v. 1087: *Δίπορον κορυφὰν Ἴσθμιον, ἔνθα πύλας Πέλοπος ἔχουσιν ἕδραι.* [1]) — *ἀγλαόκουρον.* Scholl. v. 1: *Ἥτις ἀγλαοὺς κούρους καὶ ἄνδρας ἔχει. Λαμπροὺς ἔχον νέους.* Victorem hoc spectare dicit Böckhius. Quamquam in vocis etymo nil inest, quod virgines excludat, coll. hierodulis Corinthiacis (Strab. VIII, 6) atque iis, quas noster Xenophon ob idem decus dicavit fragm. Scol. I (Heyne T. III. p. 18. Böckh. T. III.

1) Similiter freta quaedam *portae* (maris) dicuntur. Fragm. inc. XII (Heyne T. III. p. 86. Böckh. T. III. p. 643): *Πύλας Γαδειρίδας.* Eurip. Iph. Aul. v. 793: *Εὐρίπου πύλαις* (pro vulg. *πύλας*, mutante Vossio). Alii *πίλας* praeferent cum Barn. Markl. Matth. (Matth. T. VII. p. 368). Lycophr. v. 643: *Ταρτησσοῦ πύλης* (coll. ibid. Tzetza), ubi codd. permutant *πίλας* et *πύλης*.

p. 608 sqq.). Ita erit *ἀγλαόκ.* pro *ἀγλαόπαις* (Nonn. Conv. Evang. Joh. IV, 252. XXI, 91), præparante Pindaro id, quod scol. cit. fusius tractat, sc. hierodularum Xenophontis oblationem. De Corinthiorum et Corinthiarum pulchritudine v. Anacr. XXXII, 10. ibique Fisch. — *ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει, καστίγνηταί τε, βάθρον πολίων, ἀσφαλὴς Δίκα καὶ ὁμότροπος Εἰράνα, ταμίαι ἀνδράσι πλούτου, χρύσεαι παῖδες εὐβούλου Θέμιτος.* Ad sensum loci politicum v. Böckh. Explicc. p. 212. Müll. Gesch. T. III. p. 151. Adde Eund. ibid. p. 81. 134. 200. 211. not. 5. Inter III deinde Horas principe loco positam Eunomiam vides, utpote universam civitatis formam, s. *τὴν κατὰ νόμους καλῶς ἐνδιαιτωμένην διοίκησιν* (schol. rec. v. 1). Dice vero et Irene Eunomiæ arctissime cohærent. Bona enim civitatis forma publicam privatamque parit justitiam et tranquillitatem. Dein Themidis interpretationem v. pag. seq. Similis est *Εὐνομία* Olymp. IX, 24 sqq. — *ναίει.* Cf. Olymp. XI, 17. — *βάθρον πολίων.* *Qua urbes nituntur*, idem quod sequens *ἀσφαλής*, *quæ est fiduciæ securitatisque causa*, coll. Pyth. III, 133. Alibi *βάθρον* circumlocutioni inservire videtur. Eurip. Cycl. v. 352: *Κινδύνου βάθρα.* Iphig. A. v. 1250: *Τροίης κλεινὸν βάθρον.* Similem Beroes urbis laudem v. Nonn. Dionys. XLI, 145: *Βερόη, δίχης πέδον, ἄστυ θεμίστων.* — *ὁμότροπος Εἰράνα.* Schol. rec. v. 1: *Ἡ τὴν αὐτὴν αὐτῇ γνώμην ἔχουσα.* Etenim ipsa quoque *ἀσφαλής ἐστι* (*ἀσφαλείας ποιητικὴ* schol. rec. v. 1). Ad *ὁμότρ.* cfr. Theophr. Char. XXVI. ibique interprr. Nonn. Dionys. XLVIII, 499: *Ὁμότροπον ἦθος.* Schneid. L. g. — *ταμίαι ἀν-*

δράσι πλούτου. Bacchyl. fragm. XII (Neue p. 19): *Τίκτει δέ τε θνατοῖσιν Εἰράνα μεγάλα πλοῦτον.* Adde Anthol. locum ad v. 87. Oppian. Hal. II, 680: *Δίκη θρέπτειρα πολήων.* De vv. ταμίας et ταμία cfr. ad Olymp. VI, 7. p. 186. —εὐβούλου Θέμιτος. Nonn. Dionys. XXXI, 62: *Καθαρὴν Θέμιν.* Deinde simili sensu Dicen, Eunomiam et Themidem jungit Bacchylides fragm. XXX (Neue p. 48): *Ἐν μέσῳ κεῖται κιχεῖν Πᾶσιν ἀνθρώποισι Δίκαν ὁσίαν, Εὐνομίας ἀκόλουθον καὶ πιστᾶς Θέμιδος.* Vides, Pindarum h. l. coll. Olymp. IX, 17. sua de Horis earumque matre proferre potuisse, si vel nulla Corinthi fuissent earundem sacra. Agit enim utroque loco de statu civitatis sano justoque, ut Bacchylides de justitia hominum singulorum. Versu 23 *Horas* sensu religionis publicæ memorat, quod nomen sero positum mihi satis persuadet, in antecedentibus Horarum cultum Corinthiacum (si quidem fuit) non magis spectari, quam Olymp. IX, 24. Pyth. VIII. init. sacra earundem Opuntia atque Aeginetica. Postremo si Pindari mentem circa Themidis notionem indagare lubet, erit Th. justitiæ amor (coll. Ol. IX), unde bonæ leges (*Εὐνομία*). Quæ si observantur, justitia (*Δίκα*) floret cum pace. — *ἐθέλοντι.* Schol. vet. v. 12: *Ἤτοι εὐκτικῶς εἶπεν, ἀντὶ τοῦ αἱ προειρημέναι θεαὶ ἀπαλεξήσουσι τῶν πόλεων τὴν ὕβριν· ἤτοι βούλοιντο δ' ἂν ἀπαμύνειν τὴν ὕβριν καὶ ἀποκωλύειν.* Heynio *ἐθέλοντι* otiosum videtur. Quidni vero s. studii s. consuetudinis (Viger. p. 264. not. 77) notionem habebit? Si prius elegeris, erit *ἐθ.* idem quod *φιλοῦσι*, coll. Nem. I, 15. Deinde *ἐθέλ.* cum *ναίει* jungendum, monente Heynio. *Habitant Corinthi, adversantes Insolentiæ.* Aliis δ' erit pro

γάρ, coll. Thiersch. De ratione inter *Ὕβριν* et *Κόρον* intercedente recte præcipiunt interprr. [2]) Utrumque vero plebis conatum contra optimates spectare poterit, ut in Solonis loco simillimo XV, 7: *Δήμου θ' ἡγεμόνων ἄδικος νόος, οἷσιν ἑτοῖμον Ὕβριος ἐκ μεγάλης ἄλγεα πολλὰ παθεῖν. Οὐ γὰρ ἐπίστανται κατέχειν κόρον, οὐδὲ παρούσας Εὐφροσύνας κοσμεῖν δαιτὸς ἐν ἡσυχίῃ.* Idem ibidem v. 32: *Εὐνομία δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει, Καὶ θαμὰ τοῖς ἀδίκοις ἀμφιτίθησι πέδας, Τραχέα λειαίνει, παύει κόρον, ὕβριν ἀμαυροῖ, Ἀνθαίνει δ' ἄτης ἄνθεα φυόμενα.* Similia de *ὕβρει* (Megarensium) politicâ v. ap. Theogn. (Bekk.) v. 40. 44. 151. 291. 542. 603. 1103., [coll. Müll. Gesch. T. III. p. 11. 167. — *θρασύμυθον* dicit *Ὕβριν*, quæ turbatâ civitate in verbis violentis cernitur plebeiorum optimatibus adversantium. Böckhius de pacatæ civitatis concionibus vix bene cogitat. Postremo (Heyne nott. critt.) *Κόρος* eorum est, quibus „insolentia elati secundo fortunæ cursu animi fastidium creat, ut in præsenti rerum florente statu non acquiescant cives, sed novis studeant.“ Corinthi talia consequi poterant e mercaturæ opibus affluentibus, coll. Müll. l. c. T. III. p. 27. not. 2. 213. Ad *κόρον* tropicum v. schol. rec. v. 12. et Olymp. I, 89. p. 37.

---

2) Theogn. v. 751. e *κόρῳ* consequi *ὕβριν* vult: *Ὕβρίζῃ πλούτῳ κεκορημένος.* Idem simpliciter utrumque jungit v. 1173: *Ἢ πολὺ κρείσσων (γνώμη*, coll. *σωφροσύνη* v. 379) *Ὕβριος οὐλομένης λευγαλέου τε κόρου Ἐστι. κακὸν δὲ βροτοῖσι κόρος.*

V. 14—33.

Reliquas Corinthi laudes persequitur, quæ sacros ludos, inventa, musicam, bellum spectabant. ἔχω κλεά τε (*laudabilia*, coll. Olymp. I, 57) φράσαι. Quasi nullâdum laude præmissa integrum inchoat urbis encomium. Alii ἄλλα minus bene supplebunt. — τόλμα. Audacia poetica, coll. Olymp. IX, 122. p. 361. An simul ea, quam suppeditat veritas? — εὐθεῖα. Schol. rec. v. 14: *Δικαία*. Melius vett. ibidem: *Πρόσφορος. παρορμᾷ λέγειν τὰ ἐπ' εὐθείας καὶ ἐφεξῆς*. Audacia dicitur celeriter et rectâ incedere, quod deinde variatur. — ἄμαχον δὲ (ἀμάχανον, coll. Olymp. VII, 46. Pyth. XI, 42) κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος. *Laudes Corinthi ut promam, incitat me audacia, quam ut ingenitam reprimere non possum, sed natura cogente sequor*. Heynius cum schol. rec. v. 16 (ὥστε καὶ Κορίνθιοι ἀγαθοὶ ἐκ φύσεως ὄντες οὐκ ἄν ποτε μεταβληθεῖεν) sententiam ad seqq. trahit, adeoque ad Corinthios: *Quī non κρύψαι, exuere possunt generosam indolem*. Böckhius cum antecedentibus et sequentibus nectit; *Ingenita audacia me stimulat* naturæ meæ obsequentem. *Naturam quippe nemo occultare potest: cui obtemperantes vos quoque Corinthii* etc. Male, si quid sentio. Sequentia enim de iis agunt, quæ debeant Corinthii Horarum beneficio, non quæ accepta referant suo erga naturam obsequio. Recte igitur schol. rec. v. 14: *Τὸ συγγεγενημένον ἐμοὶ φυσικὸν ἦθος*. Bothius: „Euch aber, Kinder Alatas etc.“ Est enim ἄμαχον . . ἦθος antecedentium interpretatio. Recto itinere grassans audacia mea ad laudem Corinthiorum me impellit, nec possum

non ei obsequi, cum naturalia repelli non possint. Horat. Epist. I, x, 24: *Naturam expellas furca, tamen usque recurrit*. Dices quoque, inprimis voci *εὐθ.* illustrandæ sententiam inservire. Utrumlibet elegeris, vim suam poeticam quasi naturali quadam necessitate cum laudibus Corinthiorum cohærere poeta contendit. — *πολλὰ μέν, πολλὰ δ'*. Böckhio utrumque adverbium est (*multifarie*), coll. Nem. XI, 7. Verum nostro loco *πολλὰ δ'* trahendum ad *ἀρχαῖα σοφ.* Deinde *πολλὰ δὲ* antecedente eliptico *πολλὰ* habes Pyth. IX, 218. — *νικαφόρον ἀγλαΐαν*. Lætitiam etc. e *νικαφορίᾳ* profectam. Schol. vet. v. 17: *Τὴν ἀπὸ τῶν νικῶν ἡδονήν*. Cf. *στεφάνων νικαφόρων* Isthm. I, 29. — *ὑπερελθόντων*. De constructione v. Heyn. nott. critt. Descivit P. ab ordine (*ὑπερελθοῦσι*). Fuisset dativus molestissimus juxta reliquos dativos sensus diversi, interque Corinthios distinguere volebat quosdam victores, cui rei genitivus convenit. Cum elliptico verbi usu (suppl. *τοὺς ἄλλους*) cfr. *ὑπερβαλὼν* Nem. VII, 97. Adde Schneid. L. gr. v. — *ἱεροῖς ἐν ἀέθλοις*. Olymp. VIII, 84: *Ἱερῶν ἀέθλων*. Nem. II, 5: *Ἱερῶν ἀγώνων*. — *ἐν καρδίαις ἀνδρῶν*. Expressum habes nomen, quod ap. v. *ὑπερελθ.* desiderabas. Adde nos ad Pyth. VIII, 63. 64. — *Ὧραι πολυάνθεμοι*. Ut tempestatum deæ, coll. Böckh. Eædem sunt *ἀγλαόκαρποι* Fragm. inc. C (Heyne T. III, p. 130. Böckh. T. III. p. 561). Heynius: „Primo *Horæ* pro tempore; tum tribuitur tempori, quod in tempore factum est.“ Schol. vet. v. 23: *Τὸ Ὧραι πολυάνθεμοι καὶ πρὸς τὸ ὥπασαν ἐκληπτέον. παρέχουσι δὲ αἱ Ὧραι τὰς νίκας διὰ τὸ τὰς πανηγύρεις κατὰ περίοδον φέρειν, ἐν αἷς ἀγῶνες καὶ νῖκαι*

γίνονται. Schol. vet. v. 20: *Σοφὰ διανοήματα ὁ χρόνος ἐν ταῖς καρδίαις τῶν παρ' ὑμῖν ἀνδρῶν ἐνέβαλεν.* Similiter eædem Pindarum ad sacros Olympiæ ludos advocant Olymp. IV, 3 sqq. p. 164 sq. — *ἀρχαῖα σοφίσματ' ϑ': Prisco tempore inventa.* Heynius: „Diversis temporibus inventa sunt antiquitus multa a Corinthiis.“ — *ἅπαν δ' εὑρόντος ἔργον. Unumquodque inventoris opus, etsi alii idem exercent,* coll. Böckh. Addendum videtur bonum schol. rec. v. 24: *Εἰ γὰρ καί τινες τοῖς εὑρεθεῖσι παρὰ Κορινθίων ἐπιδεδωκότες ἐξέλαμψαν, οἱ κατ- αρχὰς εὑρόντες αὐτὰ Κορίνθιοι κρείττους εἰσὶν αὐτῷ τῷ εὑρεῖν.* Cf. rec. v. 21: *Ἅπασα δ' ἐργασία τεχνικὴ τοῦ εὑρόντος αὐτὴν τὴν ἀρχήν.* — *ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφανεν σὺν βοηλάτᾳ Χάριτες διθυράμβῳ;* Schol. rec. v. 21: *Αἱ ἑορταὶ αἱ το ἐπαγωγὸν ἔχουσαι, σὺν διθυράμβῳ χάριν βοὸς ᾀδομένῳ.* Vet. v. 25: *Αἱ τῶν διθυράμβων χάριτες αἱ τῷ Διονύσῳ ᾀδόμεναι.* Ibidem: *Αἱ τοῦ Διονύσου διθυράμβων ἐν Κορίνθῳ ἐφάνησαν χάριτες, τουτέστι τὸ σπουδαιότατον τῶν Διονύσου διθυράμβων ἐν Κορίνθῳ πρῶτον ἐφάνη.* Ibidem: *Αἱ τοῦ Διονύσου χάριτες ὁ διθύραμβος.* Præferendum videtur scholium primo loco positum, s. Dionysiacorum ipsa gratia, non excluso *dearum* cultu, coll. Böckh. Explicc. p. 213. [3]) Similiter eædem junguntur Fragm. scol. IV (Heyne T. III. p. 26 sq. Böckh. T. III. p. 616): *Χαρίτας τ' Ἀφροδισίων ἐρώτων.* — *βοηλάτᾳ.* Ut

3) Heynius: „*Χάριτες Διονύσου* vix esse possunt nisi *carmina, hymni, σὺν Διθυράμβῳ βοηλάτᾳ, cum choro.*“ Immo carminis notio ipsi maximopere dithyrambo inest.

Dionysiacorum gratia personam induit, ita dithyrambus quoque, eorundem forma s. pars singularis. Comitatur (*σὺν*) Gratias Dionysiacas bovemque abigit, quod præmium dithyrambi (qui eum canebat, victoris) bos, coll. scholl. v. 25. 26. — *τίς γάρ. Quisnam.* V. Böckh. Explicc. et Viger. p. 493 sq. — *ἱππείοις ἐν ἔντεσσιν μέτρα.* Junge (ex sequentibus) *ἐνέθηκε, imposuit, dedit.* Pyth. III, 112: *Καί τί οἱ φίλτρον ἐν θυμῷ μελιγάρυες ὕμνοι ἀμέτεροι τίθεν.* Præferunt alii lectionem Aldinæ *ἐπέθηκ'*, unde quædam in textu mutanda, coll. Herm. et Ahlw. Reliqua turbas moverunt, de quibus vid. Heyn. Verum vidisse putes schol. vet. v. 27: *Τὰ ἵππεια μέτρα τοῦ χαλινοῦ* [i. e. *τὰ μέτρα τοῦ ἱππείου χαλινοῦ, modus, frenis impositus*, i. e. *freni*]. *ἀποδεδώκασι δὲ τῷ δοκεῖν τὸν Πήγασον πρῶτον ὑπὸ Βελλεροφόντου ἐν Κορίνθῳ κατεζεῦχθαι.* Eadem Böckhii sententia, scite afferentis Pyth. IV, 417: *Βοίους δήσαις ἀνάγκας ἔντεσιν αἰχένας.* Permittit hoc late patens vocis *ἔντεα* significatus, coll. iis, quæ congessere Damm. Lex. hom. v. *ἔντος*, Heyn. et Böckh. ad n. l. Ita præluditur iis, quæ de freno Bellerophonti divinitus dato inferius exponuntur. Quæ tamen in hac re nobis dubia sunt, ea v. ad v. 70. not. — *οἰωνῶν βασιλῆα δίδυμον. Aquilam daplicem.* Pyth. I, 11 seq.: *Αἰετός, ἀρχὸς οἰωνῶν.* Isthm. VI, 73: *Ἀρχὸν οἰωνῶν μέγαν αἰετόν.* Nicandr. Ther. v. 448: *Βασιλήϊος ὄρνις Αἰετός.* Nonn. Dionys. VII, 122: *Αἰετὸν πρόμον αἰθέρος.* De delphine piscium, leone mammalium regibus v. Opp. Hal. V, 441. Cyneg. I, 68. III, 40. 62. — *θεῶν ναοῖσιν.* In his templa primum dialia ita decorata esse, probabile quibusdam faciet avis imposita, sc. ipsa dialis, coll. Olymp. II, 159. ibique nott.

Jam ubi quæsieris, quid in illa re invenerint Corinthii, Pindarus ipse non obscure respondet. Templorum fastigio utrique (*duas*) aquilas imposuerunt, quum antea solum puto anterius fastigium hujus avis effigiem habuisset. Similiter artem auxerunt in columnæ fabrica, quæ ipsorum nomen tulit. Alii aquilarum effigies templis impositas Corinthiis deberi simpliciter augurabuntur. Nota deinde, alia Corinthiorum circa artes inventa (scholl. v. 26 sqq. Böckh. p. 213—15. Thiersch. Epochen der bild. Kunst u. d. Griech. II, 31. 48 sq. Meyer l. c. passim, v. ind. p. 21) exponi potuisse. Verum Noster ingenio suo obsequens unum eligit, quod ad cultum deorum pertinet. Non aliter religionem spectant, quæ de dithyrambo, Corinthiorum invento poetico, supra exposuit. Sequentia poesin Corinthiorum generaliter tractant. — *ἐν δέ*. Junge *ἐναυθεῖ δέ* (*αὐτοῖς*). Eurip. Hec. v. 1186: *Ἑκτορός τ' ἤνθει δόρυ.* — *Μοῖσ'*. De Corinthiorum poësi videantur scholl. v. 31. Müller. Gesch. T. III. p. 368 sq. De Eumelo Id. ibid. T. II. p. 116. 136. 141. 145. 250. T. III. p. 332. 487. — *ἀδύπνοος*. Isthm. II, 38: *Ἀδυπνόῳ φωνᾷ.* — *Ἄρης*. Schol. vet. v. 31: *Ἐν δὲ τῷ Περσικῷ πολέμῳ καὶ οὗτοι ἐστρατεύσαντο ἔχοντες ἡγεμόνα τὸν Ἀδείμαντον.* Adde vet. v. 32. Hoc præcipue bellum spectari, recte statues. Tacet enim historia de Corinthiorum bellis inter Xerxem Græcos adortum (Olymp. LXXV) et Xenophontem victorem (Olymp. LXXIX). Postremo similiter laudem poeticam et bellicam jungit Ol. XI, 18. p. 390.

V. 34—64.

Jovem precatur, ut faveat carminibus suis, Corintho, Xenophonti, cum patre etc. toties victori. *ὕπατ'*. Nem. I, 90: *Διὸς ὑψίστου.* XI, 2: *Ζηνὸς ὑψίστου.* Adde in-

terprr. Olymp. I, 150. — *ἀφθόνατος*, coll. Olymp. X, 7. Bekker. Anecdd. 97, 3: *Ἄφθόνητος: Πίνδαρος Ὀλυμπιονίκαις.* Schol. vet. v. 35: *Ἐπὶ τοῖς ἔπεσι τῆς Ὀλυμπίας καὶ τοῖς ὕμνοις, οἷς λέγω περὶ αὐτῶν, μὴ νεμεσήσῃς, ὦ Ζεῦ.* Gloriatur ut alibi arte sua, qua beatus aliosque beans Deorum invidiam movere poterat. *Istam incolumem serves, Jupiter*, coll. Olymp. VI, 180. — *χρόνον ἅπαντα* antecedentium est, non sequentium, quod Heynio visum. V. schol. rec. v. 34. Böckh. Thiersch. Ahlw. — *τόνδε λαόν.* V. Böckh. introduct. — *Ξενοφῶντος εὔθυνε δαίμονος οὖρον.* Schol. rec. v. 34: *Εὐόδου τοῦ θεοῦ τοῦ διοικοῦντος αὐτῷ τὸν βίον τὸν οὖρον, τὸν οὔριον ἄνεμον, μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν νεῶν ἀντὶ τοῦ εὐτυχίαν.* Verum *οὖρος* apud P. simpliciter esse poterit *ventus*, coll. indicc., et felicitatis notio inest verbo *εὔθυνε*. Jam *δαίμονι* ut nave vehitur Xenophon, coll. loco simillimo Pyth. V, 164: *Διός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ δαίμον' ἀνδρῶν φίλων.* Ceterum h. l. ut Pyth. cit. Jupiter *δαίμονι* imperat, quod v. 148. secus esse videtur. Sunt talia arbitrii lususque poetici. Cum tropico *εὔθυνε* etc. cfr. Pyth. I, 87: *Εἰ γὰρ ὁ πᾶς χρόνος ὄλβον μὲν οὕτω καὶ κτεάνων δόσιν εὐθύνοι.* Nem. II, 10: *Εἴπερ κατ' ὁδόν νιν εὐθύπομπος αἰὼν ταῖς μεγάλαις δέδωκεν κόσμον Ἀθάναις.* Adde *οὖρος* indd. — *δέξαι δέ οἱ.* Schol. vet. v. 32: *Δέξαι παρ' αὐτοῦ.* Pyth. IV, 37 (Böckh. Explicc. p. 215). VIII, 5. Eurip. Hec. (Matth.) v. 530: *Δέξαι χοάς μοι τάσδε κηληπηρίους*, coll. ibid. Pors. et Schæf. (ed. Germ. III. p. 41. 42). Matth. ad eund. loc. T. VI. p. 59. coll. ejusd. Gramm. gr. mai. p. 535. Apollon. Rhod. I, 420: *Νῦν δ' ἴθι, καὶ τόνδ' ἡμῖν, Ἐχέβολε,*

κήβολε, δέξο θυηλήν. Anthol. Palat., VI, xviii, 5 (Julianus Aegypt.): *Ἀλλὰ σύ μοι, Κυθέρεια, δέχου νεότητος ἑταῖρον Δίσχον.* Nonn. Dion. XLVIII, 547: *Δέξο μοι ἠλακάτην.* Dices dativum honoris. — *στεφάνων ἐγκώμιον τεθμόν*, coll. Olymp. VII, 161. p. 279. 80. Schol. vet. v. 39: *Νόμιμον ἔπαινον.* Vet. ibidem: *Τὸν ἐγκωμιαστικὸν λόγον, ὅς ἐστιν ὕμνος τῶν νικηφόρων.* [4]) Bene, si adjeceris reliqua pompæ, coll. Heyn. Böckh. Pluralem deinde *στεφάνων* acute Idem ad duplicem Xenophontis victoriam trahit, quamquam aliis indefinitus videbitur, coll. indd. — *τὸν ἄγει.* V. Böckh. introduct. — *πεντάθλῳ ἅμα.* De ordine singulorum quinquertii certaminum v. acuta Hermanni dissertatio: *De Sogenis Aeginetæ victoria quinquertii*. Lips. 1822. p. 7 sqq. — *οὐκ.* Adverbium erit quibusdam; Nostratium Nein, coll. Ahlw., qui *οὔ* legit, et comma deinde figit. Ita vero turbatur decursus grammaticus, qui relativum efflagitare videtur (*τῶν* pro *ὧν*), [5]) coll. schol. vet. v. 43. Duplex negatio cum Hermanno me non offendit, habetque P. alia *ἅπαξ λεγόμενα.* — *ἀντεβόλησεν. Adeptus est*. Hes. Opp. et D. v. 729: *Ἰάμου ἀντιβολῆσαι.* Cf. Bekker. Anecdd. gr. 407, 24. Schneid. L. gr. v. — *ἔρεψαν.* De coronis usitatum, coll. Pyth. IV, 425. ibique critt. Nem. VI, 73. — *πλόκοι σελίνων ἐν Ἰσθμιάδεσσιν. Apium* aridum, tum temporis corona Isthmia. Incertus Plutarchi (Meinekio Menander, p. 81): *Τὰ δ' Ἴσθμι' ἀποδοίην ἂν ἡδέως, ὅ-*

4) Cf. Nem. XI, 34: *Ἑορτὰν Ἡρακλέους τέθμιον.*

5) Interpellant decursum sententiarum scholl. rec. v. 39. vet v. 43: *Οὐκ ἐπέτυχεν οὐδαμῶς πρότερόν τις ἀνὴρ θνητὸς τούτων.* Similiter Bothius Thierschiusque.

σον Ὁ τῶν σελίνων στέφανός ἐστιν ὦνιος. De σελίνῳ cf. Böttigeri Sabina T. I. p. 244. 45. C. Sprengelii Gesch. d. Botanik. Edit. nov. T. I. p. 36. Billerbeckii Flora classica p. 70. — Ἰσθμιάδεσσιν, sc. ἑορταῖς. Nem. II, 13: Ἰσθμιάδων ἄωτον. — φανέντα. Schol. rec. v. 45: Ἀγωνισάμενον. Isthm. I, 36: Τῶν ἀθρόοις ἀνδησάμενοι θαμάχις ἔρνεσιν χαίτας ῥεέθροισί τε Δίρκας ἔφανεν καὶ παρ' Εὐρώτᾳ πέλας. Ubi bene schol.: Ἔνδοξοι ὤφθησαν. — αἴγλα ποδῶν. *Splendor, gloria pedum.* Pyth. III, 130: Ἀέθλων Πυθίων αἴγλαν. Olymp. XII, 22: Τιμὰ ποδῶν. — ἀνάκειται. Thessalum Olympiæ statuam habuisse Böckhius bene auguratur. Cf. Olymp. VII, 152. p. 277. Olymp. X, 8. p. 377. Isthm. V, 21: Τὶν δ' ἐν Ἰσθμῷ διπλόα θάλλοισ' ἀρετά, Φυλακίδα, κεῖται. Ubi schol. repetit nostrum ἀνάκειται. Schol. rec. v. 48. latius accipit pro ἐπικρατεῖ, παραμένει. — ἔχει. Eandem interpretationem admittit, quam ἀνάκειται. An de nomine victoris lapidi insculpto cogitandum? Schol. rec. v. 48: Ἔσχεν (adeptus est). — χρυσαοῖς ἐν Ἀθάναισι. V. Olymp. VII, 151. p. 276. — τρία ἔργα. Schol. rec. v. 48: ἀντὶ τοῦ τριῶν ἔργων καλλίστων στεφάνους. Rec. v. 51: Τρεῖς ἄθλους. Mihi sunt ἔργα κάλλιστα *optimi eventus* (coll. Olymp. VIII, 110), *præclara facinora*, *victoriæ* cum iis, quæ consequuntur (*coronæ*). Victoriam autem *indui*, docet Nonn. Dionys. XIX, 293: Πλυκερὴν δὲ Μάρων ἐνεδύσατο νίκην. Adde Eurip. Iphig. A. v. 1506: Ἀμφὶ κάρα θ' ἑὸν Κλέος ἀείμνηστον ἀμφιθεῖναι. — ποδαρκὴς ἀμέρα. *Velox dies.* Böckhius: „Π. non potest commune omnium temporum et dierum epitheton esse: est dies, quo ταχυτὰς ποδῶν ἐρίζεται (Olymp. I, 95), *insignis velocitate curso-*

rum tum decertantium; igitur non dies universe intelligendus, sed *certus quidam unusque dies*, quo Thessalus ter vicerat." Acutius quam simplicius. Quoties enim poetæ græci epitheta eligunt nominibus tantummodo convenientia, non contextui! Jam concedes quidem, facete opponi posse *celerem* (unumque) diem *tot* (tribus) victoriis. Nil tamen vel his artibus opus. Dies per se spectatus non aliter *velox, volans, currens* dicitur, quam tempus, ejusque singulæ partes, coll. Anthol. Palat. IX, DLXXX, 5 (Incertus de Romanorum mensibus): *Τὰ δ' ἐμὰ πτερὰ* (Augustus mensis loquitur) *Νεῖλον ἐγείρει.* Eurip. Tro. v. 843: *Τὸ τᾶς δὲ λευκοπτέρου ἁμέρας φίλιον βροτοῖς φέγγος.* Eundem tropum spectabit *ἐλαύνειν, διελαύνειν.* Eurip. Heracl. v. 783: *Ὦ φίλταθ', ἥδε σ' ἡμέρα διήλασεν Ἡλευθερῶσθαι.* Cujus loci obscuritatem Elmsleio (ed. Lips. p. 127) dissipare poterat sequens Pindari. Nem. III, 129: *Ἐλᾷ δὲ καὶ τέσσαρας ἀρετὰς ὁ μακρὸς αἰών*, ubi conf. schol. Nonn. Convers. Evang. Joh. VII, 34: *Οὔπω μοι τετέλεστο χρόνου δρόμος.* VIII, 36: *Οὔπω λοίσθιον ἦλθε θεόσυτον ἴχνιον ὥρης.* 94: *Ἱππεύων ἀκίχητος ἑλίσσεται ἔμπεδος αἰών.* 184: *Μήπω ἁλισσομένοιο χρόνου πολυκαμπέϊ νύσσῃ Ἄντυγα πεντήκοντα διαπλήσας ἐνιαυτῶν.* Similia de sole et Aurora v. Eurip. Jon. v. 122: *Ἄμ' ἡλίου πτέρυγι θοῇ.* Nonn. Conv. Evang. Joh. IX, 80. XI, 24. 82: *Δρόμον ἠοῦς. — ἀμφιάλοισι Ποσειδᾶνος τεθμοῖσιν.* Schol. rec. v. 57: *Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι . . . τοῖς ἐν τῷ τόπῳ τῷ ἀμφοτέρωθεν θάλασσαν ἔχοντι, τουτέστι τοῖς ἐν τῷ Ἰσθμῷ, ὧν ἔφορος ὁ Ποσειδῶν.* Vet. ibidem: *Ἐν τοῖς Ἰσθμιακοῖς ἀγῶσιν· οὗτοι γὰρ τῷ Ποσειδῶνι νόμιμοι ἀγῶνες.* An τεθμὸς comparari po-

terit cum *νομός*? coll. Olymp. VII, 61: *Ἐς ἀμφιθάλασσον νομόν. — ἔσπονθ'*. Ita Bothius, sequente Ahlw., pro *ἕψονθ'*. An fuit præsens primitivum *ἕψομαι*, coll. illo *οἶσε, δύσετο*? Tum erit *ἕψονθ'* imperfectum, quod omnino requiritur. Postremo qui futurum *ἕψονθ'* defendere velit, poetam dicet polliceri viris istis immortalitatem, *ἀοιδὰς* autem hanc ipsam eorundem mentionem esse nunquam perituram. — *σὺν* cum *ἕσπ.* jungo, ut epicum *ἅμα, μετά, ἐπί*, Damm. vv. *ἕπομαι* et *ἕσπομαι*, coll. Schn. L. g. v. *ἕπομαι*. Facilior mihi hæc ratio, quam Böckhii construentis: *Ἕσπονθ' ἀοιδαὶ Τερψίᾳ τε Ἐριτίμῳ τε σὺν Πτοιοδώρῳ. — μακρότεραι ἀοιδαί. Carmina longius aliis rebus duratura, s. immortalia.* Cf. Böckh. Explicc. p. 216. — *ὅσσα*. Schol. vet. v. 60: *Θαυμαστικὸν τὸ ὅσσα*. Cf. Olymp. IX, 134. 140. p. 365. 366. — *ἀριστεύσατε*. Heynius: „Convertitur oratio ad omnes, quos memoraverat, Xenophontis patrem et avum cum ipso Xenophonte." — *χόρτοις ἐν λέοντος*. Schol. vet. v. 62: *Ἐν τῇ Νεμέᾳ, ἥτις ἐστὶ περιορισμὸς τοῦ λέοντος, ἐν ᾧ ἐτράφη ὁ λέων ὁ ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους ἀναιρεθείς*. Adde Schneid. L. gr. v. Nem. VI, 71. est *βοτάνα λέοντος* apium Nemeum. — *δηρίομαι πολέσιν περὶ πλήθει καλῶν· ὡς μὲν σαφὲς οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν*. In his *ὡς* scribas an *ὡ̃ς*, parum referre videtur. Utrumque comparationem involvit. Aliis *ὡς* causam exprimet (Schneid. L. gr. v. *ὡς*. sect. 14) pro *ἐπεί*, quod habes in loco perquam simili Ol. II, 178. p. 128. Tum erit emphatice adhibitum pro vulgari *ὡς* (*quomodo*). Ahlwardtius cum aliis *ὡ̃ς* scribens signum interrogandi figit post *ἀριθμόν*. Contextum singulorum bene expressit

Böckhius. Ad sensum facit Anthol. Palat. T. II. p. 640. Epigr. LII, 7 (Philippus): *Λοιπῶν δ' ἀέθλων ἦν ἐρευνήσῃς κράτος, Καὶ τὴν Λίβυσσαν ἐξαριθμήσεις κόνιν.* Simpliciter innumeras victorias exprimit nostri carm. v. 160 sq. Nem. II, 35 sq. Anthol. Palat. XIII, XIV, 5 (Simonides): *Τὰς δ' ἄλλας νίκας οὐκ εὐμαρές ἐστ' ἀριθμῆσαι.*

V. 67–88.

Expositis familiæ Xenophonteæ victoriis ad res Corinthiorum recurrit, breviter laudans Sisyphum, Medeam, Glaucum, fusius Bellerophontem. *Ἔπεται δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον· νοῆσαι δὲ καιρὸς ἄριστος.* Schol. rec. v. 63. de sensu v. ἔπ.: *Προσήκει ἐπάγεσθαι ἑκάστῳ πράγματι μέτρον. Est modus in rebus, i. e. esse debet.* Contextum cum antecedd. ita exprimit rec. ibid.: *Διὸ τὸ ἄμετρον πλῆθος παραιτούμενος ὡς ἀδύνατον, τὴν συμμετρίαν αἱρεῖται καί φησιν· ἔπεται κ. τ. λ.* Vet. v. 67: *Κἀγὼ οὖν παύσομαι ὑπὲρ μέτρου ἐπαινεῖν ὑμᾶς. ἐπεὶ μετρίως ἐκτὸς τῆς ᾠδῆς ἐγένετο, θέλει ἀναλαβεῖν.* Priorem sententiam sæpius repetunt veteres. Pythag. carm. aur. v. 38: *Μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.* Anthol. Palat. XII, CXCIII, 2 (Strato): *Μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.* Pseudophocyl. v. 64: *Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεειναί.* Idem v. 94: *Τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον. — νοῆσαι δὲ κ. τ. λ.* Antecedentium repetitio quædam. Bene Heynius affert Pyth. IX, 135 (ibique interprr.): *Ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν.* Adde Hes. Opp. et D. v. 639: *Καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.* Menandri sententt. sin-

gull. (Meineke p. 323) v. 273: *Καλὸν τὸ καιροῦ παντὸς εἰδέναι μέτρον.* Anthol. Palat. IX, DCCLXIX, 6 (Agathias scholasticus): *Καιρῷ δ' ἴσθι νέμειν τὸ πρέπον.* Anthol. Palat. T. II. p. 822. Epigr. CCVI, 2 (Incertus): *Καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά*, coll. de hujus loci auctore schol. Hippol. Eurip. v. 263 (Matth.). Alia congessit Valcken. ad Eurip. l. cit. p. 168. Lips. Noster itaque a familiæ Xenophonteæ laude ulteriore se revocat, ne invidiam tædiumque audientium creet, coll. Pyth. I, 157 sqq.— *ἐγὼ δὲ ἴδιος ἐν κοινῷ σταλείς.* Scholl. v. 69. est ἴδιος idem, quod *οὐκ ἀλλότριος, ἀλλ' οἰκεῖος.* Heyn. et Böckh.: *Privato consilio, ad privatas laudes celebrandas, privatæ laudi poesin applicans.* Immo ἴδιος, si contuleris cum *ἐν κοινῷ*, erit: *Res meas curaturus*, non *alienas*, licet *privatas*, coll. Nem. VI, 55: *Ἴδια ναυστολέοντες ἐγκώμια, suas, proprias laudes.* Verum nec hoc tolerari posse patet. Aliorum causa Corinthum venerat, non sua. Restat, ut ἴδιος positum putes consilio mere antithetico. Est enim potissimum *ἐν κοινῷ.* Huic emphaseos gratia P. lusu poetico opponit ἴδιος, quod per se abesse poterat. Eandem aliorum sententiam video. Bothius: „Ich so im Einzelschiff segle der Flotte zu." Thierschius: „Hiermit bereitet er den Uebergang auf das Allgemeine, der Stadt Rühmliche vor, auf die Heldensage, die er, allein oder ein Einzelner in die Gemeinde gesandt, gleichsam aus der Fremde herbeigerufen, wie nach Homer dem Sänger geschieht, verkündigen soll." *Non solius Xenophontis causa adsum, sed Corinthiorum, quorum antiquitatis laudem nunc aggrediar. — ἐν κοινῷ. In re ad publicum pertinente, sc. ob Corinthiorum*

civitatem. [6]) Böckhius: „In re etiam ad publicum pertinente, qualis est Olympica victoria.“ Ita contextus maximopere turbatur. Opponit enim P. res Xenophontis et Corinthiorum. Aliis ἐν κοινῷ est pro εἰς κοινόν, coll. Both. Thiersch. modo laudatis. Hoc si elegeris, facile placebit Thierschii illud: In die Gemeinde. Aliis erit: *Ad rem, quae publicum spectat, tractandam*. Ego ἐν proprie sumo. Postremo Heynius mirifice construit *γαμόων ἐν κοινῷ* (*κοινῶς*), *communicata cum Corinthiis laude, publice*. — *σταλείς*. *Profectus*. Schol. vet. v. 69: *Προχριθείς*. Melius rec. ibidem: *Παραγενόμενος*. Noli enim de missione cogitare, quum *στέλλεσθαι* cum derivatis latiorem *proficiscendi* vim admittat. Nem. III, 27: *Ἐν παγκρατίου στόλῳ*. Soph. Ai. v. 319: *Τούτων γὰρ οὕνεκ' ἐστάλην*, ubi scholl.: *Ἐπορεύθην*. Eurip. Med. v. 663: *Τί δ' ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν ἑστάλης*; Ubi alii *ἱκάνεις* legunt. Hel. v. 1527: *Ἦ τοῦ Διὸς παῖς πρὸς θάλασσαν ἑστάλη*. Herc. f. v. 107: *Ὑπώροφα μέλαθρα Καὶ γεραιὰ δέμνι', ἀμφὶ βάκτροις Ἐρεισμα θέμενος, ἑστᾶλην ἰηλέμων γόων ἀοιδός*. [7]) Adde ind. Eurip. Barnes. et Schneider. L. gr. [8]) Alii deinde vo-

---

6) Pyth. IX, 165: *Τό γ' ἐν ξυνῷ πεπονημένον εὖ*, *bene factum in re, quae publicum spectat*. Fragm. inc. VII (Heyne T. III. p. 84. Böckh. T. III. p. 669): *Τὸ κοινόν τις ἑστῶν ἐν εὐδίᾳ τιθείς*, *civitatem aliquis civium in tranquillitate collocans*. Ad τὸ κοινὸν cfr. Schneid. L. g. v. κοινός.

7) Cf. Kuster: *De verbis Graecorum mediis* p. 59 sqq., ubi plura exempla huc facientia congesta sunt.

8) Similiter *μονόστολος* et *ὁμόστολος*. Eurip. Alc. v. 420: *Μονόστολός τε μητρός*, ubi conf. Monk. et Wüstem. Aeschyl.

cis σταλείς colorem a navigatione petitum suspicantur. Quod si ex Pyth. II, 113. Nem. VI, 55. adstruere volunt, errant meo judicio. Syracusæ enim (Pyth. II) a poeta Thebano non aliter peti poterant, quam itinere máritimo s. vero s. ficto. Deinde Nem. VI. in laude familiæ Aegineticæ res navales Aeginetarum verissime dictionem istam tropicam suppeditabant, coll. ibid. Dissenio Explicc. p. 411. Adde Olymp. VII, 24. ibique nott. p. 242. Sed Olymp. VI, 37. ἀπίμπη vectus poeta in Arcadiam proficisci se fingit. — μῆτίν τε γαρύων. Schol. vet. v. 69: Ὑμνήσων. Rectius præsens reddit schol. vet. ibid., cogente τε. Dictione vulgari futurum (γαρύσων, ὑμνήσων) elegisset. Sed relicto justo dicendi genere σταλείς, inquit, γαρύων τε. Deinde μῆτιν illustrant Sisyphus et Medea. Supra (v. 21) simili laude Corinthios dignaverat. Ibi vero minus ævum urbis mythicum spectabatur, quam historicum, excepta frenorum inventione. [9]) Hoc loco urbis quasi incunabula repetun-

---

Suppl. v. 491 (Well.): Μορφῆς δ' οὐχ ὁμόστολος φύσις. Nonn. Dionys. IV, 160: Ἔσπομαι, ἣν ἐθέλῃς, καὶ ὁμόστολος. XXXIII, 236: Νόον εἶχεν ὁμόστολον. XLIV, 96: Ὁμόστολος ἦεν Κάδμῳ. XLVIII, 639: Καὶ νυχίης φιλότητος ὁμόστολός ἐστιν ἐρώτων. Idem Conv. Evang. Joh. IV, 189: Ὁμόστολον (οἶμον ὁδεύων.)

9) Aequalitati totius loci (vv. 21—33) bene quidem consuleretur, si remota frenorum inventione Bellerophontea aliud Corinthiorum circa rem vehicularium inventum eximium ex aevo historico notari posset. Sed tale inventum me nunc latet, quod Ginzrothio quoque V. celeberr. accidisse video in libro: Die Wagen und Fahrwerke der Griechen und Römer etc. T. I. p. 1—21., ubi de inventoribus rei vehicularis agitur.

tur, coll. *παλαιγόνων* et *ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν*. — Particulæ *μὲν* v. 72. respondet *καὶ* v. 74. coll. Herm. ad Vig. p. 841. Similiter apud Nostrum *μὲν — τε*, coll. ind. Böckh. et Herm. ad Vig. p. 836. 932. Toti vero sententiæ, quæ duobus membris constat, respondet *τὰ δέ*. Opponuntur enim prudentia (Sisyphi Medeæque) et fortitudo (Glauci et Bellerophontis). — *Σίσυφον πυκνότατον παλάμαις*. Posteriores voces ad prudentiam heroïs trahi, nota res. Repugnat *παλάμαις*, quod aliquam Sisyphi fabricam indicare videtur. Et concinit Apollod. I, 9, 3: *Σίσυφος δὲ Αἰόλου κτίσας Ἔφυραν τὴν νῦν λεγομένην Κόρινθον, γαμεῖ Μερόπην τὴν Ἄτλαντος*. Adde quos citat Völcker: Die Mythologie des japetischen Geschlechtes etc. p. 122. not. 50. Idem Isthmia condidit Fragm. Epin. I (Heyne T. III. p. 7. Böckh. T. III. p. 558). Paus. II, 1, 3. Völck. l. cit. p. 124. not. 59. Alia de Sisypho acute suspicantur Welck. in Schwenck. Etym. myth. Andeut. p. 321. et Völck. l. c. p. 241. — Medeæ deinde prudentiam in servatis Argonautis pone, coll. Pyth. IV, 375 sq. Eademque fatidica fuit ibid. v. 15 sq. 100 sq. — *γάμον*. Cf. Pyth. IV, 387 sq. 395 sq. De Corintho Medeæ regno v. scholl. v. 74. — *Τὰ δέ*. Hæc particula Olymp. IX, 143. opponitur antecedentibus, nec *τὰ* præmisso nec *μέν*. Scholl. v. 78. *γένη* mirifice supplent. Melius ad sensum schol. rec. v. 78: *Καὶ κατὰ τὸ ἕτερον μέρος, ἤγουν καὶ κατὰ τὸν πόλεμον δέ*. — *ποτέ*. A parte poetæ dictum, ut Olymp. VII, p. 272. Adde ad v. 124. — *ἐν ἀλκᾷ*. Genio Pindarico convenienter cum remotis *μ. τ. τ.* jungunt scholl. v. 78. 81, ut sit *fortiter secare pugnarum finem*. Alii construunt *τὰ δὲ .. ἐν ἀλκᾷ*: *Ab altera parte in pugna*, in Käm-

μὴν ἐν Ὀλυμπίᾳ, σφόδρα ἐπιφανὲς ἔθνος. Ὀλυμπίων δὲ ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς ἀγωνοθέτης Ἡλεῖος ἀπὸ κλήρου γίνεται· τὸν δὲ ἀγῶνα ἄγουσιν ἐν τῷ μεταξὺ τῶν τεσσαρακοστῶν καὶ τῶν πεντηκοστῶν ἐτῶν. Ἀπόκειται δὲ καὶ ἄλλα ἐν τῷ ἄλσει ἀναθήματα· ἐπὶ τῷ βωμῷ τῷ Ἀθηνᾶς τῷ Ἀκραίᾳ καὶ Ἑρμῆς ἐπίκλησιν Ἀγοραῖος καὶ Ἀφροδίτη Οὐρανία καὶ Ἥρα Ἀκραία καὶ Ἀπόλλων Ἀκραῖος καὶ Ἄρτεμις Ἀγοραία καὶ Ἀφροδίτη Ἀκραία καὶ Ἀθηνᾶ Ἀρχηγέτις καὶ Ἡρακλῆς καὶ Ἑρμῆς Ἐπιτράπιος καὶ Ἀφροδίτη Ἐπιτραπία καὶ Ἀθηνᾶ Ἐπιτραπία καὶ Ἀφροδίτη Ἀνοδία καὶ Ἑρμῆς Ἀνόδιος καὶ Ἀθηνᾶ Ἀνοδία καὶ Ἀφροδίτη Ἀνοδία καὶ Ἑρμῆς Ἐπιδότης καὶ Ἀθηνᾶ Ἐπιδότις καὶ Ἀφροδίτη Ἐπιδότις καὶ Ἑρμῆς Ἐπικερδὴς καὶ Ἀθηνᾶ Ἐπικερδὴς καὶ Ἀφροδίτη Ἐπικερδὴς καὶ Ἑρμῆς Ἐπίκαρπος καὶ Ἀθηνᾶ Ἐπίκαρπος καὶ Ἀφροδίτη Ἐπίκαρπος καὶ Ἑρμῆς Ἐπιμήλιος καὶ Ἀθηνᾶ Ἐπιμηλία καὶ Ἀφροδίτη Ἐπιμηλία καὶ Ἑρμῆς Ἐπιτέλειος καὶ Ἀθηνᾶ Ἐπιτελεία καὶ Ἀφροδίτη Ἐπιτελεία καὶ Ἑρμῆς Ἐπιτυχὴς καὶ Ἀθηνᾶ Ἐπιτυχία καὶ Ἀφροδίτη Ἐπιτυχία καὶ Ἑρμῆς Ἐπιφανὴς καὶ Ἀθηνᾶ Ἐπιφανὴς καὶ Ἀφροδίτη Ἐπιφανὴς καὶ Ἑρμῆς Ἐπίσκοπος καὶ Ἀθηνᾶ Ἐπισκοπία καὶ Ἀφροδίτη Ἐπισκοπία

ut. Prius vitt. recepit (τελεσσιεργὸν) ex cod. Ambros. A, quod et ipse Bergk coniecerat. Mox ἐν ἔργοις ἐπ' ἀμφοτέροις Ambros. A, ἐν ἔργοις ἐπ' ἀμφοτέροις Vratisl. Ambros. B, ἐν ἔργοις ἐπ' ἀμφοτέροις Ambros. C, ἐν ἔργοις ἐπ' ἀμφοτέρους Parisinus 2774. Eadem quoniam lectionum varietas ex glossemate ἐπ' ἀμφοτέροις nata est, Ol. 1000 vit. aliquis auctor antiquus scribebat ἐν ἔργοις ἐπ' ἀμφοτέροις, quod ἐπ' ἀμφοτέροις non ipse glossae auctor, sed librarius quidam ἐπ' ἀμφοτέρους, codices quidam, delevit. Schmid. l. c. p. 40 exemplorum a nec nulla antiquitate prof. vitt. Ὀρφεύς, Ἀλ. 6, 7 — Ἕλικος ἀκρώρειαν. Schol.

ad Ipsolum pars effudit olim appellata, sed pars ea nunc Helicon dicitur, quae ad Cephisum et Thespias tendit. Strabo IX, 2, 25. p. 411 C. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Πανόπεως τε καὶ τῆς Ἀντικύρας τὸ Ἑλικὼν ὄρος ἐστὶν ἐπὶ τὴν Κρῆσσαν καὶ τὸν Κηφισὸν καὶ τὰς Θεσπιὰς τεῖνον, ὃ νῦν μὲν ἅπαν οὕτω καλοῦσιν, ἔστι δὲ μέρος τι αὐτοῦ τὸ ἀπὸ τῆς Ἀσκρηναίας ἐπὶ τὴν Κρῆσσαν καὶ τὸν Κηφισὸν τεῖνον, ὃ καὶ ἀπεφήναντο τὸ ἀρχαῖον ὄρος εἶναι μόνον τὸ Ἑλικών· τὸ δὲ νῦν καλούμενον ἐπὶ τὴν Ἀσκρηναίαν καὶ τὸν Ἵππιον καὶ τὸν Ἀφροδισιάδα τεῖνον, ὃ καὶ Ἀφροδισιὰς καλεῖται, ἐπὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν Κεραίτην καὶ τὸν Ἀνθηδόνιον καὶ τὸν Ἀλιάρτιον καὶ τὸν Ὀγχηστὸν καὶ τὸν Ἀκραιφιὸν καὶ τὸν Κωπαιόν, ὃ καὶ Ἀσκραῖον καλεῖται, ἐπ

rec. v. 78: *Ζητοῦντες κομίσασθαι.* Vet. v. 81: *Ἐβούλοντο ἀναχομίσασθαι.* Nem. VII, 40: *Ξανθῷ Μενέλᾳ δάμαρτα κομίσαι.* Eurip. Iphig. A. v. 754: *Ἄρης . . . τὰν τῶν αἰθέρι δισσῶν Διοσκούρων Ἑλέναν Ἐκ Πριάμου κομίσαι θέλων Εἰς γᾶν Ἑλλάδα δορικτόνοις Ἀσπίσι καὶ λόγχαις Ἀχαιῶν.* Sed *κομίζων* pro *κομίσων* Suppl. v. 495. ibique Markl. — Corinthios ad Troiam utrimque pugnasse, testatur quoque Simonides scholiastæ vet. v. 78 (coll. ibid. Böckh.): *Τοῦτο δὲ καὶ Σιμωνίδης εἶπε· Κορινθίοισιν οὐ μανίαι τὸ Ἴλιον, οὐδὲ Δαναοὶ· ἀμφοτέροις γὰρ σύμμαχοι ἐγένοντο;* quæ facetiæ Corinthios offendisse dicuntur, coll. Böckh. ad schol. cit. not. 4. — *σφετέρου πατρός.* *Sui* (schol. rec. v. 78. coll. Ol. IX, 118. p. 357) *avi.* Schol. id.: *Βελλεροφόντου.* Is enim in Lyciam migraverat. Vet. v. 86. altius ascendens de Sisypho male cogitat. Alii minus bene voci *σφετ.* Sarpedonem quoque inesse putabunt præter Glaucum, quum Bellerophontis filia Laodamia Sarpedonem ediderit Il. VI, 197 sqq. De Glauci origine v. scholl. Böckh. Völck. l. c. p. 118. — *βαθὺν κλᾶρον καὶ μέγαρον.* *Profundam hereditatem et domum.* Nonn. Dion. XX, 120: *Καὶ μέγαρον πατρῷον ὁμοῦ καὶ κλῆρον ἐάσας.* Nic. Ther. (Schneider. p. 3): *Κλῆρον πατρῴϊον.* De v. *βαθὺς* cum compositis v. Spanh. ad Callim. Apoll. v. 65. Blomf. Gloss. Aesch. Prom. v. 673 (p. 135. Lips.), ubi in quibusdam adversantes habebit doctus Britannus. Adde Schneider. L. g. *B. κ.* est *profundas, altas, magnas opes.* Callim. Cer. v. 114: *Βαθὺν οἶκον* (*lautam rem familiarem*). Tyrt. III, 6: *Πλουτοίη βάθιον.* Soph. Ai. v. 130: *Μακροῦ πλούτου βάθει.* Lycophr. v. 983: *Βαθεῖαν Χωνίας παγκληρίαν*, ubi vero propriam vocis

vim alii retinebunt. coll. Blomf. supra cit. [12]) — *κλᾶρον. Sortem, hereditatem, opes.* De v. cfr. Spanh. ad Callim. Del. v. 281. p. 556. Pall. v. 142. p. 731. Jacobs. ad Anthol. Græc. Lips. T. VII. p. 159. Schneid. L. g. v. *κλῆρος.* Aesch. Pers. v. 866 (Well.): *Κλῆρον Ἰόνιον.* Apoll. Rhod. I, 162: *Κλῆρον Ἀφειδάντειον.* Callim. Pall. v. 142: *Δαναῶν κλᾶρον.* Opp. Hal. IV, 516: *Ποσειδάωνος ἐνὶ κλήροισι.* Anthol. Palat. T. II. p. 749. Epigr. VII, 8 (Aristocles): *Πάντων θάλλοι κλᾶρος.* Eurip. Heracl. v. 32: *Μαραθῶνα καὶ σύγκληρον χθόνα.* — *μέγαρον.* Strabo VIII, 6: *Ὑπὸ δὲ τῇ Πειρήνῃ τὸ Σισύφειόν ἐστιν, ἱεροῦ τινος ἢ βασιλείου, λευκῷ λίθῳ πεποιημένου, διασῴζον ἐρείπια οὐκ ὀλίγα.* Acrocorinthum primorum Corinthi regum sedem fuisse, probabile, unde forsan Corinthi ista denominatio: *Ἄστει Πειράνας* v. 85.; quippe *ὑπὸ ξῇ κορυφῇ* Pirene fons fuit Strab. l. c.

---

12) Similiter *βαθύπλουτος* et *βαθυκτέανος.* Eurip. fragm. Cresph. IV, 1: *Εἰρήνη βαθύπλουτε.* Nonn. Dion. I, 354: *Βαθυπλούτῳ παρακοίτῃ.* II, 687 (coll. XI, 305. XXVI, 169): *Βαθυπλούτοισι μετάλλοις.* XI, 27 (XII, 126: *Βαθυκτεάνῳ ῥείθρῳ*): *Βαθυπλούτῳ ῥείθρῳ.* XV, 153: *Βαθυπλούτοιο θαλάσσης.* XVII, 37: *Βαθυπλούτῳ πέτρῃ.* XXIX, 59: *Βαθυπλούτου βασιλῆος.* XXXV, 245: *Βαθυπλούτοις ὀνείροις.* XLIII, 446: *Βαθυπλούτου ποταμοῖο.* Anthol. Palat. T. II. p. 636. Epigr. LX, 2 (Crinagoras): *Βαθυπλούτου κραδίης.* Ibid. X, LXXIV, 1 (Paulus Silentiarius): *Βαθυκτεάνοιο τύχης.*

V. 89—132.

Bellerophon post multos labores Minervæ ope Pegasum domuit, eoque vectus multa fortiter gessit. Corinthios Bellerophonte non aliter gloriatos putes quam Glaucum Lycium, Bellerophontis posterum, Il. VI, 155 sqq. Fuit enim ejus historia miraculis referta Homericque carminibus magnopere celebrata. Causam magis reconditam non requiro. De Pegaso v. Creuzer. Mythol. T. III. p. 287. T. IV. p. 52. Thorlac. Proluss. et opusc. acadd. T. IV. p. 65 sq. Inprimis vero Böttiger. Vasengem. I, 1. p. 110 sq. Schwenck. Etymolog. mythol. Andeut. p. 204. Völcker. Mythologie des japet. Geschlechtes etc. p. 184. 89. 90., qui auctor acutus argumentis non infirmis docere videtur, esse Pegasum maris et navigationis signum. Prima Corinthiorum itinera maritima, qua Asiam minorem petebant, *summæ* mythi inesse videntur, qui Bellerophontem Pegasumque celebrat. Pindarus vero v. 27. 89. maximopere de prima equi apud Corinthios domatione cogitasse videtur, coll. tamen Völckero l. c. p. 123. 144. 155. 158. — *Τᾶς ὀφιώδεος υἱόν ποτε Γοργόνος*. Matris (Gorgonis Libycæ) nomen apponens Pind. iterum ostendit, quem sensum Pegasi historiæ inesse velit. Ex Libya enim equi Græcorum profecti credebantur. Sed v. de his Völckerum l. c. ind. p. 395. — *ἦ πόλλ' . . ἔπαθεν*. Cf. ad dictionem Olymp. II, 15. p. 78. — *ἀμφὶ χρουνοῖς*, Pirenes, coll. scholl. v. 89. 91. Aqua abundantem hunc fontem narrat Strabo l. c. Noster vero de majoribus fluviis verba faciens plurali fontium utitur, Olymp. III, 25. Isthm. VI, 33. coll. Pyth. I, 42. — *ζεῦξαι ποθέων*. E Corinthiorum narratione

Bellerophon opus habuisse Pegaso videtur ad tria ista pericula obeunda v. 124 — 129. Et vide, ne ob hæc ipsa Bellerophontis Pegasique alati mythus coaluerit. Aliam itineris Bellerophontei causam habet Homerus l. c., tacens de Pegaso. V. de his aliter sentientem Völck. l. c. p. 187 sqq. — *πρὶν . . . . ὕπαρ.* Præoccupat sequentia Noster, summatim narrans, quæ deinde fusius tractat. — *ὕπαρ. E somnio* (ejus) *statim fuit expergefactio*. Abstractum pro concreto *ἐγρηγορώς. Statim expergefactus est*, coll. v. 102 (*ἀνὰ . . ποδί*). Böckhius: „Ex somnio autem statim *vera* erat *res*." Non aliter Bothius et Thierschius, coll. schol. rec. v. 89 (*ἦν ἡ δόσις αὐτίκα ἐκ τοῦ ὀνείρου ἐν τῷ φανερῷ*) et vet. ibid. Hoc repugnat vocis naturæ, de qua v., quæ ex Græcis congessit Blomf. Glossar. Aesch. Prom. v. 595 (Lips. p. 125). Est enim *ἔπαρ* status hominis somno oppositus, nequaquam id, quod nostratibus est Wirklichkeit. — *Δαμαίῳ πατρί. Neptuno patri*. Bellerophontis patrem Neptunum quidam tradiderant, coll. schol. rec. v. 99. Böckh. Explicc. p. 218. Völck. l. c. p. 131. 184 sq. De Neptuno *δαμαίῳ* v. Böckh. Creuzer. Mythol. T. IV. p. 304. Adde de *ἱππίῳ* scholl. et Creuz. l. c. T. II. p. 598. Schwenck. etymol. mythol. Andeut. p. 187. — *θύων ταῦρον.* Bovem mactatum ob Agaues Thebanæ somnium narrat Nonn. Dion. XLIV, 84 sqq. — *ἀργᾶντα.* Ambigunt de notione vocis. Ego vulgarem (album bovem) retineo. Diis enim superioribus sacra fiebant post somnia atque ob somnia, coll. Casaub. ad Theophr. Charact. XVI. p. 185 (Fisch.). — *πατρὶ δεῖξον.* Schol. rec. v. 99: *Ὅτι τῇ ἀληθείᾳ Βελλεροφόντης Ποσειδῶνος ἦν υἱός, δοκῶν εἶναι Γλαύκου.* An talia sacerdotes quoque requirebant? Coll. Evang. Matth.

VIII, 5. — *ὀρθῷ ποδί.* Cf. Fragm. encom. (Heyne T. III. p. 65. Böckh. T. III. p. 637) — *ἄσμενος.* Gloss. v. 104: *Χαίρων.* Bekk. Anecdd. 452, 32: *Ἄσμενος: χαίρων, ἡδέως, προθύμως.* Adde Schneid. L. g. v. — *Πᾶσαν τελευτάν.* V. ad v. 80. p. 459. — *κοιτάξατο.* De somno in templis v. Creuzer. Mythol. T. II. p. 276. Minervam inventricem consuluerat Bellerophon, in templo ejus incubans. — *νύκτ' ἀπ' ἐκείνου χρήσιος.* Schol. rec. v. 100: *Κατὰ τὴν νύκτα μετὰ τὴν μαντείαν ἐκείνου· ἐκεῖνος γὰρ ἔχρησεν αὐτῷ ἀμηχανοῦντι περὶ τῆς κατασχέσεως τοῦ Πηγάσου ἀπελθεῖν καὶ καθευδῆσαι ἐκεῖ.* De hoc v. *ἀπὸ* usu v. Viger. p. 580. — *δαμασίφρονα χρυσόν.* Schol. rec. v. 100: *Τὸν χαλινὸν τὸν δαμάζοντα τὰ φρονήματα τῶν ἵππων.* Adde vet. v. 106. — *χαρταίποδ'.* Bovem v. 99. Rec. v. 111: *Οὕτω δὲ Δελφοὶ ἰδίως ἐκάλουν.* Adde Müll. Gesch. T. III. p. 533. — *τελεῖ θεῶν δύναμις καὶ τὰν παρ' ὅρκον καὶ παρὰ ἐλπίδα κούφαν χτίσιν.* Schol. vet. v. 116: *Ἐπιτελοῦσι δὲ καὶ παρέχουσιν οἱ θεοὶ καὶ τὰ νομιζόμενα ἀδύνατα, περὶ ὧν ἄν τις καὶ τὴν ἐλπίδα ἀπαγορεύσῃ.* Ibidem: *Δύναται δὲ θεὸς τελέσαι καὶ τὸ μεθ' ὅρκου ἀδύνατον νομιζόμενον* etc. Adde v. 115. *Facilem reddit rem, quam ad eventum perventuram nec jurare quis queat nec sperare.* Similis sententia Pyth. X, 76: *Ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι, θεῶν τελεσάντων, οὐδέν ποτε φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον.* Soph. Antig. v. 384: *Ἄναξ, βροτοῖσιν οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον. — ἦτοι καί.* Scholl. v. 116. 118: *Καὶ δή, καὶ δὴ καί.* Cf. Viger. p. 410. — *ἔλαβεν ἵππον. Cepit equum.* Bekker. Anecdd. 106, 14: *Λαβὼν τὸν ἵππον, οὗ φασι λέγεσθαι. Λαμβάνει γάρ τις σκεῦος ἤ τι τοιοῦτον. —*

κτί-

σιν. Schol. rec. v. 113: *Πρᾶξιν.* — *τεύνων.* Paus. II, 4, 1: *Ἀθηνᾶν γὰρ θεῶν μάλιστα συγκατεργάσασθαι τά τε ἄλλα Βελλεροφόντῃ φασί, καὶ ὡς τὸν Πήγασόν οἱ παραδοίη, χειρωσαμένη τε καὶ ἐνθεῖσα αὐτὴ τῷ ἵππῳ χαλινόν.* Quod apud Pindarum Bellerophon ipse facit, narrationi convenienter, in qua frenos ex Minervæ manibus heros accipit. — *ἐνόπλια ἔπαιζεν.* Schol. vet. v. 123: *Ἐνόπλιον ὄρχησιν ἐποιεῖτο.* I. e. Facile se movebat, quasi ludibundus. — *ποτ'.* *Deinde?* coll. v. 78. — Sequentia non eodem decursu habet Homerus l. c., qui numeralia apponens verum singularum pugnarum ordinem significare videtur. — *αἰθέρος ψυχρᾶς.* Schol. vet. v. 125: *Μετέωρος γὰρ ὢν ἀνήρει καὶ ἐνίκα.* — *κόλπων.* Pluralis pro singulari, quam permutationem in h. v. et in vv. *στῆθος, νῶτον* etc. vulgarem video. Deinde Böckhius: „Sinus aëris veteres poetæ dicebant, quod nubes aërem quasi montibus vallibusque distinguunt.“ Sed veteres naturæ ejusque partibus vitam quandam tribuunt, unde hanc dictionem profectam puto et similes de terra marique obvias. Eurip. fragm. Andr. XXVIII, 3: *Ἀστεροειδέα νῶτα αἰθέρος.* Orph. hymn. XXI, (Herm.) 4: *Νεφέλαι, . . . Ἠέρος ἐν κόλπῳ πάταγον φρικώδε' ἔχουσαι.* Nonn. Dion. III, 379: *Ἀπ' αἰθερίου δὲ κόλπου* (ab aëre). VIII, 72: *Αἰθέρα ποικιλόνωτον.* 368: *Δι' αἰθερίοιο δὲ κόλπου Ἀστραάπτων πεφόρητο.* XVIII, 193: *Ἀπ' αἰθερίοιο δὲ κόλπου* etc. XXVIII, 236: *Ἄβροχα νῶτα φέρων γυμνούμενα δίψιος ἀήρ.* XXXVII, 735: *Μέσα νῶτα παραξύων νεφελάων.* XLII, 9: *Αἰθέρος νῶτον.* Idem Conv. Evang. Joh. I, 115: *Παρ' αἰθερίων κεκτανύμενον κόλπων.* III, 155: *Δι' αἰθερίου ἴκετο κόλπου.* XVI, 53: *Αἰθερίων ἐπὶ κόλπων Ἴξομαι.* Coluth. v. 152: *Ba-*

θύκολπον ἐς ἀέρα. Oppian. Hal. I, 475: *Ἀνὰ κόλπους Ἥρος.* Anthol. Palat. IX, CCCXLIII, 2 (Archias): *Ἠρίης κόλπον ἔδυ νεφέλης.* Ibid. T. II. p. 717. 18. Epigr. CCCIII, 5 (Incertus): *Οὐρανὸν εὐρύστερνον ἔχων ἐπικείμενον ὤμοις.* Gregor. Naz. Opp. T. II. p. 145: *Ἀέρος ἐν λαγόνεσσιν.* Platon. Phædr. c. 26: *Ἐπὶ τῷ τοῦ οὐρανοῦ νώτῳ.* Simillimum *κενεὼν* et *κενεῶνες* aëris. Nonn. Dionys. III, 350: *Αἰθέρος ἑπτάζωνον ἀερτάζων κενεῶνα.* Adde Schneider. L. g. et Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. XII. p. 186. v. *κενεών.* De pectore, sinu, ventre, tergo, ulnis terræ marisque v. ad Pyth. IV, 46. 407. Nem. IX, 59. etc. Postremo qui dictionis nostræ colorem à re vestiaria petitum putant, iis occurrent *πτυχαί, πτύχες, ἀναπτυχαί, περιπτυχαὶ* aetheris, solis etc., de quibus v. ad Pyth. VI, 18. — Ad Bellerophontem Amazonidas, Chimæram Solymosque interimente cfr. Völck. l. c. p. 288 sqq. — *διασωπάσομαι αὐτῷ μόρον.* Cf. Heyn. Böckh. ad l. Völck. l. c. p. 239. not. Addo Opp. Cyneg. I, 211. Nonn. Dionys. edit. Cun. ind. v. Belleroph. De tumulo Bellerophontæ Lycio conferatur Q. Smyrn. X, 162: *Παρ' τέμενος καὶ σῆμα κραταιοῦ Βελλεροφόντου, Τῷ ἔνι, κυδαλίμης Τιτηνίδος ἀγχόθι πέτρης.* Chimæra vero aram habuit in eadem terra Q. Smyrn. VIII, 107. — *φάτναι Ζηνὸς ἀρχαῖαι. Præsepia Jovis antiqua.* Nonn. Dionys. XI, 290: *Τίπτε μοι οὐκ ἀγόρευες, ὅπως ἀπὸ γείτονος Ἴδης Ἐνθάδε δίφρον ἄγοιμι, καὶ ἀρχαίης ἀπὸ φάτνης Τρώϊον εἰς σὲ κόμιζον ἐπουρανίων γένος ἵππων.* Idem ibid. III, 219: *Ἀρχαίης Ἴδης.* XXV, 535: *Ἀρχαίην ὑπεδύσατο φωλάδα χειήν.* XXXVIII, 414: *Ἀρχαίῃ νύσσῃ.* XL, 87: *Γέρων Ὑδάσπης.* XLIV, 145: *Γέρων Κιθαιρών.* Antiquitatem pro divinitate positam

puto, coll. ad Olymp. III, 54. pag. 155. — *δέχονται.* Orph. *Λιθ.* v. 13: *Κείνους μὲν ἀμώμητοι Διὸς οἶκοι Χαίροντες δέξαντο.*

V. 133—165.

Revocat se ab ulteriore digressione, gentisque Oligæthidarum, ex qua Thessali et Xenophontis erat familia, victorias enumerat, addens pia vota pro aliis eorum decoribus futuro tempore adipiscendis. Dein pergit in victoriis eorundem laudandis, additis precibus pro illorum incolumitate. *ἐμὲ δ' κ. τ. λ.* De justo jaculorum suorum usu Noster videatur Pyth. I, 83 sqq. Nem. VI, 45 sqq. VII, 103 sqq. Revocat se h. l. a digressione sua, locc. citt. a vero se non aberraturum spondet. Schol. vet. v. 133: *Λέγει δέ, ὅτι οὐ χρὴ περιττολογεῖν περὶ ἄλλων καὶ ἐκτραπῆναι τοῦ προκειμένου.* Adde id. ibid. et rec. — *εὐθὺν ἀκόντων ἑέντα ῥόμβον.* *Me decet (ἐμὲ δὲ χρὴ ἑέναι . . ., καὶ μὴ . .) rectum missilium turbinem mittere,' i. e. rectâ scopum petere.* Opponitur *παρὰ σκοπόν.* De v. ῥόμβος cfr. scholl. et Schneid. L. g. — *τὰ πολλὰ βέλεα. Multa ista tela,* quorum exemplum dederat in epopoeia antecedente. — *καρτύνειν.* Schol. vet. v. 133: *Ἰσχυρῶς ἔχειν.* Gloss. v. 135: *Πέμπειν, ἐρείδειν.* Est h. verbum pro contextu *fortiter tenere, movere, vibrare.* Eurip. Hippol. v. 1270: *Συμπάντων δὲ βασιληΐδα τιμάν, Κύπρι, τῶνδε μόνα κρατύνεις.* Incert. auctor hymni in Apoll. v. 26 (Anacr. Fisch. p. 257. ed. II): *Τὸ βέλος φέρε κρατύνων.* Empedocl. v. 267 (Sturz. p. 526): *Ἄκρα κρατύνων.* Orph.

hymn. III, 11 (Herm.): *Ἀνάγκη πάντα χρατύνει.* LVIII, 8: *Οἴηκα χρατύνεις.* LXIV, 8: *Ζώων οἴηκα χρατύνει.* LXXXVII, 1: *Θνητῶν οἴηκα χρατύνεις.* [13]) Similiter *χουφίζειν.* Eurip. Suppl. v. 1051: *Αἰώρημα χουφίζω.* El. v. 865: *Πήδημα χουφίζουσα.* Deinde apud Nonnum *ἐλαφρίζειν* sæpissime. — *Μοίσαις γὰρ ἀγλαοθρόνοις ἐχὼν Ὀλιγαιθίδαισίν τ' ἔβαν ἐπίχουρος.* Sapph. (Volg.) Fragm. XXXI, 1: *Ὦ χρυσόθρονε Μοῖσα.* Deinde *ἐπίχουρος* paulo aliter accipiendum juxta Musas, aliter juxta Oligæthidas. Primo loco erit *minister*, *ὑπηρέτης* (schol. vet. v. 136. coll. ad Ol. VI, 153. pag. 226. not.), secundo *adjutor*, *βοηθός*, schol. rec. v. 137., ubi bene additur: *Βοήθεια γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἔργων τὰ ἔπη οὐκ ἐῶντα τοῦ λοιποῦ λήθην αὐτῶν καταχαυχήσασθαι.* De hoc adjumento v. Olymp. I, 177 sq. IX, 123 sqq. Cum *ἔβαν* Heynius bene confert Nem. VI, 120. Vix diversum a *σταλεὶς* nostri carm. v. 69. — *Ἰσθμοῖ τά τ' ἐν Νεμέᾳ.* *Quod attinet facta eorum Isthmia et Nemea*, ut bene vidit Böckhius. Magis ambiguum est Nem. IV, 121., ubi *Ὀλ.* et *Ἰσθμ.* esse potest *Olympia* (Olympiam) etc., vel *quod attinet* O. etc.. — *παύρῳ ... ἐσλοῦ.* Lectionem totius loci et sensum egregie constituit Hermannus. — *παύρῳ ἔπει.* Isthm. VI, 87: *Ἐν βραχίστοις.* — *ἀθρόα.* *Plurima eorum facinora.* Similem antithesin v. Pyth. I, 157: *Πολλῶν πείρατα συντανύσαις ἐν βραχεῖ.* — *ἑξη-*

---

13) *Καρτύνασθαι* est *firmare, fortiter instruere.* Hes. theog. v. 675: *Ἐκαρτύναντο φάλαγγας.* Antimachus Fragm. LIII (Schellenb. p. 93): *Ἐκαρτύναντο φάλαγγας.* Adde Schneid. L. g. v. *καρτύνω.*

κοντάκι. Sexagies audita, quod commode abesse poterat ob insequens *ἀδύγλωσσος βοά*. — *τὰ δ' Ὀλυμπία αὐτῶν ἔοικεν ἤδη πάροιθε λελέχθαι.* Schol. vet. v. 144: *Εἶπε γὰρ ἐν ἀρχῇ τοῦ ὕμνου οὕτω· τρὶς Ὀλυμπιονίκαν. ὁ δὲ νοῦς· τὰ δὲ ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ αὐτῶν νικητήρια ἤδη, ὡς ἔοικε, προείρηται ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις.* Mihi ἔοικε est pro *δοκεῖ*. *Satis puto dictum est antea de Olympiis eorum decoribus*. Hermannus, cui cum Heynio febriculosa oratio videtur, totius loci sensum ita concipit: *Canam Isthmias et Nemeas Oligæthidarum victorias: Olympicas quidem, quippe omnium illustrissimas, jam pridem celebratas oportebat: futuras vero, quum eas adepti fuerint, dicam*. Jam quis sibi persuadeat, Oligæthidarum gentis nobilissimæ victorias Olympicas omnium sc. illustrissimas eo tempore, quo Pindari hoc carmen fiebat, nondum a poetis celebratas fuisse? Et florebat Corinthi *Μοῖσ' ἀδύπνοος* (v. 31), quam optimatibus inservisse admodum probabile est. Sed febriculosa quibusdam videbitur *partium carminis* significatio, quæ quomodo ex h. loco removeri possit, non video. Frigidam dices; nec aliter forsan poetæ nostri populares senserunt. Verum talia in Nostro passim occurrere, monstravimus ad Olymp. XI, fin. pag. 425. Similia Tragici habent (Aesch. Choeph. v. 446. Agam. v. 818. Eurip. Androm. v. 411. 432. 892. Suppl. v. 466. Alc. v. 971), possuntque rideri, ut si Nostratium quis medio carminis decursu logicum ita velit agere: So viel hievon! Was aber das Andere betrifft etc. Vides, alia licuisse veteribus, alia nobis. Postremo vulgata interpretatio multo fortiorem ac dilucidiorem antitheseos speciem præ se fert, quam Hermanni ratio op-

ponentis *non facta* et *facienda* (*futura*). — τὰ δ'. Sententia postulante reposuit Böckh. δ' pro τ'. Opponuntur enim τὰ δ' Ὀλυμπίᾳ αὐτῶν (*præterita*) et ἐσσόμενα (*futura*). — σαφές. Tum enim non erunt incerta (futura), sed certa (præterita). — νῦν δ'. Opponitur δ' antecedentibus ἐσσόμ. et τότ'. — ἐν θεῷ γε μὰν τέλος. *Nostrum est sperare, Dei perficere*. Nostrates: „Der Mensch denkt, Gott lenkt." Simonides IV, 1: Ὦ παῖ, τέλος μὲν Ζεὺς ἔχει βαρύκτυπος Πάντων, ὅσσ' ἐστι, καὶ τίθησ' ὅπη θέλει. — De γε μὴν v. Viger. p. 491. coll. ibid. Herm. p. 828. — δαίμων γενέθλιος. *Deusne singularis?* Coll. scholl. v. 148. Tum Jupiter atque Enyalius loco quodammodo inferiore erunt, quum Dæmon ille fortunam Oligæthidarum universim constituat, Jupiter Enyaliusque singula. Præstat forsan *fortuna Oligæthidarum generatim* spectata, coll. scholl. v. 148. et Böckh. — Διὶ τοῦτ' Ἐνυαλίῳ τ' ἐκδώσομεν πράσσειν. *Jovi Enyalioque hoc perficiendum permittemus, si quidem felicitas tua stabilis fuerit*. Schol. vet. v. 148: Ὅτι ὁ μὲν Ζεὺς πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε καὶ Ὀλύμπια τοῦ Διὸς ἱερά. τὸν δὲ Ξενοφῶντα οὐ μόνον ἀθλητὴν γεγενῆσθαί φασιν, ἀλλὰ καὶ τὰ πολεμικὰ ἀγαθόν, ἢ ὅτι τοῦ Οἰνομάου πατήρ ἐστιν ὁ Ἄρης καὶ μετέχει τῆς Ὀλυμπίας. Bona hæc et vera, si excluseris, quæ dicta sunt de Jove deorum hominumque rege, nec non de Marte, coll. tamen iis, quæ paulo inferius exponentur. Primum optatur Xenophonti decus Olympicum modo parto duplici majus, victoria (si placet) curulis; deinde gloria bellica. Utrumque Corinthio nostro nondum obtigisse puto, cum fiant preces idem expetentes. Sed erunt, qui Jovis mentionem non ad

Olympiam cum scholl. trahant, sed ad Corinthum, singulari Jovis tutela fruentem, coll. Nem. VII, 155. Paus. II, 1, 1. Tum commendabitur Jovi Xenophon, utpote Corinthius, Marti, cum fuerit bellicosus mantique fortis. Priori de Jove Olympiorum præside etc. interpretationi favet contextus cum antecedentibus, nec non similis colore et gravitate locus Olymp. I, 171. pag. 63. coll. Nem. X, 53 sqq. Postremo qui æqualitatis causa utrumque deum de exoptato decore olympico et quidem curuli intelligendum putant, ii in suas partes vocabunt Pausaniam V, 15, 4 (de Olympia): *Τῆς δὲ πρὸς τὸν ἔμβολον καλουμένου ἐσόδου, τῇ μὲν Ἄρεως Ἵππιον, τῇ δὲ Ἀθηνᾶς Ἱππίας βωμός.* *Huic* forsan Marti Jovique Olympiorum summo præsidi vota fecisse putandus Xenophon pro victoria curuli. Cui opinioni quid obstet, vix invenio. — De Enyalio v. Liebel. ad Archilochum p. 152. — *τὰ δ'* sc. *γενόμενα αὐτὰ καλά.* Böckhius: *Ὅσσα δὲ τὰ ἐπ' ὀφρ. Παρν.* Sed erat ostendendum, *multas* victorias non tantum Argis etc. adeptam illam familiam, sed etiam *Delphis.* — *ἐπ' ὀφρύϊ Παρνασία.* *Ad frontem Parnasium.* De hoc præpos. *ἐπὶ* significatu v. Matth. Gr. gr. mai. p. 859. Indefinite dictum pro *ὑπό.* Habebantur enim Pythia in convalle Delphica. Ceterum supple ex antecedentibus et sequentibus: *Μαρτυρήσει ὀφρὺς Παρνασία* etc. — *βωμὸς ἄναξ* cum Ahlw. *Ara regina.* Fuit in summo Lycæo Jovis ara Paus. VIII, 38, 5. Cf. Nem. II, 29: *Παρὰ μὲν ὑψιμέδοντι Παρνασσῷ,* coll. ibid. Ahlw. Vel leges *ἀνάσσων*, *imperans*, sensu non mutato, ut illud Nostratium: Eine dominirende Höhe. Qui *ἀνάσσων* (*surgens*) legunt, afferunt Nem. VIII, 68. Qui locus nostro ideo vix geminus est, quoniam ibi *ἄϋσσει*

est *crescendo surgit*, coll. Latinorum *surgo*, Schell. L. L. pag. 10730. Major lectioni *ἀνάσσων* fides ob Nem. II, 29. — *Αἰακιδᾶν τ' εὐερκὲς ἄλσος.* Schol. vet. v. 155. de insula Aegina intelligit: *Εὐερκὲς δὲ ἄλσος φησὶ διὰ τὸ κύκλῳ ὑπὸ θαλάσσης ὥσπερ ὑπὸ ἕρκους καὶ τείχους περιβεβλῆσθαι.* Multo probabilius est aliis *septus Aeacidarum lucus*, coll. Paus. II, 29, 6. Fuit is in media urbe Aegina (Paus. ibid.), eligiturque a poeta vel religionis gratia, vel ob Aeacea, in quibus Oligæthidarum unus vicisse videtur. — *ταί θ' ὑπ' Αἴτνας . . πόλεις.* Erunt, qui cum scholl. v. 158. Aetnam urbem et Syracusas eligant, quæ urbs licet Aetnæ ipsi non subjecta e longinquo spectantibus sub ipso monte sita videri poterat. Et fuit Aetna Siciliæ fecundæ *μέτωπον* Pyth. I, 58., istorum sc. montium princeps. Alii præter Aetnam urbem exclusis Syracusis unum alterumve monti propius oppidum requirent. — *ὑψιλόφου Altæ.* Nonn. Dionys. III, 17: *Ὑψιλόφοιο Ταύροιο.* XXV, 300: *Ἄστεος ὑψιλόφοιο.* XXXII, 247: *Ἀερσιλόφοιο διὰ πρηῶνος.* XXXIV, 346: *Τείχεος ὑψιλόφοιο.* XXXV, 11: *Ἀερσιλόφων ἐπὶ πύργων.* 223: *Ὑψιλόφοιο πρὸ ἄστεος.* XXXVII, 269: *Ὑψιλόφῳ τινὶ χώρῳ.* XLVI, 134: *Ἀερσιλόφων ἐπὶ πύργων.* XLVIII, 716: *Ὑψιλόφου ἀπὸ Τμώλοιο.* Idem Conv. Ev. Joh. XII, 67: *Μητέρος ὑψιλόφοιο Σιών.* XIX, 213: *Ἀερσιλόφῳ παρὰ χώρῳ.* Coluth. v. 17: *Ὑψιλόφοισιν ἐν οὔρεσιν.* Cognata *ὑψίκομος* et *ὑψικάρηνος* de iisdem locis. — *Εὔβοια.* Cf. Isthm. I, 80., ubi indistincte ut nostro loco agitur de ludis istius insulæ. Nullum eorum reliquis magnopere emicuisse putabis. — *μάσσον' ἢ ὡς ἰδέμεν.* Schol. vet. v. 159: *Τὸ πλῆθος τῶν στεφάνων, φησίν, ἐκπέφευγε τὴν τῆς ὁράσεως*

μεταλήψιν. Cf. v. 64. Nem. II, 36: *Τὰ δ' οἴκοι μάθησον' ἀριθμοῦ Διὸς ἀγῶνι. — ἄνα, κουφοτάτοις ἐκνεῖσθαι ποσίν, Ζεῦ τέλειε, αἰδῶ διδοὺς καὶ τύχαν χαρπτὸν γλυκείαν.* *Rex, levibus evadere pedibus, Jupiter perfector, fac, reverentiam dans et fortunam jucundorum dulcem.* Hæc elegi ex VV. DD. tentaminibus. Jam primo ἄνα (*rex*) me non offendit ante Ζεῦ positum. Dicitur quidem Ζεῦ ἄνα, non ἄνα Ζεῦ. Sed h. l. tres interjectæ voces sunt inter ἄ. et Ζ., et Ζεῦ est vocis ἄνα (rex κατ' ἐξοχήν) appositio, coll. Orph. Fragm. XXXII (Herm. pag. 490): Ὦ ἄνα, Λητοῦς υἱέ, ἑκατηβόλε, Φοῖβε, κραταιέ. Jam Hermannus: *Διδοὺς* exquisitior scriptura videtur, *quod ex hoc participio δὸς repetendum ad ἐκνεῖσθαι.*" Immo ad vitandam tautologiam (δὸς .. διδοὺς) supple *ποίει*, quod omnibus iis locis convenit, in quibus δὸς suppletur. Vulgatæ τέλει (*fac*), quam Ahlw. (legendo ἄγε) defendit, id potissimum adversatur, quod verbum τελῶ semper (quantum ego quidem scio) accusativum nominis regit, infinitivum nunquam. — *κουφοτάτοις ἐκνεῖσθαι ποσίν.* *Levibus evadere pedibus.* Falluntur meo judicio, quibus h. verbum est *enatare.* Ab equis desumtum (Schneider. L. gr.) sensu lato est *declinare, evadere,* nec raro jungitur cum omnis generis infortunio, coll. usu Euripideo (ind. Barnes.). Adde Gregor. Naz. (Christo patiente) Opp. T. II. p. 261:

> *Ναί, ναὶ κακῶν πέλαγος ἡ τάλαιν'* (Maria) *ὁρῶ*
> *Τοσοῦτον, ὅσον μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν.*

Eamque significationem nostro loco admotam optime defendit Pindari usus, qui carmina sua haud raro claudit preces fundens pro incolumitate victorum, coll. Olymp.

VII. fin. VIII. fin. Pyth. VIII. fin. Jamque ista incommoda (pericula) talia esse poterunt, quæ sunt humanæ vitæ communia. Aliis ea placebunt, quæ Oligæthidis vel impendebant vel jam aderant. Ego nec distinguendum esse nec distingui posse judico. — *αἰδῶ.* Schol. vet. v. 163: *Αἰδεσίμους αὐτοὺς ποιεῖ.* Non aliter Heynius Böckhiusque, et hic quidem locum ita explanans: „*Reverentia et honos ab aliis habendus Oligæthidis* optimatibus, tum fortasse non plane securis.“ Sed vide, ne (coll. usu Pind.) voci admodum ambiguæ insit quoque Oligæthidarum moderatio, quam felicitas consequi solet. Tum particip. *διδοὺς* cum antecedentibus arctius cohærebit. Qui locum ad Corinthios trahunt, ii simpliciter vertent: *Fac, ut vitam transigant, honoris felicitatisque incolumitate ornati.* — *τύχαν τερπνῶν γλυκείαν.* I. e. *εὐτυχίαν.* Pyth. III, 150: *Μοῖρ' εὐδαιμονίας.* 175: *Εὐφροσύνας μέρος.* Fragm. inc. CXII (Heyne T. III. p. 134. Böckh. T. III. p. 646 sq.): *Καλῶν μοῖράν τε τερπνῶν.*

ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΑΙ ΙΔ

ΑΣΩΠΙΧΩΙ ΟΡΧΟΜΕΝΙΩΙ

ΣΤΑΔΙΕΙ

V, 1—18.

Invocantur Gratiæ, quæ hominibus ac diis gratissima quæque parant. De precationis causa schol. vet. v. 1: *Ἐπεὶ χαριέντως ἀπέβη τοῦ ἀγῶνος τὸ ἐπιχείρημα.* Sed fuit earum cultus Orchomeni Min. splendidus, iisque pompam puerorum Asopichi æqualium ductam putes, coll. interpr. — *Καφισίων ὑδάτων λαχοῖσα ἁ.* Schol. vet. ibid.: *Αἱ τὰ τοῦ Κηφισοῦ ὕδατα ἐκληρώσατε.* Ita *λαχοῖσαι* genitivum reget, coll. Fragm. inc. XLIII (Heyne T. III. p. 103. Böckh. T. III. p. 631) et Schneid. L. gr. v. Alibi apud P. semper cum accus. jungitur, coll. indd. Quod præferendum. Ita cum schol. rec. ibid. *λαχ.* et *ναίετε* æqualiter ad *καλλ. ἔδρ.* pertinebit. Simile *λάχε . . οἰκεῖν* Ol. VI, 56. Vulgare h. verbum esse de locis dei præsentia ornatis docuimus ad Olymp. IX, 24. 25. p. 335. Deinde Böckhii lectio *λαχοῖσαν* sensu vix commendatur. — *καλλίπωλον.* Schol. vet. v. 2: *Ἐργῖνος γὰρ ἵππῳ νικήσας Θη-*

βαίους φόρου ὑποτελεῖς ἔσχεν, ἄχρις οὗ Ἡρακλῆς αὐτοὺς ἠλευθέρωσεν. Adde Böckh. — *ὦ λιπαρᾶς* etc. Construe: *Ὦ. Χ. βασ. ἀοιδ. λιπ. Ὀρχ.* Ab eximio Gratiarum cultu Orchomenio ipsæ Orchomeniarum nomen traxere. Anthol. Palat. IX, DCXXXVIII, 1 (Incertus): *Αἱ τρεῖς Ὀρχομενοῦ Χάριτες τὸ λόετρον ἔτευξαν.* XII, CLXXXI, 1 (Strato): *Ψεύδεα μυθίζουσι, Θεόκλεες, ὡς ἀγαθαὶ μὲν Αἱ Χάριτες, τρισσαὶ δ' εἰσὶ κατ' Ὀρχομενόν.* Nonn. Dion. XIII, 94: *Καὶ οὐ Χάρις οὐ ποτε λείπει, Ὀρχομενὸν Μινύαο.* XXIV, 261. XLI, 225. XLVII, 459. XLVIII, 282: *Χορίτιδες Ὀρχομενοῖο.* XLII, 465: *Σύλησεν ὅλον κλέος Ὀρχομενοῖο, Μούνην ἀμφιέπουσα μίαν Χάριν.* Hinc Eidem ibid. XLI, 149. Beroë urbs est *Ὀρχομενὸς Χαρίτων.* Idem XIII, 95. Orchomenum Min. dicit *χοροιτύπον ἄλσος Ἐρώτων.* — *παλαιγόνων Μινυᾶν.* Cf. Olymp. XIII, 70. Nonn. Dionys. XLI, 266: *Παλαιγενέων βάθρα πολήων.* — *ἐπίσκοποι.* *Præsides.* Idem quod *σκοποὶ* apud Nostrum, coll. indd. Soph. Antig. v. 1133: *Νυχίων φθεγμάτων ἐπίσκοπε* (Jacche). — *σὺν γὰρ ὑμὶν* etc. Universæ sententiæ valde cognatus est locus Orphei hymn. LX (de Gratiis) v. 5: .. *Θνητοῖσι ποθειναί. Οὔτε γὰρ ἠελίου ταχιναὶ φλόγες, οὔτε σελήνης, Καὶ σοφίης ἀρετῆς τε καὶ ἐργασίμου θρασύτητος Δύχημ', οὔτε βίου λιπαρῆς περικαλλέος ἠβης Ὑμέων χωρὶς ἐγείρει ἐϋφροσύνας βιότοιο.* Simillima de Diis universim docentur Pyth. I, 79 sqq. coll. Opp. Hal. II, 15: *Κεῖνοι καὶ τέχνας πολυκερδέας ἀνθρώποισιν Δῶκαν ἔχειν, καὶ πᾶσαν ἐπιφροσύνην ἐνέηκαν.* — *εἰ σοφός, εἰ καλός, εἴ τις ἀγλαὸς ἀνήρ.* Fontes singuli istorum *κερπνῶν* et *γλυκέων* v. 7. Ceterum sapientiæ, pulchritudinis et gloriæ laudem non sine

victoris ratione memoratam suspicor. Primam ad Asopichi dexteritatem agonisticam trahes, coll. Olymp. IX, 41. pag. 340 sq. [1]), alteram ad pueri formositatem, tertiam ad gloriam ejus e victoria partam, coll. schol. rec. v. 1 (de v. ἀγλ.): *Περιφανὴς τὰ ἐκτὸς καὶ εὐδοξίαν ἔχων. — οὔτε γὰρ θεοὶ* etc. *Quod non solummodo de mortalibus dicendum est. Namque ipsi Cölites Gratiis indigent.* Heynius: *Quid? quod nec ipsi dii.* — *σεμνᾶν Χαρίτων ἄτερ.* Eurip. Hel. v. 1341: *Σεμναὶ Χάριτες.* — *χοιρανέοντι. Agunt, habent,* ut *ἀμφέπουσιν.* Minus bene Græci *βασιλεύουσι, διακοσμοῦσιν.* Epularum enim etc. dispositio ipsarum fuit Gratiarum, quas deinde *ταμίας πάντων ἔργων ἐν οὐρανῷ* dicit. — *χορούς οὔτε δαῖτας.* Ut maxime *τερπνὰ* et *γλυκέα* (v. 7) Deorum. Hinc Gratiæ *χοροποιοὶ* Eurip. Phön. v. 788. Hymn. hom. III, 95: *Ἦ πού τις Χαρίτων δεῦρ' ἦλυθες, αἵτε θεοῖσι Πᾶσιν ἑταιρίζουσιν. — χρυσότοξον θέμεναι παρὰ Πύθιον Ἀπόλλωνα θρόνους.* Delphisne consuluerant Pythium Asopichi tutores, ubi in Apollinis dextra positas Gratias refert schol. vet. v. 16? Sed alibi quoque Pythius colebatur, Olympiæ Paus. V, 15, 3., Aeginæ Nem. III, 122. ibique interprr., Athenis Phot. Lex. p. 408 (ed. Lips.). Quid? quod Tegyræ prope Orchomenum sitæ Apollo natus erat ex narratione Bœotiorum, atque oracula edebat, coll. Müll. Gesch. T. I. p. 147. — *ἀέναον σέβοντι πατρὸς Ὀλυμπίοιο τιμάν.* Deorum honor personam induit, cum fuerint ipsi honorati. Simillima

---

1) Poteram Olymp. cit. *τὰ τέρπν'* pro iis habere, quae *ἀγαθοὶ* et *σοφοὶ ἄνδρες* consequuntur.

Pyth. IV, 91: *Τάνδε σὺν τιμᾷ θεῶν νᾶσον ἐλθόντες.* Fragm. encom. (Heyne T. III. p. 65. Böckh. T. III. p. 560): *Τὰν Διονύσου . . τιμὰν . . ὑμνήσομεν.* Eurip. Or. v. 816: *Πατρῴαν τιμῶν χάριν* (patrem). Soph. Antig. v. 740: *Ἁμαρτάνω γὰρ τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων;* Ibid. v. 741: *Τιμάς γε τὰς θεῶν πατῶν.* Diog. Laërt. V, 8 (Aristoteles): *Μναμοσύνας θύγατρες, Διὸς ξενίου σέβας αὔξουσαι φιλίας τε γέρας βεβαίου.* Nonn. Dionys. XXX, 287: *Ἰλήκοι Διὸς εὔχος.*[2]) De *nomine* v. Creuz. Mythol. T. IV. Præfat. p. IX sq.

V. 19—35.

Commendatur Gratiis Asopichi pompa triumphalis, cujus honor et lætitia ad victoris quoque patrem defunctum pertinere dicitur. *γέ νιν* (ἔστε) cum Thiersch. et Ahlw.; Herm. *τανῦν*. Pluralem *ἐτάχοοι* agnoscunt scholl. rec. v. 19. vet. v. 20. Ceterum *ἐπαχ.* et *κατάχοος* de diis usitata. Aristoph. Thesmophor. v. 1135 (de deabus): *Ἐπάχοοι ἦλθετον.* Callim. Epigr. LII, 5: *Παιδαρίων Διόνυσος ἐπήκοος.* Anthol. Palat. VI, CXCIX, 3 (Antiphilus Byzant.): *Ἧσθα γὰρ* (Enodia) *εὐχωλῇσι κατήκοος.* IX, CCCCXXVIII, 5 (Antipater Thessal.): *Ἀλλά μοι ὡς θεὸς ἔσσο κατήκοος.* Adde Schneid. L. g. v. *ἐπήκοος.* — *τόνδε κῶμον.* Chorusne verba facit, ut v. 26. 27? — *ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ κοῦφα βιβῶντα.* In his *ἐ. ἐ. τ.* cum *ἰδοῖσα* jungo: *Ita adspiciens, ut inde sors jucunda consequatur*, i. e. *benigne*. Alii cum *κ. β.* copulant, ut *ἐπὶ* sit

---

2) De *imperatoria majestate* v. quae congesta sunt in Prodromo corporis juris civilis a Schradero, Clossio, Tafelio edendi, pag. 279.

in, vel *propter*. — *χοῦφα β.* Chorus enim puerorum fuisse videtur, cum pueri victoria celebranda fuerit. Eodem me ducit *Λύδιος τρόπος* in seqqu. (coll. Aristot. Polit. VIII, 7. fin.), quem ab aliis ad solam supplicationem trahi video. An spectabatur in hac eligenda harmonia pater pueri defunctus? Cf. de his Böckh. de metr. P. p. 277. — *ἐν μελέταις τε.* *Curis* sc. poeticis, coll. Isthm. V, 36. Sermo est de *carmine ipso*, quod opponitur musicæ, ut *ἐπέων θέαις* Olymp. III, 14. — *σεῦ ἕκατι.* Olymp. IV, 14: *Χαρίτων ἕκατι.* Quare ad Thaliam sermo dirigatur, causa latet. An alluditur ad Asopichi formositatem vigoremque juvenilem? Quæ Græci habent, ea vix lectoribus intelligentibus se probatura suspicor. — *κυδίμων ἀέθλων πτεροῖσι.* Schol. rec. v. 28: *Στεφάνοις ἐπαίρουσι καὶ οἷον πτεροῦσι τοὺς στεφανουμένους.* Deinde *υἱὸν* per attractionem positum est. Construe: *Ὅτι υἱός οἱ . . ἐστεφάνωσε χαίταν.* Postremo carmen non multo post victoriam tempore factum esse, ea quoque docent, quæ P. habet de Echo. Talia enim deæ mandari a poeta vix decebant, qui victoriam diu ante partam prædicabat.

Addenda.

Olympia I.

V. 2. 3. p. 7. l. 2. infr. post *πλούτου* adde: Apul. de mundo p. 739 (monente Dorvillio ad Charit. p. 632. Lips.): *Flammea auri vel electri claritate.*

V. 5—45. p. 8. l. 9. post *Isthm. I, 60* adde: Singulas horum versuum voces habet cod. Urbin. 157. apud Bekker. Anecdd. gr. p. 1095. not., unde crisis nil lucri capit.

V. 8. p. 8. l. 14. post *Ἠελίου* adde: Zonar. T. I. p. 1023: *Θαλπότερον* (Tittm. ibid.: Suid. rectius *θαλπνότερον*). *λαμπρότερον. θερμότερον.*

V. 10. p. 8. l. 7. infr. post *δῖαν* adde: Idem hymn. LXXIX, 5: *Αἰθέρα τεύχων Ἀχτῖσιν λάμπουσαν.*

V. 44. p. 23. l. 18. post *consequitur* adde: *Καί που τι καί.* Oratio Heynio jejuna videtur. Sed conferatur Eunapius Aedesio (opp. ed. Boisson.) T. I. p. 31: *Καί που τι καὶ παρὰ τὸ ἀνθρώπειον κατά γε ἐμὴν ἐφθέγξατο χρίσιν.* Idem Chrysanthio p. 110: *Καί που τι καὶ τῶν ἀληθῶν προσυπενόησεν.*

V. 58. p. 25. l. 17. post *χράτος* adde: Soph. Antig. (Erf. ed. min. II) v. 1074: *Ὦ παῖ, σὺ δ' ἡμᾶς ἄπαγε πρὸς δόμους.* Ibid. l. 23. post *Ἰχθυβόλοι* adde: Orph. *Λιθ.* v. 488: *Σκορπίε, σεῖο δὲ λᾶαν ὁμώνυμον ἔμμεναι ἥρως Ἀγλαὸς Ὠρίων οὐκ ἔκλυεν.* Tantali, Pelopis Niobesque mythum docte tractat Völcker. in libro: Die Mythologie des Japetischen Geschlechtes. p. 351 sqq. Pelopis scapulam cum aureo Pythagoræ femore acute confert F. C. Baur: Symbolik u. Mythologie T. I. p. 273. De Pelopis dissectione cf. Eund. ibid. p. 273.

V. 73. p. 31. l. 9. post *puto* adde: Varia de hac Plastene Siebelisius collegit ad Paus. V, 12, 4.

V. 78. p. 32. l. 4. inter locum Alcmanis et Euripidis insere: Alciphr. I, 1: *Τοῦ ὕδατος ἀφροὸς ἐξηνθήκει.* Oracula Chaldæorum (Görres. Mythengesch. der asiat. Welt. T. I. p. 319): Et fons fontium, et fontium omnium matrix, continens omnia. Inde affatim exsilit origo variæ materiæ, inde tractus prester obscurat florem ignis.

V. 82. p. 35. l. 6. post *Suid.* adde: Ammon. ed. Lips. T. I. p. XLVII.

V. 106. p. 43. l. 17. post *πάλιν* adde: Photii Lexicon ed. Pors. Lips. p. 322.

V. 113. p. 44. l. 15. post *Lipsiensi* adde: De Hippodamia v. Völcker. l. c. p. 359.

V. 148 sqq. p. 57. l. 8. infr. post *χεῦμα* adde: In ipso Alpheo herois sepulchrum collocat Bätur l. c. p. 274 sq.

V. 152. p. 60. l. 2. post *adjicit* adde: coll. epigr. p. 193. allato: *Τρεφθέντα σταδίων γείτον' Ὀλυμπιάδος.*

V. 178. p. 66. l. 8. infr. post *coll.* 4. adde: Zonar. T. I. p. 915: *Εὐδείελον. τὸ εὐπεριόριστον.*

Olympia II.

V. 45. p. 89. l. 19. post *ἀμειβόμενος* adde: Bac-

chus matrem Semelam ex inferno ducit Nonn. Dion. II, 31. coll. XXXVII, 5.

V. 58. p. 94. l. 2. infr. ante *Ἀμέραν* adde: Bekker. Anecdd. gr. 98, 20: *Ἡσύχιος: Πίνδαρος Ὀλυμπιονίκαις.*

V. 69. p. 96. l. 2. infr. post *ὕμνων* adde: Phot. Lex. ed. Pors. p. 322. Lips.

V. 99. p. 102. l. 5. infr. post *ἀγροτέραν* adde: Aesch. Suppl. v. 402 (Well.): *Βαθείας φροντίδος σωτηρίου.* Pers. v. 140: *Φροντίδα βαθύβουλον.*

V. 117. p. 110. l. 13. infr. post *ἀγλαοότιμος* adde: Idem *Εὐβουλεὺς* audit ap. schol. Nicandr. Alexiph. v. 14, sed *Εὔβουλος* ap. Orph. hymn. XVIII, 12.

V. 126. p. 115. l. 9. post *ἄγοι* adde: Nonn. Dionys. XX, 95 (de via bonorum cœlesti): *Οὐ πέλε ῥηϊδίη μακάρων ὁδός.*

V. 146. p. 121. l. 1. post *sequentia* adde: Eunapius Fragm. 29. p. 512. Boiss.: *Καὶ τὸ παρ' ἑαυτοῦ βάρος ἐπετίθει καθάπερ ὀρθὸν καὶ ἀστραβῆ τινα κίονα ταῖς βασιλείοις.*

149—151. Vulgatam loci interpretationem acute defendit Neue ad Bacchyl. p. 3 sqq.

V. 164. p. 127. l. 7. post *lauda* adde: *Ἐπί τοι Ἀχράγαντι.* Similiter articulum et nomen dispescit *τοι* Aesch. Sept. c. Th. v. 386: *Τῷ τοι φέροντι.* 420: *Τῶν τοι ματαίων.* — Ibid. l. 2. infr.: Præfero nunc vulgarem loci interpretationem, coll. ad Olymp. XI, 17. p. 421.

Olympia III.

V. 23. p. 142. l. 11. post *σμαράγδου* adde: Anthol. Palat. VI, CCL, 6 (Antiphilus): *Πλαίκης ἁάλου.*

V. 35. p. 147. l. 11. infr. ante *Sensum* adde: Hymn. hom. XXX, 11: *Μήνη διχόμηνος.* — Ibid. lin. 2. fin. post *Tittm.* adde: Dorvill. ad Charit. p. 652. Lips.

V. 36. p. 149. l. 6. post *βλέφαρα* adde: Alcm. (Welcker.) Fragm. CXXIII: *Νυκτὸς μελαίνας στέρνον.* —

V. 53. p. 155. l. 6. post *p. 251.* [5]) adde: De longævitate cervorum v. quoque Anthol. Palat. XI, LXXII, 3. CCCLXI, 7. 8. CCCLXXXIX, 1.

Olymp. IV.

V. 19. p. 169. l. 9. adde: Liban. Decl. XXII (Reiske T. II. p. 65): *Στεφάνου τοῦ ἐκ Πίσης.*

Olympia V.

V. 41. p. 181. lin. 12. post *χῶρον* adde: Nonn. Dionys. XXXIX, 190: Borea, *Ἴλισσον δὲ γέραιρε.*

Olympia VI.

V. 4. p. 186. l. 8. post *personam* adde: Eurip. Jon. v. 186 (de templo Delphico): *Καὶ παρὰ Λοξίᾳ διδύμων προσώπων καλλιβλέφαρον φῶς.*

Ibid. not. l. 1. infr. post *ταμίας* adde: Tryphiod. v. 494: *Ζεὺς ταμίης πολέμοιο.*

V. 15. p. 188. l. 15. post *p. 723.* adde: Simillimum Nem. V, 17: *Μητρόπολίν τε, φίλαν ξένων ἄρουραν, τάν ποτ' εὐανδρόν τε καὶ ναυσὶ κλυτὰν θέσσαντο.*

V. 23. p. 190. l. 5. infr. post *Potteri* adde: Müllerique.

V. 41. p. 194. l. 13. infr. post *παραγένωμαι* adde: Böckh. nott. critt. p. 384: Ut veniam etiam ad genus, ad majores; ante enim de viris ipsis dixerat.

V. 76. p. 200. l. 6. post *p. 53.* adde: Pyth. IV, 444: *Γλαυκῶπα, ποικιλόνωτον ὄφιν.* Posterius prædicatum, a priori distinguendum, non obscure indicat, *γλαυκῶπα* posse ad oculos referri.

V. 92. p. 207. l. 10. infr. post *δέξεται* adde: Idem carm. II. v. 70 (p. 41): *Φωτὸς ἀπειρεσίοιο ῥοαῖς.*

V. 97. p. 209. l. 10. post *Wüstem.* adde: Nonn. Dionys. XVII, 256: *Στάχυν ἴβης.*

V. 101. p. 209. l. 4. infr. *θεοδμήτους* adde: Solon. XXVIII, 6 (Gnom. Brunck.): *Ἀθήνας, πατρίδ' εἰς θεόκτιτον.*

V. 103. p. 210. l. 10. post *γῆς* adde: Anthol. Palat. VII, DCVI, 1 (Paulus Silentiarius): *Ἐλευθερίην ἐπιειμένος.*

V. 124. p. 218. l. 3. post *ψόγος* adde: De *μώμῳ* et *φθόνῳ* apud veteres junctis adi Spanhem. ad Callim. h. in Apoll. v. 113. p. 155 sq.

V. 138. p. 221. l. 5. infr. post *Κρονίδα* adde: Hes. theog. v. 388: *Ζηνὶ βαρυκτύπῳ.*

V. 145. p. 224. l. 8. infr. post *Böotiorum* adde: et Minyarum.

Ibid. l. 7. post *πλήξιπποι* adde: Hom. et Hes. certamen (Hes. ed. Lösn. p. 491): *Πληξίππων γῆ Μινυῶν.*

V. 151. p. 226. l. 9. infr. post *omnibus* adde: Ol. VII, 152: *Ὅ τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνω μιν*, ubi schol. interpretatur *ἐγνώρισε.*

V. 154. p. 229. l. 8. post *spargeretur* adde: Isthm. VI, 1. est *χρατὴρ μελέων* pro *μέλη.* Velut in loco deinde citato *φιάλη λόγων.* Addo Philostr. Vit. Apollon. IV, 24

(Olear.): *Λόγων τε κρατῆρες ἵσταντο, καὶ ἠρύοντο αὐτῶν οἱ διψῶντες.* Id. Sophist. XVI: *Παντηγυρικῆς ἰδέας ἥψατο ἐν στρυφνῷ κρατῆρι συγκεράσας οἷον νᾶμα πότιμον.* Vit. Apollon. VI, 11: *Τὸν σοφίας κρατῆρα.* Ubi Olearius: „Familiare philosophis Pythagoric. et Platonicis, *κρατῆρα* ad res animæ transferre. Vide, quæ habet Proclus Theol. Platonic. lib. V, c. 31."

Olympia VII.

V. 36. p. 247. l. 12. post *optativo* adde: Cf. Olymp. X, 16.

V. 62. p. 253. l. 13. post num. 59. adde: Lernum heroem Rhodiorum habet Q. Smyrn. X, 221.

V. 173. p. 284. l. 10. post *attulerunt* adde: adstipulante Müllero Gesch. hellen. Stämme T. III. p. 378.

Olympia VIII.

V. 68. p. 307. l. 3. post num. *183.* adde: Coll. Müller. Geschichten hellen. Stämme T. III. p. 538.

V. 70. p. 308. l. 15. post *Horat. Od. I,* 1. adde: Simillime Solon V, 43 sqq.

V. 73. p. 310. l. 6. infr. post *προσφθεγμάτων* adde: Bekker. Anecd. gr. 29, 27: *Βάλλειν σκώμμασι: τὸ σκώπτειν. καὶ βάλλειν λοιδορίαις ἤτοι λοιδορεῖν. καὶ βάλλειν ἀραῖς.* V. quoque Anthol. Palat. XII, LXX, 4 (Meleager): *Οὔ σε βαλῶ ξύλοις,* coll. ad h. l. Jacobs. Anthol. gr. Lips. T. VI. p. 60.

V. 77. p. 313. l. 5. post num. *73.* adde: V. quoque Struvius, V. celeberr., ad Luciani somn. in Friedem. et Seebod. Miscell. T. II. Fasc. II. p. 208.

Olympia IX.

V. 2. p. 326. l. 9. post *putaverit* adde: Ahlw.: „Ceporinus. — Non erat, quod Bh. de interpunctione correcta gloriaretur." Comma primus post *Ὀλ.* habet Ceporinus. Comma post *φωνᾶεν* jam Lonicerus exprimit.

V. 113. p. 357. l. 1. post *γενέσθαι* adde: De activo *δηλοῦν* pro passivo s. medio v. interprr. ad Soph. Antig. v. 467 (Erfurdt. ed. min. II. p. 96).

Olympia XI.

V. 19. p. 390. l. 3. infr. post *Ἄρης* adde: Virtutem Epizephyriorum bellicam laudat quoque Nossis Anthol. Palat. VI, CXXXII., coll. Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. VI. p. 416.

V. 26. p. 394. l. 7. post *patet* adde: Quam sententiam pulcherrime exprimit Sophocles Antig. v. 1151 (ed. Erf.

min. II): *Τὰς γὰρ ἡδονὰς Ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ Ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. Πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα, Καὶ ζῇ τύραννον σχῆμ' ἔχων· ἐὰν δ' ἀπῇ Τούτων τὸ χαίρειν, τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς Οὐκ ἂν πριαίμην ἀνδρὶ πρὸς τὴν ἡδονήν.* Cfr. ibid. Theophilum Athenæi, monente Brunckio.

(Olymp. I, 38. p. 22. l. 5. post *montem* adde: Eandem de *ἀποίχω* et *ἐποίχω* Schæferi nunc sententiam video ad Demosth. T. I. p. 480. Ol. I, 58. p. 26. l. 1. infr. post *φρέαρ* adde: Alia congessere Pors. et Schæf. ad Eur. v. 614. Ol. VI, 76. p. 201. l. 4. infr. post *Ἄρης* adde: Fl. Vopisc. V. Aurel. c. 4.)

Emenda.

P. 7. l. 12. pro *ἀδύνατον* lege *ἀσύνετον*. — P. 11. l. 16. pro *μήτεος* l. *μήτιος*. — P. 25. l. 18. pro *ἄδα* l. *ἄδᾳ*. — P. 36. l. 5. infr. pro *πάσσεμεν* l. *πεσσέμεν*. — P. 39. l. 18. pro Nonn. Dionys. XXX, 293. l. Nonn. Dionys. XXXV, 293. — Ibid. l. 22. pro *ἠεροφοίτης* l. *ἠερόφοιτος*. — P. 42. not. l. 4. pro *defessio* l. defectio. — P. 44. l. 16. pro *Αγχι* l. *Ἄγχι*. — P. 47. l. 6. infr. pro *Μύρτιλος* l. *Μυρτίλος*, ut apud editores Sophoclis. Graefius *Μύρτιλος* retinet. — P. 51. l. 11. pro *idem poeta* l. Nonn. Dionys. — P. 58. l. 15. pro *Ισθμια* l. *Ἰσθμια*. — P. 59. not. l. 1. pro *τοσουτον* l. *τοσοῦτον*. — P. 60. l. 1. pro *interpretatioui* l. interpretationi. — P. 75. l. 2. pro num. 476. l. 474. — Ibid. l. 8. pro num. 96. l. 69. — P. 88. l. 8. infr. pro *et* l. ut. — P. 92. l. 7. pro *jenuna* l. jejuna. — P. 102. l. 7. infr. pro *Pyth. I. in.* l. Pyth. V. in. — P. 104. l. 3. infr. dele *ait*. — P. 108. l. 11. infr. pro *λίβῳ* l. *λίβα*. — P. 113. l. 6. pro *ἀποιχεσθαι* l. *ἀπόιχεσθαι*. — P. 135. l. 1. infr. pro *χρῇ* l. *χρή*. — P. 142. not. l. 4. infr. l. *oculis, vitro et gemmis*. — P. 145. l. 4. infr. pro *Paus. X, 4, 3.* l. Paus. V, 14, 3. — P. 150. l. 10. infr. pro *Βαθύζωνον τε* l. *Βαθύζωνόν τε*. — P. 156. l. 14. pro *Λωρίαν* l. *Δωρίαν*. — P. 159. l. 12. pro *ἔνδειξεν* l. *ἔδειξεν*. — P. 160. inscript. pro *ΟΛΤΜΠΙΟΝΙΚΑΙ* l. *ΟΛΤΜΠΙΟΝΙΚΑΙ*. — P. 171. l. 17. pro *ἐγαι* l. *ἐγὼ*. — P. 179. l. 15. pro *ἄσχετον, ἃ* l. *ἄσχετον ἃ*. — P. 184. inscript. pro *ΟΛΤΜΠΙΟΝΙΚΑΙ* l. *ΟΛΤΜΠΙΟΝΙΚΑΙ*. — P. 186. not. l. 2. pro num. 1138. l. 1183. — P. 192. l. 1. infr. pro *Si* l. Sed. — P. 201. l. 4. infr. post *Ἄρης* fige punctum. — P. 218. l. 8. infr. pro *annittentis* l. annitentis. — P. 244. dele notam 2. — P. 254. l. 10. pro *ἀμφιθαλάσσιος* l. *ἀμφιθάλασσος*. — P. 266. l. 4. infr. pro *ἀνθρώπων* l. *ἀνθρώπων*. — P. 366. l. 9. pro *ὅσσα* l. *ὅσσᾳ*. — P. 368. l. 12. lege *τρίβωνας* [12]). — P. 370. l. 18. pro *σὲ* l. *σε*. — P. 377. l. 9. 10. l. *ὕμ-νος*. — P. 378. l. 11. post *περίφρονα* pone comma. — P. 380. l. 6. infr. pro *μητ'* l. *μήτ'*. — P. 386. inscript. pro *Ι' (ΙΑ')* l. *ΙΑ' (Ι')*. — P. 390. inscript. pro *(Ι')* l. *(Ι')*. — P. 396. l. 9. pro *epopoia* l. epopoeia. — P. 401. inscript. pro *Olympia X (XI)* l. O. XI (X). — P. 407. inscript. pro *Olymp. IX (X)* l. O. XI (X). — P. 425. l. 8. infr. dele *ad* post ad. — P. 444. l. 10. pro *eliptico* l. elliptico. — P. 456. not. l. 4. pro *ηῖε* l. *ἦϊε*.

DILUCIDATIONUM

PINDARICARUM

VOLUMINA DUO

SCRIPSIT

THEOPH. LUCAS FRIDER. TAFEL

PHIL. D. LITER. ANTIQ. IN ACAD. TUB. PROF.

VOLUMEN PRIUS

OLYMPIA ET PYTHIA.

BEROLINI

APUD GEORGIUM REIMERUM.

1827.

TUBINGAE
TYPIS HOPFERI DE L'ORME.

PINDARI

OLYMPIA ET PYTHIA

ILLUSTRAVIT

THEOPH. LUCAS FRIDER. TAFEL

PHIL. D. LITER. ANTIQ. IN ACAD. TUB. PROF.

PARS POSTERIOR

P Y T H I A.

BEROLINI

APUD GEORGIUM REIMERUM

1827.

Digitized by Google

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ

Digit Google

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ Α

ΙΕΡΩΝΙ ΑΙΤΝΑΙΩΙ

ΑΡΜΑΤΙ.

V. 1—55.

Apollinis Musarumque carmina Deos maximopere delectant, eorum hostes terrent, inprimis Typhonem, pressum Italia Siciliaque. Totus hic locus, ad artis regulas exactus, minus carminis nostri pars, quam præludium esse videtur, quo sequentia non inchoentur, sed præparentur. Habetque semina omnium reliquorum, in quibus cum Aetnam urbem canit, tum Hieronem. Hunc spectat cœlestis musicæ, illam incendii Aetnæi descriptio, e qua fit transitus ad verum carminis initium, quod preces pro urbe et conditore comprehendit, mixto encomio triumphali. Alii præmissum proœmium volent, *ἵνα ἕτοιμοι ὦσιν οἱ ἀκροαταὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν.* Quæ verba sunt scholiastæ v. 25., simili consilio prolata. Hi in partes suas trahent hymnum Pythium sextum, quem ita inchoat Pindarus, ut auditores attentos esse velit, cujus admonitionis occasionem certamen Pythium obtulit ut nostro carmine, coll. seqq. Jam egregie quidem ad reliqua præparatos auditores venisse, quis est, qui neget? Nam quasi delati

cœlo in rerum terrestrium dispectum duce poeta veniunt. Nec tamen eo consilio præmissum hunc locum putem, qui quartam carminis inter Pindarica majoris partem constituit. Libere agit more suo poeta sapientissimus, quem non ita mancipatum officio laudatorio vides, ut in solis hujus curriculi carceribus decurrat, repudiata quavis alia via et ratione. Postremo citharæ Apollineæ allocutionem quare initio posuerit, ejus rei occasionem probabiliter monstrat scholiastes inscriptionis: *Οἰκειότατα, Πυθίου ὄντος τοῦ ἀγῶνος, τὸν προστάτην ὄντα ἀνυμνεῖ.* Similiter de ultimis Thierschius.

Χρυσέα φόρμιγξ. *Aurea* Apollinis cithara, ut alia Deorum vasa, coll. Ol. VI, 178. XIV, 15. Pyth. V, 10. Nem. I, 58. VI, 62. Alia ahenea, ipsumque cœlum. Pyth. X, 42. Nem. VI, 6. X, 170. Isthm. VII, 35. Prona discriminis ratio. Scholiastæ v. l. est *χρυσέα* pro *τιμία*, Böckhio *auro dignitate par.* — *Ἀπόλλωνος καὶ Μοισᾶν κτέανον.* Eam vv. structuram suasit jam schol. v. 3: *Καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος κτῆμα καὶ τῶν μελανοπλοκάμων Μουσῶν συνῳδὸν καὶ σύντροπον.* Receperunt Heynius, Hermannus, alii. Jam citharæ communio eo constat, quod eam pulsat Apollo, Musæ canentes (5. 26.) choros suos non agunt, nisi præeuntibus et concinentibus Apollinis fidibus (schol. v. 3), hinc dicti *Μοισαγέτου* Fragm. inc. LXV (Heyne III, 115. Böckh. II, 2, 604). Quæ prisca inter Apollinem Musasque ratio (Müllerí Prolegg. zu einer wissensch. Mythol. p. 425) a Nostro alibi quoque (coll. indicc.) tenetur, cui Musæ non psaltriæ sunt, sed cantatrices. Videatur quoque Euripides Jone 880. Matth.: *Ὦ τᾶς ἑπταφθόγγου μέλπων κιθάρας ἐνοπάν* (Apollo), *ἅτ' ἀγραύλους Μου-*

σᾶν ὕμνους ἐναχήτους κέρασιν ἐν ἀψύχοις ἀχεῖ. Idem deus ob suam puto citharam *ἀγλαΐας ἀνάσσων* dicitur Fragm. inc. LIV (Heyne III, 109. Böckh. II, 2, 628). — Deinde Heynius: „Lyram alloquitur, seu invocat. Nihil tamen subjungit in seqq., quod invocationi huic respondeat, v. c. *adsis mihi*, vel simile quid. Scilicet est id subintelligendum; poeta, animi æstu abreptus, processit ad alia." Labetur hæc opinio, si cum Ahlwardtio (præeunte Romana) commata fixeris post *κτέανον* et *ἐλελιζομένα*, ut *τᾶς . . ἐλελ.* parentheseos quandam speciem habeant. Vel comma quidem post *κτ.* pones, colon vero post *ἐλελ.* Jam totum erit incisum pro dictione magis regulari: *Χρυσέα . ., σοῦ μὲν ἀκούει . ., σὺ δὲ καὶ τὸν αἰχματὰν κ. τ. λ.*, egregie oppositis deorum festivitate (*βάσις . . ἐλελ.*) et Jovis fulmine. Ceterum in toto loco festum mere cœleste video, ubi recte ac decenter *dei* lyra *saltatrices* et *cantatrices* moderatur; quod secus est apud mortales, apud quos lyræ imperat cantus. Ol. II, 1: *Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι.* Ubi ab hymnis quis cantum sejunget? Pyth. XII, 48: (*Δόναχες*) *πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες, tibiæ choro saltanti canentique accinentes.* Adde ad Ol. cit. notata p. 71. — *βάσις.* Quamquam *β.* (*ingressus*), de qua omnino Spanhem. ad Callim. Apoll. 12., (addente Böckh. Plat. Alc. I. p. 108. C), earundem est, quæ deinde *ἀοιδοὶ* vocantur, his tamen ipsis minus æqualiter opponitur. Debebat esse *βάσις* et *ἀοιδή*, coll. Heynio. Plenior apud Euripidem formula *ποδῶν βάσις* Hec. 825. Phön. 311. — *ἀγλαΐας ἀρχά.* Unde tota (cælitum) festivitas initium capit. Aliter *ποῦς ἀρχέχορος* Eurip. Hec. 151., ubi vid. Spanhem. (ad Callim. Pall. 66). — *ἀοιδοί.* *Cantatrices* (Musæ), quas exprimit v. 26.

Schol. v. 5: *Ἐπὶ τῶν Μουσῶν ὁ λόγος.* — *αἰχματάν*: Substantivum pro adjectivo, ut Nem. IX, 87: *Θυμὸν αἰχματάν.* Nec tamen ut Nem. cit. improprie sumas cum schol. v. 10. pro *ἰσχυρότατον καὶ πολεμικώτατον*, coll. schol. Aesch. Prom. 405 (Heyne nott. critt. ad nostrum l.); non enim est, quod a Pindaro popularium opinionem h. l. derelictam putemus, quibus Jovis *κεραυνὸς* fuit pro telo, coll. Hes. theog. 140. Nec aliter Noster Ol. XI, 96. Nem. X, 14. all. Deinde schol. v. 8: *Ἔδει εἰπεῖν αἰχμητοῦ κεραυνοῦ πῦρ.* Placere poterit naturalis ordo. — Junge *σκάπτῳ Διός.* Scire enim h. l. volumus, cujus sceptrum fuerit, non cujus avis, coll. scholl. v. 10. Egregie vero Jovem significat per fulmen et aquilam, cum summus deorum non ita mulceri sopirique debuerit, ut minor, Mars (v. 18). Hinc dei administros quosdam inducit, fulmen et aquilam. Similia Gurlitio placere video Pind. pyth. Siegsges. I. p. 6. — De Jovis aquila videatur Hammerus in Böttigeri Amalthea II, 119. — *ἀνὰ* c. dat. illustravimus p. 28. V, quoque Matth. gr. Gr. p. 846. — *ὠκείαν πτέρυγ' ἀμφοτέρωθεν χαλάσας. Ala remissa*, Quod de cornicibus quoque somno proximis notavit schol. Arati Dios. 1008: *Οἱονεὶ τὰ πτερὰ χαλῶσιν.* Ubi Vossius. De accipitre delabente prædamque petente verbum habet Nonnus Dionys. XLII, 535: *Κίρκος ἀελλήεις χαλάσας πτερὸν ἔγχυον αὔρης.* Ceterum aquilæ numorum cum alis pendulis Jovem placatum significantes (Numophyl. Schulzianum I, 31) facile ex hoc loco pulcherrimo originem trahere potuerunt. — *ἀρχὸς οἰωνῶν.* Aesch. Agam. 113 (Schütz.): *Οἰωνῶν βασιλεύς*, aquila. Q. Smyrn. III, 354: *Αἰετός, οἰωνῶν προφερέστατος.* Oppian. Hal. II, 539: *"Οσσον*

γὰρ κύφοισι μετ' οἰωνοῖσιν ἄναχτες Αἰετοί. Antipater Sid. Anthol. Pal. VII, CLXI, 4: *Ὅσσον ἄριστος Οἰωνῶν γενόμαν* (aquila). Adde nos ad Ol. XIII, 29. et Bachii illustr. hujus carm. p. 6 sq. — In seqq. est *χράτει* epexegesis pronominis *οἱ*, pro *χρατὶ αὐτοῦ*, coll. Olymp. II, 28. VIII, 109. ibique nott. Pyth. IV, 129. 130. Callim. Del. 14: *Ἀλλά οἱ Ἄρης Παγγαίου προθέλυμνα χαρήατα μέλλεν ἀείρας Ἐμβαλέειν δίνησιν.* Bacchyl. fragm. XVIII (Neue): *Ὧἱ δὲ μέριμν' ἀμφιπολεῖ φρενί.* De simili epexegesi v. Döderl. ad Soph. Oed. C. 1170. De *ἐπὶ* cum dat. loci v. Matth. Gr. gr. p. 860. Alii jungent *ἐπικατέχευας*. — *ἀγκύλῳ χρατί.* Schol. v. 15: *Οὕτω δὲ εἶπε διὰ τὸ ἐπικαμπὲς τοῦ ῥινὸς αὐτοῦ· ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν.* — *ὑγρὸν νῶτον.* Schol. v. 17: *Εὐδιάχυτον ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Perfusum voluptate.* Schol. v. 18. simpliciter: *Εὐδιάχυτον.* Cf. Bekkeri Anecdd. gr. 67, 25: *Ὑδρόγελως: ὁ ὑγρὸν καὶ διακεχυμένον γελῶν, καὶ μὴ αὐστηρὸν μηδὲ βίαιον.* Böckhio est „*undulatum, quod motum quasi undis fluit* [*wallend*]". Idem addit: „Sic h. l. accipe, ubi [coll. Latinorum *unda, undanter, undò*] dorsum *librare* aquila dicitur; ut intelligas, obversari poetæ motum avium dormientium, quæ, ut aquila sceptro, alicui ligno insidentes, dum dorsum librant, ejus plumas molliter movent." Ita movendi notionem bis adhibitam vides. Poesi Græcorum magis conveniet, significationem eligere, quæ dorso avis per se spectato inhæreat. Habent animalia, inprimis ubi bene illis est, nitorem quendam humidum, quo pertinent eorum quædam exempla, quæ afferre solent h. l. interprr., ut *ὑγρὰν ῥάχιν, χέρας ὑγρόν.* Quibus addo Anthol. Palat. V, CCXCII, 4 (Agathias scholasticus): *Ὄρνιθες δροσερῶν μητέρες ὀρταλίχων.* Nisi h. l. *δροσερὸς* erit *humidus*, ob antecedun-

tem umbram. Jamque idem de hominibus valet. Empedocles 591: Ὑγρὰ μέτωπα. Anthol. Palat. V, XXXVI, 7 (Rufinus): Τῆς δὲ Ῥοδοκλείης ὑάλῳ ἴσος, ὑγρομέτωπος (μηριόνης). LX, 4 (Idem): Πυγαὶ virginum quarundam ὕδατος ὑγροτέρῳ χρωτὶ σαλευόμεναι. Cui loco adde alium Philippi (Huschke anal. p. 205). Orph. Argon. 229. Herm.: Καλὸς Ὕλας· τῷ δ' οὔπω ὑπὲρ δροσεροῖο γενείου Ἀργεννὰς ἐρύθηνε παρηΐδας ἁβρὸς ἴουλος. Anthol. Pal. IX, DLXVII, 5 (Antipater): Ὑδατίνους φορέουσα βραχίονας. Ejusdem generis erunt, quæ nostri l. interprr. afferunt, sc. ὑγρὸς ἀγκών, ὑγρὰ χείρ. [1]) Hæc ὑγροῦ significatio ad *visum* pertinebit. *Tactum* spectat alia, cum alibi ὑγρὸν sit (s. proprie, s. improprie) modo *tenerum* et *molle*, modo *lentum* et *ductile*, ideoque *facile penetrans* etc. Anthol. Pal. V, CCXXVII, 4 (Macedonius consul): Ὑγρὸν δεσμὸν ἔχω. CCLV, 16 (Paulus Silentiarius): Ὑγρὰ ἅψεα δησάμενος. Oppian. Hal. II, 412: Ὑγρὸν ἀείδων. Bekker. Anecdd. 115, 113: Ὑγρόν: τὸ ἁπαλόν, ὡς τοὺς ὀρχηστὰς ὑγροὺς λέγομεν. Luciani Lucius 6: Ἡ ὀσφὺς ἡμῶν ὑγρῶς ἐπικινεῖται. Aristæneti epist. I, 1: Ὑγροφυῶς λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ, *lenta et ductilia ossa*. Ubi videndi Mercerus et Boissonadius. Oppian. Hal. IV, 2: Ὑγρὸς ἔρως. Cui loco accedat Platonicus, citante Huschkio l. c. p. 205., coll. Pinzg. ad Lycurg. p. 195. Adde Jacobs. ad

---

1) Soph. Antig. 1221. nec non Eurip. Phön. 1453. ὑγρὸς ἀγκών et ὑγρὰ χεὶρ est aliis *brachium debile, flaccidum, manus debilis, flaccida*. Ob contextum, puto. Verum is in epithetis minoris momenti est, nec omnino istis heroibus ea vocis significatio convenit. Brachium manusque eorum per se spectantur, et ob ὑγρὸν laudantur. Simile δρόσιμος in manibus, coll. Schneid. L. g. v.

Anthol. Pal. T. III. p. 620 sq., ad Anthol. gr. Lips. T. VI. p. 31. Magis ambigua *ὑγροῦ* et cognatorum vis in plantis floribusque, ubi erit *udus, aquae claritatem referens, lentus, flexibilis, mollis* etc. Udi tamen significatio in quibusdam locorum citandorum maxime probabilis. Oppian. Hal. IV, 294: *Ὑγρὸς ἕλιξ χισσοῖο.* Anthol. Palat. V, LXXIV, 3 (Rufinus): *Νοτερή τ' ἀνεμώνη.* Ibid. 4: *Νάρκισσος ὑγρός.* VI, CCCXXXVI, 1 (Theocritus): *Τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα.* VII, XXII, 4 (Simmias Thebanus): *Ἄμπελος, ὑγρὰ πέριξ κλήματα χευαμένη.* CLXXXIX, 4 (Aristodicus Rhodius): *Δροσερὰ χρυσέας ἄνθεα Περσεφόνας.* IX, V, 1 (Palladas): *Ὄχνη, χειρὸς ἐμῆς γλυκερὸς πόνος, ἦ μὲν ἐφ' ὑγρῷ φλοιῷ φύλλον ἔδησα θέρει.* DCLXIX, 6 (Marianus scholasticus): *Ὑγρὸν ἴον ῥοδέῃ χιονάμενον κάλυκι.* XI, XXXVIII, 2 (Polemo rex): *Δροσερῶν ἐκ πετάλων στέφανος.* Eadem Anthol. T. II. p. 798. epigr. CXX, 3: *Ἀλλ' ἴα καὶ σάμψυχα καὶ ὑδατίνη νάρκισσος.* [2]) Denique *ὑγρὸν δέρκεσθαι* rell. est oculorum desiderio etc. udorum, natantium. [3]) — *ῥιπαῖς. Vi-*

2) Pellucidus vel clarus, ut aqua, est *ὑδάτινος* Anthol. Palat. VI, CCLXX, 1 (Nicias): *Ὑδατόεσσα καλύπτρη.*

3) Non tacendus videtur Villebrune ad Hippocr. Aphor. VII, 58. p. 369 (indicante mihi Boissonadio ad M. Planudis convers. graec. Metamorph. Ovid. p. 69): „Per *ὑγρὰς* intellige flaccidas carnes atque ita penetrabiles a colluvie serosa, quae fibrarum tonum dissolvit. Sic Pindarus de aquilae dormientis cute remissa, laxata, dixit *ὑγρὸν νῶτον*, quo in statu veluti pendulae pennae videntur. Hinc aves majores apparent in somno. In ridiculo sunt, qui carpunt in Homero *ὑγρὸν ὕδωρ*. Innuit nimirum, aquam esse facile penetrabilem, defectu cohaesionis partium integrantium." De ultimis v. melius praecipientem Boissonadium ibidem p. 161.

brationibus. De hac v. adeundus Blomfieldius Glossar. Prom. Aesch. 126. — *κατασχόμενος Retentus, vinctus, θελγόμενος*. Medium aoristi pro passivo, de quo videndus omnino Matth. Gr. gr. mai. p. 689 sq., coll. Buttm. Gr. gr. med. 123, 2. not. Nec aliter verbum simplex. Callim. Jov. 28: *Καί ῥ' ὑπ' ἀμηχανίης σχομένη φάτο πότνια Ῥείη*. — *καὶ γάρ. Neque hoc mirum. Ipse enim Mars* etc. A minori procedit ad majus. — *βιατάς*. Iterum sensu bono habet Noster Pyth. IV, 420. VI, 28. Schol. v. 19: *Ἰσχυρότατος*. — *ἄνευθε*. Ornatus causa appositum verbo *λιπών*. *Procul linquit tela, et quasi obliviscitur*. Fert enim suum insigne, ut Jupiter. Hoc audiendi voluptas e manibus Dei excidere facit. — *ἐγχέων ἀχμάν*. Ob *ἀχμ.* est *ἐγχ.* pro singulari, coll. Pyth. IX, 47: *Παλαίοισαν ἄτερ ἐγχέων, sine hasta*. Deinde tota formula est pro *hasta cuspidata*, posita rei parte principali pro re ipsa. Pyth. IX, 141: *Φασγάνου ἀχμᾷ, gladii acie, i. e. gladio acuto*. Böckhio est *ἐγχ. ἀχμ. telorum vim*, coll. nott. critt. Verum in poetis interpretatio propria primas partes habet, secundas impropria, illud nimirum sectans, quod *abstractum* vocant. Poetæ sensui „externo," maximopere *visui*, sua proponunt, philosophi „sensui interno." — *κώματι. Somno*. De h. v. alii aliter. Conf. Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. VII. p. 193. Schneider. L. gr. v. Ad sensum ultimorum facit Alcman Plutarchi (Lycurg. 21. Fragm. XIV. Welck.): *Ἕρπει γὰρ ἅντα τῶ σιδάρω τὸ καλῶς κιθαρίσδεν, progreditur contra ferrum pulchre citharizare*, quod Nostrates reddent: Mit dem Schwert nimmt es die tüchtig geübte Saitenkunst auf. Aliam interpretationem vix admittit infinitivus *κιθαρί-*

σδεν, licet refragantibus loci interpretibus cum Plutarcho, cujus in locorum poeticorum interpretatione dubia mihi fides. — *κῆλα δὲ καὶ δαιμόνων θέλγει φρένας. Tela tua, o cithara.* Vel; *Tela citharæ.* Jam δὲ est quibusdam pro γάρ. Tum *δαίμονες* (cum Marte) propter *καὶ* opponuntur vel fulmini et aquilæ, vel hominibus. Ex quibus illud placet, cum cithara mere cœlestis sit. Poteris quoque post *δαιμόνων* supplere *τῶν ἄλλων*. Tum δὲ vim vulgarem retinebit. Cum nostro loco compara Nonnum Dion. II, 10: *Φρενοθελγέα ῥυθμὸν ἀοιδῆς. — ἀμφί τε Λατοίδα σοφίᾳ βαθυκόλπων τε Μουσᾶν.* Initium carminis repetitur, ubi communem habent citharam, h. l. sapientiam (fidium pulsandarum, et canendi saltandique). Ceterum totus locus Hieroni regi tacite suadet regni clementiam et remissionem studiorum bellicorum, quod mortalibus quoque musica præstare possit, adjuvante domino lyræ cœlestis, Apolline, coll. Pyth. V, 87: *Πόρεν τε κίθαριν, δίδωσί τε Μοῖσαν, οἷς ἂν ἐθέλῃ, ἀπόλεμον ἀγαγὼν ἐς πραπίδας εὐνομίαν.* Et redolet hoc Pindari, si fuit, Pythagorismum. — *Ὅσσα δὲ μὴ περίλησε Ζεύς.* Sequitur altera musicæ cœlestis vis, quam exercet in Jovis inimicos, ex quibus unus instar omnium memoratur, Typho. Repetit P. aliâ via consilium regi supra datum. Cfr. quoque Böckhius. — *μὴ περίλησε.* Euphemismus pro *μισεῖ*, coll. v. 29: *Θεῶν πολέμιος, Τυφώς.* Aesch. VII Theb. 517 (de Typhone in Hippomedontis clypeo): *Ἀντίτυπον Διὸς ἄφιλον ἐν σάκει τοῦ χθονίου δέμας δαίμονος, ἐχθρὸν εἴκασμα βροτοῖς τε καὶ δαροβίοισι θεοῖσι.* Idem Choeph. 627 Blomf.: *Τὸ δυσφιλὲς θεοῖς. — γᾶν τε καὶ πόντου ἀμαιμάκετον.*

Dæmones inprimis terrestres et maritimi. Nonn. Dionys. XI, 161: *Ἀμαιμακέτοιο δὲ ταύρου.* De v. cfr. Schn. L. g. v. — *αἰνᾷ Ταρτάρῳ.* De Typhonis sedibus etc. videatur quoque Blomf. Glossar. Prom. Aesch. 359. — *Τυφὼς ἑκατονταπάραανος.* Opp. Hal. III, 22: Typho *αἰθόμενος πυρὸς ὄμβροις Κρᾶθ' ἑκατὸν πέτρῃσι περιστυφελίζετο.* Nonn. Dionys. II, 623: *Σικελίη τριπάρηνος ὅλον Τυφῶνα δεχέσθω, Οἰχτρὰ κονιομένοις ἑκατὸν κομόωντα καρήνοις.* Cf. quoque Aesch. Prom. 361. Blomf. — *τόν ποτε Κιλίκιον θρέψεν πολυώνυμον ἄντρον.* Homero referente Il. II, 780 sqq. *poenae causa* Arimis Ciliciæ positus est Typho. De Aetna ibi silentium.[4]) Noster cum Aeschylo æquali (Prom. 359 sqq., coll. ibid. schol. v. 351) in Cilicia *olim nutritum, habitantem* et devictum facit, post Siciliâ *supplicii causa* tectum, sequente Nonno Dionysiorum libro secundo. Prius igitur Græcis Arimorum ignis innotuerat, postea multo major Aetnæ. Hinc paulatim sola Typhonis *patria* evasit Cilicia, *supplicii locus* Sicilia. Similiter in Caucasi quidem cavernis natum, pœnæ vera causa, quod Jovem illic impugnaverat, Serbonide lacu tectum esse narrat Apoll. Rh. Arg. II, 1210 sqq. Similia de Typhonis uxore Lycophro refert 1352. Cum his comparandus omnino memorabilis Apollodori locus de via fugientis Typhonis I, 6, 3. Ubi Heynius. Cilicem vero alibi No-

4) Homerus, *Γαῖα δ'*, inquit, *ὑπεστενάχιζε, Διὶ ὡς τεροπικεραύνῳ Χωομένῳ, ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωεῖ γαῖαν ἰμάσσῃ Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.* Apparet, quibusdam temporibus (ὅτε) Jovem *iratum* terram Cilicum (*Typhonis causa*) fulguribus incendere, quod ejusdem male afficiendi causa factum Gedikius frustra negat.

ster Typhonem vocat et Nonnus Dionys. I, 155. XXIV, 108. Denique Pindarica de prima Typh. sede respicit Tzetza ad Lyc. 825. — *πολυώνυμον.* Logographorum puto et poetarum beneficio. — *ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ὄχθαι.* Rectissime Gedikius: „Respicitur omnino h. l. ad omnem illum Italiæ tractum circa Cumas, ignibus subterraneis æstuantem.“ [5]) Dein e Strabone illustrat præpositionem *ὑπέρ*, me addente Apollod. I, 6, 3: *Τοῦτο δὲ* (mons Casius) *ὑπέρκειται Συρίας.* Strabo VI, 2, 8: *Ὑπέρκειται δ' ἡ Αἴτνη μᾶλλον μὲν τῆς κατὰ τὸν πορθμὸν καὶ τὴν Καταναίαν παραλίας, ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος καὶ τὰς Λιπαραίων νήσους.* Neque aliter Böckhius, totius loci dictionem diligentius sanæ interpretationi applicans. *Ὑπέρ* itaque nil aliud denotabit, quam quod tractus ille Cumis altior sit. Dein spectantibus e mari (quod vult Pindarus) a tergo Cumarum (ut plurimum) ista regio jacebat; Cumæque pro Italia laudantur ob Hieronis victoriam ibi nuper partam. Eaque ipsa audacis commenti causa de Typhone Sicilia Italiaque presso. Volebat *Italæ* Hieronis *Siculi* victoriæ præludere, quam

---

5) Breislakii Lehrbuch der Geologie. Uebers. v. Strombek. T. III. p. 185. not.: Zwischen Neapel und Cumae befindet sich eine grosse Gruppe vulcanischer Krater, von denen mehrere so nahe aneinander liegen, dafs man sie nicht als besonderen Vulcanen angehörig betrachten kann; es scheint vielmehr, dafs sie Einem Vulcane zukommen, der sich bald an einer, bald an der andern Stelle, stets aber in sehr wenig beträchtlichen Entfernungen einen Ausweg bahnte. Adde Eundem ibid. p. 431. not.

postea disertis verbis exprimit. — *ἁλιερχέες.* Schol. v. 34: *Ἢτοι αἱ τὴν ἅλα ἔρχος ἔχουσαι, ἢ τῆς ἁλὸς αὐτῆς ἔρχος οὖσαι, διὰ τὸ μὴ συγχωρεῖν ἐπίπροσθεν φέρεσθαι τὰ κύματα.* Vide nos ad Olymp. VIII, 34. — *κίων δ' οὐρανία.* Aetna cœli columna, velut mons ille, quem Atlas deus sustinet Aesch. Prom. 356. Ubi Blomf. Glossar. Hebraica scite comparant Bachius et Gurlittius. Addo Nonn. Dionys. II, 260: *Καὶ αἰθερίης ἐπὶ γαῖαν Κιόνος ἑλκομένης, φυγέτω δεδονημένος Ἄτλας.* — *συνέχει. Continet, constringit,* s. ipsum, s. pectus illius. Hoc repetitur v. 53 (*δέδεται*). — *πάνετες.* Hyperbole scholiastæ videtur ad v. 38. Sed consulendi interprr., inprimis Gedikius, afferens Brydonii itinerarium. Addo Sen. epist. LXXIX: „Quantum ab ipso ore montis (Aetnæ) nives absint, quas ne æstas quidem solvit: adeo tutæ sunt ab igne vicino." De ipso montis cacumine v. Strab. deinde cit. — *χιόνος τιθήνα. Nivis nutrix.* Eurip. Phön. 814. Pors.: *Ἀρτέμιδος χιονοτρόφον ὄμμα Κιθαιρών: Dianæ ocellus Citharon mons, nivis nutritor.* Ubi (coll. schol.) vix bonum *χιονότροφον* (*nive nutritus*). Idem Hel. 1314. Matth.: *Χιονοθρέμμονας Ἰδαιᾶν Νυμφᾶν σκοπιάς, nivis nutrices Nympharum speculas.* Apoll. Rh. Argon. IV, 965: *Θρινακίης λειμῶνα, βοῶν τροφὸν Ἠελίοιο.* Postremo nox est astrorum *τροφὸς* Eurip. El. 54. — *ὀξείας.* Schol. v. 38: *Παρὰ τὴν ψυχρότητα, ὅτι οἱ ἁπτόμενοι ὅμοιόν τι πάσχουσι τοῖς κεντουμένοις.* — *ἐρεύγονται.* De aqua usitatum. Apollon. Rh. Arg. II, 366: *Ῥοαὶ Ἅλυος ποταμοῖο Δεινὸν ἐρεύγονται.* 744: *Ὅστε* (Acheron) *διὲξ ἄκρης ἀνερεύγεται εἰς ἅλα βάλλων.* IV, 789: *Χάρυβδιν Δεινὸν ἐρευγομένην.* 955: *Ἐρευγόμενον ζέειν ὕδωρ.* Anthol. Palat. XIV, CXXXIII, 5 (Metrodorus):

Ὕδωρ ἀπερεύγεται. Adde scholl. antiquu. Hom. Odyss. V, 438. p. 215. 574. Buttm. — *ἀπλάτου πυρός.* Schol. v. 38. 41: *Ἀπροσπελάστου.* Fragm. epin. v. (Heyne III, 17): *Ἄπλατον Τυφῶνα.* Opp. Hal. V, 98. 317: *Ἀπλάτων μελέων.* Manetho IV, 73 (Dorv. ad Charit. p. 563. Lips.): *Δόξης ἀπλάτου κοσμήτορα κόμπον.* Ubi *ἀπλέτου* leges, coll. Isthm. IV, 17: *Ἀπλέτου δόξας.* Adeundi de hac voce Elmsl. ad Eurip. Med. 149. et Blomf. Glossar. Aesch. Prom. 397. Ad rem v. Strabo VI, 2, 8. — *ἁγνόταται παγαί.* Aesch. Prom. 443. Blomf.: *Παγαὶ θ' ἁγνορύτων ποταμῶν, fontes limpide, pure fluentium fluviorum,* quod nulla alia res admixta est. Eadem s. passiva vocis significatio semper apud Nostrum obtinet, neque est omnino, quod nec huic loco applicetur, nec Eurip. El. 816: *Ἁγνὸν πῦρ.* Activam minus simpliciter eligit schol. v. 41: *Ἁγνότατον τὸ πῦρ φησιν, ὅτι ἁγνιστικόν ἐστιν, ἢ καὶ παρὰ τὸ θεῖον τὸ αὐτόθι γιγνόμενον, ᾧ καθαίρομεν.* Böckhius: „*Ἁγν.* sunt *π.*, quia ignis castus, quippe ut sulphur in lustrationibus operam præstans." Similiter Heynius. — *μυχῶν. Recessibus, cavernis.* Callim. Del. 142: *Αἰτναίου ὄρους μύχα πάντα.* Deinde Böckhius *πυρὸς παγὰς* a *ποταμοῖς* ita distinguit, ut sint *παγαὶ flamina liquefacta saxi,* quam *lavam* dicunt, *ποταμοὶ fluvii in Aetna ipsa conditi.* Eam rem invertent, quibus anxie verba rimari volupe est. Sunt enim *fontes* terra conditi, *fluvii ὑπαίθροι.* Verum his non opus. Poeta primo (*τᾶς — παγαὶ*) generaliter temporisque non habita ratione Aetnæ eruptionem insolitam commemorat, in qua ignitæ istius materiei primæ partes; deinde (*ποταμοὶ — πατάγῳ*) tempora distinguit. Primo describitur incendium diurnum, deinde nocturnum.

In istâ *ποταμῶν* nomine repetit *παγὰς πυρός*, sumtque *ποτ.* eadem *lava* de monte decurrens, quæ interdiu solis luce obstante procul spectantibus non alia re significatur, quam fumo ignito, *fluminis* instar (*ῥόον*) per solum currente, lavæque fluidæ viam monstrante. In nocturni incendii descriptione lava bis jam posita non repetitur, quamquam fluvii hujus ignei spectaculum tum maxime magnificum est. Substituitur alia eruptionis pars *singularis*, saxa igne rubentia, quæ miro vel sibilo vel fragore in vastam aëris altitudinem interno spiritu projici constat, non lavæ mixta in terram vel mare defluere. [6]) Erunt itaque, ut ad singula deflectamus, *παγαὶ* ille quidem ignis fluidus, quam lavam vocant; ejusdem vero conditionis erunt *ποταμοί*, quibus non obscure respondet *φοιν. κυλ. ῥόξ*, non in monte condita, sed rubicunda e monte provoluta, ignique vulgari similis. Aeschylus quoque Prom. 376. Aetnæ *lavam*, qua Siciliæ campi aliquando lædendi sint, *ποταμοὺς* vocat. Nimirum in defluendo materia illa ignita in fluvios dispescitur, coll. Breislak. l. c. T. III. p. 186 sq. Vides, ad unum omnia in h. loco ita esse comparata, ut *oculis* nostris offerantur, non *cogitationi*. Postremo Strabo quidem VI, 2, 8. interdiu *καπνῷ καὶ αἰθάλῃ* teneri Aetnam dicit. Sed hic scriptor de statu montis vulgari loquitur, noster de insolito, licet eum ut vulgarem depingens. —

---

6) Cfr., si tanti est, Strabonem VI, 2, 8. Tübinger Morgenblatt 1824. p. 765. b. Breislak. l. c. T. III. p. 117. 18: „Diese aus glühenden Steinen bestehenden Auswürfe leuchten während der Nacht; und dieſs hat eben zu der gemeinen Meinung Veranlassung gegeben, daſs aus dem Munde des Kraters Flammen emporsteigen.“

ῥόον καπνοῦ αἴθων'. Pro *ῥ. κ. αἴθωνος*. Eundem fumum habet Aesch. VII Theb. 489. Blomf.: *Τυφὼν (Τυφῶν') λέντα πυρπνόον διὰ στόμα λιγνὺν μέλαιναν, αἰόλην πυρὸς κάσιν*. De eadem re Nonn. Dionys. I, 303: *Αἴθοπι καπνῷ*. Achilles Tat. IV, 2: *Πυρώδη καπνόν*. Ubi Jacobs. p. 692 sq. Est fumi *igniti* vel *fervidi* fluentum. Quare interdiu tantum fumus appareat, in aprico est, coll. interprr. Addo Aesch. modo cit et Senecæ de statu Aetnæ vulgari agentis epistolam LXXIX: *Fumo quoque* (Aetnæ) *per diem segniore*. Deinde schol. v. 41: *Οἱ δὲ ποταμοὶ τοῦ πυρὸς ἐν μὲν ἡμέρᾳ ῥοῦν καὶ φθορὰν προχέουσι καπνοῦ αἴθωνα*. Ubi rescribe *φοράν*, monente Boissonadio ad Eunap. T. I. p. 594., coll. Eod. p. 361 sq. — Saxorum ejectionem paulo aliter narrat Strabo VI, 2, 8. — *φλόξ* mera mihi *flamma* exsurgens est, non simul fluidum illud ignitum, quod, si Aetnam spectas, raro ex ipso cratere exundat, sed latera exedit, ibique per fissuras prorumpit, coll. Spallanzanio apud Scipionem Breislak: Lehrbuch der Geologie, übers. v. Strombeck. T. III. p. 183 sq. Deinde *κυλινδομένα* (per aëres) aut erit passivum, aut medium pro activo, coll. schol. v. 41: *Εἰςκυλίει*. Ita propius jungetur cum *φερ.* Ultimam rationem Tzetza sequitur ad Lycophr. 177. Müll. p. 453., Pindarum puto respiciens: ... *ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῇ Σικελίᾳ, ἡμέρᾳ μὲν καπνὸς φαίνεται, κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τῆς νυκτὸς πῦρ, τὰς τοῦ ὄρους πέτρας ῥηγνύον καὶ κυλίον εἰς θάλασσαν*. — *πόντου πλάκα*. Petitus ex agricultura color. Eurip. Fragm. Palam. II: *Ποντίας ὑπὲρ πλακός*. Idem Phaeth. 65. Herm.: *Ὠκεανοῦ πεδίων οἰκήτορες*. Chörilus p. 189. Näk.: *Ἑλλήσποντον, ἐμπόρων χώρην*. Callim. (Ern.)

Fragm. CCCCXXXVI: *Ἀρότας κύματος Ἀονίου.* Nonn. Dionys. III, 9: *Ὑδρηλὰς αὔλακας Ἴστρου.* Opp. Hal. II, 186: *Βυθίας πλάκας.* IV, 516: *Ποσειδάωνος ἐνὶ κλήροισι.* Anthol. Palat. T. II. p. 847. Epigr. CCLXXXIII, 5: *Αἰγαίην πόντου πλάκα.* Ead. Anth. IX, CCXLII, 3 (Antiphilus Byzantinus): *Πόντου ἀροτρευτὴρ ἐπιδέξιος.* Alia v. apud Bach. l. c. in Addend., Schneid. L. gr. v. *πλάξ.* Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. VI. p. 180. Spanhem. ad Call. Dian. 13. Lexx. latt. vv. *campus* et *verro.* — *σὺν πατάγῳ. Cum sonitu.* Qui noctu vel major est, quam interdiu, vel aures tum magis afficit. V. de hac re disputantes Aristot. Problemm. XI, 5 (Opp. ed. Pac. II, 901). Humboldt. Reise in die æquin. Gegend. T. IV. p. 60 sqq.. De sono talium montium subterraneo v. Breislak. l. c. T. III. p. 181. — *Ἀφαίστοιο χρουνούς.* Idem, quod dixerat supra *πυρὸς παγάς, ποταμούς.* *Ἀφ.* vero pro igne, ut Pyth. III, 70. — *ἑρπετόν. Animal,* ut fragm. epin. II. canis dicitur *ἑρπετόν.* Esse quidem h. l. *animal anguinum* potest, nec tamen debet. — *τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέσθαι.* Eurip. Jon. 1142. Matth.: *Θαύματ' ἀνθρώποις ὁρᾶν.* Plura dedit Heynius. — *θαῦμα δὲ καὶ παριόντων ἀκοῦσαι.* Marini Proclus c. 29. Boiss.: *Θαῦμα ἀκοῦσαι;* coll. Boiss. ad Aristænetum p. 438. Ceterum vv. *ὁρᾶν* et *ἀκούειν* frequenter opponuntur. Aesch. Pers. 215: *Ταῦτ' ἔμοιγε δείματ' ἔστ' ἰδεῖν, Ὑμῖν δ' ἀκούειν.* Ubi Blomf. affert Soph. Oed. T. 1169. Ejusdem sententiæ Orph. Argon. 906. Herm.: *Δεινήν τ' ἀνθρώποισιν ἰδεῖν, δεινήν τ' ἐσακοῦσαι.* Alia suppeditat Boissonadius ad Eunap. T. I. p. 204. Jam *θαῦμα παριόντων ἀκοῦσαι* erit pro *θαῦμα ἀκοῦσαι παριοῦσι.* Hique extremi

ab iis non different, qui spectare et audire dicuntur. *Prætereuntium non visum solum* (quamquam hunc maxime), *sed etiam auditum mirifice spectaculum illud afficit*. — Deinde punctum pro commate post *ἀχοῦσαι* jam habet Romana. Secuti recentiorum haud pauci, quum neque videri, neque audiri possint ea, quæ sequuntur a voce *οἷον*. Audio. Nihilominus comma tenendum. Aliud enim miraculum Typhonis fluvios ignitos in lucem emittentis, aliud sub Aetna cubantis. Illud visui audituique offertur, hoc imaginationi. Hinc duplex appositum (*τέρας — ἀχοῦσαι*) antecedentia totum spectat, sequentia ex parte, habita simplicis et indistincti miraculi ratione. Aliter, sc. audientibus videntibusque mirificus fuit Typho ignes emittens, aliter sub Aetna jacens, sc. cogitantibus. — *οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλλοις δέδεται κορυφαῖς καὶ πέδῳ*. Unice vera schol. v. 52. expositio: *Ὑπόκειται μὲν αὐτῷ τὸ ἔδαφος ὑπὸ τὸν νῶτον, ἐπίκειται δὲ τῷ στήθει ἡ Αἴτνη, ὥσπερ δεσμὸς καὶ σχοινίον ἐν μέσῳ αὐτὸν συνέχουσα.* Ornate *κορυφαὶ* dicuntur *μελάμφυλλοι*, pro Aetna ipsa. Nam vertices montis (quod P. quoque scire poterat) non sunt *μελάμφυλλοι*, coll. Strabone VI, 2, 8: *Ἔστι δὲ ψιλὰ τὰ ἄνω χωρία καὶ τεφρώδη καὶ χιόνος μεστὰ τοῦ χειμῶνος· τὰ κάτω δὲ δρυμοῖς καὶ φυτείαις διείληπται.* Summa autem infimis (*πέδῳ*) opponere graphice volebat; hinc parti montis tribuit, quod alius partis erat, sc. inferioris. Similiter naturæ adversatur Virgil. Atlantem describens Aen. IV, 249 sq. Ipsa quoque terra *μελάμφυλλος* dicitur Soph. Oed. C. 483. Herm. Ubi præter Elmsleium conf. Reisigius Enarratione p. LXXXII. Oraculum schol. Eurip. Phön. 412. Valck.: *Μελαμφύλλῳ χθονὶ ῥέζειν Ἁγνῶς καὶ καθαρῶς.* Cf. ibi

Valck. De causa coloris schol. v. 52: *Τοῖς πολυδένδροις. ἡ γὰρ τῶν δένδρων πυκνότης βαθεῖαν ἀπεργάζεται τὴν ὕλην.* Inchoatam a Græco expositionem ego absolvam. Silvæ *πυκναὶ* procul adspicientibus nigræ per se videntur, quod ipsum cadit cum in Aetnæ prædicatum Pindaricum, tum in terræ Sophocleum. Döderlinus (ad l. Soph. cit.) de *umbrosa* arborum densitate cogitat, adstipulantibus istius loci interprr. — *στρωμνὰ δὲ χαράσσοισ' ἅπαν νῶτον ποτικεχλιμένον κεντεῖ.* Lycophr. 689: Sicilia *Τυφῶνος ἄγριον δέμας φλογμῷ ζέουσα.* Similiter Euphorio (Meineke p. 132) Aetnam *ἐναύλιον* Asteropæi dicit. Nonn. Dionys. XIII, 320: *Τυφαονίης αὐνῆς* (Aetnæ).

V. 56—86.

Sequuntur preces ad Jovem et Apollinem. *Εἴη, Ζεῦ, τὶν εἴη ἀνδάνειν.* Schol. v. 56: *Ἐπειδὴ τὸν περὶ τοῦ Τυφῶνος λόγον ἐκίνησε, καὶ τὰς τιμωρίας αὐτοῦ διεξῆλθεν, ὥσπερ φόβῳ διατεθεὶς πρὸς τὰ διηγήματα κατεύχεται τὸν Δία ἔχειν εὐμενῆ.* Ita se suumque carmen commendat Pindarus. Alii Hieronem subaudiunt, alii urbem, Böckhius poetam, chorum, Hieronem, urbem. De *εἴη* cum inf. v. Viger. p. 237. — *ἐφέπεις. Tenes, habes.* Anthol. Palat. IX, VII, 3 (Julius Polyænus): *Ζεῦ, Σχερίης ἐφέπων ἱερὸν πέδον.* Apoll. Rh. II, 384: *Οἰωνούς, οἳ . . ἐφέπουσι Νῆσον.* Infra (v. 97) simpliciter *ἐφ.* est *habere*. V. quoque ad Pyth. V, 10. — *μέτωπον.* Summus Siciliæ mons Aetna, hinc frons insulæ. Schol. v. 56: *Γαίας δὲ μέτωπον τὴν Αἴτνην μεταφορικῶς φησιν ἀπὸ τῶν ζώων, ἤτοι διὰ τὸ ἐπίσημον αὐτὴν εἶναι, ἢ διὰ τὸ ὕψος καὶ τὴν ἀνάβασιν.* Adde Bach. et nos ad Pyth. IV, 46. — *τοῦ μὲν ἐπωνυμίαν πόλιν γείτονα.*

Genitivum *ἐπωνύμιος* cum cognatis regit. Isthm. VI, 77: *Ὄρνιχος φανέντος ἐπώνυμον Αἴαντα.* Fragm. epin. V, 1: *Ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε.* Ol. IX, 96: *Μάτρωος ἰσώνυμον.* Aesch. Prom. 875. Blomf.: *Ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς γεννημάτων.* Ubi Blomf. Well. Wunderl. Soph. Oed. T. 211: *Τᾶσδ' ἐπώνυμον γᾶς* (Bacchum). Dio Chrysost. Or. XXXV (Reiske T. II. p. 66): *Τοὺς ἐπωνύμους τῶν δύο ἠπείρων.* Adde indicem Euripidis Barnesianum v. *ἐπώνυμος.* Duplicem v. *ἐπώνυμος* potestatem illustrat Hemsterh. ad Lucian. Dialog. Mar. IX., referente Blomf. in Gloss. Aesch. Prom. 308. — *Πυθιάδος δρόμῳ.* Ol. I, 152: *Ὀλυμπιάδων δρόμοις.* V. quoque Addenda p. 480. fin. — *ἀνέειπέ νιν ἀγγέλων.* Pyth. IX, 2: *Ἀγγέλλων Τελεσικράτη γεγωνεῖν.* Cf. Olymp. VII, 38. Dein *ἀνειπεῖν* per se erat *proclamare*, ut Pyth. X, 14. — *καλλινίκου ἅρμασι. Qui curru vicit.* Nem. X, 89: *Δρόμῳ νικᾶσαι.* — *ναυσιφορήτοις* rell. construe cum Böckhio. — In *ἐοικότα* sqq. Herm. lectionem sequor; Böckhiana minus placet, quod *τυχεῖν* apud P. nunquam est neutrale, neque Ol. VII, 48. neque Pyth. II, 170. — *ἐν τελευτᾷ.* Abesse quidem poterat juxta *νόστου*; sed ornate opponitur antecedenti *ἀρχομένοις.* — *ὁ δὲ λόγος.* Sc. *οὗτος*, quod melius abesse poterat, quam sequens *ταύταις.* V. Ol. II, 39. ibique nott. — *ἐπί. Cum*, vel *in*, vel *post*. Cfr. Matth. Gr. gr. maj. p. 859 sq. — *δόξαν φέρει. Opinionem, expectationem fert, movet.* [7]) — *στεφάνοισί νιν ἵπ-*

7) Schol. v. 67: *Οὕτως οὖν καὶ τὴν Αἴτνην, ἐκ πρώτης ἀρξαμένην ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἐπίδοξον εἶναι, ὑπολαμβάνω καὶ διηνεκῶς εὐπραγήσειν.* Male Heynius comma posuit post *ἀγῶσιν*, omisit post *εἶναι*. Melius commata nobiscum pones, vel omit-

ποις τε. Hendiadys quibusdam videtur pro *coronis, virtute equorum partis*. Simile Fragm. inc. LXXXIX (Heyne III, 125. Böckh. II, 2, 675): *Ἵππων τιμαὶ καὶ στέφανοι. — Λύκιε . . φιλέων*. Cumulat Dei laudes et munera, quo promptior preces audiat. Deinde cultum Apollinis Catanæum testantur multi ejusdem urbis numi, quos v. Mionnet. Descript. T. I. p. 225 sq. Museum Wiczay T. I. p. 50. — *ταῦτα .. εὔανδρόν τε χώραν*. Sperat fore, ut novis victoriis urbs condecoretur, atque ipse iterum canendi occasionem nanciscatur. Utrumque voci *ταῦτα* inesse, nexus subsequentium verisimile facit, ubi *σοφοὶ* maxime poetæ sunt. Jam cum *πόλιν εὔανδρον* voci *ταῦτα* quodammodo opponatur, verbis *πόλιν εὔανδρον* universa urbis conditio Apollini commendatur. — *μαχαναὶ* (coll. Pyth. VIII, 107) sunt *omnis generis subsidia, unde boni eventus sperari potest*. — *βροτέαις ἀρεταῖς*. *Mortalium virtutibus*. Pyth. III, 107: *Θνατοῖς φρεσί*. Fragm. inc. XCIX, 3 (Heyne III, 129): *Βροτέᾳ φρενί*, i. e. *suo mortalis ingenio*. Deinde noli ex seqq. petere *ἔφυν*; sed supple *εἰσί, γίγνονται*. — *καὶ σοφοὶ . . ἔφυν*. *Non tantum subsidia virtutum, sed hæ ipsæ* (quarum tres afferuntur) *diis debentur*, coll. Simon. Fragm. CCXXI (Gaisf. P. minn. gr. T. III, p. 207. Lips.). Menand. p. 306. Meineke. Bachius: „Cur illas forte poeta nominaverit, ex

---

tes cum Böckhio. Deinde Heynius ad vv. *ἐκ πρώτης*: „f. *νίκης*." Nihil mutandum. Est *ἐκ πρ.* idem quod *ἀπὸ πρώτης*, subintelligendo *ὁρμῆς, ὥρας* etc., de quo videndus omnino Schäferus ad Lamb. Bos. p. 914., coll. Schneid. L. gr. v. *πρῶτος*; respondetque *ἐκ πρώτης ἀρξαμένην* (die gleich zum erstenmal damit anfieng) pindarico *πρώτα . . ἀρχομένοις*.

temporum, quibus degebat, rationibus exponendum est.“ Qui sint *περίγλωσσοι*, ex historia illorum temporum illustravit Böckhius. — *ἄνδρα δ' ἐγὼ κεῖνον αἰνῆσαι μενοινῶν.* Heynius: „A v. 82. novum sententiarum ordinem orditur Pindarus de laudibus Hieronis, quas v. 82—86 justas ac debitas esse ait, et deberi summas.“ De se loquitur Piudarus, ea sibi, Hieronis laudatori, applicans, quæ paulo ante generaliter ac sententiose de sapientia deorum dono pronuntiavit. *Confido, meam in rege praedicando sapientiam* s. *solertiam diis juvantibus eam fore, quae ultra verum decorumque non progrediatur.* Gurlittius: „Durch die Gnade des Phoibos siegte Hieron, durch dieselbe wird die Stadt noch oft mit Siegern prangen, und durch die Huld Desselben werde auch ich über alle den Hieron besingende Dichter siegen.“ — *χαλκοπάραον ἄκοντ'.* *Missile aheneis instructum genis.* Pyth.IV, 42: *Ἄγκυραν χαλκόγεννυν.* De hac dictione cfr. interprr. ad Soph. El. 191. et nos ad Pyth. cit. — *ὡσεί τ'.* Est totius sententiæ hæc particula, qua utens ipse monstrat, impropriam esse hujus l. dictionem. Schol. v. 84: *Τὸ ὑπέρβατον οὕτω· μὴ ὥσπερ χαλκοπόραον ἄκοντα παλάμᾳ δονέων ἀγῶνος ἔξω βαλεῖν.* Ad sensum Idem v. 83: *Κατὰ σκοπὸν προσδοκῶ βαλεῖν τοὺς ὕμνους, καὶ ἄξιον ὄντα τὸν Ἱέρωνα ἀνυμνεῖν.* — *ἀγῶνος ἔξω.* *Extra scopum*, i. e. *praeter scopum*, quod est Olymp. XIII, 134. Ubi sermo de laudis *opportunitate*, h. l. de laudis *veritate.* Jam improprium v. *ὑπεραχοντίζειν* usum bene illustrat Boisson. ad Maximi Planudis convers. gr. metam. Ov. p. 149. — *μαχρὰ δὲ ῥίψαις ἀμύσεσθ' ἀντίους.* Quod in jaculatore laudabatur, notari poterat in poeta. Jam *δέ* est multis, quos novi, interpretibus *sed*,

potius. Falsum, si quid sentio. Quis enim sensui orationis rite studens illustrando dicet: *Spero, me non sagittam missurum extra scopum, sed longe ultra adversarios jaculaturum?* Immo scopum se assecuturum quidem spondet, nec tamen ultra jaculaturum. Mihi *μακρὰ . . ἀντίους* quædam antecedentium illustratio esse videtur, *admixtâ* (ut mos apud P.) nova sententia de adversariis (*aemulis, poetis*, coll. Gedik. Bach.). Tum erit *δὲ et*, respondens literulæ *τ'* v. 84.; unde non *ὡσεί τ'* scripsi, sed *ὡσεί τ'*, coll. Viger. p. 520. eodemque p. 836. de *δὲ* post *τε*. Deinde *μακρὰ* mihi non est *longe*, sed *nimis longe*. Pyth. IV, 439: *Μακρά μοι, νεῖσθαι κατ' ἀμαξιτόν*: *Nimis longum*. Ubi v. nott. Isthm. VI, 82: *Ἐμοὶ δὲ μακρόν* (*nimis longum*), *πάσας ἀγήσασθαι ἀρετάς*; coll. *μακραγορία* Pyth. VIII, 41. Ejusdem generis Nem. X, 35: *Βραχύ μοι στόμα, πάντ' ἀναγήσασθ'*. Adde Romanorum illa *multus, longus*, rell. Jam vertes: *Spero, me nec sagittam missurum extra scopum, nec justo longius jaculantem adversarios praeteriturum*. Scilicet illa longior jaculatio videri poterat victoria de adversariis reportata, nec tamen erat.

V. 87—111.

Utinam felicitas regis in posterum solida sit atque ita comparata, ut possit aerumnarum oblivisci. Namque bellica quidem gloriâ potitus est cum suis, quali Graecorum nemo; verum ad eandem pervenit quasi alter Philoctetes. Ita deus favere illi pergat. Εἰ γάρ. Utinam. Nem. VII, 144. Adde Viger. p. 503. et Gurlitt. l. c. p. 10. — *ὁ πᾶς χρόνος*, scil. *λοιπός*. Ol. VI, 94: *Χρόνῳ σύμπαντι*: *Omni tempore* (*reliquo*). Nem. I, 106: *Τὸν*

ἅπαντα χρόνον. Alibi apponit *λοιπός, ἔπειτα, ὕστερος.* — *αὖτω.* Schol. v. 87: *Ὡς* [*tam certo, quam..?*] *ἐγὼ τοὺς ἐναντίους νικῆσαι προσδοκῶ.* Vel repetitur *ταύταις ἐπὶ συντυχίαις* (v. 70). Olim ego ut Bachius: *Ut nunc*, coll. Viger. p. 438, X. Böckhius: *Sic ut precor*. Quocum cfr. Matth. Gr. gr. mai. p. 720. not., ubi diligentior rei disquisitio desideratur. Aliis placebit: *Ut urbem Aetnam*. Primo enim pro hac Pindarus preces fudit, nunc pro Hierone. Quæ interposita vides, ea *ὡς ἐν παρόδῳ* dicta videntur. — *ὄλβον καὶ κτεάνων δόσιν.* Schol. v. 87: *Τὴν τε εὐδαιμονίαν καὶ τὸν πλοῦτον.* Est *κτεάνων δόσις bonorum portio*, i. e. *bona*, ut Pyth. X, 29: *Τῶν τερπνῶν δόσιν.* — *εὐθύνοι. Dirigat, rectâ deducat, εὐθύπομπος εἴη ὄλβου* Nem. II, 11. — *καμάτων. Laborum bellicorum* (quos *tulisse* v. 91 sq. dicitur) et *dolorum ex valetudine*. Pyth. II, 37. vides *πολεμίους καμάτους*; et h. carm. v. 151. devicti Medi *κάμον.* Recte vero scholl. morbi Hieronis admonent, quo inprimis ducit instituta cum Philoctete comparatio. Hieronem *δυσουρίᾳ* laborasse, testatur Aristoteles scholl. v. 89. et Pyth. III, 111., *λιθουρίᾳ* schol. nostri l. Scilicet *δυσουρία* ejus constare poterat *λιθουρίᾳ*, si spectes rationem, quæ intercedit inter *δυσ.* et *λιθ.* [8]) Deinde circa morbum regis variatur, de quo conf. schol. Pyth. III, 111. Gölleri Syracusæ p. 25. — *ἤ κεν ἀμμνάσειεν.* Egregie Hey-

8) De *δυσ.* et *λιθ.* v. quoque Herennius Philo Tarsensis apud Galenum De Compos. medicam. secundum loca L. IX. p. 297 (Sprengelii Pragm. Gesch. d. Arzneikunde Ed. III. T. II. p. 74): *Εἴτε δυσουρίᾳ ἴσχεται, εἴτε λίθῳ.* Adde Antonii Musae Brasavoli indicem in Galenum Juntarum v. Dysuria. Brandeis Wörterb. vv. Dysuria et Lithiasis. Obiter mo-

nius ad v. 91: „Quæ sequuntur [a v. 91] usque ad v. 108., subnata e memoratione ærumnarum, *καμάτων*, in parenthesi posita sunt; redit v. 109. ad eadem vota, in quibus v. 87—90. substiterat. Lux hinc toti loco affunditur.“ Quippe post *ἦ κεν* emphatice omissum *γάρ*; vel simpliciter confirmantur antecedentes *κάματοι*. Et primo loco exantlati remotiore tempore labores bellici memorantur (*οἵαις ... ἀγέρωχον*), secundo (*νῦν ... μοιρίδιον ἦν*) ii, quos nuper perpessus est, auctos etiam regis morbo. Jam *ἀμμιν*. Pyth. IV, 97. ut alibi activam vim habet, quod h. l. durius videtur. Ita enim idem tempus, quod paulo ante ærumnarum memoriam deleturum dicitur, eandem hoc loco excitabit. 9) Quare cum aliis mihi pro medio est, repetito ex antecedentibus Hieronis subjecto. Contextum turbant, qui vertunt: *In memoriam nostram revocet (tempus)*. — *οἵαις ἐν πολέμοισι μάχαις. Quam gravibus bellorum pugnis*; scilicet quæ illud bellum antecedebant, quo Hiero Philoctetam referebat. Sig-

---

neo, repetitum a Sprengelio illius carminis versu altero falsum editionis Basil. *εἰ μὴ* pro *εἰμί*. Ibidem linea ultima pro *οἳ Τρίκκης* lege *οἱ Τρίκκης*: *Triccaei*.

9) Similiter laborat Böckhiana loci expositio; *Utinam futurum tempus omne Hieroni felicitatem praebeat et laborum oblivionem: tum [?] ei in memoriam revocabit, quomodo præliis imperium sibi paraverit, quali unus homo nemo fruitur. Nunc quidem Philoctetem nobis refert* etc. Tacuit praeterea vir eximius, in sententiis *ἦ κεν ... μοιρίδιον ἦν* potissimum et primo loco positum esse laborem et aerumnam, *adjici* tantummodo et *subsequi* felicitatem et gloriam. Haec est utriusque sententiae ratio, quae parallelismo non admodum obscuro insignitur.

nificat pugnas Himerensem et Cumanam, quo ducunt quoque plurales. V. quæ deinde notantur. — *παρέμειν'*, *Sustinuit*, coll. ad Olymp. IX, 136. Aerumnam vides tertia vice expressam, — *εὑρίσχοντο*. In pugna Himerensi Hiero cum fratribus, in Cumana solus. Lectio *εὑρίσχοιτο* librariorum esse poterit, quibus pluralis *εὑρίσχοντο* pugnare videbatur cum singulari *παρέμειν'*. Qui *εὑρίσχοιτο* legunt, iis erit; *quoties adipiscebatur*. Quo quid frigidius? Noli vero juxta *εὑρίσχοντο* Siculos supplere. Obstat *πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον*; quod istos spectare non potest, sed Hieronem cum fratribus. Singuli opponuntur singulis. Dein qui plurali *εὑρίσχοντο* inessent, coætanei primo obtutu videbant. Jam *εὑρίσχεσθαι* (honori junctum) pro activo iterum habes Pyth. III, 196: *Κλέος εὑρέσθαι*. Activum eodem nexu Pyth. II, 116: *Ὅθεν* (e bello) *φαμὶ καὶ σὲ τὰν ἀπείρονα δόξαν εὑρεῖν*, Ubi Heynius, Bekkeri Anecdd. gr. 95, 3; *Εὑρίσχειν τιμήν: ὡς κἄν τῇ συνηθείᾳ. — θεῶν παλάμαις*. Quorum adminiculo *χερσὶ βιαταὶ* nascuntur v. 81. Cum *deorum manibus* cf. Ol. X [XI], 25. Pyth. II, 71. Nem. X, 121. — *τιμάν*. *Honorem*, sc. *bellicum*, coll. Pyth. II, 116. Scholl. v. 91. 94. Heynius et Böckhius de imperio cogitant, quod simplicitati et contextui repugnat. Inclaruerant *bello*; quod quatenus ad imperium fecerit, hoc loco exponere non debebat Pindarus. Deinde *τιμὰ* e *contextu* solo apud Græcos *regnum* spectat, et Pyth. II, 109. est *τιμὰ regni*, *belli*, all. — *δρέπει*. Cf. Ol. I, 20. Schol. Nem. IX, 109: *Δόξαν εὐκλεῆ καρπωσάμενος*. Ad quem locum conf. Monkius in Eurip. Hippol. 434. Anthol. Palat. T. II. p. 731. Epigr. CCCXLV, 2 (Incertus): *Κύδεα δρεψάμενος*. — *πλούτου στεφάνωμα*

ἀγέρωχον. Honor corona opum dicitur, coll. v. 191: *Τὸ δὲ παθεῖν εὖ πρῶτον ἄθλων· εὖ δ' ἀκούειν δευτέρα μοῖρα.* Nem. IX, 109: *Εἰ γὰρ ἅμα κτεάνοις πολλοῖς ἐπίδοξον ἄρηται κῦδος, οὐκ ἔστι πόρσω θνατὸν ἔτι σκοπιᾶς ἄλλας ἐφάψασθαι ποδοῖν.* — *νῦν γε μάν.* Memorantur, quæ nuperrime perpessus erat Hiero. Remotiores *κάματοι*, in antecedentibus laudati. Hanc *ἀντιθέσεως* speciem observarunt quoque Gedikius et Heynius. Voci *μὰν* respondet sequens δ'. Deinde *νῦν* temporis quidem præsentis est; sed adhibetur quoque præterito, sc. proxime præterito. V. Viger. p. 425 sq. Addo Isthm. I, 54: *Νῦν δ' αὖτις ἀρχαίας ἐπέβασε πότμος συγγενὴς εὐαμερίας.* Cum futuro jungitur Pyth. IV, 88. — *τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων ἑστρατεύθη.* *Philoctetæ instar bellavit*, i. e. *ægrotus*. — *σὺν δ' ἀνάγκᾳ μιν φίλον καί τις ἐὼν μεγαλάνωρ ἔσανεν.* Anaxilaus Rheginus, Hieronis olim socer (scholl. v. 98. 112), Locros adortus, et ab Hierone impeditus. Hinc *φίλος* ejus Hiero recte dicitur. Jam si Böckhius hunc non ad Hieronem confugisse, sed ab eo impeditum esse contendit, et verum hoc est, nec Pindaro repugnans. Nec tamen, qui *σαίνουσιν*, eo ipso ad alios confugiunt. Dein ne tempora quidem rerum Sicularum prorsus adversantur, concedente Böckhio, quæstionum chronologicarum diligenti exactore. Idem Cumæos intelligit, qui legatis ad Hieronem missis auxilium ab eo impetrarunt Diod. XI, 51. Sed horum Hieronisque vel inimicitiam vel amicitiam (v. 98. *φίλον*) ego ignoro, multoque melius *unus* (*quem novimus*) *uni*, *rex regi* opponitur, Anaxilaus, cujus res iterum tangit Pyth. II, 34. Deinde primaria *μεγαλάνορος* significatio (*magnificus*, *magnanimus*), quam iterum habet Fragm.

inc. VII, 4 (Heyne III, 84 Böckh. II, 2, 669) non est quod h. l. deseratur. Eodemque sensu *μεγαλανορία* recurrit Nem. XI, 57., coll. *μεγάνωρ* Ol. I, 4. Postremo comparatio nōn ita urgenda erit, ut *auxilium petisse* uterque adversarius putandus sit. *Ad preces descendebant* et Græci Troiam obsidentes, et Hieronis adversarius. — *μίν.* Schol. v. 98: *Τὸν Ἱέρωνα.* Cf. quoque Gurlitt. l. c. p. 12. — *μεταμείβοντας.* *Arcessituros.* Præsens pro futuro, velut Ol. XIII, 82. ibique nott. P. IV, 188., coll. Böckh. nott. critt. Quod Hermannus legit (*μέτα λύσοντας*), id historiam corrumpit. Ut *se* miseria liberarent, non *Philoctetam*, venisse Græcos neminem latet. Et ægrotus (v. 107) Troiam Philoctetes petiit. V. omnino Gurlitt. l. c. p. 12. — *ἥρωας.* Media brevis. Anthol. Palat. T. II. p. 875. Epigr. CCCLXXVI, 4: *Ἥρωα τόνδε σέβειν Ἥνωγον, πόλεως φύλακον.* Ad quem l. cfr. Jacobs. ibid. T. III. p. 961., usum pindaricum non prætermittens. Eadem v. *ἡρωϊκὸς* quantitas, notante eodem ibid. T. III. p. 829. — *ἀντιθέους.* Pyth. IV, 102: *Ἥρωες ἀντίθεοι.* — *Ποίαντος υἱὸν τοξόταν.* Bene addit *sagittarium*. Venerant sagittarum Philoctetearum gratia. — *πόνους.* *Labores bellicos.* Isthm. VI, 79: *Ἐν πόνοις Ἐνυαλίου.* Adde Bach. l. c. p. 40. — *οὕτω.* *Ut præterito tempore deus te juvit, ita futuro te juvet.* Juverat inprimis, quum Philoctetes alter bellaret. Unde Hieronis nomen exprimitur, Philoctetæ oppositum. [10]) Optime Heynius: „Redit ad 88. 89.“ Nimirum respondet *θεὸς ὀρθωτῆρ πέλοι* remotis *εἰ γὰρ . . εὐθύνοι.* Nec est, quod *ὀρθωτῆρ* regis morbum, ærumnas etc. spectet. Est

10) Similiter ex praeteritis futura conjicit v. 79 sqq.

Nostro *ὀρθοῦν magnum, nobilem facere* Nem. I, 21. Isthm. V, 62; quod non secus esse videtur Pyth. IV, 104. Adde Bach. l. c. p. 41. — *ὧν ἔρατ αι, καιρὸν διδούς.* Fiebat Deus Hieronis *ὀρθωτήρ*, si eorum, quæ appetebat, opportunitatem ei suppeditabat. Nem. VII, 84: *Μοῖρα καιρὸν ὄλβου δίδωσι.*

V. 112—136.

Precatur pro Dinomene, Hieronis filio Aetnæque rege, pro Aetnæis, Hierone. — *Μοῖσα, καὶ παρ' Δεινομένει.* Patre laudato, eodem consilio ad filium transit, Aetnæ regem, cujus urbis civem rex se proclamaverat. *καὶ* Hieronis laudem spectat. *Ut Hieronem prædicasti, sic jam filium quoque prædices.* Et Musa rogatur, velit *apud Dinomenem patris victoriam canere*, quod significabit: *Velis laudi Hieronis mentionem filii inserere, s. a patre ad filium transire.* Tum sequitur ipsum Dinomenis præconium (*ἄγ'*, *ἔπειτα* etc.). Quæ de hymno apud Dinomenem cantato schol. habet, mihi quoque absona videntur, neque adeo dictioni hujus loci inesse. Namque iterum habes iter poeticum, quod alibi illustravi. Cf. quoque v. 147 sqq. — *χάρμα δ' οὐκ ἀλλότριον νικαφορία πατέρος.* Exponit, quare ita precetur Musam. Testatusque Dinomenes suum de Hieronis victoria *χάρμα* Paus. VI, 12., Olympiæ posito post mortem patris magnifico donario. — *ἔπειτα. Deinde.* I. e. *ita, ergo, his praemissis,* sc. *invocatâ jam Musa.* V. Voss. apud Gurlitt., et Viger. p. 397. ibique inprimis Herm. p. 783 sq. An significat Noster, exposita laude patris *sequi jam* filii mentionem? Quod probabile fit ex loco simillimo Isthm. VII, 27: *Κώμαζ' ἔπειτ'*

ἄρ' ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ καὶ Στρεψιάδᾳ. Ubi præcesserant Thebes heroinæ laudes. — Αἴτνας βασιλεῖ φίλιον ἐξεύρωμεν ὕμνον. Poeta cum choro, juvante Musa, Dinomenem se laudare profitetur. Pyth. IV, 52: Φιλίων ἐπέων. Notare videtur φιλ. Pindari Dinomenisque amicitiam, quæ inter P. et patrem quoque intercedebat, coll. Ol. I, 19: Φίλαν τράπεζαν. Scholiastæ v. 116. est φίλ. simpliciter pro προσφιλής. Adde Bachium l. c. p. 45. Deinde Aetnæ regem non esse posse Jovem, sed Dinomenem, bene vidit Böckhius, coll. scholl. Evertunt contextum, qui de Jove cogitant. Deumque ipsum contemtius tractat poeta, si hoc demum loco, et quidem inserta v. ἔπειτα, laudes illius ponit. Novæ urbis, quæ nomen antiquum brevi post repetiit, numos refert Eckh. D. V. N. T. I. p. 190 sq. Museum Wiczay T. I. p. 47. Mionnet Descript. T. I. p. 209 sq. — θεοδμάτῳ ἐλευθερίᾳ. Fragm. inc. CXC. (Heyne III, 160. Böckh. II, 2, 647): Νόμων ἀκούοντες θεοδμάτων κέλαδον. Ubi Böckhius legit θεόδματον. Scite autem admonet P. Hieronem, deberi Aetnæis libertatem, forsan abstractam, vel minutam. Puto enim, ea conditione Peloponnesios saltem Catanam profectos, ut instituta patria retinerent. Sequitur enim θέλοντι δὲ etc., ubi δὲ non est *autem*, sed *nam*. Nimirum redditur antecedentium ratio, ubi Ὑλλίδος στάθμας νόμοι positi sunt pro *doriensibus*, coll. Heynio et Böckhio. De v. στάθμη v. Boissonadius ad Aristænetum p. 602 sq. 604. — ἔκτισσε. *Condidit*, i. e. *restituit*. Aetnæ κτίστωρ dicitur Hiero fragm. epin. I. — καὶ μάν. *Et sane*. Vig. p. 528. 839. Vides, Heraclidarum præcipuam haberi rationem, ut loco simillimo Pyth. V, 94 sqq. An est καὶ

μὰν pro simplici καί? Ut forsan Pyth. VI, 6. Nem. II, 19. — ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου ναίοντες. Lacedæmonii indistincte. Deinde accuratius exponitur, quinam fuerint, memoratis Amyclis. — αἰεὶ μένειν. Quod de Doriensibus prædicatur, fuit omnium, sc. constantia tenacitasque in servanda civitatis forma. Adeatur omnino Müllerus Doriens. II, 405. et alibi. Adde hujus libri p. 390. Deinde veterem lectionem (s. Δωριῆς, s. Δωριῆς, s. Δωριεῖς) non evertit alterum illud, quod habet Herm.: „Δωριῆς quum propter Atticam formam, tum magis propterea displicet, *quod ad illa*, Παμφύλου καὶ Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι, *referendum est, quæ et nimis remota sunt, neque isto additamento indigent*." Quod erat potissimum, in fine posuit more aliorum suoque Pindarus, coll. inprimis Isthm. IV, 87 — 94. all. Distingue post Αἰγιμιοῦ, ut sit Δωρ. antecedentium appositum. *Utpote Dorienses*. I. e.: *Neque mira servandæ institutorum avitorum constantia; sunt enim ἔκγονοι illi Dorienses, qui non temere ab institutis vetustate sancitis recedunt*. Jam sequentia quoque melius cum antecedentibus cohærent, si veterem lectionem retinueris. Similiter Böckh. nott. critt. p. 439., qui tamen cum Herm. legit Δωρίους. — ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι. Isthm. VII, 20: Ἕλον δ' Ἀμύκλας. *Ceperunt Dorienses cum Heraclidis*. In duas sententias dispescit, quod alius ita expressisset: *Dor. et Heracl., Amyclis potiti* etc., *veteribus institutis inhærent*. Ceterum eundem ordinem servat Max. Tyr. or. IV, 3 (Reiske T. I. p. 50): Δωριεὺς καὶ Ἡρακλείδης. Cur ex variis Laconicæ oppidis Amyclas nominet, causa latet. Schol. v. 125: Κατέσχον τὴν Σπάρτην· ἀπὸ μιᾶς γὰρ πόλεως τὴν πᾶσαν ἐμφαίνει Λακωνικήν. Similiter

militer Amyclæi pro Laconibus apud Lycophr. 559: *Ἄγαλμα πήλας τῶν Ἀμυκλαίων τάφων.* — Ubi Potterus Dionysium Periegetem addit, bis (213. 377) eadem voce eodem sensu utentem. Neque aliter apud Romanos, coll. Lexx. Et poterat is usus apud scriptores serioris ævi ideo ingruere, quod Amyclæ ante Doriensium incursionem princeps Achæorum urbs fuisse videntur, suspicante Müllero Orchom. p. 319., coll. Böckh. Explicc. p. 235. Et is quidem duce Müllero hanc urbem regionis olim principem pro regione ipsa positam statuit, quæ est schol. quoque modo cit. sententia, licet tacentis rationem probabilem, quare Amyclas nominet P., non Spartam. An erant plurimi Amyclæi inter Peloponnesios, qui (Diod. XI, 49) cum Syracusanis ab Hierone collecti Catanam restitutam incolebant? — De Amyclis videatur Müllerus Doriens. I, 91. all. — *λευκοπώλων.* *Albis equis vectorum*, ut nobiles et principes, coll. Böckh. ad Pyth. IV, 207. Explicc. p. 273. Iidem *εὔιπποι* Olymp. III, 70. Adde Bach. l. c. p. 47. — *Τυνδαριδᾶν γείτονες.* Bach. l. c.: „Tyndaridis, i. e. Castori et Polluci, qui Spartæ erant nati, Therapnis autem sepulti. V. Pyth. XI, 95.“ Addit Gedik. Isthm. I, 42., alia Böckhius. Recte omnino Tyndaridarum *cultus* Spartæ et Amyclis cogitatur. Hoc sensu Theognis (1087. Bekker.) eos Lacedæmone habitare dicit: *Κάστορ καὶ Πολύδευκες, οἳ ἐν Λακεδαίμονι δίῃ Ναίετ'.* Et Therapnis quoque, ubi sepulti erant, colebantur. Schol. Isthm. I, 42: *Ἴστέον, ὅτι τῆς Λακωνικῆς ἐν Θεράπναις τὸ ἱερόν ἐστι τῶν Διοσκούρων.* Deinde similiter defunctus heros Alcmæon Nostri *γειτων* dicitur Pyth. VIII, 82. Adde Nem. VII, 130 sq. Postremo testibus numis Dioscuri Catanæ quoque culti. Vi-

deatur Museum Wiczay T. I. p. 50. Mionnet Description T. I. p. 228.) — ὧν. *Tyndaridarum*. Unde ἄνθησεν verus aoristus. Alii minus commode Dorienses repetunt. Castoris *αἰχμὰν* habes Isthm. V, 42. De constructione v. ὧν cum substantivis seqq. v. ad Ol. IX, 32. p. 365., ubi scribe *obest* pro *abest*. — *κλέος αἰχμᾶς. Gloria bellica*. Eurip. Suppl. 782. Matth.: *Δορὸς τιμά*. Bene addit Bach. Tyrtæum III, 38. Ubi Klotzius nostrum locum allegat. — *ἄνθησεν*. Nem. IX, 93: *Λέγεται μὰν Ἕκτορι μὲν κλέος ἀνθῆσαι*.

V. 130—156.

Præbeas, Jupiter, Aetnæis eandem institutorum firmitatem bellorumque vacationem. Jamque ultima occasionem Pindaro offerunt, gravissima prœlia, quibus ab exterorum imperio Græci se vindicarunt, juxta ponendi et celebrandi. Primo et ultimo loco ponit Hieronis fratrumque victorias, sc. significans, non deteriores eas reliquorum Græcorum victoriis esse. *Ζεῦ τέλει', αἰεὶ δὲ τοιαύταν Ἀμένα παρ' ὕδωρ αἶσαν ἀστοῖς καὶ βασιλεῦσιν διαχρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρ.* In his τοι. antecedentia spectat, interpretante Heynio: *Jupiter perfector* (coll. Blomf. Glossar. Aesch. VII Theb. 111), *fac, ut Aetnæa civitas vere Doriensium institutis uti dicatur*. Böckhius: *Verus hic semper hominum de Aetna sermo esto, permanere reges et cives in Doricis institutis, similemque illam civitatem stabilitate, tranquillitate, fortitudine* (coll. scholl. v. 130) *Lacedæmoni esse*. Bene, si fortitudinem exceperis, quam Tyndaridarum esse, modo monuimus. Scholiastæ v. 130. τοι. αἶ-

σα est *libertas*. Nec hoc recte. — De Amena, Catanæ fluvio, in scriptoribus numisque obvio, adeantur Heynius Böckhiusque. Addo Mionneti description des medaill. antiq. T. I. p. 228. 230. Museum Wiczay T. I. p. 50. Deinde objectum esse τ. αἶσαν, subjectum ἔτ. λόγ. ἀ., demonstravit Böckhius, præeuntibus Gedikio, Bachio, qui tamen sibi non constat, Heynio, qui in notis exegeticis verum auguratur, in criticis fluctuatur, Thierschio. *Fac, ut hanc sortem Aetnaeis verus Graecorum sermo adjudicet*, i. e. *ut vere narrari possit, esse hanc Aetnaeorum sortem*, sc. *servandorum institutorum constantiam ac fidem.*[11]) Præpositio autem διὰ diversas partes spectat, cives ac reges. — ἔτυμον λόγον. *Verum sermonem.* Stesichorus Fragm. V, 1 (Gaisf. P. m. g. T. III. p. 341. Lips.): Ἐτήτυμον λόγον. Nonn. Conv. Evang. Joh. VIII, 9. — ἀστοῖς καὶ βασιλεῦσιν. Aetnæis regibusque (Hieroni Dinomenique), coll. Böckh. Explicc. p. 234. Cives, si vere Dorienses esse volebant, reverebantur reges suos atque instituta tuebantur, reges promissis stabant, quæ novæ civitatis institutionem spectare debebant. — σύν τοί τίν κεν. Dirimit particula præpositionem a casu, ut Ol. II, 164: Ἐπί τοι Ἀχράγαντι. all. — ἀγητῆρ ἀνῆρ υἱῷ τ' ἐπιτελλόμενος. Böckhius: γ' ἐπιτελλόμενος. Quod recte respuunt Hermannus, Ahlwardtius, Thierschius. Est enim sensus: *Hiero, tum quatenus ipse,*

11) Hermanno αἶσα subjectum est, diciturque sermonem hominum dijudicare. At sermo hominum h. l. jam est dijudicatus. Est enim ἔτυμος. Alio sensu eventus sermonem quendam διαδικάσαι dicitur Aesch. Choeph. 779 sqq: Ζεῦ, δὸς τύχας διαδικάσαι πᾶν ἔπος. Ibi sermo nondum dijudicatus erat, i. e. nondum liquebat, an ἔτυμος esset, nec ne.

tum quatenus per filium Aetnaeis imperat. Inferior rex erat Dinomenes, superior Hiero. Schol. v. 134: *Ὁ βασιλεὺς τῆς Σικελίας ὁ Ἱέρων.* Ita contextus turbatur. — *δᾶμον γεραίρων τράποι σύμφωνον ἐφ' ἁσυχίαν.* Consentire debebant Aetnæi tum cum regibus, tum inter se. Et hoc ultimum ideo potissimum, quod e diversis terris conflati erant, unde maxime discordiæ semina. Sed istam quietem *σύμφωνον*, i. e. ex concordia oriundam, non aliter, quam *γεραίρων δᾶμον*, efficere debebat Hiero, i. e. ut revereretur instituta civium antiquitus Doriensia, atque ipsis, cum in novam civitatem libere coirent, promissa. Nam vi quoque ac sævitia consensum quendam effici posse, constat. Liberis enim hominibus imperabat (*ἐλευθερίᾳ* v. 119). Hinc regibus deinde cives honorifice opponuntur v. 132., hoc loco *δᾶμοι*. Qui *γεραίρ.* ad novas victorias trahunt, aliena ut alibi poetæ prudenti ingerunt. Postremo cum quiete h. l. interna s. domestica, cui deinde alia, sc. externa opponitur, cfr. Olymp. IV, 26. Fragm. inc. VII. — *ἄμερον ὄφρα κατ' οἶκον ἔχῃ.* Schol. v. 137: *Ἥσυχον καὶ εἰρηναῖον ἔχῃ τὸν οἶκον.* Jungit igitur *κατέχῃ*. *Patriam pacatam teneat*, i. e. *ibi se contineat*. Et patria dicitur pacata, pro *ἀλαλατῷ*. Aliis *ἄμερον* erit adverbium. Neque irritæ pii vatis preces. Namque longo demum tempore post (Olymp. XCII, 3. Diodor. XIII, 43) rebellarunt in Syracusas Carthaginienses. — *Φοίνιξ* pro *Φοινίκων*, coll. *Τυρσανῶν*. — *ἀλαλατός*. Tumultus bellicus personam induit (*ἰδὼν*), velut *ἀλαλὰ* Fragm. inc. XXXVI (Heyne III, 98 sq. Böckh. II, 2, 668): *Κλῦθ', Ἀλαλά, Πολέμου θύγατερ.* — *ναυσίστονον ὕβριν. Injuriam, qua illata naves quasi ingemiscebant*, i. e. *cla.*

dem navalem. — *ἰδών*. *Conspicatus*. An *respiciens*, et e contextu *recordans*? Cf. *εἶδον* Pyth. II, 98. — *πρὸ Κύμας*. *In conspectu C.* V. v. 150. Olymp. XIII, 78. Monumentum pugnæ (Hieronis galeam æream) egregie illustravit Böckh. Explicc. p. 225 sq. Adde Hermannum in Böttigeri Amalthea T. II. p. 231. — De *οἷα* v. Böckh. Explicc. p. 236. et has Dilucc. p. 14. — *πάθον*. *Carthaginienses et Etrusci* in prœlio Cumano. Excludendam Himerensem pugnam, totus loci habitus monstrat, coll. quoque schol. et Böckh. Expl. Deinde nec hoc ambiguum esse sinit locus Pindaricus (coll. scholl.), Carthaginienses et Etruscos, non hos solos cum Græcis conflixisse. Tacet quidem de ea re historia. Sed locus noster aperte narrationis speciem præ se fert. Nota deinde, satis magnifice Nostrum de Hierone loqui: *Ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας δουλίας*. Non enim tantum conferre ad *Graeciae* libertatem ista pugna poterat, quantum Himerensis, coll. scholl. v. 146. 155. Nihil tamen obstat, quominus hæc loci pars latius pateat, quam antecedentia. Erit igitur generalis laus Hieronis, a quo non tantum Cumanos, sed etiam Siculos Locrosque servatos esse constat. Er, der Befreier Griechenlands von der Knechtschaft.[12]) — *ἀρέομαι παρ' μὲν Σαλαμῖνος Ἀθηναίων χάριν μισθόν*. Juxta ponit pugnas celeberrimas Græciæ sospitatrices, occasionem dantibus iis, quæ ultimo loco præmissa sunt. Tertia Gelonem cum fratribus nobilitavit. — *ἀρέομαι*, ut nunc recte legitur pro *αἰρέομαι* (de quarum vv. confusione videndus Elmsleius

12) Schol. v. 146: *Κατασχοῦσαι στόλον Καρχηδονίων πλέοντα ἐπὶ Σικελίαν*. Repone *κατακμῶσαι*, monente Gedikio.

ad Eurip. Med. 825. Heracl. 505), est *tollam, auferam*. Proficiscendum igitur poetæ Salamina, unde Atheniensium gloriam asportet. Iter poeticum, de quo v. p. 241 sq. Non aliter Spartam deinde et Himeram fluvium petit. *Αἱρέομαι* erat *petam*, sensu a lectione nunc recepta parum diverso. Dein *ἀρέομαι* cum *μισθὸν* junctum vim suam vulgarem apertius habet, ut sit *tollendo nanciscar*, i. e. *nanciscar*, coll. Aesch. VII Theb. 304. Blomf.: *Ἄροισθε κῦδος τοῖςδε πολίταις. Gloriam paretis, his civibus conferendam.* Ubi Britannus confert Il. IV, 94. Usum homer. enotavit Damm. Lex. p. 197. Addo Apoll. Rh. IV, 205: *Μέγα κῦδος ἀρέσθαι.* Orph. Arg. 95. 96: *Ἀρέσθαι κλέος.* 455: *Κλέος ἐσθλὸν ἀρέσθαι.* Quint. Smyrn. III, 269. V, 145: *Εὖχος ἀρέσθαι.* IX, 277: *Νίκην ἀρέσθαι.* Eodem sensu aor. I. apud Hom. aliosque. Nonn. Dion. XL, 217: *Ἠράμεθα μέγα κῦδος.* Quint. Smyrn. XIV, 117: *Ἠράμεθ' εὐρὺ Κῦδος.* Ipsumque *μισθὸν ἄρηται* habes Il. XII, 435., notante Heynio in notis criticis. Jam *χάρις* est Atheniensium pugna, unde *χάρις* (gloria) redundabat, ut Olymp. VIII, 75. Sequitur enim *ταῖσι M. χάμον*, quod *χάριν* et *μάχαν* respicit. Conf. quoque scholl. v. 147. Gedik. Bach. Aegre *χάρις* Atheniensium erit gratia, quam Pindaro habebant, quæque v. *μισθὸν* deinde exprimitur. *Victoria* enim memoranda erat, ut loco secundo ac tertio. Erit igitur sensus: *Ob Salaminiam pugnam Athenienses celebro, unde μισθὸν accipio.* Jam hic *μισθὸς* aut indistincte simpliciterque gratia erit ab Atheniensibus Pindaro habita, aut oblatum illi præmium et honor, cum in carmine quodam Athenas *Ἑλλάδος ἔρεισμα* dixisset Fragm. dithyr. X (Heyne III, 74 sq. Böckh. II, 2, 579 sq.). Et *μισθὸν* vocat Libanius

(Reiske III, 27, 10) honorem illum Pindaro ab Atheniensibus collatum. Utramlibet rationem sequaris, poeta populares ob mulctam ipsi, cum Athenienses laudasset, inflictam oblique perstringere mihi quidem videtur. Alii frigide *χάριν* et *μισθὸν* Atheniensium esse volunt: *gloriam Atheniensium, debitam illis mercedem.* Hermannus: *Pugnam Salaminiam præmium Hieroni tollam.* Quæ interpretatio nulli, quem novi, interpreti se probavit. — Deinde quare in pugna Salaminia primæ Atheniensium partes fuerint, explanent pro me eorundem legati Thucyd. I, 74: *Τρία τὰ ὠφελιμώτατα ἐς αὐτὸ παρεσχόμεθα, ἀριθμόν τε νεῶν πλεῖστον, καὶ ἄνδρα στρατηγὸν συνετώτατον, καὶ προθυμίαν ἀοκνοτάτην κ. τ. λ.* — *κάμον. Devicti sunt.* Cf. v. 56. Pyth. VIII, 68. — *τελέσαις.* Böckhius: „*Τελέσαις* non arbitror posse optativum esse: quodsi pro participio habebis, non poterit non *ἐρέων* scribi.“ Hermannus: „Nec *τελέσαις* participium mutari debet. Nam *δὲ* v. 152. tantum ad oppositionem locorum adhibuit. Facilius ad constructionem est, quod quibusdam in mentem venit, *ἐρέων*, sed neutiquam necessarium, orationemque reddit minus poeticam.“ Immo necessarium *ἐρέων*, si *τελέσαις* participium esse debet. Quis tunc enim tolerabit illud *ἐν . . . ἀγκυλότοξοι*? quod tum parentheticum erit, licet consilio poetæ obstante. Verum lectionis *ἐρέων* nullum in codd. vestigium. Optime igitur Heynius: „*Τελέσαις* non bene tentatur. Aut enim universe dixit secunda persona, pro *τελέσαι ἄν τις*, uti statim v. 157. *εἰ φθέγξαιο*, aut ut se ipsum alloquatur, ut sæpe facit. Durius esset referre ad *ἐρέω τελέσαις.*“ Adeatur quoque Bachius Thierschiusque. Jam *τελεῖν ὕμνον* est simpliciter *hymnum conficere.*

ut Pyth. II, 24. Gurlittio est *persolvas*, cujus interpretationis rationem non expositam video. V. schol. ad Pyth. II, 24. — *τὸν ἐδέξαντ'*. Tum revera nacti sunt (coll. Simonide schol. v, 155), tum meriti. — *ἀμφ' ἀρετᾷ*. *Ob virtutem*. Pyth. III, 114: *Ἀμφ' ἀρετᾷ κελαδέων*.

V. 157 — 195.

Poeta in antecedentibus brevitatem laudandi sectatus, audientium et nauseam et invidiam se vitasse confidit, coll. interprr. Quod simul significat, ordiri novam carminis partem et quidem extremam. Insunt præcepta tali poeta dignissima, cuivis regi saluberrima, Hieronis rebus aptissima. — *καιρόν*, sc. *κατά* (coll. schol. v. 157), quod exprimitur Isthm. II, 32. Fragm. scol. II (Heyne III, 22 sqq. Böckh. II, 2, 611 sqq. 673). Vel *καιρὸν* simpliciter pendet a *φθ.*, ut sit *dicendo opportunitatem attingere*, coll. Nem. I, 28. Tum *καιρὸν* erit pro *καίρια*, coll. schol. v. 157. — *φθέγξαιο*. Se vel alium quemlibet laudatorem alloquitur. Illud præstat ob v. 154. — *πολλῶν πείρατα*. *Multorum extremitates*, i. e. *multa, quorum extremitates solae memorandae sunt*. Ut illud Virgil. Aen. I, 342: *Rerum fastigia*. An erit circumscriptio pro *πολλά*, coll. his Dilucc. p. 94. 458. et Pyth. IV, 391. Isthm. IV, 8? — *συντανύσαις*. Contraria locutio Pyth. IV, 230 (*πᾶσαν . . τάννεν*). — *μείων*. Quibusdam mirifice est *minus*, hinc *non*, coll. Heyn. ad Olymp. I, 55. Bach. ad h. l. Verum sensus est: *Nemo quidem vituperio vacat, neque ideo poeta. Is vero ipse in minimam ejus partem incurret, si brevitati operam dederit*. V. p. 24. — *μῶμος ἀνθρώπων*. Aetnæorum, Syra-

cusanorum, postremo æmulorum Hieronis. Olymp. XI, 12: *Ἐπιμομφὰν ἀνδρῶν.* — Sequentia poetam (*ἀπὸ . . ἑλκίδας*) et Hieronem (*ἀστῶν . . ἀλλοτρ.*) spectant. Carmen justo longius audientium animos obtundit; laus quævis, inprimis longior, invidiam excitat, quæ omnino in liberis civitatibus singulos carpit, coll. Thiersch. Hino Aetnæi quoque Hieroni licet *εὐεργέτῃ* invidere poterant. — *ταχείας. Celeres*, sc. *cupidas*, leidenschaftlich. Pyth. IV, 247: *Θνατῶν φρένες ὠκύτεραι.* Gedikius (coll. Bach.): *Ad finem quasi properantes* [*carminis?* Opponuntur enim carminis longitudo atque audientium studia brevitatem efflagitantium.]. Prius præfero. Mirifice schol. v. 157: *Μικροψύχους.* — *ἀστῶν δ' ἀκοὰ κρύφιον θυμὸν βαρύνει μάλιστ' ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις.* Construe: *Ἀκοὰ δὲ μάλ. βαρ. ἐπ' ἀλλ. ἐσλ. κρ. θυμὸν ἀστῶν.* Tum erit *ἀκοὰ* objectum audiendi, s. fama, coll. 174. Parum differt, *ἀκοὰ δ' ἀστῶν* jungere; tum supplebis *αὐτῶν* post *θυμόν.* Prior sententia de hominibus generaliter egit, hæc de civibus. — *ἐσλ.* Iterum *ἐσλὰ* occurrunt Pyth. VIII, 103. in sententia victoriam spectante. — *ἐπ' ἀλλ.* Longius hæc sententiæ pars distat ab suo *ἀκοά.* Unde mutatio, pro *ἐσλῶν ἀλλοτρίων ἀ.*, coll. Heynio. Gravare fama civium animos dicitur bonis alienis, pro *fama bonorum alienorum.* Jam quibus *ἐσλ. ἀλλοτρ.* sunt *peregrinorum* res faustæ, ut mentio fiat Hieronis non Aetnæi, sed Syracusani, vel potius Geloi, ii parum hoc laudatorem Pindarum decere ipsi concedent. Sunt *ἀλλότριοι alii* (*cives*, coll. schol. 162.), ut *οἱ πέλας* Aesch. Prom. 341. Blomf. Thucyd. I, 32., qui posterior alia quoque habet e poetis petita. Menandri Fragm. inc. CCXXVII. ed. Meineke. — *βαρύνει.*

Gravat, λυπεῖ. Nem. VII, 63. Fragm. inc. LIX, 4 (Heyne III, 110sq.). Eurip. Alc. 42. — *ἀλλ' ὅμως.* Ergo laborabat invidiâ civium Hiero. Et hinc sequentia præcepta suspendit, quæ justitiam, veritatem, munificentiam, cautelam ab avaritia spectant. *Ne invidia te ab omnis generis laudibus sectandis deterreat.* — *χαλά.* Ol. I, 157. Hieronem ob *χαλῶν* scientiam laudat, Pyth. V, 155. Arcesilaum ob studium *χαλῶν ἐπιχωρίων.* — *ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν.* Linguam ut Olymp. VI, 142. telum esse, pronum, metaphora a ferro cudendo petita, coll. interprr. Videatur quoque Reisigius Enarrat. Soph. Oed. C. p. CXIII. Nova quædam præstant Lexx. latt. vv. *eudo, incus, procudo.* Addo Diomedem præfat. ad Athanasium (Gramm. lat. auct. ant. p. 274. ed. Putsch.): *Artem meae latinitatis puraeque eloquentiae magistram sub incude litteria dociliter producendo* [*procudendo?* Simili errore Lucret. V, 848., ubi ed. Creech. habet *producere*] *formatam humanae solertiae claritas expolivit.* Est igitur *χαλκ.* (procudere) idem quod *formare*, coll. Lexx. latt. v. *procudere.* Postremo *γλῶσσα* h. l. ut semper in P. *lingua*, non *sermo.* — *εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσσει, μέγα τοι φέρεται παρ' σέθεν.* Schol. v. 169: *Λείπει ὁ γάρ.* Ut post *πολλῶν.* Jam de sensu metaphoræ videndus Gedikius: „Continuatur metaphora, ab incude repetita. *Αἰθύσσειν* enim est *fulgere* et *cum fulgore movere.* *Παραιθύσσειν* h. l. idem quod nostrum vorbeisprühen. Si vel *levissima scintilla temere emicuerit, magnum id habetur, quoniam a te venit.*" Secuti reliqui interprr. Verum non video, quomodo in incude s. metaphorica s. propria vel vitari, vel improbari possint

scintillæ, quæ cudendo metallo emicant. Immo ramenta illa emicare debent, ut formetur æs. Hinc nova interpretandi via tentanda. *Παραιθύσσει* lingua. Ea velut Ol. IX, 64. Pyth. V, 78. emittitur jaculi instar, *φέρεται*. Ante vero formanda, et quidem, ne scopum prætervolet, in veritatis incude, i. e. *recte*, non *incurve*. Jam ad singula veniendum. Primo quidem *αἰθύσσειν* cum compositis *lucem* spectat, coll. Ol. XI, 88. Pyth. IV, 147. V, 14. et his Dilucc. p. 284., deinde vero *motum lucis instar*, i. e. *celerem*, coll. Olymp. VII, fin.: *Διαιθύσσουσιν αὔραι* (*celeriter feruntur aurae*), et his Dilucc. ibidem, nec non Schneid. L. gr. v. *παραιθύσσω*. Et hoc ultimum nostro verbo convenit. Dein in eodem potissimum est *παρά*, ac *φέρεται* idem quod *αἰθύσσει*. Postremo *φλαῦρόν τι* est adverbium, *παρ' σέθεν* vero ut in vulgari interpretatione emphatice pronuntiatur. *Linguam forma in veritatis incude, ut idonea evadat scopo figendo. Et hoc multo magis cordi esse tibi debet, quam aliis mortalibus. Es enim rex; cujus si lingua vel parumper scopum praetervolaverit, quasi magnum aliquid φέρεται, cum a te jacta sit*, i. e. *pro magno error habebitur, utpote a te profectus*. Schol. v. 169: *Φησὶ δέ, μεγάλα εἶναι τὰ τῶν ἀρχόντων ἁμαρτήματα, κἂν εὐτελῆ τυγχάνῃ. — φλαῦρον. Leviter, paramper*, coll. *μέγα*. Solon Stobæi floril. tit. IX. ed. Gaisf. T. I. p. 206. Lips.: *Ἀρχὴ . . φλαύρη μὲν τὸ πρῶτον, ἀνιηρὴ δὲ τελευτᾷ*. Soph. Oed. C. 388: *Γέροντα δ' ὀρθοῦν φλαῦρον. Senem erigere facile est, neque arte et robore indiget*. Ubi gl. Vict. (p. 328. ed. Hell. et Död.) emendari poterit ex Eranio Philone deinde allato. Alibi *φλ.* est *malus*, coll. Hippocr. Aphor. VI, 54 (p. 106. ed. Berol.

1822): *Φλαῦρον τὸ σημεῖον καὶ θανατῶδες σφόδρα.* Eranius Philo ad calcem Ammonii ed. Valcken. T. I. p. 164. Lips.: *Φλαῦρον καὶ φαῦλον διαφέρει. Φλαῦρον μὲν γάρ ἐστι τὸ μικρὸν καὶ κοῦφον κακόν· φαῦλον δὲ τὸ μέγα.* Ubi cfr. Valck. Adde Phot. Lex. ed. Pors. p. 410. Lips., Lobeck. ad Soph. Ai. 1310., Elmslei. ad Eurip. Med. 1071. — *πολλῶν.* Supple *γὰρ* ut antea. Redditur antecedentium ratio. *Multa gubernas.* Eurip. Med. 1382. Elmsl.: *Πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ.* Locum Bachius quoque affert p. 66. ad illustrandum *ταμίας*, de quo v. nos p. 186. — *ἀμφοτέροις.* *Veris et falsis*, quem sensum præcedens metaphora satis aperte suppeditat. — *εὐανθεῖ.* *Pulchrae.* Isthm. V, 15: *Εὐανθεῖ ὄλβῳ.* — *ὀργᾷ.* *Menti.* V. interprr. et Blomf. Glossar. Aesch. Prom. 386. Sententiam repeti puto Pyth. II, 131. — *μὴ κάμνε λίαν δαπάναις.* Non alienum rebus Hieronis præceptum, qui avarus aliquando fuisse dicitur, coll. interprr. Idem vero indistincte in regibus notat Sophoclis Tiresias Antig. 1043: *Τῷ δ' ἐκ τυράννων αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ.* — *ἱστίον.* *Velum* sc. *liberalitatis*, qua absente haud leviter dehonestatur princeps. Jamblichus Stobæi (Floril. tit. XLIV. p. 315. Gesn.): *Ἄγαμαι δ' ἔγωγε καὶ τὴν μεγαλοφροσύνην καὶ τὴν μεγαλοπρέπειαν ἐν ἅπασι τοῖς τῆς ἀρχῆς ἔργοις, καὶ διαφερόντως ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων εὐεργεσίαις, ὅταν μήτε ἀκριβολογῶνται μήτε φείδωντάί τινος ἐν ταῖς δόσεσι, μήτε ὥσπερ ἐν πλάστιγγι ζυγοῦ ἴσα ἀντὶ ἴσων ἀντικαταλλάττωνται, εὐγενῶς τε [δὲ?] τὰς χάριτας ὀρέγωσι . . Τῶν χαρίτων γὰρ δὴ τοιοῦτον κόσμον στέφανον ἂν εἴποιμι τῆς ἀρχῆς.* — *ὦ φίλος.* Aesch. Prom. 559. Blomf.: *Ὦ φίλος.* Amicum dicit h. l. ut Olymp. I, 24; alium re-

gem Pyth. IV, 1. — *εὐτραπέλοις.* Pyth. IV, 185: *Οὔτ' ἔργον οὔτ' ἔπος εὐτράπελον χείνοισιν εἰπών. Factum, dictum facile evertendum,* i. e. *vanum, futile,* coll. ibi schol. Similiter Nostrates: Einen Satz umstossen etc. Dicit quoque P. *ὕμνον ὀρθοῦν, λόγον διορθοῦν,* de quo v. nos p. 132. Utrumque eandem metaphoram spectat. Theognis 290. Bekker.: *Ἡγέονται δ' ἐντραπέλοισι νόμοις. Imperium exercent leges dando, quæ pro arbitrio everti (mutari) possint.* Ubi vix bene Bekk. legit *ἐκτρ.*, de qua v. vid. Böckh. nott. critt. p. 464. Schneid. L. g. v. *ἐκτράπ.* [13]) Et hæc passiva vocis significatio primitiva mihi videtur. Secuta activa (*facile se vertens, agilis*), primum, ut credo, apud Thucyd. II, 41., primo, ut fit, sensu bono (gewandt, liebenswürdig etc.), deinde malo (leichtfertig etc.) adhibita. De h. v. et derivatis v. præter Schneiderum L. g. et Böckh. nott. critt. l. c. inprimis Bekker. Anecdd. grr. 92, 6. Zonar. Lex. T. I. p. 903. 912. Ubi Tittmannus. De bona vocis vi est locus classicus apud Aristotelem Eth. IV, 8. Zell. Ubi editor T. 2. p. 157. Quocum conf. Ammonius I, 36. Lips. [14]) — *κέρδεσσ'.* *Lucro.* Nem. XI, 62: *Κερδέων δὲ χρὴ μέτρον θηρευέμεν. Tenendus lucri modus.* Hes. opp. et d. 350. Gaisf.: *Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσ' ἄταισιν.* Poeta Diogenis L. IV, 66: *Τὰ πλέω κακὰ κέρδη ἔχοντα μολεῖν εἰς ᾅδην.* Ubi H. Steph. me-

---

13) De confusione vv. *εὐτράπ.*, *ἐκτράπ.*, *ἐντράπ.*, quam in schol. Pyth. IV, 185. vides, cfr. quoque critt. ad Theogn l. cit.

14) Voci *εὐτράπελος* opponitur *δυστράπελος*, cujus passivam vim habet Soph. Ai. 908. Ubi schol. Adde Zon. v. *δυστράπ.* T. I. p. 578. Tittm.

lius cogitasset de Hes. l. modo allato. Menandri Fragm. inc. XCVII (Meineke p. 227): *Τὰ μεγάλα κέρδη ῥᾳδίως ἢ πλουσίους Τοὺς παραβόλως πλέοντας ἢ νεκροὺς ποιεῖ.* Adde Gnomicorum sententias v. *κέρδος* (Gnomm. Brunck.). *Ne decipi te patiaris lucro facile evertendo*, i. e. *male fido, caduco, vano*. Non aliter Thierschius. Generaliter loquitur h. l. de *pecunia*, antea de *eroganda*. Jam sequentia non ultimum præceptum spectant, sed novum sententiarum ordinem inchoant. Atque hæc nostra interpretatio usu Pindari commendatur, alia non mediocriter contextu, ut sint *κέρδεα artes* (adulatorum).[15]) Heynius: „Noli te pati circumveniri fraudulentis adulatorum blanditiis, laudibus. Non adulatorum voces, sed gloria post mortem superstes declarat posteris, qualis aliquis fuerit." Similiter Gurlittius, all. — *ὀπιθόμβροτον* etc. *In omni vitæ tuae ratione noli aequalium judicia spectare, sed posterorum. Hi soli vere declarabunt, qualis fueris. Aequales adulando mentiri solent.* — *ἀπoιχoμένων. Mortuorum.* Cf. Pyth. III, 4. Adde Bach. l. c. p. 70. Abesse vox poterat, cum antecesserit

---

15) *Κέρδεα* Homero *artes* esse, nota res, coll. Damm. Lex. hom. p. 2759. Addo Theogn. 835 (Bekk.): *Ἀνδρῶν τε βίη καὶ κέρδεα δειλὰ καὶ ὕβρις.* Opp. Cyn. III, 410: *Ἦ γάρ τοι κέρδεσσι κατέκτανε διπλόα φῦλα.* IV, 6: *Κέρδεα αἰολόβουλα.* Nonn. Dionys. XXXVII, 185: *Ἵππια κέρδεα τέχνης.* Neque aliter nonnunquam singularis. Aesch. VII Theb. 433. Blomf.: *Καὶ τῷδε κέρδει κέρδος ἄλλο τίκτεται: Et huic arti alia ars nata, parata est.* Ubi non debebat Britannus turbas interpretandi movere Glossar. p. 132. Lips. Postremo observandum, nostratium quoque Vortheil duplicem lucri et artis significationem habere.

ὀπιθόμβροτον. — *καὶ λογίοις καὶ ἀοιδοῖς.* Hos dativos, non ablativos esse, alii rectę viderunt, coll. Gedik. Gurlitt. Böckh. *Historicis et poetis narrandam vitam praebet.* Pyth. IV, 119 (coll. Isthm. VIII, 130): *Ἀπὸ δ' αὐτὸν ἐγὼ Μοίσαισι δώσω.* Ubi Heynius. VI, 14: *Φάει δὲ πρόσωπον ἐν καθαρῷ πατρὶ τεῷ, Θρασύβουλε, κοινάν τε γενεᾷ λόγοισι θνατῶν εὔδοξον ἅρματι νίκαν Κρισαίαισιν ἐν πτυχαῖς ἀπαγγελεῖ.* Ubi Böckhius. Paulo aliter Nem. III, 18: *Ἐγὼ δ' ἐκείνων τέ νιν* (hymnum) *ὀάροις λύρᾳ τε κοινάσομαι.* Ubi Dissenius. Ad sententiam cfr. Nem. VI, 50: *Παροιχομένων γὰρ ἀνέρων ἀοιδοὶ καὶ λόγιοι τὰ καλά σφιν ἔργα ἐκόμισαν.* De *λογίοις* v. omnino Creuz. histor. Kunst d. Griech. p. 176 sqq. Ubi iis, quæ de *λογογράφοις* collecta sunt, addo Plat. Phædr. c. 39. Ast.: *Ἀθάνατος γενέσθαι λογογράφος ἐν πόλει.* c. 47: *Ἀνάγκην λογογραφικήν.* Scholiastæ v. 181. (coll. Bach. l. c. p. 70.) *λόγιοι* sunt *πεζογράφοι, ἀοιδοὶ* vero *ποιηταί.* Idem *λογογράφου* apud Aristotelem (Rhetor. III, 12) sensus, monente Creuz. l. c. p. 180. — Sensum v. *λόγος* magis historicum quam poeticum monstrat Näkius ad Chör. p. 119 seq. — *μανύει. Indicat.* Breve *υ* verbum habet ut alibi apud P., longum *μηνύεις* Anthol. Pal. VII, 100, 3 (Plato) et *μήνυσις* Menandr. Sent. sing. v. 68. p. 338. Meineke. — *νηλέα νόον.* Jungere potes vel cum *καυτῆρα* vel cum *Φαλ.* An est distinguendum: *Καυτῆρα, νηλέα. νόον*? Amant sc. lyrici majores sententias in parva membra dispescere. — *ἐχθρὰ κατέχει φάτις. Inimica* (Ol. II, 108: *Ἐχθρᾷ ἀνάγκᾳ*) *tenet fama.* Ol. VII, 17: *Ὃν φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί.* Adde Gurlitt. l. c. p. 22. Anthol. Palat. ed. Jac. T. II. p. 843. Epigr. CCLXX, 11 (Incertus): *Ὄφρα σε καὶ μετόπισθεν ἔχοι*

χλέος. Eurip. Dan. 54: *Λαπάην βάξις ἔχει*. Alius generis est *λόγος ἔχει με* Eurip. Hec. 558. Matth., sc. *Habeo, quod dicam*. Locutionem *λόγος κατέχει* (*est fama*), sequ. acc. c. inf., illustrat Boisson. ad Aristæn. Epist. I, 10. Absolutum *κατέχει δόξα* habet schol. h. carm. v. 185. — *οὐδέ μιν φόρμιγγες ὑπωρόφιαι κοινωνίαν μαλθακὰν παίδων ὀάροισι δέχονται*. Quidam jungent: *Φόρμιγγες ὀάροισι* (suis vocibus) *δέχονται* (εἰς) *κοιν. μαλθ. παίδων*. Sed ὄαρος non est instrumentorum musicorum, sed hominum, de quo v. Spanhem. ad Callim. Pall. 66. Anthol. gr. Lips. T. XIII. p. 347. v. ὄαρος. Schneider. Lex. gr. eâd. v. Deinde Böckhius jungit *κοινωνίαν ὀάροισι παίδων*: *In consortium molle cum puerorum cantibus*. Similiter Gurlittius, qui tamen in nott. aliam viam ingreditur. Ita *κοινωνία* dativum regere videtur. Dices, dativum pendere ab universa sententia antecedente, ut dicitur *εἰς ἔχθραν βαλεῖν τινι* Aesch. Prom. 395 sq. Blomf.? Sed exspectatur duplex consortium, non simplex. Spanhemius l. c.: *In consortium suave, cum puerorum cantilenis*. Ita distinguitur *κοιν.* ab *ὀάροις*. Nec tamen dicitur, cujus sit illa *κοινωνία*. Gedikio et Thierschio est *κοινωνία* pro *κοιν. δείπνου*. Verum epulæ ab *hac* loci parte absunt. Gurlittius (in notis): „*Κοινωνίαν* für *κοινωνὸς* steht mit *μιν* in Apposition, und wird Dem abgesprochen, der nicht mit einen Gegenstand der angenehmen Gesänge und des sanften Spiels der Lyra ausmacht." Ad verum hoc accedit, nec tamen expositum vides, quomodo singulis loci partibus hæc interpretatio adaptari possit. Dein valde quidem arridet *κοινωνίαν* pro *κοινωνόν*. Sed desunt rei exempla. Hinc cum schol. v. 188. et rell. interprr. supplen-

supplendum εἰς, quamquam vel hoc exemplis destitutum videb. Jam erit *χοινωνία* lyrarum. *Neque eum lyræ domesticæ in molle suum consortium inter* (ἐν) *puerorum cantus* (*confabulationes*) *recipiunt.* Nem. III, 18. iterum habes lyram, quacum (et juvenum cantibus) aliquid communicatur, *χοινοῦται.* Ita enim isto loco: Ἐγὼ δ' ἐκείνων (*juvenum* v. 8) τέ μιν (carmen v. 18) ὀάροις λύρᾳ τε χοινώσομαι. Quem l. mihi indicavit Spanhem. l. c., licet male interpretans verba poetæ. Similiter h. l. P. dicere poterat: *In consortium suum* (lyrarum) *et canticorum puerilium,* quod utrumque musicam festivitatis constituit. Sed libere beneque (ad vitandos ultimo loco genitivos) παίδων, inquit, ὀάροισι. — τὸ δὲ παθεῖν εὖ πρῶτον ἄθλων, εὖ δ' ἀκούειν δευτέρα μοῖρα. *Sola per se felicitas non sufficit, ut evadat finis bonorum. Accedere debet gloria. Quod nunc in Hieronem cadit, a poetis ob victoriam* etc. *cantatum. Idem vero operam det, ut post mortem quoque Crœsi instar canatur, quae vera immortalitas est.* Adde schol. v. 191. et Bachium l. c. p. 74. Ad sententiam facit v. 95 sqq. Bachiusque confert Isthm. V, 14—20. Idem in Solonis precibus ordo V, 3: Ὄλβον ἐμοὶ πρὸς θεῶν μακάρων δότε (Musæ), καὶ πρὸς ἁπάντων Ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν. Deinde πρῶτον ἆθλον idem est quod πρώτη μοῖρα Soph. Oed. C. 140., ubi Döderl. — ἀμφοτέροις etc. *Qui in utramque sortem inciderit eamque nactus fuerit.* Copiose dictum pro simplici: *Qui utrumque nactus fuerit.* Alii ἔλῃ ad victoriam trahunt, obliti, hanc antecedentibus inesse.

[ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ Β']

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΙ

ΑΡΜΑΤΙ.

V. 1—23.

Μεγαλοπόλιες ὦ Συράκοσαι. ***Magnae Syracusae.*** Pyth. VII, 1: *Μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι.* Eurip. Tro. 1282: *Ἁ μεγαλόπολις Τροία.* Anthol. Palat. T. II. p. 824 (Incertus): *Δῆμος μεγαλόπτολις.* Magnitudinem Syracusarum testatur Cic. Verr. II, 4, 52. 53: *Urbem Syracusas maximam esse Graecarum urbium pulcherrimamque, saepe audistis... Ea tanta est urbs, ut ex quatuor urbibus maximis constare dicatur.* Idem de rep. III, 31: *Urbs illa* (Syracusæ) *praeclara, quam ait Timaeus graecarum maximam, omnium autem esse pulcherrimam.* Addatur inprimis Göllerus: De situ et origine Syracusarum pag. 37 — 41. — *τέμενος Ἄρεος. Fanum Martis.* Nonn. Dionys. XLI, 148: Beroe, *Ἄρεος αὐλή.* Hujus laudis rationem docte exposuit Böckhius. — *λιπαρᾶν Θηβᾶν.* Fragm. dithyr. IX (Heyne III, 73. Böckh. II, 2, 662): *Λιπαρᾶν Θηβᾶν.* Idem quod *πολύκλειτος.* Fragm. inc. LXXXVI (Heyne III,

123): *Πολύχλειτον Θήβαν.* Est apud Nostrum (coll. indicc.) et alibi urbium regionumque laus. Graviter vero Thebas Syracusis oppositas vides, quod tum quoque aptum videri poterit, quum carminis initio nihil inesse putaveris, quam Thebis afferri carmen. Florebant Thebæ antiquitatis laude (scholl. v. 6), Syracusæ præsentiæ temporisque proxime elapsi. De loco victoriæ acute disputat Böckhius. — *φέρων ἔρχομαι.* Significare vv. videntur non iter poeticum, sed veram carminis adportationem per eum factam, qui hæc dicit, s. Chorus sit, s. Pindarus. Bene tamen schol. v. 6: *Οὐκ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος εἰς τὰς Συρακούσας ἦκων ταῦτά φησιν· οὐ γὰρ ἀφῖκται πρὸς τὸν Ἱέρωνα· ἀλλ' ἡ ᾠδὴ ἐπιστολιμαία ἐστίν. ἤτοι οὖν ἐκ τοῦ διακομίσαντος τὴν ᾠδὴν πρὸς τὸν τύραννόν ἐστιν ὁ λόγος, ἢ ἐκ τοῦ χοροῦ· διὰ γὰρ χοροῦ ἔπεμπε τοὺς ἐπινίκους.* Cui Græcorum sententiæ favere puto versum 125 sq., ubi vocem *πέμπεται* melius præsens chorus suo nomine, quam Pindarus absens dicere videtur. Verisimile igitur, ex iisdem hominibus, qui pompam triumphalem constituebant, chorum constitisse, cui carminis nostri decantatio mandabatur. V. tamen ad v. 125. — *ἀγγελίαν.* *Carmen* victoriæ nuntius esse dicitur, non *is, qui haec dicit*. Hinc erit *ἀγγελία* latiore vi *praeconium victoriae*, coll. Nem. VI, 99: *Ἄγγελος ἔβαν. Laudator sum.* — *τετραορίας ἐλελίχθονος.* Quadriga terram pulsare dicitur, velut *Βάκχιος* (Bacchus, coll. Moschione Stob. Ecl. Phys. p. 145. Grot.) Soph. Ant. 153. — *ἐν ᾷ.* Præpositio omittitur in locis simillimis Ol. VIII, 26: *Κρατέων πάλᾳ.* Isthm. II, 21: *Ἱπποδρομίᾳ κρατέων.* — *ἀνέδησεν Ὀρτυγίαν στεφάνοις.* De hac activi *ἀναδέω* constructione videndus

Schneiderus L. g. v. Medium habet accusativum coronæ, coll. Schn. ibidem. Addo Anthol. Pal. T. II. p. 740 (Thomas Patricius): *Ὅς τόσσους ἀνεδήσατο πρὶν στεφάνους*. De Ortygia, Hieronis sede, v. ad Ol. VI. p. 231. Ibique erant Tyranni *ἱπποτροφεῖα*, monente schol. v. 9. — *ποταμίας Ἀρτέμιδος*. Schol. v. 12. de Diana Alpheoa cogitat, quem e recentibus quidam sectantur. An latius patet vox, coll. Horat. Od. I, 21, 5: (Dianam) *laetam fluviis?* Max. Tyr. Or. VIII, 1. Reiske: *Ἱερὰ δὲ Ἀρτέμιδος πηγαὶ ναμάτων*. Unde nymphæ fluviatiles illam comitabantur, de quo v. Spanh. ad Callim. Dian. 15. Fuitne D. *ποτ.* ob cervos suos *ποταμηπόρους* Opp. Cyn. II, 278? Causam prædicatorum similium aperire conatur Creuzerus Mythol. T. II. p. 182. 772. — *ἅς οὐκ ἄτερ. Cujus auxilio*. Pyth. V, 101: *Οὐ θεῶν ἄτερ. Non sine Dis*. Favit Hieroni ob insignem religionem in insula illi habitam, de qua v. Cic. Verr. II, 4, 53. Mercurii commemoratio latius patet. — *ἀγαναῖσιν ἐν χερσίν. Teneris manibus*. Victoriam *pullis equinis*, non *equis perfectis* partam fuisse, ex his verbis consequi aliquibus videtur. Sed *ἀγαναῖσιν* poterit animalium sextui (*κείνας*) ornate respondere; vel illi quadrigæ præ ceteris favebat Hiero.[1]) Oppositum nostræ dictioni Gedikius (Pind. pyth. Siegshymn. p. 70 sq.) putat Aeschyleum *βαρείαις* in sententia consimili, supplens *χερσί*. Ubi tamen alii *ζεύγλαις* etc. subintelligent. Aliis *ἀγ.* h. l. est *agilis* (behend, gelenkig), renitente vocis significatione, de qua v. Schn. L. gr. v. Bekker. Anecdd. grr.

1) Ex his si alterutrum elegeris, labefactabitur eorum opinio, qui ob h. dictionem neque de Pythia, neque de Olympia victoria cogitari posse statuunt. Alia v. ad vv. 39 sqq. p. 541 sqq.

335, 12 sq. — *ἐδάμασσε*. *Domuit* (*in concertando*), i. e. *rexit*. De *erudiendis* jumentis cave cogites. Obstant sequentia, inprimis vv. *ὀρσοτρίαιναν .. θεόν*. — *ἐπί*. Schol. v. 16: *Τὸ ἐπὶ τῷ τίθησι συναπτέον*. — *χερὶ διδύμᾳ*. *Utraque manu*. Significatur Dianæ in ornandis animalibus studium et industria. — *ἐναγώνιος Ἑρμῆς*. V. ad Olymp. VI. p. 221. Adde schol. v. 18. et Nonn. Dionys. X, 337: *Ἐναγώνιος Ἑρμῆς*. — *αἰγλᾶντα κόσμον*. Ornamenta equestria, *phaleras*, quas expressas vides Orph. Argon. 587. Herm.: *Χρυσείων φαλάρων πολυτεχνέα κόσμον*. — In reliquis junge: *Καταζ. σθ. ἵ. ἐν ξεστὸν δ. ἅ. τε π.* Tum erit *ἐν* pro *εἰς* æolice, coll. schol. v. 21. et Heyne nott. critt. Vel *ἐν* erit *simul*, de quo adeundus Herm. ad Vig. p. 854. Vel junges *ἐγκαταζευγνύῃ*, ut sit *ξεστὸν* etc. pro *εἰς, κατὰ ξ.*, quod placet scholiastæ v. 20. — *πεισιχάλινα* sunt *ἅρματα* ob equos *frenis obsequentes* (*φιλήνιοι ἵπποι* Aesch. Prom. 474. Blomf.). Affert Gedik. l. c. p. 72. Virg. Ge. I, 515: *Fertur equis auriga, neque audit currus habenas*. Ubi tamen currus a nostro *ἅρμ.* aliquantulum differt. — *σθένος ἵππιον*. V. ad Ol. VI. p. 194. — *Ὀρσοτρίαιναν*. *Qui tridentem quatit*. Böttigerus (Amalth. II, 312. not.): *Erectorem tridentis*. De h. Neptuni epitheto (coll. Ol. VIII, 64.) similibusque videndi omnino Spanhem. ad Callim. Del. 31. et Böttig. l. c. p. 303—336., coll. censore Amaltheæ in Heidelberg. Ephemer. 1823. p. 1241 sqq. Eodem redit *κυβερνητῆρι τριαίνης* Nonn. Dionys. XXXVII, 344. XLII, 27. Neptunum invocat Hiero ob victoriam equestrem, veluti Pelops Ol. I, 119 sqq. Deorum antecedentium in quadriga regis interventus prosperum certaminis eventum spondet.

V. 24—38.

Exposita regis victoria P. ad aliam carminis partem progreditur, quæ laudem et admonitionem complectitur. Præit laus (sc. regis cum Cinyra Cyprio comparatio), succedit admonitio (vv. 39 sqq.), quam Ixionis exemplum suppeditat. — *εὐαχέα ὕμνον. Sonorum hymnum.* Eurip. Jon. 882. Matth.: *Μουσᾶν ὕμνους εὐαχήτους.* Aliud *πολύφατος ὕμνος* Ol. I, 13. p. 10. — Cum *ἐτέλεσσεν* cfr. Pyth. I, 153. — *ἄποιν' ἀρετᾶς.* Schol. v. 24: *Ὄντα τὸν ὕμνον ἀμοιβὴν καὶ λύτρα τῆς ἀρετῆς.* Sententia apud P. trita. Cf. Nem. VII, 22: *Εἰ Μναμοσύνας ἔχατι λιπαράμπυκος εὕρῃ τις ἄποινα μόχθων κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς.* V. *ποινὴ* et similia illustrat Spanhem. ad Callim. Dian. 263. — *ἀμφὶ Κινύραν.* Laudatur Cinyras Cypriorum carminibus, quibus multifariam benefecit, de quo v. inprimis Gurlitt. (Pind. pyth. Siegsges. II. p. 7). Sensum vocis aperit Schwenck. Etymol. mythol. Andeutgg. p. 239., coll. Spanhemii annotatione docta ad Callim. Apoll. 20. — *Κυπρίων φᾶμαι. Cypriorum famae, voces, sermones, carmina.* Ol. VII, 18: *Φᾶμαι ἀγαθαί.* Pluralem vocis latinæ (*fama*) in prosa reprehendit Seneca Epist. CXIV. fin. Fueruntne istæ *φᾶμαι* carmina *Cypria*, an *threni* quidam in Adoniis istius insulæ? — *τὸν ἐφίλασσ' Ἀπόλλων.* I. e. *Qui musica excelluit.* V. Gurlitt. l. c. p. 7. Fähse Pindaros Siegshymn. II, 237. Mülleri Doriens. I, 348. not. [2]) Hinc idem *μάντις* Clementi Alexandrino Strom. p. 333. Sylb. Ob deorum favorem iterum laudatur Nem. VIII, 30. Cinyram in majoribus Hieronis habitum,

---

2) Schol. v. 31. vix bene: *Ὅτι ὑπὸ τῶν μουσικῶν ἐγκωμιαζόμενος (ἦν).* Neque aliter Thierschius.

refert schol. v. 27. Unde non incommodam Cinyræ mentionem ait Böckhius. De Apollinis amore, quî faciat ad res Hieronis, nihil apud interpretes. Voluit puto, ut Pyth. I., regem Cinyræ musici exemplo, quem deinde mitem vocat, ad humanitatem a studiis musicis proficiscentem clementiamque permovere. Postremo gloriam Cinyræ antiquam spectat Anthol. Pal. T. II. p. 639 (Apollonidas): *Θαύμασε τὸν Κινύραν ὁ πάλαι χρόνος.* Ad quem l. v. Jacobs. Anthol. gr. Lips. T. VIII. p. 353.— *προφρόνως. Studiose.* V. Nem. I, 50. Isthm. IV, 73. — *ἱερέα κτίλον Ἀφροδίτας.* Cui deæ templum extruxisse fertur, coll. interprr. Jam de industria dictum *mitem sacerdotem Veneris.* Spectant hæc Hieronis ingenium, a sævitia non alienum. Cum *κτίλος* (*cicur*, quæ verbi vis Fragm. inc. CLXXI., deinde *mansuetus*, coll. schol. v. 31. Schneideri L. g. v.) cfr. formulas Latinorum *cicur ingenium, cicur consilium.* Heynius mirifice distinguit *ἐφίλασ' Ἀπόλλων ἱερέα, κτίλον Ἀφροδίτας.* Similiter Gedikius. — *ἄγει δὲ χάρις φίλων ποίνιμος ἀντὶ ἔργων ὀπιζομένα.* In his tenendam Spigelii conjecturam *ποίνιμος* pro *ποί τινος*, persuadet quoque scholiastæ *ἀμειπτική*; ac dici *ποίνιμος Ἐριννύς, δίκη, λιθοκτονία, ποίνιμα πάθη*, refert Schneid. L. g. v. Ahlwardtii scriptio (*ποί τινος!*) paucis se probabit. Exclamatio enim h. l. posita frigere videtur. In singulis junge *φίλων ἀντὶ ἔργων*, non *χάρις φίλων* (quod fecit Thiersch.), ut *ἔργων* habeat epitheton. Sunt autem *φίλα ἔργα opera, quæ amicitiam, lætitiam* movent, coll. Ol. I, 136; *Πρᾶξιν φίλαν: eventum lætum.* Deinde álii jungent: *Χάρις ὀπιζομένα, ποίνιμος ἀντὶ ἔργων φίλων.* Alii: *Χάρις ποίνιμος* (coll. exempll. supra citt.), *ἀντὶ ἔργων φίλων*

ὀπιζομένα. Alii X. π. ἀ. ἔ. φ., *ὀπιζομένα* (*postero tempore habita*). — *ἄγει.* Scholl. v. 32. male supplent *ἑαυτήν*, vel *ποιητήν* (Pindarum). Melius subintelliges *τοὺς ἀνθρώπους*, ut locus sit sententiosus. Nec tamen spernendum, quod interprr. recc. habent: *αὐτούς*, sc. *Κυπρίους*. — *Quo* vero ducat *χάρις* s. homines s. Cyprios, tacet poeta. Dices: *Ad se*. Quocum conferes Nostratium illud: Anziehen, begeistern, coll. *λαμβάνειν* et *αἱρεῖν* p. 46. Addo Horat. Sat. II, 7, 102: *Ducor libo fumante*, ich werde von ihm *angezogen*. Alii ex antecedentibus supplebunt *πρὸς τὸ κελαδεῖν*. Cui interpretationi mirifice favet Pyth. VII, 11: *Ἄγοντι δέ με πέντε μὲν Ἰσθμοῖ νῖκαι* etc. Ubi schol. ex præmissis supplet: *Ἐπὶ τὸν ὕμνον*. Quod expressum in loco Euripidis simillimo Phaeth. 44 (Herm.): *Κῶμον δ' ὑμεναίων δεσποσύνων ἐμὲ καὶ τὸ δίκαιον ἄγει καὶ ἔρως ὑμνεῖν*. — Post *Ἀφρ.* et *ὀπιζ.* puncta fige, non kola. Nec enim locus est vel parentheticus (adeoque ambiguus inter antecedd. et seqq.), vel sola sequentia spectans. Repetit ea, quæ de Cypriis Cinyram colentibus dicta sunt. — *σὲ δ', ὦ Δεινομένεις παῖ, Ζεφυρία πρὸ δόμων Λοκρὶς παρθένος ἀπύει.* Comparatur Hiero cum Cinyra, eumque in finem exemplum petitur e populo Siciliam adjacente, Locrensibus Epizephyriis, quibus Hiero periculum a Rheginis imminens averterat. Hos vero ideo electos puto, quod musicæ poeseosque studio florentes (Ol. X. XI), his ipsis, quibus pollebant, artibus Hieronem decorasse videntur. Opponuntur igitur Cypriorum et Locrensium carmina, ut Cinyras atque Hiero. Schol. v. 34: *Ἀννμονῦσι μὲν τὸν Κινύραν οἱ Κύπριοι· σὲ δέ, ὦ Δεινομένεις παῖ Ἱέρων, αἱ Ἐπιζεφύριαι παρθένοι.* His positis vide, quæ sit Böckhiano argumento fides, quò

suam de tempore locoque victoriæ regiæ suspicionem firmare conatur. Ita vir acutus in introductione: „Præterea nuperrime Hiero Locros Epizephyrios servaverat (v. 18—20); nam nisi recens admodum ea res fuisset, non ceteris rebus omnibus omissis de ea potissimum poeta dixisset. Quod quis enim dicat, Locricas res nunc a poeta prælatas esse, quod exemplo opus fuerit *gratorum hominum;* id verum quidem est: neque tamen hoc id exemplo Pindarus probaturus erat, si res fuisset diu ante gesta et jamjam obsoleta; erantque etiam alii, non soli Locrenses, ab Hierone servati, ut Cumæi (v. ad Pyth. I), quos gratos non fuisse nemo tradit. Itaque Locrenses nunc poeta elegit, quod eos Hiero nuper servaverat: Cumæis tum nondum auxilium tulerat.“ — *πρὸ δόμων. Exire possunt domibus suis, metu bellico liberatæ.* Schol. v. 34: *Προελθοῦσαι τῶν οἴκων.* Hoc melius, quam quod aliis videtur: *In viis locisque publicis.* — *χαμάτων ἐξ ἀμαχάνων.* Simile *ἄμαχον* v. 139. Soph. El. 140: *Ἀμήχανον ἄλγος.* Archil. Fr. XIV, 1. Gaisf.: *ἀμηχάνοισι κήδεσιν.* — *διὰ τεὰν δύναμιν. Tua potestate intercedente.* Matth. Gr. gr. mai. p. 848. — *δραχεῖσ' ἀσφαλές.* Pro *ἀσφάλειαν*, ut dicitur *ὁρᾶν ἀλκάν* etc. p. 371. Aut erit pro adverbio, coll. schol. v. 34: *Στερεῶς, ἀσφαλῶς, ἀφόβως.* Et infra v. 45: *Σαφὲς* pro *σαφῶς.* Postremo quare in loco pulcherrimo virgines P. elegerit, bene exposuit Böckhius.

V. 39—96.

Pii in beneficos Cyprii et Locrenses, impius Ixion, Junone tentata animum ingratum testatus. Deinde aliud Ixionis facinus (soceri cædes) annectitur, atque ille dupliciter impius (v. 55) dicitur. Hic est sententiarum ordo

tenorque, non is, quem Böckhius statuit: „*Tres* ob causas Pindarum de Ixionis moribus disputare, primum ob *superbiam* Ixionis, a qua dehortari Hieronem velit: deinde ob *soceri necessitudine juncti cædem:* denique ob *connubium scelestum expetitum, animi* sc. *ingrati indicium*." Ex his prima causa nullibi satis apparet. Superbia enim v. 94 (*ὑψιφρόνων τιν'*) obvia, si Ixionem spectat, ab ingrato ejus animo vix poterit discerni, cum hic ex isto quasi fonte manarit. Tertia autem, quam B. vocat, potissima est causa, cui secunda *accedit*, occasionem illâ suppeditante. Jam quare ad Ixionis res P. delatus sit, ingeniosissime quidem primus ex Hieronis historia suspicatur Böckhius, nec tamen e carminis ipsius loco aliquo adstruit: „Hieronem sc. eo tempore insidias struxisse fratri Polyzelo, ejusque conjugem concupisse. Ab utroque facinore ut regem deterreret, usum Ixionis exemplo." Maxime hoc ex iis probabile, quæ absolutâ Ixionis historia de Archilocho poeta eodem contextu subjungit: *Nolle se Archilochi instar in maledicentiæ crimen incurrere*. Quod quum *aequalium* aliquem non potuerit non spectare (æquales enim lacerabat Archilochus), quis commodius eligetur quam is, ad quem hoc carmen dirigitur, Hiero, quem alibi (Ol. I) Tantali exemplo ab *ὕβρει* avocat? V. quoque Böckh. Explicc. p. 247. Quamquam id nondum satis compertum habeo, quo tempore quoque consilio Ixionis historiam Hieronis rebus applicuerit. Böckhius: „Beneficia beneficiis remuneranda sunt; ita Cinyræ gratia habetur a Cypriis, tibi a Locrensibus; hoc tu quoque tene. Polyzelo gratias refer, et abstine te ab impiis conatibus." Verum ea molimina ita jam tum aliis innotuisse dubitabis; neque obstare quid vi-

deo, quominus post compositas res (sc. frustra Hiero laboraverat) regem poeta his fere verbis admonere potuerit: *Beneficia beneficiis remuneranda sunt; ita Cinyræ gratia habetur a Cypriis, tibi a Locrensibus. Hoc non in te cadit, impia molitum in eos, quos gratibus, non insidiis prosequi debebas. Verum, ne Ixionis instar puniaris, abstine jam ab istiusmodi facinoribus, quibusque gratias referre debes, iis referre ne detrectes.*

Ἰξίονα . . ἐν πτερόεντι τροχῷ κυλινδόμενον. Eurip. Herc. f. 1268: *Τὸν ἁρματήλατον Ἰξίον' ἐν δεσμοῖσιν.* Nonn. Dionys. XXXV, 295: *Εἰς τροχὸν αὐτοκύλιστον, ὁμόδρομος οἷος ἀλήτης Τάνταλος ἠερόφοιτος ἢ Ἰξίων μετανάστης.* Rotæ supplicium Græcis proprium illustrat Elmenh. ad Appul. Metam. p. 188. Oudend., et Oudend. ad eund. p. 697., monente Jacobs. ad Ach. Tat. VI, 21. p. 875. Fuit servorum pœna, coll. Elmenh. l. c. Captivi quoque ita nonnunquam puniti. Videatur Columnæ Traj. tabula IX., monente Ginzrot: Die Wagen und Fahrwerke der Griechen und Römer. T. I. p. 88. Tenet ibi Dacus captivum Romanum rotæ illigatum. Servilis quoque Promethei pœna, sc. columnæ alligati, Hes. theog. 522., coll. ibid. schol. Jam scriptores Latt. Ixionis rotam memorantes v. in LL. latt. v. rota. Ixionis rota est Baurio (Symbolik II, 2, 444. not.) *vigor animi humani indefessus*. Cum *ambitione* confert Dio Chrysost. Or. IV. p. 180. Reiske. Jam *τρόχος* scribendum sit an *τροχός*, de eo adi Elmsleium ad Eur. Med. 45 (p. 72. ed. Lips.). — *ἔμαθε δὲ σαφές.* Schol. v. 45: *Ὅτι δεῖ τὸν εὐεργέτην ἀνταμείβεσθαι.* Simplicius erit: *Gratiam habere.* — *παρὰ Κρονίδαις. Apud deos.* Pyth. V, 169: *Ὦ Κρονίδαι μάκαρες. O*

dii beati. Denominatio deorum a parte quadam (Cronidis sensu proprio) petita, qui reliquorum principatum tenuerunt. Quique h. l. Cronidæ dicuntur, iidem *ὀλύμπου σχοποὶ* dicuntur Ol. I, 85., qui locus nostræ sententiæ fere geminus est. Quod vero Böckhius de h. loci plurali præcipit, nec ab omni parte verum est (coll. ad Ol. IX. p. 352), et ab h. l. alienum. — *ἑλὼν βίοτον. Nactus vitam*. V. 54: *Ἕλε μόχθον*. Adi nos ad Ol. I, 89. p. 37. — *μαχρὸν οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον. Magnam non sustinuit felicitatem*. Bene Heynius comparat Ol. I, 87 sq. Adde Pyth. V, 15. ibique notata. Jam cum *μ. ὄ.* compara Pyth. XI, 79: *Μαχροτέρῳ ὄλβῳ. — τὰν Διὸς εὐναὶ λάχον πολυγαθέες. Quam nactus Jupiter conjugem*. Cfr. Ol. I, 84. Eurip. Hel. 213: *Ἀϊὼν δυσαίων τίς ἔλαχεν;* Apoll. Rh. II, 258: *Ἤ μ' ἔλαχεν χήρ.* Anthol. Pal. ed. Jac. T. III. p. 968: *Σῶμα λαχοῦσα πέτρη.* Similiter *ἑλεῖν* Inc. Rhes. 732. Matth., nec non *ἔχειν* Eurip. El. 20. Cum *Διὸς εὐναὶ* cfr. Nonn. Dionys. III, 195. XXVII, 81: *Διὸς εὐναί. — ἀάταν ὑπεράφανον. Scelus ingens*. Sed Ol. I, 89. est *ἄταν ὑπέροπλον, miseriam ingentem*. — *ἐοικότ'. Digna, justa*. V. Boisson. ad Aristæn. Epist. I, 13. p. 430. — *ἐξαίρετον. Insignem*. Addit Böckh.: *Et solius Ixionis in pœnam excogitatum*. Sed v. *ἐξαίρ.* in indice. Pindarr. — *Ἕλε μόχθον*. V. ad Ol. I, 89. p. 37. Gurlitt. l. c. p. 9. verbo *Ἕλε* ad captationem Junonis s. Nepheles alludi putat, quod ob exempla p. 37. congesta non est verisimile. — *δύο δ' ἀμπλαχίαι (flagitia*, coll. Isthm. VI, 43) *φερέπονοι τελέθοντι*. Sententiose inchoat Pindarus; in subsequentibus oratio ad Ixionem recurrit. Eadem schol. v. 54. sententia: *Πόνον καὶ τιμωρίαν τοῖς ἁμαρτά-*

νουσιν ἐπιφέρουσαι. Alii juxta *τελέθ.* supplent *αὐτῷ;* aliis *τελέθ.* est pro imperfecto. — *τὸ μέν, ὅτι.* Respondet inconcinne *ὅτι τε.* V. Herm. ad Vig. p. 701. — *ἐμφύλιον αἷμα. Sanguinem domesticum*, i. e. *caedem dom.* Eurip. Suppl. 147: *Τυδεὺς μέν, αἷμα συγγενὲς φεύγων χθονός.* Ubi Markl. conf. Eurip. Oen.: *Αἷμα συγγενὲς φυγὼν Τυδεὺς Ὤιχησεν Ἄργος.* — *οὐκ ἄτερ τέχνας. Cum fraude*, coll. schol. v. 58. Unde atrocius delictum. Schol. cit.: *Τοῦτο δὲ λέγει διὰ τὸν βόθρον*, de quo v. schol. v. 39. — Jungendum utique *ἐπέμιξε θνατοῖς*, non suppleta vocula *ἐν*, recte vidit schol. v. 54: *Ἐνέμιξεν ἀνθρώποις· οἷον πρῶτος τὸν ἐμφύλιον φόνον ἐν ἀνθρώποις κατειργάσατο.* — *μεγαλοκευθέεσσιν ἔν ποτε θαλάμοις Διός. In magnis Jovis cubilibus*, utpote regiis. Cf. Nem. I, 62: *Θαλάμου μυχὸν εὐρύν: Alcmenae cubile.* — *χρὴ δὲ καθ' αὑτὸν αἰεὶ παντὸς ὁρᾶν* (*respicere*, ut forsan Pyth. I, 140. *ἰδὼν*) *μέτρον.* Isthm. VI, 103: *Μέτρα γνώμᾳ διώκων.* Homeri et Hesiodi certamen (Hes. ed. Lösn. p. 485): *Κάλλιστον μὲν τῶν ἀγαθῶν ἔσται μέτρον εἶναι Αὐτὸν ἑαυτῷ.* Bassus Anthol. Pal. X, CII, 4: *Καὶ μάλα μέτρον ἐγὼ τἄρχιον ἡσπασάμην.* V. quoque nott. ad Ol. XIII, 67. p. 453. Stob. floril. Tit. III. p. 44 sq. Gesn. Ceterum reassumit genus dicendi sententiosum, mox iterum (coll. v. 54) derelicturus. Aliis sequentia quoque (*εὐναὶ .. ἵκοντ'*) sententiosa videbuntur. Tum articulus *τὸν* optime se habebit. Prius præfero. — *ποτὶ καὶ τὸν ἵκοντ'*. In his *ποτὶ ἵκοντ'* jungo cum Schmidio et Benedicto, ut sit pro *ποθίκοντα* (*προσίκοντα*). Dein *εὐνὰς παρ.* ex antecedentibus repeto: *Venientem in cubilia illegitima*. Quod abesse poterat vel debebat [3]). Similes rei

3) An in hoc verbo (si ex antecedentibus nihil repetas) habes euphemisticam rei turpis significationem?

turpis formulæ Pyth. III, 176: *Ζεὺς πατὴρ ἤλυθεν ἐς λέχος ἰμερτὸν Θυώνᾳ.* Eurip. Herc. f. 780: *Διός, ὃς ἦλθεν ἐς εὐνὰς νύμφας τῆς Περσῇδος.* Nonn. Dion. VIII, 218: (*Ἄρης*) *ἐλθέτω ἐς σέο λέκτρα.* 248: (*Κρονίων*) *ἐλθέτω εἰς σέο λέκτρα.* Jam *καὶ* mihi minime vacat. Est enim (frustra puto renitente Gurlittio l. c. p. 10) i. q. *ut et alios quosdam*, alludendo ad eum, quem tangere poeta volebat, Hieronem, coll. Pyth. III, 97., ubi Aesculapius quoque (quamquam *primus*) auro seductus esse dicitur. Hac posita particulæ *καὶ* vi, neque *τὸν* abundat. Vel respondet nostro denn auch. Alia vexatissimi loci tentamina v. apud Heynium in nott. critt., Böckhium (nott. critt. p. 445. Explicc. p. 246), Ahlwardtium, coll. Böckh. in Append. Explicc. p. 690. Si mutare velis, optimum sane Jacobsii *κοῖτον*, et Böckhii *ἰόντ'*. Denique *ἴχοντ'* ad heroïs nomen alludere suspicatur Welckerus in libro satis acuto: Die Aeschyl. Trilogie Prometheus p. 550. not. — Post *ἴχοντ'* kolon fige, post *ἀνῆρ* punctum. — *νεφέλᾳ.* Personam in seqq. induit ut apud mythogrr., coll. Nitsch. mythol. Wörterb. Ed. II. v. *Nephele*. — *ψεῦδος γλυκύ.* Oxymori species, ut deinde *καλὸν πῆμα.* — *πρέπεν.* Schol. v. 69: *Ὅμοια ἦν.* Id. v. 72: *Διὰ τὸ ὡμοιῶσθαι τῇ Ἥρᾳ.* Cf. Eurip. Alc. 1068. 1140. Monk., ibique interprr. Schneideri L. gr. v. *πρέπω.* — *ὑπεροχωτάτᾳ οὐρανιᾶν.* *Præstantissimæ inter deas*, i. e. *reginæ*. Nem. I, 59: *Θεῶν βασίλεια*, Juno. — *Ζηνὸς παλάμαι.* Nem. X, 121: *Παλάμαις Διός.* — *καλὸν πῆμα.* *Pulchrum malum*. Schol. v. 72: *Καὶ ἄξιον βλάβος, ὡς καὶ Ἡσίοδος· καλὸν κακόν* [Theog. 585. Gaisf., non Opp. et D. 57., ut Heynius Böckhiusque habent in suis scholio-

rum editionibus]. *πῆμα δὲ καλόν φησι τὴν νεφέλην, καλὸν μὲν διὰ τὸ ὡμοιῶσθαι τῇ Ἥρᾳ, πῆμα δὲ ὡς πρὸς τὸ ἀποτέλεσμα, τὸ ἐξ αὐτῆς βλάβος. — τὸν δὲ τετράκναμον ἔπραξε δεσμόν, ἑὸν ὄλεθρον, ὅγ'.* Schol. v. 73: *Οἱ δὲ ἁρμάτειοι τροχοὶ τῶν ἀνθρώπων ἑξάκνημοί εἰσιν, οἱ δὲ τῶν θεῶν* [Junonis] *δι' ὑπερβολὴν τοῦ κόσμου* (ob majorem firmitatem et ob gravitatem corporis cœlestis. Damm. Lex. v. *ὀκτάκνημος*) *παρὰ τῷ Ὁμήρῳ* (Il. V, 723) *ὀκτάκνημοι εἶναι λέγονται. οἰκείως δὲ ὁ Πίνδαρος τὸν τοῦ Ἰξίονος τροχὸν τετράκνημόν φησιν, ἵνα τοῖς μὲν δυσὶ ποσὶ τὰς δύο, ταῖς δὲ δυσὶ χερσὶ τὰς δύο προσάψῃ κνήμας, ἴσον ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσίν, ὡς εἰς τὴν δέσιν τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν ἐξαρκεῖν.* Scite Böckhius allegat Pyth. IV, 381., ubi *τετρακνάμον' . . . κύκλῳ* (hæc enim jungenda) numero alarum pedumque motacillæ respondet, coll. ibi schol. et Heyn. Nimirum quatuor radii ad istum usum sufficiunt. Et hic est minimus radiorum numerus, summus quatuordecim, coll. Ginzrotio: Die Wagen und Fahrwerke der Griechen und Römer. T. I. p. 81. 82. Pendet eorum numerus potissimum a rotæ magnitudine, coll. Ginzr. ibid. Hinc currus (s. deorum s. hominum) rotas habent modo sex, modo octo etc. radiorum. Verum nec ista regula semper sibi constat. V. si tanti est Columnam Trai. ed. de Rossi, libros numarios, inprimis tabulas operis Ginzrotiani. — *τὰν πολύκοινον ἀνεδέξατ' ἀγγελίαν. Suscepit pronuntianda verba, multis* (i. e. *omnibus*, coll. *βροτοῖς* v. 40) *destinata.* Schol. v. 75: *Τὴν πᾶσιν ἐγνωσμένην· κοιναὶ γὰρ τὰ τοῦ Ἰξίονος.* Ita esse videtur *ἀγγελία nuntius de Ixionis calamitate.* Rectius idem ibidem: *Φρ-*

μην, ἣν δεδεμένος ἐν τῷ τροχῷ ἔλεγεν. ἔστι δὲ αὕτη, ὅτι χρὴ τοὺς εὐεργέτας χαλοῖς ἀμείβεσθαι. Aliis erit *ἀγγ. πολ.* (coll. Ol. III, 50) *Jovis edictum, multis pronuntiandum*. Heynius *ἀνεδέξατο* pro *ἀνεδείξατο* (*declaravit*) positum male putat. V. quoque Böckh. nott. critt. Jam de ordine eorum, quæ flagitium Ixionis secuta dicit poeta, ita Gurlittius: „P. erzählt die Bestrafung des Ixion früher, als das Gebähren der Wolke, anzudeuten, dafs Ixion augenblicklich nach der Frevelthat bestraft worden." Sc. partus suo tempore editus, heros suo tempore punitus. — *ἄνευ Χαρίτων.* Schol. v. 75: *Ἔξω συνουσίας* [4]). At Noster dicit: *Peperit illi γόνον.* Ergo coiverant, coll. v. 67: *Παρελέξατο.* Nubes enim illi pro dea fuerat (ibidem v. 68). Rectius omnino schol. v. 78: *Οἷον τὸν ἄχαριν. ἄχαρις γὰρ ἦν τις καὶ ἄγριος ὁ Νεφέλης καὶ Ἰξίονος Κένταυρος.* Consentiunt cum his, quæ de partu deinde dicuntur. Cum his comparandus Gurlittius, recte et copiose rem illustrans. Verum Böckhius quoque vidit, licet nullum argumentum suæ tractationi superstruens. — *μόνα καὶ μόνον. Sola illa talem partum edidit, partusque editus quasi solus,* i. e. *unicus, plane singularis fuit.* Sufficiebat vel *μόνα* vel *μόνον.* Nec tamen altera vox ab altera non adjuvatur. Adde schol. v. 80. Similiter in v. *solus* ludunt Romani, coll. Lexx. latt. — *οὔτ' ἐν ἀνδράσι γεραφόρον οὔτ' ἐν θεῶν νόμοις. Mortalibus cæli-*

4) Idem schol. Theopompi versus affert: *Παρ' ἐμοὶ τὰ λίαν μειράκια χαρίζεται Τοῖς ἡλικιώταις.* Male *λίαν τὰ μειρ.* legit Meursius in Reliq. Attic. c. VII. p. 29., notante Porsono ad Eurip. Iphig. A. 304 (ed. Markl. Lips.).

cœlitibusque contemtum. Causam aperit schol. v. 82: *Τὸν οὔτε τῆς τῶν ἀνθρώπων μετέχοντα φύσεως, οὔτε τῆς τῶν θεῶν.* Deinde concinnius quidem erit *νομοῖς* (*sedibus*), neque tamen ideo Pindaro conveniens. — *Κένταυρον.* Verum vocis etymon habet schol. v. 78 (*διὰ τὸ ἀποκεντῆσαι τοὺς ταύρους*), coll. ibidem docta Böckhii nota. Famosa Thessalorum tauros domandi et cum iis pugnandi peritia, unde taurus in numis civitatum Thessalicarum non infrequens, coll. Eckh. D. N. V. T. II. p. 133. Camus. Catal. N. V. Mus. Dan. T. I. p. 134. Museum Wiczay T. I. p. 120. 122. Mionnet. Descript. de méd. ant. T. II. p. 14. 15. 19. 20. 21. 24. 25. Iidem gloriabantur taurorum mactandorum peritia Eurip. El. 819 sqq. Matth. — *Μαγνητίδεσσιν.* Centaurus in Magnesiæ numis. V. Eckh. D. V. N. T. II. p. 141. Et Chiron est Pyth. III, 79. Magnesius Centaurus. — *ἐν Παλίου σφυροῖς. Ad Pelii montis pedes.* Idem *Παλίου παρ' ποδί* Nem. IV, 88. Thierschius: Auf Palion's Geklipp. Rectius omnino Böckhius *in Pelii convallibus* (Interpret. p. 52), ubi factam rem per se probabile est. Adde rell. interprr. — *τὰ ματρόθεν μὲν κάτω, τὰ δ' ὕπερθε πατρός.* Dictio inæqualis. Debebant vel ultima esse *τὰ δὲ πατρόθεν ἄνω*, vel prima *τὰ μὲν κάτω ματρός.* Concinnior circa easdem voces dictio Ol. VII, 40. Alii jungent *τὰ δὲ πατρὸς ὕπερθε*, velut Ol. cit. (*τὸ δ' Ἀμυντορίδαι ματρόθεν*, i. e. *τὸ δὲ ματρόθεν Ἀμυντορίδαι*). Utut se res habet, duplex *τὰ* mihi accusativus est (*κατὰ τὰ*), et repeto *ὁμοῖα τοκεῦσι.* — *θεὸς . . . παρέδωκ'.* E supplicio Ixionis repetitur præceptum de vindicta divina, pro arbitrio celeriterque superbos deprimente, modestos evehente. Ea quomodo Hieronis

rebus conveniant, post ea, quæ alii exposuere, non est quod iterum moneatur. Jam quæ sequuntur verba (*κίχεν, παραμείβεται, ἔκαμψε, παρέδωκε*) a pronomine ὃ æqualiter pendent, istæque sententiæ speciales locum generalem (*θεὸς . . ἀνύεται*) illustrant. Quare post *ἀνύεται* noli cum quibusdam kolon figere, sed comma. Namque alterum *θεὸς* (cum reliquis) mera antecedentium appositio est. His positis, *καὶ ὑψιφρ.* erit *superborumque*, non *superborum quoque*. Ita Noster id, quod potissimum erat (*ὑψιφρόνων . . παρέδωκ'*) pari dignitate habet, qua duplex illud, quocum fit comparatio (*ὃ . . δελφῖνα*). Jamque minus frigida quibusdam videbitur schol. v. 91. annotatio: *Ἐπεὶ τῶν ζώων τὰ μέν ἐστι χερσαῖα, τὰ δὲ θαλάσσια, τὰ δὲ μετάρσια* (de qua animantium divisione v. Schrader et socii ad Justiniani Instit. I, 2. in.), *ἀφ' ἑκάστου εἴδους τῶν τριῶν ἓν παρέλαβε τὸ κρατιστεῦον. τὸν ἀετὸν οὖν, φησί, τὸν βασιλέα τῶν πτηνῶν ὁ θεὸς καταλαμβάνει καὶ παραλλάσσει· ὁ δελφὶς δὲ δοκεῖ τῶν ἐναλίων προέχειν καὶ ταχύτατος εἶναι· καὶ τοῦτον δὲ παραμείβεται. καὶ ὁ ἄνθρωπος προέχει τῶν ἐπιγείων· καὶ τοῦτον δὲ ὑψηλοφρονοῦντα καὶ καυχώμενον καταχάμπτει ὁ θεὸς καὶ καταπαλαίει.* Aliis vv. *θεὸς, ὃ . . δελφῖνα* parentheseos speciem habere videbuntur, ut cohæreat *ἀνύεται· καὶ ὑψιφρόνων* etc.— *ἄπαν τέκμαρ. Quemvis finem*, s. *quamvis rem, quam finire vult*. Similiter Fragm. inc. CL (Heyne III, 147. Böckh. II, 2, 636): *Ἰσοδένδρου τέκμαρ αἰῶνος λαχοῦσαι: Vitam nactæ similiter finiendam vitæ arboreæ*. Nec multum differet *τέλος* quorundam locorum. Pyth. IV, 508: *Οὐδὲ μαχάνων τέλος οὐδέν, rem nullam finiendam, perficiendam*. Isthm. IV, 8: *Διέρχονται τὸ βίου τέλος: Vitam, quæ finem habet ut res aliæ*. De *τέκμαρ* v. om-

nino Schneid. L. g. v. Buttmanni Lexil. I, p. 126 sq. Sententia similis Ol. XIII, 147: *Ἐν θεῷ γε μὰν τέλος*. Nem. X, 54: *Πᾶν δὲ τέλος ἐν τὶν* (Jupiter) *ἔργων*. Thierschius: „Der Spruch bezieht sich auf die abentheuerliche Erzählung von der Wolke, die in eines Frevlers Armen ein Ungeheuer empfieng. Die Alten fühlten selbst, dafs dergleichen Sagen etwas ungestaltiges und dem gesunden Sinne widerstrebendes hatten. Wie Plato im Phædrus, läfst hier Pindar solche Mährlein auf sich beruhen, bemerkend, dafs der Allmacht Gottes dieses wie jedes andere auszuführen leicht sey." Adversatur hoc iis, quæ deinde dicit poeta, non aliud spectantia quam Dei in puniendis criminibus omnipotentiam. — *θαλασσαῖον δελφῖνα*. Fragm. inc. XLIX (Heyne III, 107. Böckh. II, 2, 679): *Ἁλίου δελφῖνος*. — *ὑψιφρόνων*. I. q. *ὑβριστικῶν*, coll. v. 52: *Ἀλλά νιν ὕβρις* rell. — *τίν'*. Circumlocutio. An est *ὑ. τ. jam multos?* An ironice dictum? coll. Herm. ad Vig. p. 731. Ad sententiam facit Eurip. Heracl. 387. Matth.: *Τῶν φρονημάτων Ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων*. Ubi Elmsl. confert Aesch. Pers. 829. — *ἑτέροισι*. Schol. v. 91: *Τοῖς δὲ ἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων*. Proprie *modestis*, ob antithesin. — *κῦδος ἀγήραον*. *Gloriam senio non conficiendam, sempiternam*. Simonides Fragm. XXIX, 4 (Gaisf. P. M. G. III, 168. Lips.): *Ἀγηράντῳ εὐλογίᾳ*. Eurip. Iph. A. 557. Matth.: *Κλέος ἀγήρατον*. Idem Fragm. inc. CLIII, 6: *Κόσμον ἀγήρω*. Demosthenes Epitaphio (Reiske 1399, 14): *Εὔκλειαν ἀγήρων*. Idem ibidem (1400, 17): *Ἀγήρως τιμάς*. Simile *χάριν ἀγήρων* Eurip. Suppl. 1185. Matth. — *παρέδωκ'*. Verbum simplex in eadem re v. 164.

V. 96—130.

Calumniandi suspicionem a se removet, Archilochi utens exemplo, statimque regis admonitionem et laudem subjungit. Böckh. Explicc. p. 247: „Quod ipsum tenebis, ubi loci tenorem hunc esse statueris, ut poeta invidiam declinet in Hierone a rebus haud sane honorificis dehortando; de quibus vitandis etsi Ixionis exemplo eum monuit, tamen hæc ita accipi vult, non ut ex animo calumniis gaudente profecta putentur, sed ex sincera mente." Simul præparat ea, quæ inferius (v. 139) de obtrectatoribus suis dicit, ut recte monet Thierschius. Quod vero Idem de Ixione iterum dicit, solida ratione destitutum est. Postremo similiter Ol. I. Tantali exemplo Hieronem a superbia revocat, multiplicis impietatis et miseriæ fonte, coll. p. 3. 4. — *ἐμὲ δὲ χρεὼν φεύγειν δάκος ἀδινὸν κακαγορίᾶν. Morsum vehementem calumniarum*, i. e. *calumnias*. Ita Böckhius, Hermannus, Buttmannus (Lexil. I, 209), all. cum schol. v. 97. et codd. Et Böckhius quidem scite subjungit: „Quodsi *δάκος beluam* verteris, incommode, immo inepte poeta *beluam sese fugere* dicet, quum id fugiat, quod beluæ est, morsum, h. e., *quum eo uti nolit*." Adversatur Ahlwardtius: „Vulgata [*ἀδινόν, κακαγορίαν*] non est sollicitanda. Etymol. M. p. 245, 54: *δάκος, τὸ θηρίον· παρὰ τὸ δάκνω. Πίνδαρος, Ἐμὲ δὲ χρὴ φεύγειν δάκος ἀδεινὸν* (sic) *κακηγορίαν. — δάκος* est quodvis animal ferum et mordax. Aeschyl. Prom. 583 [ibique Blomf. Glossar., coll. Spanh. ad Callim. Dian. 84]: *Ἢ ποντίοις δάκεσι δὸς βορὰν.*" Omisit V. D., quæ statim subjungit idem Etym. M.: *Σημαίνει καὶ δῆγμα, ὡς παρὰ Νικάνδρῳ* [Ther.

282., notante Sylb. p. 780], ἔνθα [Sylb. ibid.]: Σῆμα δέ τοι δάκεος αἱμοῤῥόου αὖτις ἐνίψω. Zonaras ed. Tittm. T. I. p. 469: Δάκος . . ἡ εὐθεῖα τὸ δάκος. ἐμὲ δεῖ φεύγειν δάκος ἀδινὸν καὶ κατηγορίαν. . . σημαίνει δὲ τὸ δάκος καὶ δῆγμα, οἷον· σῆμα δέ τι δάκεος αἱμοῤῥόου. Eadem repetit Phavorinus. — De v. ἀδινὸς eximie disputantem Buttmannum (Lexil. I, 204 sqq.) affert Böckhius Explicc. p. 207. Adde Grammaticum Bekkeri (Anecdd. gr. 344, 23), vulgata quædam repetentem. — ἐχὰς ἐών. *Quamvis remotus*. Intercessere inter utrumque duo et quod excurrit secula. Archilochi antiquitatem Euripides quoque (Med. 412. Elmsl.) respicere videtur Musgravio. — τὰ πόλλ' ἐν ἀμαχανίᾳ (γενόμενον). *Plurimum* (*maximam vitæ partem*, s. *sæpissime*. Cf. Nem. II, 2) *cum ἀμ. conflictatum*. Ἀμ. est omnis generis *necessitudo*, h. l. ut Ol. V, 32. inprimis *inopia*, ob insequens πλουτεῖν. Bekker. Anecdd. gr. 387, 25: Ἀμηχανία: ἀπορία. — βαρυλόγοις ἔχθεσιν. *Simultatibus, e maledicentia profectis*. Eadem Schneideri sententia L. g. v. βαρύλογος. Scilicet in calumnias, unde inimicitiæ oriuntur, ita pronus fuit, ut ipsas inimicitias amare videretur. Male aliis βαρυλ. ἔ. sunt βαρέα ἔχθη, *odia*, pro *odiosæ res*, *dicta*. De Archilochi maledicentia veterum alii aliter, coll. Liebel. ad Archil. p. 14. 15. 37. 38. 39. 40. Jam πιαινόμενον est *delectatum*, coll. schol. v. 98. Aesch. Agam. 283. Schütz.: Ἀλλ' ἤ σ' ἐπιανέν τις ἄπτερος φάτις. *Te demulsit*, non *ditavit*, quod e v. 594. falso quidam adstruunt. Oppian. Hal. III, 279: Αὐτοὶ πιανθέντες ἐοικότα πιαίνουσιν. Anthol. Pal. V, ccxciv, 16 (Agathias schol.): Μάστακα πιαίνων χείλεος εὐαφίῃ. V. quoque Schneider.

L. g. v. Simile *βόσχω*. Eurip. Bacch. 573. Matth.: *Ἐλπίσιν ἐβόσκετο*. Oxymoron Böckhio acute videtur propter *ἀμαχ.* — *τὸ πλουτεῖν δὲ σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας ἄριστον*. Construe: *Ἄριστον δὲ τὸ πλουτεῖν σοφίας σὺν τύχᾳ πότμου*. *Optimae opes sapientiæ, si quidem fatum concesserit* (*πότμου παραδόντος* Pyth. V, 4). Primo igitur fatum suppeditare sapientiam dicitur, alibi deus [5]). Ol. X, 10: *Ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐσαεὶ πραπίδεσσιν*. Quocum cf. Pyth. V, 159. et Sophoclis Antig. 679. deinde citatam. Jam *sapientiæ opes*, ut simillima, v. locis seqq. Hes. Opp. et D. 453 (Gaisf.): *Ἀνὴρ φρένας ἀφνειός*, *prudens* (ironice, pro *ἄφρων*, coll. ibi Tzetza). Menander p. 329. Mein.: *Οὐκ ἔστι σοφίας κτῆμα τιμιώτερον*. Idem p. 322: *Φρενῶν πίθον* (dolium, i. e. *opulentiam, copiam*). Soph. Antig. 679. Erf.: *Πάτερ, θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας, Πάντων, ὅσ' ἐστί, χρημάτων ὑπέρτατον*. 1037: *Ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία*. Chörilus Nækii p. 218: *Σοφίης ἀπείρονα πλοῦτον*. Diog. Laert. I, 96: *Πλούτου καὶ σοφίης πρύτανιν*. Eurip. Suppl. 908. Matth.: *Πλούσιον φρόνημα*, coll. Markl. et Matth. ed. Eurip. T. VII. p. 508. Menander Fragm. inc. CLXXV (Mein.): *Ψυχὴν ἔχειν δεῖ πλουσίαν*. Ubi conferatur editor doctissimus. Anthol. Pal. T. II. p. 636 (Crinagoras): *Βαθυπλούτου σῆς ἕνεκεν κραδίης*. Eunap. p. 105. Boisson.: *Τὸν ἀπὸ τῶν ἀρετῶν πλοῦτον*, i. e. *τὸν ἀρ. πλ.*, coll. ibidem editore eximio p. 419. Adde Eundem ibid. pag. 135 sq. D. Paul. ad Rom. XI, 33: *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ*. Similis *φωνῆς καὶ λέξεως πλοῦτος* Dion. Chrysost. Or. XII. T. I. p. 408. Reiske. Jam remota

5) Ol. VIII, 88: *Τύχᾳ δαίμονος*. Nem. VI, 41: *Σὺν θεοῦ τύχᾳ*.

πλουτεῖν et *σοφίας* jungi posse, similia docent, quæ dedi h. libri p. 59, 242. Eademque Hermanni Ahlwardtiique sententia. Negat Böckhius Explicc. p. 248., qui, quod de locis a se allatis contendit, suadet quidem, nec tamen persuadet, coll. mea locorum eorundem structura. Suntque apud P. et alios construendi majores ambiguitates, ubi sana circumspectaque interpretandi ratio virorum doctorum scrupulos peregre abire jubet. Idemque vir in loco perquam simili (v. 145) construit *ἀβάπτιστος ἅλμας*, eâdem construendi libertate sumta, quam h. l. nobis jure vindicamus. Jam vero de interpretationibus vulgaribus videndum. Böckhius (coll. schol. v. 101): *Ditescere autem cum felicitate fortunæ, sapientiæ summum est.* Ita divitiæ pars erunt sapientiæ; cujus dicti sensum ego non assequor. Paulo aliter puto Idem vir nott. critt. p. 446: „*Σοφίας ἄριστον* est fere idem quod *ἡ ἀρίστη σοφία*." Quod primo non est græcum, cum sit hic sensus, neque alius esse possit: *sapientiæ optimum*; deinde hac posita interpretatione emerget doctrina Böckhio omnibusque bonis improbata, quam quorundam Romanorum nomine ita exprimit Horatius Epist. I, 1, 13 sq.: *O cives, cives, quærenda pecunia primum est, Virtus post numos.* Schol. v. 101: *Τὸ δὲ ἐπιτυγχάνειν πλούτου μετὰ σοφίας, ἄριστόν ἐστιν.* Ibidem, falsam et veram interpretationem miscendo: *Ἢ οὕτω· τὸ εὐτυχεῖν* [quod non est in contextu] *καὶ εὐπορεῖν σοφίας* [*πλ. σοφ.*] *σὺν εὐτυχίᾳ* [pro *σὺν τύχᾳ πότμου*? Est tamen hoc: *fato annuente*] *ἄριστον.* Aristarchus ibidem: *Οἷον εἴ τις λέγει· εὐποτμότατός ἐστιν ὁ πλουτῶν καὶ σοφίας ἅμα τυγχάνων.* Non melius interpretum recc. plurimi. — *τὺ δὲ σάφα νιν ἔχεις ἐλευθέρᾳ φρενὶ πεπορεῖν.* Male

inter ἔχ. et ἐλ. comma ponitur. Est enim structura: *Τὺ δὲ σάφα ἔχεις πεπορεῖν νιν φρενὶ ἐλευθέρᾳ. Manifesto licet tibi* (Olymp. XIII, 14: *Ἔχω καλά τε φράσαι.* Nem. VII, 83: *Οὐδ' ἔχω εἰπεῖν.*), *præstare illam* (*σοφίαν*, s. *σοφίας* opulentiam) *libera mente*. Jam variant codd. inter *πεπορεῖν* et *πεπαρεῖν*. Sed longe plures (teste Böckh. nott. critt. p. 447) habent *πεπαρεῖν*, quod Hesychio (coll. Phavor. v. *πεπαρεῖν*) est *ἐνδεῖξαι, σημῆναι*, coll. schol. v. 104. Et hoc Buttmanno quoque judice (Ausführl. gr. Gr. II, 222., ubi acute comparatum est *πάρα*) contextui cum antecedentibus magis convenire videtur, si quidem nostram loci illius interpretationem amplectaris. Quodsi vero vulgarem elegeris, commodius sequetur *πεπορεῖν* (*suppeditare*), quæ lectio ab iis profecta videtur, qui in antecedentibus de veris divitiis cogitabant. Verum his, quæ exposita sunt, oppones, lectionem vocemque *πεπορεῖν* facilius habere etymon, coll. *πεπιθεῖν* (Buttm. gr. Gramm. med. Edit. VII. p. 387), et cum *πεπορεῖν* comparandum esse *παρέχειν*, quod dupliciter est *praestare*, sc. sensu dandi et monstrandi, coll. Lexx. Ipsumque hoc ambiguum *praestare* voci *πεπορεῖν* lucem commodabit. Vides, minus jam vim verbi, quam scriptionem sub judice versari. Sed in loci totius sensu constituendo auxilium frustra quæres a VV. DD. Neque enim viderunt, potissimum h. l. esse *ἔχεις πεπ. ν. ἐλευθ. φρ.*, ejusque dicti rationem reddi in his: *πρύτανι . . στρατοῦ*; deinde *τὺ δὲ* antithetice spectare alium quendam, in antecedentibus significatum. *Verum ego subsisto, ne alter Archilochus videar. Quod ut faciam, suadet prudentia, quae est omnium optima, i. e. diligens habita eorum ratio, quae pro suo cuique loco et conditione vel facienda*

vel omittenda sunt. Hino alia aliorum sapientia; mea poetae, ut Archilochi exemplum devitem, tua regis, ut Ixionis. Poetam (inprimis encomiasticum) *dedecet, alios calumniari, regem ea, qua tu, opum abundantia affluentem, rebus alienis inhiare. Ego probe perspicio, quod meum est, tu, quod tuum.* Jam videbis, neque ἔχεις languere, neque *πεπορεῖν*. Laudis specie regem hortatur, ut se ipse hortatus est. *Potes (si quidem vis) ut ego σοφίαν exserere, nemine obstante* (ἐλ. φρ.). Et Pyth. I, 173. regis *εὐανθῆ ὀργὴν* prædicavit. — *πρύτανι.* *Princeps, rector.* V. Pyth. VI, 24. Cf. omnino Blomf. Glossar. Prom. Aesch. 176. Post *πρ.* retine comma, quod Böckhius deleri vult. Est enim, quod sequitur, vocis *πρ.* appositum. Neque magis dici potest *πρύτανις χύριος* quam *βασιλεὺς δεσπότης* etc. — *εὐστεφάνων.* Schol. v. 106: *Εὖ τετειχισμένων. στέφανος γὰρ πόλεώς ἐστι τὸ τεῖχος.* Adde nos ad Olymp. VIII, 42. p. 299. — *στρατοῦ. Populi.* Cf. v. 160. all. et *στρατιὰ* Pyth. XI, 75. V. quoque Schneider. L. g. v. — *εἰ δέ τις* etc. Laudatur rex propter opes et honorem. — *ἤδη.* Junge cum *ἕτερον . . γενέσθαι.* Alii jungent cum antecedentibus, ut sit: *Jam vero si quis.* — *κτεάτεσσί τε καὶ περὶ τιμᾷ.* Construe *περὶ κτ. τ. κ. τ.* Est *περὶ quod attinet*, Matth. gr. Gr. p. 865 sq., coll. Viger. p. 654. not. Jungi *περιγενέσθαι* cum Heynio non potest propter *ὑπέρτερον.* — *ἀν' Ἑλλάδα. Per Graeciam, in Graecia.* Eurip. Jon. 1575. Matth.: *Ἔσται τ' ἀν' Ἑλλάδα εὐκλεής.* V. quoque Viger. p. 574. — *χαύνᾳ προπίδι παλαιμονεῖ κενεᾷ.* Utrumque adjectivum iterum jungitur Nem. VIII, 78: *Κενεᾶν δ' ἐλπίδων χαῦνον τέλος.* Schneidero (L. g.) χ. est *inflatum, molle, stultum.* A *κεν.*

vix differre equidem suspicor. — *ἀναβάσομαι στόλον. Conscendam navem*, s. *classem*, coll. Schneideri L. g. v. Quominus sit στ. h. l. *navigatio*, impedit ἀναβ. Schol. v. 113: *Ὑμνήσω σε, Ἱέρων, περὶ τῆς ἀρετῆς σου λέγων. ἡ δὲ μεταφορὰ τοῦ εὐανθῆ στόλον ἀπὸ τῶν πλεόντων ἡδέως.* Adde nos ad Ol. XIII, 69. p. 456. Similisne *λόγων στόλος* Empedocl. p. 514? Ubi tamen cf. Sturzius. Eaque dictio in sequentibus (*κατὰ Φοίν. ἐμπ.*) continuatur. — *ἀμφ' ἀρετᾷ. Ob virtutem tuam.* — *κελαδέων.* Præsens pro futuro, coll. Ol. XIII, 82. ibique nott. — *νεότατι μὲν ἀρήγει θράσος δεινῶν πολέμων. Iuventuti opitulatur* (eam illustrat) *audacia gravium bellorum*. Schol. v. 115: *Τοῦτο δὲ ἐν τῷ καθόλου γνωμικῶς ἀποπεφώνηκεν.* Sequi debebat: *Τῷ δὲ γέρᾳ ἡ εὐβουλία.* — *τὰν ἀπείρονα δόξαν. Infinitam illam* (tuam) *gloriam*. Isthm. IV, 17: *Ἀπλέτου δόξας.* — *εὑρεῖν.* Idem quod *εὑρέσθαι*. V. ad Pyth. I, 94. Ubi addere potui Pyth. IV, 333. 499. Dawesii canonem Misc. crit. p. 255. Lips. (*εὑρεῖν* nunquam dici pro *nancisci*, sed *εὑρέσθαι*) solos Atticos spectare, Heynius monet.[6]) — *ἐν ἱπποσόαισιν ἀνδράσι μαρνάμενον.* His et sequentibus pugnam Himerensem spectari, in aperto est. Ubi quænam Hieronis partes fuerint, tacet quidem historia. Sed e Nostro probabile, cum inter equites, tum inter pedites Hieronem eminuisse. Habuitque Gelo in eo prœlio peditum quinquaginta millia, equitum amplius quinque millia, testante Diod. XI, 298. Quamque egregiam regi ope-

---

6) Ammonius I, 60. Lips.: *Εἰρεῖν καὶ εὑρέσθαι διαφέρει. Εἰρεῖν μὲν γὰρ τὸ καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ· Εὑρέσθαι δὲ οἱονεὶ τὸ ἐκπορίσασθαι.* Adde Bekk. Anecdd. gr. 9, 3.

ram equites præstiterint, idem narrat ibidem. — *βουλαὶ δὲ* (pacis consilia, militaribus opposita, coll. Ol. XII, 6) *πρεσβύτεραι ἀκίνδυνον ἐμοὶ ἔπας ποτί ῥα πάντα λόγον ἐπαινεῖν παρέχοντι.* Male schol. v. 121: *Ὑπὲρ τὴν νεότητα φρονεῖς.* Laus hæc alius victoris (Pyth. V, 146), non Hieronis, cujus senium h. l. juventuti ipsius opponitur. Rectius de *ἀκίνδ. ἔπ.* idem schol.: *Οὐκ ἐλεγχθήσομαι ὑπό τινος, ὡς ψευδῶς σε ἐπαινῶ* [*ἐπαινῶν*?]. *ἃ γὰρ ἔχεις, ταῦτα καὶ λέγω.* Deinde construe: (*Ἐπὶ τὸ*) *ἐπαινεῖν* (*σε*) *ποτί* (i. e. *κατά* Matth. gr. Gr. p. 869) *ῥα πάντα λόγον*: *Ut laudem te ex quavis parte.* Cf. quoque Böckhius. Minus bene Heynius *ποτί . . λόγον* cum *παρέχοντι* jungit: *Ad omnem laudem* (*λόγον*). Tum pendebit *ἐπαινεῖν* a *λόγον*. Idem vero cum *ἔπος παρέχ.* recte confert Nem. VI, 57. — De *χαῖρε* recte omnino præcipit Böckhius, coll. Schneider. L. g. v. Est nostrum Heil dir! Sey gegrüfst! — *τόδε μὲν κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν μέλος ἱπτὸ πολιᾶς ἁλὸς πέμπεται.* Böckhius: „Ut merx, ita carmen hoc privata navi apportatur: merx vero *Phœnicia* audit, quia Phœnices mercaturæ auctores. Nota autem, quod dixi *privata navi* apportatum carmen esse; in quo omnis cum merce comparatio inest; nam si cum pompa Hieronis redeunte missum esset, non poterat mercis instar transmissum dici.“ Quidni? Thebis, ubi P., carmen mittitur Syracusas, ubi Hiero. In qua missione quid inter navem privatam pompamque regis redeuntem interfuerit, equidem non perspicio. Immo rediens pompa regis carmen secum attulit, coll. iis, quæ notavimus ad v. 7. Suntque verba in ambiguam partem intelligenda, tum pompæ (chori) redeuntis, tum Pindari Thebis ver-

santis; pompæ, regem alloquentis: *Hoc tibi carmen* (per nos) *P. mittit*; Pindari, dicentis (regi scribentis): *Hoc tibi carmen per tuos tibi populares mitto*. Jam *per mare* advehitur carmen; quare cum merce (*κατὰ instar*. Matth. gr. Gr. p. 850) comparatur. Mari enim plurima Græciæ invecta constat. Eaque merx est *Phœnicia*, „quæ (censente Heynio et Hermanno) transportari et vehi navibus solet," s. (coll. Böckh.), „quia Phœnices mercaturæ auctores." Alii vel de longo itinere, vel (quod probabilius) de caritate mercis cogitabunt, ut loco simillimo Nem. III, 132. missum carmen *dulcedine* sua commendat. Et philosophiam Græciæ illatam per Pythagoreos Maximus Tyrius Or. XXXIII, 5 (Reiske II, 142) *pulchram mercem* vocat: *Πυθαγορείων τινῶν ἐμποριαν ταύτην καλὴν σταλαμένων εἰς τὴν ἀρχαίαν Ἑλλάδα*. Deinde vide, ne sit *Φοίνισσαν Panicam*, quæ vocis alibi apud Nostrum vis, sc. Pyth. I, 138. Nem. IX, 67. Durabatque tum inter Syracusanos et Carthaginienses pax a Gelone facta, et multo tempore post (Olymp. XCII, 3. Diodor. XIII, 43) solvebatur [7]). Sed ex oriente mittebatur carmen; hinc aptius Phœnices intelliguntur. — *Καστόρειον* dicit hoc carmen, velut Isthm. I, 21. Victoria enim nostri hymni et modo citati curulis erat, cujus in auctoribus potissimum Castor *χρυσάρματος* Pyth. V, 10. His adde Heyn., Gedik. (l. c. p. 80), Böckh. Explicc. p. 249. et Thiersch. — *θέλων*. *Propitius*. Hes. theog. 446. Gaisf.: *Θυμῷ γε θέλουσα* (*γ' ἐθέ-*

7) Cariores Carthaginiensium merces enumerat Heerenius in libro suo: Ideen etc. II, 270 — 72. ed. II. Gelonis vero conjugi auream coronam a Carthaginiensibus pacatis dono missam, nota res. V. Diodor. X, 26.

λουσα?). Pind. Nem. IV, 144: *Ἐθέλων ἀείσατο.* Isthm. VI, 63: *Θυμῷ θέλων ἀρὰν ἄχουσας.* Aesch. Choeph. 17. Blomf.: *Γενοῦ δὲ* (Jupiter) *ξύμμαχος θέλων ἐμοί.* 780: *Παλίμποινα θέλων ἀμείψει.* VII Theb. 1035: *Τοιγὰρ θέλουσ' ἄχοντι κοινάνει κακῶν, ψυχή.* Simile Latinorum *volens*, coll. Lexx. latt. Schol. v. 127: *Ἑκών.* Quod est rarioris h. sensu vocis *θέλων* interpretamentum. Böckhius *ἑκὼν* elegit nott. critt. p. 439. — *χάριν ἑπταχτύπου φόρμιγγος ἀντόμενος. Adspice carmen Castoreum, gratiam* (*decus*) *lyræ*, i. e. *quo lyra decoratur.* Ol. VII. in. *φιάλα* dicitur *συμποσίου χάρις* (*convivii deliciæ*), coll. iis, quæ ibi notavimus p. 237 sq. Eodemque trahere poteris Ol. XI, 95. p. 416. Cf. quoque Nem. I, 7: ni quis ultimo loco *gratiarum actionem* statuerit. Neque tamen omittendus ibi Dissenius, coll. Ol. IV, 14. Vel erit *χάριν* pro adjectivo (*χαρίεσσαν φόρμ.*): *Gratiosam lyram.* Eurip. Heracl. 887. Matth.: *Ἐμοὶ χορὸς μὲν ἡδύς, εἰ λιγεῖα λωτοῦ χάρις ἐνί γε δαιτί* (*si canora tibia grataque epulis interest*). Ubi Barnesius. Anthol. Pal. T. II. p. 679. Epigr. CLXXVII, 4 (Philippus): *Καὶ λιγυρῶν αὐλῶν ἡδυμελεῖς χάριτες.* Sed Pyth. III, 127. *κῶμος* est *χάρις.* Neque aliter Thierschius: „Willig der Anmuth genaht der siebentönigen Leyr." Cf. quoque p. 416 sqq. Böckhius: „Citharæ gratia in musicum conventum prodiens." Immo carminis cantusque gratia in musicum conventum *lyræque consortium* (Pyth. I, fin.) proditur. Neque h. l. incitari Hieronem ad studia musica cum Böckhio iterum existimo. Simpliciter carmen commendatur. Deinde *ἀντόμενος* vel cum *Καστ.* junges (*ἀντόμ. αὐτό*), siquidem *χάρ.* est appositum vocis *Καστ.*, vel cum ultimis (*χάριν* etc.). Et

hoc jam maxime placet. *Occurrens ludo citharæ gratiosæ, prodiens ad conventum musicum, quem cithara constituit moderaturque.* — *ἑπταχτύπου. Septies pulsatae* (ob chordarum numerum). Nem. V, 43: *Φόρμιγγ' ἑπτάγλωσσον.* Euripidea v. in indice Barnesiano vv. *ἑπτάτονος* et *ἑπτάφθογγος.* Nonn. Dionys. V, 102: *Ἑπτατόνῳ χιθάρῃ* (Apollinis). VII, 51: *Ἑπτατόνου φόρμιγγος.* De re v. Spanhem. ad Callim. Del. 253; de nominibus lyræ Clem. Alex. ed. Sylb. ind. v. *λύρα.*

V. 131—176.

Inde a v. 104 (*τὺ δέ*) variis nominibus Hiero laudatur, præmissa immixtaque admonitione, de qua v. nos p. 552. 56. Deinde (v. 125) hymnus commendatur, quod præparatum vides in antecedentibus (v. 113: *Εὐανθέα . . χελαδέων.* v. 122: *Ἀχίνδυνον . . ἐπαινεῖν παρέχοντι*). Jam v. 131. ad admonitionem recurrit oratio, magisque exponit, quonam sensu v. 104. rogatus sit Hiero, ut velit sapientiam ostendere. *Debebat* sc. *perniciosas susurronum artes vitare* (v. 131—141). Postremo is, qui hæc verba facit, varia de se istisque hominibus subjungit (v. 142 — fin.). — *γένοι', οἷος ἐσσί, μαθών· καλός τοι* etc. *Sis, qualis es, cum didiceris: pulcher quidem* etc. In his *γένοι', οἷος ἐσσὶ* idem mihi est, quod *ἐν ὀργῇ παράμενε* (Pyth. I, 173): *Consta tibi; noli ab indole tua desciscere.* Eam vero sapientiâ (prudentia) constitisse, supra vidimus v. 104., elucetque ex iis, quæ de Rhadamantho sequuntur (*φρενῶν καρπὸν* v. 134). Eadem scholiastarum sententia ad v. 131: *Διάμεινον ἴσος τῷ ἐξ ἀρχῆς τρόπῳ, καὶ μὴ μεταβληθῇς τὴν προαίρεσιν ὑπὸ τῶν κολακευόντων.* Qui fuerit iste *ἐξ*

ἀρχῆς τρόπος, ibidem exponitur: *Γενοῦ, οἷος εἶ, σοφός*. Ultimum ibi aliquoties repetitur, quamquam Græci alia ingerunt, quæ sanæ interpretationi adversantur. Jam vero proxima (*οὐδ' . . βροτῶν* etc.) docent, singularem h. l. sapientiæ s. prudentiæ speciem significari, sc. *cautelam a susurronibus*. Formulam *τοῖος γένοιο, οἷος ἐσσί*, similibus illustravit Huschkius, monentibus nuperis commentatoribus. Addo Soph. Oed. C. 552: *Ὄνθ', ὃς εἶ*. Ubi Döderlinus. Eurip. Med. 859: *Ἐσμέν, οἷον ἐσμέν*. Ubi Elmsleius. Anthol. Pal. I, cv, 7 (Menander Protictor): *Ἵν δ', ὡς ἦν, ἄγω*. Ubi Jacobs. (T. III. p. 20).— *μαθών*. Hoc quidam cum antecedentibus copulant: *Cum didiceris, discendo scias, qualis sis*; s. quod habet Hermannus et Matthiæus (*De loco quodam Pindari*. 1822., referente censore Ephemer. Lips. 1824. p. 673 sqq.): *Tui recordatus*. Alterutrum si poeta voluit, obscure locutus videbitur, aliaque interpretatio, quæ planior fuerit, vel hoc solo titulo præstabit. Deinde *ταυτολογίας* instar friget dictum: *Talis esse persevera qualis es. Scis enim, qualis sis*. Postremo, si notum illud *γνῶθι σεαυτόν* commendare regi volebat (poterit enim *μαθών* pro præcepto quibusdam esse, coll. schol. v. 131), multo id apertius promere et poterat et debebat. Jam Hermannianum *tui recordatus* speciosâ dictione incommoda modo notata tegit, non vitat. Callidius, si *μαθών* antecedentia spectare vis, in auxilium vocabis versum 45: *Ἔμαθε δὲ σαφές*. Ubi e præmissis hic sensus prodit: *Habere gratiam*. Sic h. l.: *Cum talis esse didiceris, qualis es* (i. e. *indoli tuæ respondere*). Similiter Thierschius: Du verstehst es [*constantiam illam*]. Verum si vel hanc admiseris interpretationem (ego vero non admitto): pro-

xime sequentia (*χαλὸς . . χαλὸς*) dicterii speciem tam luculentam mihi præ se ferre videntur, ut vix perspiciam, quomodo *μαθὼν* a sequentibus separari possit. His præmissis, kolon post *μαθὼν* (quod habet Hermannus Thierschiusque, sibi h. l. repugnantes) retinendum, veluti post *μανθάνων οἶσθα* Pyth. III, 143. Jam videatur schol. acutum v. 131: *Καὶ σύνες τὸ λεγόμενον, ὃ οἱ παῖδες εἰώθασι λέγειν· πίθων χαλός* (*et memor sis dicterii puerilis: Pulcher simus* etc.). Simplicius erit: *Namque audisti, nosti* (ἔμαθες γάρ) *dicterium illud.* — *χαλός*. Simius Athenis *Καλλίας*, Spartæ *Καλλίαρ* dictus, coll. Schneid. I. g. v. *Καλλίας*. Fontem lusus Athenas putes, ubi e puerili acclamatione *χαλὸς* comici facile conficiebant *Καλλίας*, sc. hominem quendam vel familiam (nobiles ibi Calliæ) ludentes. Dein mutuati in contemtum Atheniensium Lacedæmonii. Et hæc mihi probabilior nominis ratio eâ, quam habet grammaticus Bekk. Anecdd. gr. 275, 6 (coll. 190, 20): *Καλλίας: ὁ πίθηκος κατ' εὐφημισμόν.* — *τοι*. Respondet sequens *δέ*, velut Ol. VI, 48: *Ἅ τοι Ποσειδάωνι μιχθεῖσα Κρονίῳ λέγεται, παῖδ' ἰοβόστρυχον Εὐάδναν τεκέμεν. κρύψε δὲ παρθενίαν ὠδῖνα κόλποις.* VIII, 77: *Τὸ διδάξασθαι δέ τοι εἰδότι ῥαίτερον· ἄγνωμον δὲ τὸ μὴ προμαθεῖν.* Pyth. II, 173—175: *Ποτὶ κέντρον δέ τοι . . Ἀδόντα δ' εἴη.* III, 33—36: *Ἀλλά τοι . . Ἔστι δέ.* V, 7—17: *Σὺ τοί νιν . . Σοφοὶ δέ τοι . . Σὲ δ'.* Nem. IV, 129—147: *Εἰ δέ τοι . . Ἄλλοισι δ' ἄλικες ἄλλοι.* VI, 21—41: *Ἦλθέ τοι . . Σὺν θεοῦ δὲ τύχᾳ.* VII, 114—118: *Μοῖσά τοι . . Διὸς δέ.* Sequitur quoque *ἀλλά*. Ol. II, 164 sq.: *Ἐπί τοι Ἀκράγαντι . . Ἀλλ' αἶνον ἔβα.* Est hoc *τοι* mihi emphaticum *μέν*. —

παρὰ

παρὰ παισίν. *Inter pueros* (coll. Ol. VI, 15), ideoque *judicantibus pueris*. V. Schleusneri L. N. Test. v. Similis vocis *ἐν* usus, coll. Valck. ad Eurip. Hippol. 324. Ex Hermanni *πάρα* quid lucri redundet, ipse viderit. Supplemus *ἐστί*, quod scite P. omisit ad imitandam puerorum acclamationem. — *πίθων.* *Pueris* placet (*ob artes*), non *aetate provectioribus*, coll. schol. v. 131. Unde *πίθηκος* pro *deformi*. Lycophr. 1000: *Πιθηκομόρφῳ*: *Deformi*. Ubi Potterus. Adde interprr. Aristæn. Epist. I, 24. p. 555. 745. Boisson. — *αἰεὶ καλός.* Hæc jungenda, non *παισὶν αἰεί*. Ita enim vocis *καλὸς* repetitio emphasin habet, rectius secundo loco obviam, quam primo. Jungit quidem *παισὶν αἰεὶ* Galenus loco ab interprr. citato; sed is omnino non habet alterum *καλός*. Jam *αἰεὶ* est poetæ de constanti puerorum studio loquentis, coll. *αἰεὶ* v. 138., duplexque *καλὸς* bene significat pueros bestiam admirantes et puto acclamantes. Comparat censor Lipsiensis supra cit. Theocr. VIII, 72: *Καλόν, καλὸν ἴμες.* Respondet vero simius *ψιθύροις* v. 138., habesque præstigias, quas *pueris* simii faciunt artificiis suis, quomodo *viris* (schol. v. 133: *Τελείοις*) imprudentibus susurrones. De hoc simii allati sensu v. scholl. v. 131. 135. Addo Bekkeri Anecdd. gr. 34, 18: *Δημοπίθηκος: ὁ ἐξαπατῶν τὸν δῆμον καὶ θωπεύων κολακικῶς.* Qui e v. 141. vulpem remotam arcessunt, misere fœdant loci sensum, coll. seqq. — *ὁ δὲ Ῥαδάμανθυς* rell. Post simium pueris placentem sequi debebat: *Viris vero imprudentibus susurrones placent* (eosque decipiunt). Fugit hanc dicendi æqualitatem Noster, et viris sapientibus susurrones non placere innuit, quod vero Rhadamanthi exemplo involvit. *Sed Rhada-*

manthus bonam sortem nactus est, cum susurronum fraudes prudens vitarit, secus ac viri imprudentes. Menandr. Fragm. inc. XLIX (Mein. p. 214): *Ὅστις δὲ διαβολαῖσι πείθεται ταχύ, Ἤτοι πονηρὸς αὐτός ἐστι τοὺς τρόπους, Ἢ παντάπασι παιδαρίου γνώμην ἔχει.* Ceterum in aperto est, citato Rhadamanthi exemplo valde mitigari antecedentium acerbitatem. Et constat sibi Pindarus, initio carminis Cinyram advocans, deinde Ixionem, postremo Rhadamanthum, *primi aevi reges*, ut Pyth. I. fin. regum recentium (Crösi Phalaridisque) exempla Hieronis admonitioni admovit. Adde Tantali exemplum Ol. I. Sed in Rhadamantho simul reconditiora quidam augurabuntur ob Tzetzam Lyc. 50 (p. 350. Müll.): *Ῥαδάμανθυς ἀνελὼν τὸν ἴδιον ἀδελφόν.* Quamquam hoc consilio loci nostri repugnare videtur. Eundem prudentia conspicuum testatur Theognis 701. Bekker.: *Οὐδ' εἰ σωφροσύνην μὲν ἔχοις Ῥαδαμάνθυος αὐτοῦ.* Neque absimile vero, eundem Cinyræ instar Græcorum gratorum carminibus frequentatum. — *φρενῶν καρπόν. Mentis fructum*, i. e. *consilia, cogitationes*, quæ prodeunt e mente, velut ex agro fructus. Aliter Nem. X, 21: *Φρενῶν καρπὸν συνάρμοξεν* (Argos) *δίκᾳ.* Ubi sine epitheto *φρ. καρπ.* est *prudentia*. Bene attulit Heynius Aesch. VII Th. 591 sq., ubi conf. Blomf. nott. critt. et Gloss. — *ἀμώμητον.* Addit hoc, cum alii mentis fructus sint boni, alii mali, quos extremos habes Fragm. inc. XLI (Heyne III, 102. Böckh. II, 2, 670). Hinc erit *φρ. κ. ἀμ. prudentiam*. — *ἀπάταισι. Artibus, fraudibus aliorum.* — *τέρπεται.* Mirum præsens. Namque vix commode Rhadamanthi *apud inferos* præstita prudentia exempli loco Hieroni proponi poterat, sed vita

ejus in terris acta, coll. Cinyræ, Ixionis all. exemplis. Böckhius vix bene: „*Τέρπεται* præsens dixit poeta, *quod etiamnunc vivit Rhadamanthus inter beatos.*“ Neque tamen pro præsenti historico habuerim cum schol. 133: *Ἐτέρπετο. — ἔνδοθεν. Intus.* Vacat hoc epico more, magis quam Isthm. VI, 74. — *οἷα. Cujusmodi ea sunt, quæ.* V. ad Ol. I, 24. p. 14 sq. — *ψιθύρων* (schol. v. 133. 38: *Κολαχευόντων, ἀπατεώνων*) *παλάμαις ἕπετ' αἰεὶ βροτῶν. Qualia sequuntur* (*persequuntur nos*, quod omissum, velut Pyth. I, 159) *susurronum artibus* (*μηχαναῖς* schol. v. 133). *Ψίθυροι βροτοὶ* h. l. nil aliud quam *ἄνθρωποι διάβολοι* Fragm. inc. CXXXVII (Heyne III, 143. Böckh. II, 2, 682). — *ἄμαχον κακόν.* Color a pugna tractus, velut loco simillimo Ol. II, 35 sq. Bekk. Anecdd. gr. 14, 9: *Ἄμαχον τὸ κακόν: ὑπερβολικῶς, πρὸς ὃ οὐκ ἄν τις μαχέσαιτο.* Incertus Rhesi 453. Matth.: *Φθόνον ἄμαχον.* Menander Plocio (Mein. p. 145): *Πρᾶγμ' ἄμαχον.* V. quoque indd. pindarr. et interprr. Aristæn. Epist. I, 24. p. 544. Boisson. Simile *ἀμάχανος*, coll. indd. pindd. Ceterum Ol. XIII, 16. repetit Zonaras T. I. p. 153. Tittm.: *Ἄμαχον τὸ δυσκαταμάχητον. Πίνδαρος· Ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος.* — *ἀμφοτέροις.* Schol. v. 138: *Καὶ τῷ διαβαλλομένῳ καὶ τῷ πρὸς ὃν διαβάλλουσιν.* Gnomicus (Brunck., tit. *εἰς ψόγον*): *Νικᾷ γὰρ αἰεὶ διαβολὴ τὰ κρείττονα.* De calumnia audientibus noxia v. Plin. Paneg. 62., referentibus Spanh. ad Callim. Apoll. 107., Huschk. l. c. p. CCXXXVII. — *διαβολιᾶν.* Longum h. l. primum *α*. Theogn. 324 (Bekk.) *Πειθόμενος χαλεπῇ, Κύρνε, διαβολίῃ.* Ubi cum Scaligero vix legendum *διαβολιᾶν* (Gaisf. P. m. gr. T. III. p.

77. Lips.). V. quoque Böckh. nott. critt. Ahlw. *καλαγορίαν* e v. 97. eligit, de quo cf. Böckh. ad calcem Explicationum p. 690. — *ὑποφάτιες*. Hermannus: „Ὑποφάτιες dixit, quum eos deberet nominare, a quibus proficiscuntur calumniæ: et ad hos refert sequentia *ὀργαῖς ἀτενὲς ἀλωπέκων ἴχελοι*." Hermanno igitur femininum *ὑποφάτιες abstractum* esse videtur pro masculino *concreto* (*ὑποφᾶται*, i. e. *προφῆται*, *ministri*, *nuntii*). Quod usu non comprobatum credo. Est enim *ὑποφῆτις* persona, sc. *prophetissa*, *ministra*, *nuntia*. V. Anthol. gr. Lips. T. XIII. p. 474. Schneider. L. g. v. Tittm. ad Zon. v. *ὑποφῆται*. T. II. p. 1769. 70. Bothius legit *ὑποφάτορες*, Böckhius *ὑποφαύτιες*. An legendum *ὑποφύσιες* [Auswüchse]? Etymol. M. 784, 28 (coll. Suid. v.): Ὑποφύσεις, *παραφυάδες φαύλων λογισμῶν ἔξωθεν φυόμεναι*. Ubi hæc vides improprie animo applicari, velut v. 135. *καρπὸν φρενῶν*, cum proprie sint *subnascentia*, *subcrescentia*. Et maxime substantivo græco respondere putabis Latinorum *stolo* (i. e. surculus arboris e solo nascens, ideoque noxius, removendus), de quo v. Varro R. R. I, 2, 9. Neque omittendum, esse *ὑπόφυσιν* vocem medicam, coll. Ploucquet Literatura med. digesta v. Hypophysis. Brandeis medic. Wörterb. Edit. II. v. eâdem. Quod contextui Pindarico eximie convenit. Namque homines illi *ἐνέπαξαν ἕλκος ὀδυναρὸν ἐᾷ πρόσθε καρδίᾳ* v. 168. [8]) — *ἀτενές*.

---

8) Si *ὑποφάτιες* retinueris, ut fuerint mulieres quaedam *saevitiae principis adrepentes* (Tac. Ann. I, 74), vocem simili consilio electam putabis, quo istae Hieronis *ποταγωγίδες*, quarum genus e codd. unanimi consensu prudenter tuetur

Schol. v. 141: *Εὐθύτατα, ὀρθότατα.* Bekk. Anecdd. gr. 458, 30: *Ἀτενές: εὐθύ, συνεχές, παντελῶς, καθόλου, παραχρῆμα, ἄγαν, ἰσχυρῶς.* — *ἀλωπέκων.* Eæ bestiæ pejorem fraudem interpretibus v. 131 sq. fecere, quam homini græco ea locuto. Illi Archilochum v. 100. simiumque remotum v. 132. conspicati, illico vulpium aliquam peregre adsciverunt, scilicet fabulam inde conflaturi, s. Archilochi nomine dotandam (Huschke l. c., nec non apud Gurlitt. Pind. pyth. Siegsges. III. p. 27), s. Aesopi (Matthiæ, coll. Ephem. cit., ibique censore acuto). Quo quid violentius? Quis cedo tam disjecta copulabit? Immo si bestiam bestiæ opponere velis, melius congredientur vulpes et lupus (v. 154). Dicit enim Græcus, hominibus istis, quos antea vulpes dixit, lupi instar vim se oppositurum, coll. Horat. Epod. VI, 1: *Quid immerentes hospites vexas, canis, Ignavus adversum lupos?* Ubi bene nostrum locum afferunt interpretes. Est autem vulpes *δολερὸν καὶ ἄνανδρον θηρίον* (Themist. Orat. XXII., ab Huschkio allatus), eique a lupo timor, de quo adeundus Aesopus Furiæ Fab. CCC (p. 123. ed. Lips. mai.), coll.

Göttlingius ad Aristotelis Polit. V, 9 (p. 407 sq.). Neque enim Syracusanorum vel *δωριασμὸς* vel morum ea tempestate habitus impedire videtur, quo minus ad introspiciendos civium animos mulieribus quoque usus sit, veluti nostrae aetatis tyranni. Accedit regis mulierositas, quo crimine quis eum absolvet, qui senex fratris conjugem tentavit? Hinc statuere fas erit, regem aures praebuisse mulieribus quibusdam, quarum mariti (v. 150: *Δολερὸν ἀστόν*, rell.) cuidam invidebant. Lobeckio ad Soph. Ai. 879. femin. prd masc. positum videtur, quomodo mares quoque *scorta* et *prostibula* vocentur.

Fab. CCCXLII (p. 139. ed. cit.). Bestiarum vero exemplis ad illustrandos hominum mores sæpius utitur, coll. Ol. X. fin. XII, 20. all. Postremo populares suos cum vulpibus comparat Solon XIX, 5: *Ὑμέων δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει.* V. quoque D. Luc. Evang. XIII, 32: *Πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ* (Herodi regi). — *ἴκελοι. Similes.* Communis generis vox, coll. Hes. Opp. et D. 71. Theog. 572, Gaisf.: *Παρθένῳ αἰδοίῃ ἴκελον* (Pandoram). — *κερδοῖ δέ τί μάλα τοῦτο κερδαλέον τελέθει;* De *κερδὼ* (vulpe) v. omnino Huschkius l. c. p. CCXXXVIII sq. Phavorinus 1040, 35. B.: *Καὶ ἡ κερδὼ ἀλώπηξ, ὃ ἐστιν ἀπατητική, δολερά.* Lusum in vv. *κερδοῖ* et *κερδαλέον* illustravit Idem Huschk. ibidem. Similiter v. 167. luditur in vv. *ἑλκόμενος* et *ἕλκος*. V. quoque Ol. VII, 107. 118. p. 268. Si *κέρδει* retines (Böckh. nott. critt.), erit *lucri cupidini*, i. e. *lucri cupido*. Istâ enim ducti calumniantur quidam. — Jam *ἐχοίσας* Böckhius e schol. 144., codd. plurimis, Ald. Diciturque *πόνον ἔχειν* Nem. III, 20., coll. homericis Damm. p. 2075. Vulgatæ *ὀχοίσας* (*ὀχεοίσας*) favet Ol. II, 122., ubi Nos p. 111., nec non Oppian. Hal. III, 374: *Φελλοὶ δ' ὀχμάζουσιν ἄνω δόλον.* — *βαθύ. In profundo.* Pro *βαθέως*, s. *κατὰ βάθος.* — *σκευᾶς ἑτέρας. Altera instrumenti piscatorii parte, sc. reti.* Cernitur suber, non cernitur rete.— Acute Bothius Böckhiusque in nott. critt. p. 451 (qui tamen ibidem l. c. argutatur in v. *ἅλμα*, quæ simpliciter est *mare*, coll. ind. Eurip. Barnes. all.) jungunt *ἀβάπτιστος ἅλμας*. Obsequitur Thierschius, distinguendo, non interpretando. Ita rete bis exprimitur, primo improprie, dein proprie; *ἕρκος* vero *rete* esse, testatur Nem.

III, 89. Adde indicem Eurip. Barnes., Elmsl. cum rell. ad ejusd. Medeam 956., Schneid. L. g. v. Qui ἔρκος ἅλμας (coll. schol. v. 147) jungunt, iis opitulabitur ἀλιεργής, de quo v. Nos p. 297 sq. Quamquam hinc non consequi puto, dictum ἔρκος ἅλμας, neque favere mihi puto Eurip. Heracl. 442. Elmsl.: *Ποῖον δὲ γαίας ἕρκος οὐκ ἀφίγμεθα;* Ubi ἕ. γ. aliis erit *fines regionis*, i. e, *regio ipsa*, aliis *regio illa*, *in quam velut in carcerem incidernnt*. Dein inter loca parallela Aesch. Choeph. 502 [499. Blomf., ubi videndum Ejusdem Gloss.] e Pindaro expressum recte negat Böckhius. Estque omnino locus a nostro diversus, cum apud Aeschylum suber faciat, ne pereat rete, apud Nostrum suber resistat reti, neque in profundum se trahi patiatur. Magis faciunt Archiae versus ad illustrandum ἀβάπτιστος, coll. Blomf. Gloss. supra cit. et ind. Anthol. gr. Lips. (T. XIII. p. 477. B.). Dicit ergo Graecus: *Quomodo suber non mergere valet rete, ita nec me conamina calumniantium retibus similia. Superior evado, nec magis me latent, quae tenebris gaudentes malefici tentent, quam suber ea, quae rete in profundo versans quasi machinetur.* Jam qui haec loquitur, non differt ab eo, apud quem mali homines alios mendaciis insectabantur. Quodsi de eo cogites, quem isti nebulones lacerabant, turbatur loci contextus. Constanter hoc tene in carminis obscuri lectione; tum multas interpretandi molestias vitabis, sensumque carminis ad veram simplicitatem reduces. Insidiabatur Hiero fratri Polyzelo, quam impietatem haud leviter juvisse videntur artes susurronum, Polyzelo invidentium, inter fratres simultatis semina spargendo. Jam utrique quidem hoc malum ἄμαχον fuit; nec tamen mitiores. si res altius pensitabatur, Hieronis inimici erant.

quam Polyzeli. — *ἀδύνατα δ'* etc. Antecedentia repetit sententiose. *Ut ego a calumniantibus decipi non possum, ita nullus omnino bonus.* — *ἔπος ἐκβαλεῖν. Loqui.* A jaculatione petitus color, de quo v. Nos ad Ol. I. p. 68. Improbitatem, errorem etc. dictorum significari, vix ego crediderim, quanquam locorum quorundam contextus *nostro sensui* talia suadet. Poterant talia primo celeritatem loquendi designare, postremo simplex *loqui*, coll. epicorum *ἔπεα πτερόεντα.* Jam v. Odyss. IV, 503: *Εἰ μὴ ὑπερφίαλον ἔπος ἔκβαλε.* Soph. El. 562 (Erfurdt.): *Ἐκπομπάσας ἔπος τι τυγχάνει βαλών.* Eurip. Tro. 1170. Matth.: *Ὦ πολλὰ κόμπους ἐκβαλὸν φίλον στόμα.* Herc. f. 145: *Ἐκβαλὼν κόμπους κενούς.* Jon. 929 sq.: *Λόγων ὕπο, Οὓς ἐκβαλοῦσα.* Eunapius Juliano p. 69. Boiss.: *Ἀποβαλόντες τὰς φωνὰς αὐτῶν*, ut legit Boiss. (p. 590) pro *ἀπολαβόντες*, coll. tamen ibidem Wyttenb. T. II. p. 252 sq. Eundem Boiss. v. ibid. (ubi exempla allata opinionem nostram plane firmant), nec non Bastium et Boissonadium ad Aristænetum Epist. I, 10. p. 364. 65. Non diversum *ῥίπτειν, ἐκρίπτειν ἔπη* etc., de quo adi collecta ad Pyth. VI, 37. — *κραταιόν. Quod alios* s. *ferire* (coll. Ol. I, 179), s. *tenere possit.* Schol. v. 148: *Κρατυνθῆναι καὶ πιστευθῆναι δυνάμενον.* Ibidem: *Ἰσχυρὸν πρὸς ἀπάτην καὶ πιστόν.* Opponitur v. 157: *Ἐν . . προφέρει.* — *δόλιον ἀστόν.* Non differt ab illis, quos significat *ἀπάταισι* v. 136., *ψιθύρων* v. 138., *διαβολιᾶν* v. 140. etc. — *ὅμως. Singulis quibusdam talis homo imponere non potest. Sed multitudinem tentat.* — *σαίνων. Adulans.* De v. cf. Blomf. doctissime agentem in Glossar. Aesch. VII Theb. 879. Prom. 860. — *ἀγάν. Curvaturam.* V. Böckh. nott. critt. Bene hoc convenit cum *διαπλέκει*, quod ulti-

mum illustrat Huschk. l. c. p. CCXXXV sq. *Curvaturam flectens*, i. e. *caudam incurvans, canis adulantis instar*. Sunt supra dicti susurrones. Quod contra hanc lectionem monet Ahlwardtius, id non adstruere debebat loco Arateo Phæn. 686. Voss., ubi *περιαγὴν* (*curvaturam*. Voss.: Wölbung) omnino propter consensum codd. tenendum. Neque omnibus numeris verum, quod ibidem præcipit Ahlw.: „In omnibus linguis *frangere* et *flectere, inflectere, immane quantum* distant." Immo *valde inflexa* dici in quibusdam rebus posse *fracta*, mihi probabile est, velut legitur *comam in gradus frangere* Quinctil. I, 6. fin. Jam codicum Ahlw. *AITAN*, unde *ἀπάταν* extundit V. D., nasci poterat e male scripto *AATAN* alius codicis, quod scriba memor versus 52. huic loco ingerere poterat. Et concedendum sane, si non accentum, sed literam mutare velis, optimum fore *ἄτταν*, quæ Heyniana lectio Beckio quoque admodum se probavit. Varie enim junguntur *ὑφαίνειν*, *πλέκειν* pro *facere*, velut *ὄλβον ὑφαίνειν* Pyth. IV, 251. V. quoque Eurip. ind. Barnes. v. *ὑφαίνειν*. Schn. L. g. v. *ὑφαίνω* et *πλέκω*. Ind. Anthol. gr. Lips. (T. XIII. p. 475. A). Sic erit sensus: *Perniciem admodum*, vel *multimode struit*. — *φίλον εἴη φιλεῖν*. I. e. *φίλον φιλοῖμι*. Optativus vero h. l. modestiæ signum pro indicativo, coll. seq. *ὑποθεύσομαι*. Videatur Herm. ad Viger. p. 908 sq. *Propositum est mihi, amicum amare*. Aliis minus bene erit *liceat, detur*. — *ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἄτ' ἐχθρὸς ἰὼν λύκοιο δίκαν ὑποθεύσομαι*. *In hostem, quippe hostis ejus* (als Feind), *lupi instar invadam*. Huschkii *ἰὼν* pro *ἰὼν* elegans est, non necessarium. Idem tamen apud Gurlittium (Pindars pyth.

Siegsges. III. p. 26) conjecturam suam acute tuetur Il. X, 113. Nem. IV, 36. Schol. v. 153: *Λύκου τρόπον ὑποδραμοῦμαι.* Ibidem: *Ἵνα μετέλθω.* Böckhius: „*Incursionem faciam ita, ut impetus ex improviso fiat.* Quod inest in præpositione *ὑπὸ* cum verbo *θέω* juncta.“ Vel erit *prosiliam.* — *ἄλλ' ἄλλοτε πατέων.* In his *ἄλλ'* non est cum Heynio *ἄλλο*, sed *ἄλλα*, ob Nem. III, 72: *Ἄλλοτ' ἄλλα πνέων.* Isthm. III, 29: *Αἰὼν δὲ κυλινδομέναις ἀμέραις ἄλλ' (ἄλλα) ἄλλοτ' ἐξάλλαξεν. Alia (alias vias) alio tempore calcans.* De *ἄλλοτε ἄλλος* v. Viger. p. 76. — *ὁδοῖς σκολιαῖς. Viis curvis.* Optime Böckh. nott. critt. p. 452 (coll. Gurlitt. l. c. p. 22 sq.): „Hic non dolus est, non simulatio, sed boni militis officium, qui, ut adversarium mendaciis et ficta amicitia non inducit, ita præter vim arte utitur, nunc recta via in hostem incurrens, nunc sese recipiens, huc illuc proficiscens et copias hostiles ex transverso circumveniens. Non Christiani hominis hæc sententia est, sed Græci, qui Isthm. III, 63 [IV, 81] Melisso ab utraque parte laudato, quod audacia leoni similis esset, arte vulpi, moralem suam doctrinam professus est his verbis: *Χρὴ δὲ πᾶν ἔρδοντα μαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν.* Hanc sententiam ante Socratem ac Platonem probarunt vel eruditi; hæc communis Græciæ disciplina fuit.“ Archilochus Fragm. CXVIII (Gaisf.): *Ἓν δ' ἐπίσταμαι μέγα Τὸν κακῶς τι δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.* Ubi Liebelius (Fragm. LXXV) bene affert Aesch. Choeph. 120 (117 Blomf.): *Πῶς δ' οὔ; τὸν ἐχθρὸν ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.* Quam sententiam in trilogia Aeschylea saepius repeti, nota res. Idem VII Th. 1051. Blomf.: *Κακὸν κακῶς κακοῖσιν ἀντημείβετο.* Prom. 1014.: *Νοσοῖμ' ἄν, εἰ νόσημα τοὺς ἐχθροὺς στυγεῖν.* Ibid. 1006. 1008.

1077. Solon V, 5: *Εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν· Τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ πικρὸν ἰδεῖν.* Theognis 337 sq. Bekker.: *Ζεύς μοι τῶν τε φίλων δοίη τίσιν, οἵ με φιλεῦσιν, Τῶν τ' ἐχθρῶν μεῖζον, Κύρνε, δυνησόμενον. Χοὕτως ἂν δοκέοιμι μετ' ἀνθρώποις θεὸς εἶναι, Ἢν ἀποτισάμενον μοῖρα κίχῃ θανάτου.* Idem 363: *Εὖ κώτιλλε τὸν ἐχθρόν· ὅταν δ' ὑποχείριος ἔλθῃ, Τῖσαι νιν, πρόφασιν μηδεμίαν θέμενος.* 1032: *Μηδὲ φίλους ἀνία, Μηδ' ἐχθροὺς εὔφραινε.* Eurip. Bacch. 833. Matth.: *Τί τὸ σοφόν, ἢ τί τὸ κάλλιον παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς, ἢ χεῖρ' ὑπὲρ κορυφᾶς τῶν ἐχθρῶν κρείσσω κατέχειν;* Quæ sententia v. 854 sq. iisdem verbis repetitur. Idem Hec. 835: *Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρός, τῇ δίκῃ θ' ὑπηρετεῖν, Καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς ἀεί.* Med. 789. Elmsl.: *Μηδείς με φαύλην κἀσθενῆ νομιζέτω, Μηδ' ἡσυχαίαν, ἀλλὰ θατέρου τρόπου, Βαρεῖαν ἐχθροῖς, καὶ φίλοισιν εὐμενῆ.* Anthol. Palat. XII, cm (Incertus): *Οἶδα φιλεῖν φιλέοντας· ἐπίσταμαι, ἤν μ' ἀδικῇ τις, Μισεῖν· ἀμφοτέρων εἰμὶ γὰρ οὐκ ἀδαής.* Nec tamen meliora Græcos latuere. Socrates Platonis (Stob. Floril. tit. X. p. 130. Gesn.): *Οὐδὲ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται.* Menander Georgo (p. 35. Meineke): *Οὗτος χράιστός ἐστ' ἀνήρ, ὦ Γοργία, Ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν.* Ubi videatur Stephanus et Meinekius. Neque veterum illa ira numeris omnibus improbanda, si accedebat eximium illud, quod habet Menander Adelphis (p. 3. Mein.): *Οὐ παντελῶς δεῖ τοῖς πονηροῖς ἐπιτρέπειν, Ἀλλ' ἀντιτάττεσθ'· εἰ δὲ μή, τἄνω κάτω Ἡμῶν ὁ βίος λήψεται μεταστροφάς ὅλος.* Postremo videndum, quo hæc consilio dicta sint. Pindarum volunt apud regem in suspicionem adductum hominum quorundam calumniis. Ad-

dit Böckhius (Explicc. p. 253): „De se poeta plurima prædicat; nec dubitari potest, eas res ad ipsum etiam Pindarum pertinuisse: ceterum sententiarum maxima pars simul admonitionis causa apposita est, ut et alii et Hiero prudentiæ inde præcepta desumerent." In his num quid Pindarus de se suoque nomine dixerit, vix jam definies. Poterat ea omnia amicorum regiorum chorus proferre, cui carmen cantandum commiserat Thebanus. Deinde si vel Nostrum plurima de se loquentem feceris, cave illico statuas, poetam (vel chorum) queri de se apud Hieronem susurronum mendaciis maculato. Poterat hæc omnia dicere, si vel nullas hominum illorum insidias expertus erat. In has puto inciderat Polyzelus cum suis, Hieroni in suspicionem adductus; unde rerum atrocium exspectatio. Scilicet Hiero vitæ fratris conjugique insidians susurronibus facilem, ut tyrannus, aurem præbuerat insidias fingentibus, quas Polyzelus Hieroni strueret. Hos nebulones largâ dicendi copiâ petit, quæ mihi, si se suasque res s. P. s. chorus spectaret, satis molesta, pinguis, cupida videretur. Immo sensus hic erit: *Quod me attinet* (ἀδιχοῦντι hæc dicta), *artibus susurronum cujuscunque generis non vincor, de aliis falsa mihi referentium. Neque* (ἀδιχουμένῳ dicta) *ab iisdem vinci me patior, ubi falsa de me aliis narraverint. Mala malis rependo, acriter in eos incurrens.* Postremo (quod potissimum est) noli præternittere, dicta hæc esse atque præcepta simillimo ei consilio, quo non pauca dicuntur in choris Græcorum scenicis. Multa ibi profert chorus, non quæ certo quodam tempore facta sunt, sed quæ fieri et possunt et solent; enuntiat de se, quæ facere soleat; exponit indolem suam et agendi rationem consuetudinemque, nimirum hoc quasi lato et

generali dicendi genere ea promturus, quæ pro singularum rerum ratione dicenda erant. — *ἐν πάντα δὲ νόμον ἐυθύγλωσσος ἀνὴρ προφέρει. In quavis forma civilium institutorum vir verax praestat, eminet, ideoque plus efficit, quam calumniator, cujus artes brevi deteguntur*, coll. Gurlitt. l. c. p. 20. *Ἐν* dorice pro *εἰς*, coll. Pyth. V, 50 all. Schneid. L. g. v. Ambiguus quartæ vocis accentus. Schol. v. 157. legit *νόμον*, sc. interpretando: *Κατὰ πᾶσαν ἀρχήν.* Sic quoque Aldina. Sed Romana *νομὸν* habet. Quod rejicit Huschkius l. c. p. CCXLI., citans Pyth. X, 108. et Propert. IV, 11, 13. Eidemque *ἐν πάντα* (*εἰς πάντα*) est *quovis modo*, *νόμον civitatem* (non *civitatis formam*), *προφέρει* (apud Gurlitt. Pind. pythische Siegsgesänge III. p. 26) *auget, illustrem reddit*, coll. Soph. Antig. 168 (365., ubi tamen Herm.) Quem *νόμον* significatum equidem haud novi, coll. quoque Gurlitt. ad Pyth. II. p. 20. Friget quoque h. l. *quovis modo*. Jam scriptio *νόμον* sequentibus quoque commendatur, ubi habes varias *νόμου* formas. Quamquam dictionis æqualitati interpres pindaricus caveat ne justo plus tribuat. — *προφέρει* (*ἑαυτὸν*) est *praestat, eminet*, coll. Schneideri L. g. vv. *προφέρω* et *προφερής*. Neque aliter schol. v. 157: *Κρείττων ἐστίν.* Isthm. V, 55. habet *προφέρειν* significatione primitiva, quod non vidit Huschk. l. c. p. 27. — *τυραννίδι. Monarchia*, coll. Pyth. XI, 81. Fragm. inc. CLXXVIII (Heyne III, 156). Quid de hac forma senserit, ipse h. l. tacet, ingenue profitetur Pyth. cit.: *Τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὑρίσκων τὰ μέσα μακροτέρῳ ὄλβῳ τεθαλότα, μέμφομαι αἶσαν τυραννίδων. — χὠπόταν ὁ λάβρος στρατός.* Perstringit democratiam. De v. *λάβρος* v. Nos ad Ol. II. 156. p. 124 sq. — *χὥταν πόλιν οἱ σοφοὶ τηρε-*

ὠντι. Maxime igitur aristocratia Pindaro placet. — *χρὴ δὲ πρὸς θεὸν οὐκ ἐρίζειν* etc. Aliam describit calumniarum illarum partem. Dixerat supra (v. 131—161): *Maledici sunt impii in eos, quos insectantur.* Jam dicit (v. 162—175): *Impii quoque in Deum sunt.* Bene schol. v. 161: *Οἱ διαβάλλοντες, φησί, τοῖς θεοῖς ἐρίζουσιν.* Scilicet numini succensentes, quod ipsos pejus habeat, quam alios quosdam. Sententia nostri loci aliis quoque frequentata. Hom. Odyss. IV, 78: *Ἦτοι Ζηνὶ βροτῶν οὐκ ἄν τις ἐρίζοι.* Theogn. 687. Bekk.: *Οὐκ ἔστιν θνητοῖσι παρ' ἀθανάτοισι μάχεσθαι, Οὐδὲ δίκην εἰπεῖν. οὐδενὶ τοῦτο θέμις.* Eurip. Bacch. 306. Matth.: *Κοὐ θεομαχήσω.* Menander Eunucho (Mein. p. 68): *Μὴ θεομάχει.* Callim. Apoll. 25: *Κακὸν μαχάρεσσιν ἐρίζειν.* Ubi Spanhem. Apoll. Rh. II, 338: *Ἐπεὶ πολὺ βέλτιον εἶξαι Ἀθανάτοις. — ἀνέχει. Evehit, tollit.* Fragm. inc. CLXXVII (Heyne III, 153. Böckh. II, 2, 605): *Πλεῖστα μὲν δῶρ' ἀθανάτοις ἀνέχοντες: tollendo offerentes, sacrantes.* Schol. v. 161: *Ὑψοῖ . . Μετεωρίζει, ὥστε εἶναι περὶ αὐτὸν μεγάλην δόξαν.* Incertus in fronte Ammonii T. I. p. XLIV. ed. Lips.: *Ἀνέχω τὸ βαστάζω μεταβατικῶς, καὶ ἀνέχω τὸ τιμῶ ὁμοίως.* V. quoque Reisig. Enarrat. Soph. Oed. C. 680. p. XCVIII., obloquente Hermanno ad eundem locum p. 149. Non dubium mihi, in multis locis esse *ἀνέχειν honorare*, coll. Brunck., Musgr. et Döderl. ad Soph. l. c. Primitiva v. significatio in locis seqq. obtinet. Archil. Fragm. CX (ed. Liebel., coll. Oraculo ap. Demosth. Macart. 1072, 23. Reiske): *Δήμητρι χεῖρας ἀνέξων.* Eurip. Med. 461. Elmsl.: *Ἀνέσχον σοι φάος σωτήριον.* Hippol. 1288. Monk.: *Πήματος ἔξω πόδα τοῦδ' ἀνέχεις.* Apoll. Rh. III, 216: *Ki-*

ονας, οἱ περὶ τοίχους Ἐξείης ἄνεχον. V. quoque Phavor. 192, 8—45. Eurip. ind. Barnes. v. *ἀνέχειν.* Bekker. Anecdd. gr. 400, 4. 13. Schneider. L. g. v. Anthol. gr. Lips. T. XIII. p. 178. B. — Male *κείνων* Heynio est *adulatorum*, *ἑτέροις probis*. *Sententiose* loquitur P., coll. Gurlitt. et Herm., et est *κείνων illorum*, *ἑτέροις* pro *ἐκείνοις*. *Alios alio tempore evehit*. — *ἔδωκεν μέγα κῦδος*. V. 96: *Κῦδος ἀγήραον παρέδωκ'*. — *ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα νόον ἰαίνει φθονερῶν*. *Eadem rerum vicissitudo, quae aliis favit, ipsis quoque favere suo tempore potest* (coll. Böckh. nott. critt. et Thiersch.). *Verum nec hoc* (quod solatii aliquid continet), *nec aliud quidquam ad sanam eos mentem revocat, ut desinant aliis invidere et calumniari*, coll. schol. v. 165. Ceterum Noster intimam veramque calumniarum cum illarum tum aliarum causam aperit. *Invidebant quidam Polyzelo. Hinc eorum mendacia, quibus eundem evertere conabantur*. In seqq. mala exponuntur, quae invidiam sequuntur. *Vexant se ipsi, poenasque divinas provocant*. Postremo quae de fortuna alio tempore aliis favente dicit P., ea haud ita multo post Syracusarum historia comprobavit. Mortuo enim Hierone familiam ejus regno exutam esse constat. Ita ii, qui invidia ducti vel Hieroni vel fratri insidiati fuerant, votorum compotes fieri poterant. — *στάθμας δέ τινος ἑλκόμενος* (sc. *φθονερῶν τις*, non *νοῦς*, ut Böckh. vult nott. critt. p. 453) *περισσᾶς*. Aliorum de loco difficili sententias ita Böckhius explosit, ut interpretibus post eum venientibus non multa reliquerit. Jam *στάθμην* rubricam fabrorum esse, neminem latet, coll. Boisson. supra cit. p. 515., Schneid. L. g. v. Hinc linea inde facta, præscripta, *regula, praeceptum*, vel-

ut Pyth. VI, 45: *Πατρῴαν μάλιστα πρὸς στάθμαν ἔβα.* coll. Ol. XI, 53: *Σταθμᾶτο, metiebatur.* Eurip. Suppl. 201. Matth.: *Διεσταθμήσατο: Dimetitus est.* Adde ind. Eurip. Barnes. vv. *σταθμᾶν* et *στάθμη.* Sed Nem. VI, 13. est *στ. meta.* Vides, apud Nostrum vix esse posse *lancem* vel *trutinam*, quam vim et alibi verbo inesse, recte me quoque judice negat Böckhius, coll. Schneid. L. g., qui tamen vulgatam interpretationem h. l. non derelinquit. Jam ex loci nostri contextu erit *στ. linea*, s. *comparationi suarum rerum* (cum aliorum rebus), s. *metiendo inserviens.* Optime schol. v. 166: *Οἱ σταθμούμενοι δὲ πολλὰ καὶ περιγράφοντες μεγάλα τινὰ μέλλοντα αὐτοῖς ἔσεσθαι.* Firmatur hoc sequentibus: *Πρὶν ὕσα φροντίδι* etc. Jam genitivi h. l. auctoritate nituntur aliorum genitivorum, coll. *ἕλκειν, λαβεῖν ποδῶν, ῥινός* etc., de quo v. Schneid. L. g. v, Matth. gr. Gr. p. 491 sq. Quamquam ibi is, qui trahitur, accusativum habet, pars ejus, quae trahitur, genitivum. Acute vero Böckhius confert nostrum An einer Leine ziehen. Bene, si usum verbi activi illustrare velis. Medio respondet illud Sich mit etwas schleppen. Eritque *ἕλκομαι* (coll. Damm. Lex. p. 630. 31) illis mediis adnumerandum, quæ *toti rei, quae tangitur*, genitivum applicant, de quibus v. Matth. l. c. p. 490 sq. Optime vero electum verbum laborem metiendi exprimit. Deinde voce *τινος* dictionem impropriam significat; est enim illud pronomen pro *quasi*, coll. Latinorum *quidam*, de quo v. Lexx. latt. — *περισσᾶς. Immodicae, justo longioris.* Bene hoc metiendo convenit. Nem. VII, 63. est *περισσὰ valde.* De v. cf. quoque Schn. L. g. v. — *ἐνέπαξεν ἕλκος.* Lusus puto, profectus ex antecedenti *ἑλκόμενος. Dolent, antequam dolendum esse sciunt*, sc. ante

te eventum. Idque eos diis hominibusque infensos facit. Est autem hoc *ἑαυτὸν τιμωρεῖσθαι* invidiæ natura, coll. Philem. p. 412. Mein. Alia congessit Barthius ad Stat. Theb. II, 18., monente Jacobs. ad Anth. gr. Lips. T. XII. p. 117. — *φέρειν δὲ* etc. Recte Heynius: „Redit ad v. 161. 2." — *ἐπαυχένιον ζυγόν.* A jumentis petitus color, præeunte *ἑλκόμενος*, quod ipsum quoque illorum laboribus inservit. Et sequitur *ποτὶ κέντρον λ.* Nem. VII, 8: *Εἴργει δὲ πότμῳ ζυγένθ' ἕτερον ἕτερα.* Ubi Dissen. Hymn. hom. IV, 217: *Ἐπὶ γὰρ ζυγὸς* (deorum) *αὐχένι κεῖται.* Orph. h. LXI, 5: *Ἣν* (Nemesin) *δεδίασι βροτοὶ ζυγὸν αὐχένι θέντες.* Menandri Fragm. inc. CXXVII (Meineke): *Πρὸς τὴν τύχην γὰρ ζυγομαχεῖν οὐ ῥᾴδιον.* Cf. quoque D. Matth. XI, 29. De *ζυγομαχίᾳ* v. inprimis Boissonadium ad Aristæn. Epist. I, 2. p. 253., de *κέντρῳ* Valck. et Monk. ad Eurip. Hippol. 1189. — *ἀρήγει.* Schol. v. 171: *Συμφέρει.* — *ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτιζέμεν τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος.* Planius erat *ποτὶ κέντρον δέ τοι λακτίζοντος τελέθει ὀλ. οἶμος.* De formula *πρὸς κέντρον λακτίζειν* similibusque v. schol. v. 173., Stanl. Schütz. et Blomf. ad Aesch. Prom. 331., Elmsl. ad Eurip. Bacch. 794., ubi citatur J. G. Hageri dissertatio De Græcorum proverbio *πρὸς κέντρα λακτίζειν.* Lips. 1738. V. quoque interprr. N. T. ad Acta Apost. IX, 5. XXVI, 14. Valck. Oratt. p. 380. citatus Heynio. Vorst. de adag. N. T., referente Gurl. l. c. p. 22. Poenam boum excalcitrantium illustrat schol. v. 173: *Τῶν γὰρ βοῶν οἱ ἄταχτοι κατὰ τὴν γεωργίαν κεντριζόμενοι ὑπὸ τοῦ ἀροῦντος λακτίζουσι τὸ κέντρον καὶ μᾶλλον πλήττονται.* Aliter schol. Aesch. Prom. 331 (p. 49. Schütz.), ubi boves excalcitrando ad-

versus stimulum se vulnerare dicuntur. Similiter hominum illa cum deo dimicatio non tantum est irrita, sed et perniciosa. Menander sent. sing. 247 (p. 322. Mein.): *Θεῷ μάχεσθαι δεινόν ἐστι καὶ τύχῃ.* Ibidem 251: *Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.* Opp. Hal. II, 12: *Ἀλλ' αἰεὶ μάκαρες πανυπέρτατοι ἠνία πάντη Κλίνουσ', ἦχ' ἐθέλωσιν· ὁ δ' ἕσπεται, ὅς τε σαώφρων, Πρὶν χαλεπῇ μάστιγι καὶ οὐκ ἐθέλων ἐλάηται.* Eusebius Stob. Florileg. p. 618, 24. Gesn.: *Ἀνήρου τοῦ προσπεσόντος, ἔπειτα χαλεπαίνειν τοῖς θεοῖς, μεῖζον κακόν ἐστι ζητεῖν.* — *ἀδόντα δ' εἴη με τοῖς ἀγαθοῖς ὁμιλεῖν.* Opponuntur hæc versibus 131—175. *Ego cum bonis viris* (v. 149), *non cum adulatoribus et calumniatoribus versari, iisque placere cupio.* Hæc quoque Hieroni dicta. Apponam in fugam vacui locum supra neglectum Eurip. Hippol. 227. Monk., unde h. c. versui 12 sqq. lux aliqua affundi videtur: *Δέσποινα ἁλίας Ἄρτεμι λίμνης (Λίμνης) Καὶ γυμνασίων τῶν ἱπποχρότων, Εἴτε γενοίμην ἐν σοῖς δαπέδοις, Πώλους Ἐνέτας δαμαλιζομένη.* Ubi schol. et Monk.

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ Γ'

ΙΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΣΙΩΙ

ΚΕΛΗΤΙ.

V. 1—13.

Utinam vivat Chiron, Aesculapii medici magister! Χείρωνά τε. Schol. v. 111. habet κε. — Φιλλυρίδαν. Chiron Philyræ filius (Pyth. IV, 181 sq. VI, 21) e constanti veterum narratione, de quo Spanh. ad Callim. Jov. 36. Sprengel. Pr. Gesch. d. Arzneik. Ed. III. T. I. p. 159. Nitsch. N. myth. Wörterb. v. Chiron. In patre variatur. Plurimis (ut Nostro v. 5. Pyth. IV, 204. Nem. III, 83. coll. auctoribus modo citt.) est Saturnus, aliis Ixion Thessalus, Centaurorum reliquorum pater Pyth. II, 78 sqq. (Sprengel. ibid.). — ἀμετέρας ἀπὸ γλώσσας. V. ad Ol. VI, 19. p. 188 sq. Vel chorus hæc dicit, vel P. Hoc eligendum ob v. 111 sq. 122 sq. Ibidemque ὕμνοι ἀμέτεροι (*mei*). V. quoque σφέτερος Ol. IX, 118. — κοινὸν ἔπος. *Commune verbum*, sc. *civium, pro salute regis vota facientium*, de quo v. interprr. An erit: *Quod in morbis dici optarique solet?* præeunte forsan aliquo poeta, unde phrasin in vulgi consuetudinem

abisse putes. — *ζώειν τὸν ἀποιχόμενον.* De morte Centauri v. Nitsch. l. c. coll. Sprengel. ibid. — *βάσσαισί τ' ἄρχειν Παλίου. Pelii in convallibus.* Pyth. II, 84: *Ἐν Παλίου σφυροῖς.* IX, 7: *Παλίου κόλπον.* Q. Smyrn. IV, 52: *Πηλίου ἐν βήσσῃσι.* Habitaverat in quadam Pelii caverna v. 111. IX, 50. Nem. III, 93. Orph. Arg. 380. Q. Smyrn. IV, 143. Regem facit P., quasi heroum aliquem. V. quoque Heynius. — *Φῆρ'. Feram.* V. Schneid. L. g. v. Pyth. IV, 211. Arati Phæn. 662. Voss.: *Πρότεροι πόδες Ἱπποτόφηρος* (Centauri Chironis). — *νόον ἔχοντ' ἀνδρῶν φίλον. Animum erga homines mitem.* Schol. v. 7: *Νοῦν ἔχοντα προσφιλέστατον τοῖς ἀνθρώποις.* Est hæc vulgaris explicatio. Vel junges *φίλον νόον ἀνδρῶν* (i. e. *ἀνθρώπινον*): *Animum mitem, qualis est* (*esse debet*) *hominum animus* (comparatus cum feris). Nostrates: Freundlichen Menschensinn. Ita melius opponi videbitur forma Centauri animusque, coll. Nonn. Dionys. XLVIII, 41: *Χείρων, Ἀνδροφυὴς ἀτέλεστος, ὁμήλικι σύμπλοκος ἵππῳ.* Quocum comparetur Apoll. Rhod. II, 1240: *Χείρωνα πελώριον, ἄλλα μὲν ἵππῳ, Ἄλλα θεῷ ἀτάλαντον.* Fuit igitur s. *μιξάνθρωπος* s. *μιξόθηρ*, de quo v. omnino doctissimus Jacobsius ad Anthol. Pal. T. III. p. LXXXVII. 800., a quo nostram illius Platonici (Protag. 327. D.) *μισάνθρωποι* in *μιξάνθρωποι* mutationem præoccupatam videmus. Deinde *φίλον* præludit iis, quæ de Chirone Aesculapium educandum recipiente deinceps dicuntur. Et floruit Centaurus humanitatis, hospitalitatis, justitiæ (probitatis), sapientiæ laude, coll. Sprengel. ibid. p. 159. Adde nos ad v. 111. — *ἀνωδυνιᾶν γυιαρχέων. Indolentiae* (valetudinis), *artubus valentis.* Schol.

v. 9: *Ἀνωδυνίας γυιαρχέος· τότε γὰρ τοῖς μέλεσιν ἐπαρχοῦμεν, ὅταν ὦμεν ἀνώδυνοι.* Jam *γυιαρχὴς* (Nonn. Dionys. XIX, 149) parum differt a *γυιαλχὴς* (Idem XXI, 17. XXXVII, 500) et *γυιαλθὴς*, de quibus vv. earumque confusione v. Gurl. ad h. l. et Schneid. L. gr. v. *γυιαλθής*. — Postremo quam apte Chironem e diis Græcorum medicis P. elegerit, causa non latet. Debebat Chiron *ἱπποτόφῳ*, ut nomine Arateo utar, regi sanitatem procurare, ut eidem victoriam Pherenicus equus procuraverat.

V. 14—43.

Interemit matrem ejus Coronidem Apollo, quod ex ipso gravida alienum amorem appetiverat. — *Φλεγύα θυγάτηρ.* Coronis v. 43. Eam vides in numis Pergamenorum, sc. eorum tutelarem. V. Eckhel. D. V. N. II, 465. Heyne ad h. l. — *τελέσσαι*, Schol. v. 15: *Πρὶν ἐκτελέσαι τὰ κατὰ τὰς ὠδῖνας, πρὶν τεκεῖν.* Verum *τελέσαι* h. l. non absolute positum est, sed regit accusativum *τόν*. Est *antequam absolvisset eum*, i. e. *in lucem edidisset.* Similis v. *τέλος* usus circa nuptias et matrimonium, coll. Schneid. L. g. v. — *ματροπόλῳ σὺν Ἐλειθυίᾳ.* Nem. VII, 1—3: *Ἐλείθυια, γενέτειρα παίδων. — εἰς Ἅιδα δόμον κατέβα. Mortua est.* Eurip. Heracl. 907: *Ὡς τὸν Ἅιδα δόμον κατέβα. — ἐν θαλάμῳ. Ut mulier, domi.* Sunt enim *θάλαμος* et *θάλαμοι* mulierum, coll. Ol. VII, 53. Pyth. II, 61. Nem. I, 62. Cf. quoque Heyn. et Böckhium. Mirifice alii jungunt *δαμεῖσα ἐν θαλάμῳ.* Schol. v. 18: *Πρὶν γεννήσῃ ἐν θαλάμῳ.* Vanum et hoc. — *τέχναις Ἀπόλλωνος. Artibus Apollinis*, i. e. auctore et subornatore Apolline.

Paulo aliter *τέχναι* dei alicujus capiendæ Olymp. VII, 55. p. 255. IX, 77. p. 350. Deinde quamquam Apollo ut deus pestifer istam cædem patrare poterat, rectius tamen Dianæ sororis ministerio utentem vides. Erat enim interimenda femina deique amasia. Verum quod utero gestabat, ipse sospitavit. — *χόλος δ' οὐκ ἀλιθιος γίνεται παίδων Διός. Moverat enim* (v. schol. v. 22) *sibi Apollinis Jove nati iram non contemnendam.* — *ἄλλον αἴνησεν γάμον. Probavit alium amorem.* Bene Heynius confert Pyth. IV, 396: *Καταίνησάν τι κοινὸν γάμον.* De simplici *αἰνεῖν* v. Pyth. IV, 248. Nem. IV, 151., de *καταινεῖν* Gurlitt. Pind. pyth. Siegsges. III. p. 10. — *κρύβδαν πατρός.* Schol. v. 25: *Τοῦτο πρὸς τὸ προκείμενον συναπτέον.* Quod ex Apollodoro III, 10, 3. Heynius adstruit. Idem Gedikio aliisque placuit. — *ἀκεροσεχόμᾳ Φοίβῳ.* Phœbi prædicatum apud Apoll. Rhod. II, 708. Nonn. Dionys. X, 207. XII, 134. Christodor. Anthol. Pal. II, 266. Ibidem T. II. p. 832. Epigr. CCXLIII. Anthol. gr. Lips. T. XIII. p. 158. — *φέροισα σπέρμα. Gravida facta.* V. Ol. IX, 92. Aliud *σπέρμα φέρων* Nem. X, 30. — *οὐδ' ἔμειν' ἐλθεῖν τράπεζαν νυμφίαν.* Schol. v. 27: *Οὐχ ὑπέμεινε, φησίν, ἡ Κορωνὶς ἐλθεῖν τὴν νυμφιδίαν τράπεζαν, ἀντὶ τοῦ νόμῳ γαμηθῆναι.* Olymp. III, 71: *Ὅτι πλείσταισι βροτῶν ξειναίαις αὐτοὺς ἐποίχονται τραπέζαις.* Ubi velut nostro loco *mensas venientes* habes. — *οἷα.* V. Ol. I, 24. p. 14. — *φιλέρμιαν. Solent.* V. Nem. I, 15. — *ἀλλά τοι. At vero.* Viger. p. 474. — *τῶν ἀπεόντων.* Idem quod *τῶν πόραω* v. 39. Prohaverat *ἄλλον γάμον* v. 25. — *ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀνθρώποισι ματαιότατον,*

ὅστις κ. τ. λ. Schol. v. 38: *Ἔδει εἰπεῖν ὅπερ φῦλον. νῦν δὲ ὃς εἶπεν, ἵνα ᾖ ὃς ἀνθρώπων.* Cf. Eurip. Hel. 941. Matth.: *Παισὶ γὰρ κλέος τόδε Κάλλιστον, ὅστις ἐκ πατρὸς χρηστοῦ γεγώς, Ἐς ταὐτὸν ἦλθε τοῖς τεκοῦσι τοὺς τρόπους.* Similis anomalia Med. 214. Elmsl.: *Δίκη γὰρ οὐκ ἔνεστ' ἐν ὀφθαλμοῖς βροτῶν, Ὅστις, πρὶν ἀνδρὸς σπλάγχνον ἐκμαθεῖν σαφῶς, Στυγεῖ δεδορκώς.* Ubi Elmsl. V. quoque Mein. ad Men. p. 207. — *παπταίνει τὰ πόρσω.* *Spectat remota.* Ol. I, 182: *Μηκέτι παπταινε πόρσιον.* — *μεταμώνια.* V. ad Ol. XII, 9. p. 433. — *θηρεύων.* *Venans, sectans.* Nem. XI, 62: *Μέτρον θηρευέμεν.* Aesch. Prom. 883: *Θηρεύσοντες οὐ θηρασίμους Γάμους.* Soph. Antig. 92: *Ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα.* Eurip. Hippol. 960, Monk.: *Θηρεύουσι γὰρ Σεμνοῖς λόγοισιν αἰσχρὰ μηχανώμενοι.* Ubi αἰσχρὰ est verborum θηρ. et μηχ. Iphig. A. 558. Matth.: *Μέγα τι θηρεύειν ἀρετάν.* Adde ind. Eurip. Barnes. et Latinorum *venor.* — *λῆμα Κορωνίδος.* *Audax Coronis.* De hoc substantivorum usu videndi omnino Spanh. ad Call. Del. 297. Monk. ad Eurip. Hippol. 794. Cf. quoque ind. Eurip. Barnes. v. *λῆμα*: [1]) Jam nolim cum aliis de arrogantia puellae cogitare indigenas fastidientis. Imponuntur talia epitheta more epico extra contextum.

V. 43—82.

Sequitur Coronidis facinus et supplicium. Sed filius servatus Chironi traditur educandus. *οὐ δ'*. Heynius: *οὐ δ'*. Rectius contrahitur, velut loco simillimo Ol. VI,

1) *Λῆμμα* h. l. vitiose a quibusdam scribitur, ut alibi. V. Elmsl. ad Eurip. Med. 118.

59: *Οὐδ' ἔλαθ' Αἴπυτον ἐν παντὶ χρόνῳ κλέπτουσα θεοῖο γόνον.* V. quoque Böckhius nott. critt. p. 456. — *σκοπάν.* Schol. v. 46: *Σκοπὸν τὸν νοῦν λέγει τοῦ Ἀπόλλωνος.* Rectius Apollo eligitur, coll. interprr. Verum in sensu ambigitur. Haud male *σκ.* quibusdam est h. l. *speculator*. Quod alludere poterit ad *corvum illum, Phoebi speculatorem* (scholl. v. 46. 48), quem religiosus poeta aspernatur, coll. Böckh. Explicc. Estque omnino deus ille *speculatorius*, de quo v. Incertus Anthol. Pal. VI, 8: *Λαοδάμας τρίποδ' αὐτὸν ἐϋσκόπῳ Ἀπόλλωνι Μουναρχέων ἀνέθηκε τεῖν περικαλλὲς ἄγαλμα.* Eadem Pindari ipsius sententia v. 50—54. Adde nos ad Ol. VI, 101. p. 209. Sed vide, ne simpliciter sit *rex*, velut Apollo *Λάλου σκοπὸς* est Ol. VI, 101. Dii *ὀλύμπου* sunt *σκοποὶ* Ol. I, 86. Acastus *Μαγνήτων σκοπὸς* Nem. V, 50. Verum his locis *σκοπὸς* habet genitivum appositum. — *μηλοδόκῳ Πυθῶνι.* Oves mactandæ ante introitum in Delphicam ædem. Eur. Jon. 229 (coll. Hymn. hom. I, 535): *Ἐπὶ δ' ἀσφάκτοις μήλοισι δόμων μὴ πάριτ' εἰς μυχόν.* Apoll. Rhod. II, 490: *Ὣς φάτ' Ἀγηνορίδης· ὁ δ' ἐπισχεδὸν αὐτίκα δοιὼ Ἤλυθ' ἄγων ποίμνηθεν ὄϊς· ἀνὰ δ' ἵστατ' Ἰήσων, Ἂν δὲ Βορήϊοι υἷες, ἐφημοσύνῃσι γέροντος. Ὦκα δὲ κεκλόμενοι μαντήϊον Ἀπόλλωνα Ῥέζον ἐπ' ἐσχαρόφιν.* Eurip. Androm. 129: *Ἀξίμηλον δόμον τᾶς ποντίας θεοῦ* (Thetidis). Deinde oves erant inferiæ. Apoll. Rh. II, 839: *Παρὰ δ' ἄσπετα μῆλα, Ἵνα θέμις οἰχομένοισι, ταφήϊα λαιμοτόμησαν.* Latius intelligit vocem schol. v. 46: *Τῇ πολλὰ ὑποδεχομένῃ θύματα.* Utque hîc Pytho *μηλοδόκος* dicitur, ita *πανδόκος* Pyth. VIII, 89. ob hominum frequentiam, coll. Ol. III, 30. — *τόσσαις.* Schol. v. 48: *Τυχών.* Ibidem: *Ἐν δὲ τῷ Πυθῶνι ὢν ὁ Ἀπόλλων*

κ. τ. λ. Versans eodem tempore Delphis Apollo. De *ἐπιδημίᾳ* et *ἀποδημίᾳ* numinum multus apud veteres sermo. V. nos ad Pyth. IV, 8. Deorumque fatidicorum scientiam a locis quibusdam pependisse, mihi haud improbabile, coll. Spanhemio ad Callim. h. Del. 94. Hinc poeta noster facinoris notitiam cum præsentia dei Delphica jungere mihi videtur, quamquam addit, Phöbum a se solo edoctum comperisse, quid commissum esset. — *κοινῶνι παρ'* (i. q. *ἐν*. Confert Heynius Pyth. II, 159. Adde Viger. p. 643) *εὐθυτάτῳ. Apud socium rectissimum, integerrimum.* Alludere poterunt tres voces, inprimis superlativus, ad narrationem vulgarem de corvo, coll. scholl. Eadem superlativi vis Ol. I, 60: *Ἐς εὐνομώτατον ἔρανον.* Artemo scholl. citt.: *Ἐπαινεῖ τὸν Πίνδαρον ὁ Ἀρτέμων, ὅτι παραχρουσάμενος τὴν περὶ τὸν κόρακα ἱστορίαν αὐτὸν δι' ἑαυτοῦ ἐγνωκέναι φησὶ τὸν Ἀπόλλωνα.* Reliqua v. in scholl. Eodemque spectat dei laus magnifica in seqq. annexa, quæ orationis tenorem non temere interrumpit,[2]) — *γνώμαν πιθών. Animo persuadens*, i. e. *sibi. Convicit se ipse, licet nolens.* Grave enim amanti scelus amatæ. Optime Heynius: *Se ad credendum adducens.* His positis vix jam locum habebunt, quæ Böckhius proposuit nott. critt. p. 456: „*Γνώμαν πιθών, animum persuadens.* Quorsum, obsecro, *persuadens animum?* quis persuasioni locus in clara rerum cognitione, quam Delphicus deus tenet? Immo *confidere* tantum et *obsequi* animo vaticino debebat, ut Coronidis scelus cog-

2) De corvo et cornice (*κορώνη*) fatidicis avibus, unde Coronidis nostrae mythus nasci poterat, v. omnino Spanhem. ad Callim. Pall. 124.

nosceret. At hanc sententiam vulgata lectio non præbet." Eligit deinde V. D. *γνώμᾳ πιθὼν* codd. quorundam: *menti obsecutus*. Jam pronum per se, in clara rerum cognitione animo suo confisum obsecutumque Apollinem, neque id disertis verbis exprimendum erat. Deinde si *πιθήσας* (Pyth. IV, 194. Adde Damm. p. 1913. v. *πιθέω*) et *πεπιθὼν* (Isthm. IV, 122) *obsequendi* vim habet, inde non sequitur, eandem competere formæ *πιθών*, coll. Buttm. Ausführl. Gr. Sprachl. T. II. p. 207. Immo *πιθὼν* semper est (quantum ego quidem scio) transitivum. Cf. h. carm. v. 114: *Ἰατῆρά τοί κέν μιν πίθον: persuasurus essem*. Aesch. Prom. 212: *Πιθεῖν Τιτᾶνας, Οὐρανοῦ τε καὶ Χθονὸς τέκνα, Οὐκ ἠδυνήθην*. Eurip. Hippol. 1065: *Πάντως οὐ πίθοιμ' ἄν οὕς με δεῖ*. Ubi Monkius. Jon. 839: *Πιθών σε*. Heracl. 1003: *Οὔ τιν' ἂν πίθοις*. Aristoph. Ran. 1168: *Πιθὼν τοὺς κυρίους*. Nonn. Dion. XXII, 79: *Καὶ πίθεν ἀντιβίους ταχυπειθέας*. [3]) Deinde nota, Apollini *γνώμαν* et *νοῦν* opponi, velut apud Aristænetum Epist. I, 28. Boiss. acumen possessori ejusdem. Ita rhetor: *Μὴ κατόκνει, φίλτατε, πυθέσθαι τῆς*

---

3) Activum quoque *πείθω* et *παραπείθω*. Il. XXII, 222: *Τόνδε δ' ἐγώ τοι Οἰχομένη πεπιθήσω ἐναντίβιον μαχέσασθαι*. Hymn. hom. in Ap. 275 Wolf.: *Ἑκάτου πίπιθε φρένας*. Apoll. Rh. III, 14: *Ἦ καὶ τόν γ' ἐπέεσσι παραιφάμενοι πεπίθοιεν Μειλιχίοις*. 479: *Τὴν εἴ κεν πεπίθοιμεν*. IV, 417: *Εἴ κέν πως κήρυκας ἀπειρχομένους πεπίθοιμι*. Call. Jov. 65: *Ἃ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν*. De formâ *παραπεπίθοι* v. Damm. l. cit. p. 1914 sq. Addo Q. Smyrn. VI, 66: *Οἵ ῥα παραιπεπιθόντες Ἀχιλλέος ὄβριμον υἷα Ἄξουσιν*. Postremo noto, *πεπιθὼν* (*obsequens*) Isthm. IV, 122. unicum mihi intransitivi exemplum esse. Sed de h. l. cfr. Damm. l. c. p. 1913.

σῆς σφοδρότητος. Ubi Bastius: „Petron. 102 [coll. 128: Interrogare animum meum coepi]: *Interrogate audaciam vestram.* Quint. D. 14: *Impatientiam interrogare.* Vid. interprr. Petronii. Plane similiter nostrates aiunt: Seinen Scharfsinn zu Rathe ziehen.“ Cetérum nostra dictione fabulam de corvo rejici, supra monuímus. — *πάντα ἴσαντι νόῳ*. Eandem sententiam habes Pyth. IX, 79 sqq. Alibi omnia scire dicitur Phöbus per Jovem. V. Hymn. hom. II, 471. 532. — *ψευδέων δ' οὐχ ἅπτεται*. Olymp. VI, 105: *Ἀρτιεπὴς πατρία ὅσσα* (Apollinis). Ubi conf. nos p. 210 sq. Pyth. IX, 112: *Ἁγνὸν Ἀπόλλων'*. Orph. hymn. XXXIV, 7. Herm.: *Ἁγνέ*, Apollo. Eurip. Iph. T. 1220. Matth.: Phöbe, *ἐν ἀμφευδεῖ θρόνῳ*. Tryphiodorus 641. Wern.: *Παρὰ βωμὸν ἀλαθέος Ἀπόλλωνος*. Ubi videndi Merrickius et Wernickius. Orph. hymn. cit. v. 9: *Καθαρὰς φήμας χρησμούς τ' ἀναφαίνων*. — *κλέπτει τέ μιν οὐ θεός, οὐ βροτός, ἔργοις οὔτε βουλαῖς*. *Fallit eum non deus, non mortalis, factis neque consiliis.* Schol. v. 53: *Παραλογίζεται*. In his *κλέπτειν* est idem quod *ἀπατᾶν*, velut Nem. VII, 33 sq.: *Σοφία δὲ κλέπτει παράγοισα μύθοις*: *Sapientia fallit, seducens verbis.* Simonides VI (Gaisf. P. M. G. III, 160. ed. Lips.): *Ῥεῖα θεοὶ κλέπτοισιν ἀνθρώπων νόον*. Utque Apollo neminem fallit, ita nefas, eum mendaciis tentare. Pyth. IX, 75: *Καὶ γάρ σε, τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν κ. τ. λ.* — *ξειναίαν κοίταν*. Idem quod *ξένου κοίταν*. Cf. v. 44: *Ξένου λέκτροισιν*. Schol. v. 55: *Τὴν λατραίαν ἀπὸ τοῦ ξένου*. — *παρὰ Βοιβιάδος κρημνοῖσιν*. De hac palude et locis conterminis v. Spanhem. ad Callim. Cer. 25. Schellenb. ad Antimachi Fragm. XXXIV.

p. 80. Böckh. Explicc. p. 259. Mülleri Orchom. p. 192 sq. p. 249. Sprengel. l. c. T. I. p. 182. Vocem *χρημνὸς* maxime pindaricam vocat schol. Aesch. Choeph. 319 (monente Blomf.): *Ἡ γνάθος συνήθης* (coll. Blomf.), *ὡς καὶ ὁ χρημνὸς παρὰ Πινδάρῳ* [v. indd. Pindd. et Schneider. ad Fragm. CXLIV. Heyn.], *ὡς ἡ Ἠχὼ παρὰ Σιμωνίδῃ* [Fragm. CXCIII. Gaisf.]. Omisit hoc scholion Schützius in sua scholl. Aesch. editione, notante Blomf. V. quoque Gurlitt. l. c. p. 13. — *δαίμων δ' ἕτερος. Numen adversum, ἀπότροπον* (Pyth. VIII, 134). Vide schol. v. 64. et interprr. — *ἐς κακὸν τρέψαις.* Schol. 62: *Εἰς τὴν τῆς μοιχείας κακουργίαν.* Nondum h. l. de interitu cogitandum, qui deinde sequitur. Cf. inprimis Pyth. II, 52 sq. — *καὶ γειτόνων πολλαὶ ἐπαῦρον, ἁμᾶ δ' ἔφθαρεν.* Schol. v. 64., coll. v. 66: *Καὶ τῶν γειτόνων, φησί, πολλοὶ ἀπήλαυσαν τοῦ κακοῦ τοῦ περὶ τὴν Κορωνίδα· λοιμὸς γὰρ ἐγένετο, αἴτιοι δὲ τοῦ λοιμοῦ Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις· λοιμοῦ οὖν γενομένου συναπήλαυσαν καὶ οἱ μηδὲν αἴτιοι. Ἡσίοδος* [Opp. et D. 238. Ubi Gaisfordius.]· *Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα.* Vocem *ἐπαῦρον* illustrant Blomf. et Elmsl. ad Aesch. Prom. 28. Buttm. Lexil. I, 75 sq. Ausführl. Gr. Sprachl. II, 84 sq. all. — *πολλάν τ' ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς σπέρματος ἐνθορὸν ἀΐστωσεν ὕλαν.* Schol. v. 66: *Λείπει τὸ ὡς, καὶ περιττεύει ὁ τε. ἔστι γάρ· ὥσπερ δὲ πῦρ ἐμπεσὸν ὄρει πολλὴν ὕλην φλέγει, οὕτω τὸ ἁμάρτημα τῆς Κορωνίδος πολλοὺς ἔφθειρεν.* De v. *σπέρμα* v. ad Ol. VII, 87. p. 260. Scholiastæ v. 66. est *σπ.* i. q. *σπινθήρ.* — *τείχει ἐν ξυλίνῳ.* Schol. v. 68: *Τῇ πυρκαϊᾷ.* Classem Atheniensium Pythia vocat *τεῖχος ξύλινον* Herodot. VII, 141. Max.

Tyr. Or. XXXV, 7. Reiske. — *σέλας λάβρον Ἀφαίστου. Splendor Vulcani vehemens*, i. e. *flamma*. Nonn. Dionys. XXXVI, 131: *Ἀφαίστου σέλας*. Aesch. Prom. 7: *Πυρὸς σέλας*. Ubi conf. Schütz. comment. et Blomf. Glossar. ad v. Deinde *λάβρος*, quam v. illustravimus ad Ol. II, 156. p. 124. coll. Boisson. ad Eunap. T. I. p. 172. 350., igni sæpe copulatum vides. Eurip. Or. 688. Pors.: *Πῦρ λάβρον*. Opp. Cyneg. III, 105: *Πυρὶ λάβρῳ*. Paul. Silentiarius Anthol. Pal. V, CCXCI, 3: *Λάβρον πυρσόν*. Incertus ibidem XII, LXXXIX, 4: *Λάβρῳ πυρί*. — *ἀμόν*. *Meum*. De h. v. cf. Blomf. Glossar. Aesch. VII Theb. 413., Monk. ad Eurip. Alc. 406. De *ἁμὸς* Wüstem. ibidem. — *ματρὸς βαρείᾳ σὺν πάθᾳ*. *Matris cum gravi infortunio*, i. e. *cum matre miserrima*. Böckhio est „*πάθη casus turpis*, ut ubi virgo clandestinum coitum passa sit, coll. Ol. VI, 38 (65).“ Non aliter Thierschius. Concinnius puto digniusque deo non immiti, morti matris parvuli mortem opponere. Jure puniverat amatam. Jam vero flebiliter mortua dolorem ei movet, quodque in hac deo non licebat, id facit in parvulo: morti eum eripit. — *βάματι δ' ἐν πρώτῳ*. *Primo*, i. e. *uno gradu*. Schol. v. 75: *Ἐν ἑνὶ βήματι*. Ubi conf. prudens Græci annotatio. Uno gradu Pythone Laceriam delatus est deus, quum fuerit summa celeritate opus, coll. Gurl. l. c. p. 15. Alibi plures gradus habent coelites, de quo v. interprr. Addo Nonn. Dion. XXXI, 75: *Ἡ δὲ* (Proserpina) *θυελλήεντι διαρπάξασα* [*διαΐξασα* conj. Mart. Crusius in sua Falkenburgiana I] *πεδίλῳ, Τρὶς μὲν ἀνηέρθη, τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο Γάγγην*. Verum deus Indorum orientalium Hanuman uno, sic videtur, gradu ex insula Taprobane (Ceylon) in

montes Indiæ boreales (Himalaya) defertur, referente Schlegelio Ind. Biblioth. I, 377 sqq. Postremo diales gradus apollineis majores Aesop. Fab. CCLXXIV p. 113. ed. Fur. mai. — *ἐκ νεκροῦ ἅρπασε.* Quod teste Pindaro ipse, parvuli amans, fecit, secundum alios Ilithyæ fecerunt. Nicomedes Anthol. Pal. T. II. p. 778. epigr. LVI, 1: *Οἷον ἐμαιώσαντο νέον τόκον Εἰλήθυιαι Ἐκ Φλεγύου κούρης Φοίβῳ ἀκεραεκόμῃ.* Deinde hoc secundum sectionis cæsareæ exemplum, primum Bacchi Thebani, de quo videndus Sprengelius Pragm. Gesch. d. Arznk. T. I. p. 182. ed. III. T. III. p. 498 sq. ed. II. De re adde Mezgeri Gerichtl. Arzn. Wissensch. §. 315. — *κἀιομένα δ' αὐτῷ διέφαινε πυρά. Rogus incensus perlucere dei gratia illud fecit, quod tenebat,* ut Phœbus perspicere, parvulumque eripere posset. Effecit hoc, vel perlucidiorem flammam suam reddens, vel quo loco stabat deus, se diffindens. Ita justus tenetur v. *διαφαίνω* significatus, de quo consulendus omnino Schneiderus L. g. v. Aliter schol. v. 78: *Ἡ φύσις τοῦ πυρὸς οἷον διεσχίσθη, καὶ διάστημα τοῦ πυρὸς ἐγενήθη, ἕως ἂν ἐπιβὰς ὁ Ἀπόλλων ἀνέληται τὸν παῖδα.* Secuti recentium interpretum complures, incertum quibus confisi argumentis. Ita enim (quod rarissimum est, coll. Schneid. L. g.) *διαφαίνω* erit pro *διαφαίνομαι*; neque omnino, quod Heynio visum, vi etymi *διαφαίνω* esse potest *diffulgeo*, ut nova cum Böckhio voce utar, sed est vel *perlucere facio*, vel *perluceo*, ex quibus prius jure eligetur. — *Μάγνητι Κενταύρῳ.* V. ad Pyth. II, 78 sqq. Obiter corrigo Libanium in eadem historia versantem. Ita rhetor (Opp. ed. Reiske T. IV. p. 909, 5): *Καὶ ποιεῖται παῖδα ὁ Ἀπόλλων Ἀσκληπιόν, δι' οὗ τὴν τέχνην ἐ-*

στελώσατο. Ubi Morellus legit ἐτελεώσατο, Reiskius ἐστερεώσατο. Lege: ἐστήλωσατο, velut *columnam posuit*, i. e. *condidit*. Similem medicinam afferemus Menandro sententt. singull. v. 439 (Men. et Phil. ed. Mein. p. 330). Ibi legitur: *Οὐδεὶς πῦρ εἰς χρήματα διδοὺς ἐπαύσατο.* Quod intelligi posse rite negant. Rescribe: *Οὐδεὶς ὁ πόρναις χρήματα διδοὺς ἐπαύσατο: qui semel meretricibus pectniam dederit, dare non desistet*. Intercidit ὁ, ubi corruptum erat πόρναις. [4]) — διδάξαι. De Chirone Aesculapii aliorumque magistro cf. omnino Sprengel. l. c. T. I. p. 159. coll. 183. ed. III.

V. 83 — 110.

Aesculapius arte medica pollens quum avaritia ductus mortuum in vitam revocasset, Jovis fulmine interemtus est. Recte; mortalia petant mortales! ὅσσοι μόλον. Ad ipsum, auxilium quaesituri. Schol. v. 83: *Παρεγένοντο.* Vix erit μ. h. l. idem quod ἦσαν, ut alibi ἔρχομαι etc. — αὐτοφύτων. Opponuntur haec tribus sequentibus malis, quae extrinsecus infliguntur. Schol. v. 83: Ὡς ἂν οὐχ ὑπ' ἄλλων ἐπακτὰ ὄντα. — ξυνάονες. *Participes*. Haec prima v. significatio, coll. Christodor. Anthol. Pal. II, 207: *Ξυνήονα λέκτρων.* Nonn. Dionys. XLV, 258: *Ξυνήονα τιμῆς.* Deinde est κοινός, *compluribus communis*. Nonn. Dionys. XXXIX, 346: *Νῆ-*

---

4) Nostram loci sanationem firmare videtur Plaut. Truc. II, 7, 16: Meretricem ego item esse reor, mare ut est: quod des, devorat, nec unquam Abundat. at hoc saltem servat mare; quod illi subest, apparet: huic des Quantumvis, nusquam apparet.

ας ἐπισφίγξασα δύο ξυνήονι δεσμῷ. XLII, 509: *Ξυνήονα κούρην Ζεῦξαι διχθαδίοισιν ἀμοιβαίοις παραχοίτας.* Idem Conv. Evangel. Jo. IV, 40: *Ξυνήονι θεσμῷ: communi lege.* VII, 106: *Ξυνήονι μύθῳ: communi sermone.* XI, 59: *Ξυνήονι πότμῳ: communi fato.* Postremo est *possessus a quodam, proprius, suus.* Nem. V, 50: *Ξυνᾶνα Μαγνήτων σκοπὸν πείσαισ' ἀκοίταν: praprium, suum conjugem.* Nonn. Dionys. XXVII, 259: Phöbe, *Παρνησοῦ τε γέραιρε τεὴν ξυνήονα* (tuam tibique propriam) *πέτρην.* Idem *κοινὸς* Soph. Ant. 1., ubi argutari videntur interprr. Secundae significationis erit quoque *ξυνεὼν* Alexandri Aetoli V, 15 (Anthol. Gr. Lips. T. I. p. 209. coll. T. VII. p. 241): *Ἄλα ξυνεῶνα τραπέζης: sal convivii pluribus commune, ideoque commutnionis signum.* His adde Schneideri L. g. v. *ξυνεὼν* et *ξυνήων.* — *πολιῷ χαλκῷ.* Schol. v. 83: *Λαμπρῷ.* Apud Homerum (Damm. v. *πολιὸς*) ferri prædicatum. — *χερμάδι. Lapide.* Tzetza ad Lyc. 20. p. 307. Müll.: *Χερμὰς κυρίως ἡ μικρὰ πέτρα, ἣν δύναταί τις τῇ χειρὶ μάσασθαι καὶ ἐπιλαβέσθαι.* — *θερινῷ πυρί. Aestivo calore.* Sil. Ital. XVI, 99: *Aut cum letiferos accendens Sirius ignes Torret anhelantem saevis ardoribus orbem.* Loquitur de morbis æstu ortis, ut deinde gelu (*χειμῶνι*), coll. Böckh. Explicc. p. 260. In his febres, neque tamen solæ. — *τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων.* Böckh. l. c.: „De incantationibus .. nota res. Animadvertam tamen, una cum illis medica remedia (*φάρμακα*) adhibita esse, quæ tum tandem effectum habere putabantur, ubi *ἐπῳδὴ* accineretur. V. Plat. Charmid. p. 155. E." Cf. quoque Odyss. XIX, 455., monentibus schol. v. 91. et interpre-

terpretibus. Similiter Q. Smyrn. IX, 461: *Τὸν δὲ στερεὸν καὶ ἄνουσον Ὠκύτερον ποίησε νοήματος αἰψηροῖο Ἶσος ἐπουρανίοις Ποδαλείριος, εὖ μὲν ὕπερθεν Πάσσων φάρμακα πολλὰ καθ' ἕλκεος, εὖ δὲ κικλήσκων Οὔνομα πατρὸς ἑοῖο.* Verum Noster *ἐπαοιδὰς* ut remedia singularia reliquis opponit (*τοὺς μὲν .. ἀμφέπων, τοὺς δὲ κ. τ. λ.*), coll. Sprengel. l. c. T. I. p. 185. Blomf. Glossar. Aesch. Prom. 488., ubi alia habes clara hujus discriminis exempla. Blomfieldianis addo Max. Tyr. Dissert. XXXVI, 5. Reiske (*μηδὲν — γοήτων ἐπᾳδόντων*). Ubi Reiskius confert Dion. Chrys. Or. VI. p. 91. B. (T. I. p. 205. Reiske). Et solis incantationibus sanatum, diserte docet Nonn. Dionys. XXIX, 269: *Καὶ Σταφύλης χυτὸν αἷμα κατεπρήϋνεν ἀοιδῇ.* Eodem traxere quidam Il. XV, 393., ubi *λόγους* schol. Villois. 364. *ἅπαξ λεγόμενον* esse dicit, referente Sprengelio l. c. nota 35., qui V. D. de incantationibus cogitat. Vix bene. De *ἐπαοιδαῖς* v. quoque Blomf. Glossar. Aesch. Prom. 180. Jacobs. ad Soph. Oed. C. 1188. ed. Hell. et Död. Postremo de medicamentorum apud veteres generibus conferendus omnino Blomf. Gloss. Prom. 488. — *ἕτραπεν κἀχεῖνον. Ut alios sapientes.* Novatum hoc a P. vix crediderim, qui potius apud veteres deprehensum omisisset, si mori suo verecunde loquendi obsequi voluisset. Sed repetit, Hieronis puto causa, quem Pyth. I, fin. apertis verbis ab avaritia revocat. — *ἤδη ἁλωκότα. Morte.* Schol. v. 96: *Τῷ μοιριδίῳ ληφθέντα.* Qui fuerit, ambigitur. V. scholl., interprr., Sprengel. l. c. p. 186. Variatur quoque in causa mortis Aesculapii et in ipsa morte. V. Sprengel. ibidem. — *ῥίψαις.* Schol. v. 100: *Τὸν κεραυνόν* (v. 104). — *δι' ἀμφοῖν.* Schol. v. 100: *Τοῦ*

τε Ἀσκληπιοῦ καὶ τοῦ ἀνισταμένου ἀπὸ τοῦ θανάτου. Alia schol. v. 102. habet minus probabilia. Eurip. Alc. 3: *Ζεὺς γάρ, καταχτὰς παῖδα τὸν ἐμόν, αἴτιος, Ἀσκληπιόν, στέρνοισιν ἐμβαλὼν φλόγα.* 127: *Λαβόντας γὰρ ἀνίστη, πρὶν αὐτὸν εἶλε διόβολον πλᾶχτρον πυρὸς κεραυνίου. — χρὴ τὰ ἐοικότα παρ' δαιμόνων μαστευέμεν θνατοῖς φρεσί.* Schol. v. 106: *Πρέπει τὰ ἀρέσκοντα τοῖς θεοῖς καὶ τὰ . . ἁρμόζοντα τοῖς ἀνθρώποις παρὰ θεῶν ζητεῖν.* Repetuntur hæc ἐοικότα v. 110 (ἔμπραχτον μαχανάν). *Immortalitas sola deorum; impius ergo, qui vel sibi, vel aliis illam conferre studet.* V. quoque schol. v. 106. — *τὸ παρ' πόδος. Praesentia, quae habet, quae fert sua cujusque conditio.* Pyth. X, 96: *Ἀρταλέαν σχίθοι φροντίδα τὰν παρ' ποδός· τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀτέχναρτον προνοῆσαι.* Non aliud πρὸ ποδὸς Isthm. VIII, 26: *Τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄριστον αἰεὶ χρῆμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν ἐπ' ἀνδράσι χρέμαται.* Cf. quoque *ἐν ποσὶ* Pyth. VIII, 44. — *οἵας εἰμὲν αἴσας.* Illustrantur antecedentia. Schol. v. 106: *Τὸ δὲ ὅλον, ὅτι θνητοὶ πεφύκαμεν.* V. inprimis Isthm. V, 20: *Θνατὰ θνατοῖσι πρέπει.* Idem Nem. XI, 20: *Θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη, καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος.* Eurip. Alc. 809. Monk.: *Ὄντας δὲ θνητοὺς θνητὰ καὶ φρονεῖν χρεών.* Alia euripidea v. in ind. Barnes. — *φίλα ψυχά.* Se ipse alloquitur, coll. schol. v. 109., velut Ol. I, 6. — *μὴ . . βίον ἀθάνατον σπεῦδε. Noli immortalem tibi aliisque vitam affectare, ut Aesculapius atque ille, quem Aesculapius ab inferis redaxit.* Dicta hæc quoque Hieronis causa, ut Böckhio videtur, ob cari hominis obitum solandi, ut mihi, ad ea graviter præparanda, quæ ex longa digres-

sione reversus statim de Hieronis valetudine subjungit. Admonet se poeta, quum velit regem admonere; de quo v. quoque Gedik. l. c. p. 119. *Mortis vacationem, cum simus mortales, nequaquam tibi parare possum; sed morbi remedium tibi afferrem, si Chiron viveret.* Quæ est mera voti initio positi repetitio. Si cari hominis obitum, quo Hiero doluerit, carmine nostro tangi velis, rectius id ad finem (v. 154 sqq.) rejicies, ubi Cadmi Peleique luctus apertius tale quid prodere quibusdam videbitur. σπεῦδε est *appete*, coll. Ol. IV, 21. p. 169. — τὰν δ' ἔμπραχτον ἄντλει μαχανάν. Schol. v. 109: Ἐπιζήτει μηχανήν, ἣν καὶ καταπρύξασθαι δύνασαι· οἷον, τοιούτοις ἐπιχείρει, ἃ δύναται πραχθῆναι. Idem deinde: Πρὸς δὲ ἄντλει καὶ τὴν μηχανὴν ἐπήγαγεν. Recte Græcus attendit ad impropriam dictionem, ab aqua hauriendа petitam, coll. Gatak. ad M. Anton. IV, 50. Monk. ad Eurip. Hipp. 902. Blomf. Glossar. Aesch. Prom. 84. 383. Tertium comparationis est *labor* et *aerumna*, coll. exemplis, quæ congessere VV. DD. modo citt. Postremo μαχ. est quibusdam instrumentum quoddam proprie intelligendum, propter ἄντλει puto. Verum ea æqualitas vix video quare Nostro vindicetur, et cf. improprium ἔμπραχτον. Adde usum pindaricum circa v. μαχανὰ in indicc.

V. 111—136.

Repetit sua de Hieronis valetudine vota, additis regis laudibus. Schol. v. 111: Ἐπανέλαβε τὰ ἐν ἀρχῇ ῥηθέντα, Ἤθελον Χείρωνά κε Φιλλυρίδαν, ἐπεὶ πολλά ἐστι τὰ διὰ μέσου ῥηθέντα. — σώφρων. Nem. III, 92: Βαθυμῆτα Χείρων. Böckhius: „Qui nihil immodici tentaverit, ut Aesculapius mortui curationem mo-

litus." Mihi simplex Centauri laus esse videtur, velut Nem. cit. Alibi est idem *δικαιότατος* (*optimus*) Centaurorum Il. XI, 832. Alibi *maxime pius*. Eurip. Iph. A. 915: *Ἐγὼ δ' ἐν ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου τραφείς, Χείρωνος, ἔμαθον τοὺς τρόπους ἁπλοῦς ἔχειν.* — *ἄντρον*. V. ad v. 7. Eædem matris ædes. Nonn. Dion. XLVIII, 40: *Φιλύρης γλαφυρὸν δόμον.* — *φίλτρον*. Schol. v. 111: *Ἡδονήν*. Ol. XIII, 97. est *persuadendi subsidium*. V. quoque Schneid. L. g. v. — *μελιγάρυες ὕμνοι*. Ol. X, 4. p. 375. Hymn. hom. XIX, 18: *Μελίγηρυν ἀοιδήν*. V. quoque Schneid. L. g. v. — *ἀμετέροι*. *Mei*. V. ad v. 2. Nem. III, 2. — *ἐσλοῖσι . . ἀνδράσιν*. Sententiose dictum. Schol. v. 111. jam h. l. de Hierone cogitat. — *θερμᾶν νόσων*. Schol. v. 111: *Τῶν καυστικῶν νόσων· διάπυροι γὰρ αἱ νόσοι.* Et hoc placet, nulla morbi alicujus singularis ratione habita, quibus vexatum dicunt veteres apud schol. h. l. all. Volunt enim febri, vel podagra, vel calculo regem laborasse, coll. nobis ad Pyth. I, 89. p. 509. Esse potest *θερμὸς vehemens*, velut Soph. Trach. 1047: *Ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ Καὶ χερσὶ καὶ νώτοισι μοχθήσας ἐγώ.* Ubi v. interprr. coll. Schneid. L. g. v. Concedes tamen, loci Sophoclei colorem petitum e singulari Herculis dolore. Alii, regis vel dysuriam vel lithiasin eligentes, unam alteramve *calidi* ideoque *acuti* morbi nomine insignitam esse dicent verbis *θερμᾶν νόσων*. Suntque dysuria et lithiasis morbi quidem chronici, sed cum paroxysmis intercurrentibus, i. e. quam maxime acutis. Hoc medicorum nemo nescit. Vide, si tanti est, Richteri Anfangsgr. d. Wundarzneik. T. VI. p. 211 sq. ed. orig. Ol. VIII, 111. habes *ὀξείας νόσους*, coll. Hor. Sat. II. 3. 163: *Morbo acuto*. Sed ne id quidem pro termino

technico habuerim, coll. hujus carminis v. 173: *Ὀξείαι-σι πάθαις. — ἤ τινα . . πατέρος.* Noli cum schol. v. 118. de ipso soloque Aesculapio medicoque Apolline cogitare. Obest *τινα*. Recte omnino Hermannus ap. Heyn. T. III. p. 329: „Ac tanto viro non circumforaneum aliquem pharmacopolam mitti cupit, sed medicum insignem, et, qualis olim Aesculapius fuerat, ab Apolline, aut ipso etiam Jove oriundum." Böckhius Explicc. p. 261: „*Λατοΐδα τις κεκλημένος* est filius Apollinis, qualis Aesculapius; *πατέρος τοῦ Λατοΐδα κεκλημένος τις* est filius Jovis, *qualis* ipse Apollo medicus." Quippe alius quoque Apollinis filius, Aristæus, inter deos medicos numerandus. Cf. omnino Sprengel. l. c. T. I. p. 155 sq. Et præter Apollinem alii quoque Jovis filii medebantur. V. Böttigeri commentatio: Die heilbringenden Götter (Journ. d. Lux. und d. Mod. 1803. p. 1 sqq.). Sic Bacchus Orph. hymn. LII, 11. Herm. *Παιάν*, Minerva Pæonia (Sprengel. l. c. p. 172) dicitur. De Hercule v. Spr. ibid. p. 175., ut taceam Dianam, all. His positis, non frigebit *τινα*, quod offendit Heynium. De *κεκλημένος* c. genitivo v. Herm. ad h. l. et ad Vig. p. 752. — *καί κεν*. *Et sane*. Pyth. IV, 530: *Καί κε*. Homericum. V. Damm. Lex. v. *καὶ* p. 1117. — *ἐν ναυσίν*. Pluralis s. verus, s. magnificentiæ. Venit enim cum deo medico geminisque *χάρισι* (v. 127). — *Ἰονίαν θάλασσαν*. Mare Græciam Siciliamque dividens, non excluso sinu Corinthio, quem et ipsum nomine illo comprehensum probabile faciunt Jones, toti ejus litori meridionali olim impositi. Per hunc sinum recta via Siciliam petens poeta majus mare, proprie Jonium dictum, intravit (v. Böckh. Explicc.), velut mulieres Phönissæ

Eurip. Phön. 210 sqq. per mare Jonium vectæ Delphos venere, omisso ut apud Pindarum novissimæ navigationis, s. sinus Cor. nomine. De mari Jonio cfr. scholl. v. 120. Tzetz. Lyc. 630. p. 705. Müll., interprr. Aesch. Prom. 865. Blomf. et Eurip. Phön. l. cit. — *Αἰτναῖον ξένον.* Pindari aliorumque inprimis poetarum hospitem. V. Ol. I. Pyth. I. Maxime vero Catanam restituens liberalitate conspicuum se præbuerat colonis recipiendis. V. quoque Böckh. Explicc. p. 255. — *ὃς Συρακόσσαισι νέμει.* Schol. v. 120: *Νέμει βασιλεύς· ὃς ὢν βασιλεὺς Συρακουσῶν νέμει καὶ διοικεῖ τὰ δέοντα.* Vix bene jungit *ν.* et *β.*; deinde *Συρ.* est pro *ἐν Συρ.* Jam dicere quidem poterat *Συρακούσας νέμει*; *tenet, habet, regnat Syracusas.* Qui vulgaris verbi *νέμω* casus, coll. indd. pindd. Verum sensus poetæ paulo alius. Non solas Syracusas regnabat Hiero, sed etiam Aetnam, all., quamquam Syracusæ fuere caput regni. Simillimum huic loco Ol. VII, 159: *Ἀλλ', ὦ Ζεῦ πάτερ, νώτοισιν Ἀταβυρίου μεδέων*; *Jupiter, qui in (de) monte Atabyrio imperas (Rhodo).* V. p. 279. Ceterum recte se habet illud scholiorum *διοικεῖ τὰ δέοντα*: hoc enim e contextu est *imperare*. Adde Gurl. l. c. p. 18. — *πρᾶϋς ἀστοῖς. Non tyrannus.* Talem poeta vult esse. V. Böckh. — *οὐ φθονέων ἀγαθοῖς. Non invidens civibus rerum novarum non cupidis.* Interpretatio antecedentium. Dicere hoc vix potuisset, ni Syracusarum *μοναρχίαν* temperasset *ἀριστοκρατία.* Cf. omnino Ol. XIII, 2 sq. Hæc invidia tyrannidis signum, coll. Gurlitt. l. c. p. 18., ubi citatur Coray ad versionem gallicam Char. Theophrasti p. 261 sq. Conf. quoque Erfurdt. ad Soph. Oed. R. 1513. — *ξείνοις δὲ θαυμαστὸς*

πατήρ. Spectat hoc omnis generis peregrinos, e. g. poetas in regis aula versantes, Aetnæ colonos, all. Deinde ἀστοὶ et ξένοι juxta ponuntur, velut Olymp. VII, 165. ibique nott. p. 280. Ibidem citare debebam Soph. Oed. T. 810: Ὦΐ μὴ ξένων ἔξεστι μηδ' ἀστῶν τινα δόμοις δέχεσθαι. Ubi tenenda omnino Hermanni interpretatio. Anthologiæ locis hanc oppositionem illustrat Liebelius ad Archilochi Fragm. XLVIII. — κατέβαν. Significatur Nostri descensus ad mare iterque maritimum. V. ad Ol. VII, 24. p. 242. — κῶμόν τ', ἀέθλων Πυθίων αἴγλαν στεφάνοις. I. e. αἴγλ. στεφάνοις ἀ. Π., pro στεφάνων, coll. Heyn. et Böckh. Qui genitivus vitatus ob genitivos vicinos. Sic v. 126. ξείνοις πατήρ, pro ξείνων π. Aldina post Πυθίων comma non habet, referente Böckhio. Romana: κῶμόν τ', ἀέθλων Πυθίων, αἴγλαν στεφάνοις. Prava hæc Heynio interpunctio; sed repetit Ahlwardtius. — ἀστέρος οὐρανίου. Schol. v. 134: Τὸν ἥλιόν φησιν. Obsecuti quidam. Sed ἄστρον est apud Nostrum simpliciter *stella*. V. Olymp. I, 9. Adde indd. pindd. Alibi est modo sol, modo sirius. Alcæ. Fragm. XVIII (Gaisf. P. M. G. III, 321. Lips.). Theogn. 1040. Bekk. — τηλαυγέστερον κείνῳ φάος. Schol. v. 132: Λαμπρότερον καὶ ἐπιφανέστερον ἄγων ἐκείνῳ φῶς τήν τε θεραπείαν καὶ τὸν ὕμνον. Scholiastæ v. 134. rectius est φῶς nominativus. Et supple cum Böckhio ὤν. Postremo a loci pindarici (v. 127 sqq.) magnificentia non admodum alienus Schönbornius msc., Klopstockii æqualis et amicus, anni 1807 genium alloquens ob amicam: O hättest du in deinem Hergange zu uns Vor dem säuselnden Wonnegarten Der Göttertochter Gesundheit vor-

bey, Hättest aus ihren Rosenarmen Empfangen ihr geliebtes Kind, Genesung! etc.

V. 137—149.

Absoluta prima carminis parte (v. 1—136) ad reliqua pergit. *Verum istud votum cum irritum sit, alias preces pro tua valetudine faciam. Medicum tibi divinum cum adducere non possim, domi pro te preces fundam* (v. 137—140). Addit, esse quoque in sorte humana, quæ regem, si quidem prudenter agat, consolari possint (v. 141—149), et hæc deinde (v. 150 sqq.) continuat. *ματρί, τὰν κοῦραι παρ' ἐμὸν πρόθυρον σὺν Πανὶ μέλπονται θαμὰ σεμνὰν θεὸν ἐννύχιαι.* Causam precum aperit schol. v. 137. 139. Erat Rhea medica, inprimis *καθαρτρία τῆς μανίας*. V. Spanh. ad Callim. Dian. 236. Cur Pan addatur, minus apertum. Erat Pan Rheæ filius (Creuz. Mythol. T. III. p. 258. ed. II). Hinc matris magnæ *ὀπαδὸς* ejusdemque *κύων παντοδαπός* (Pind. Fragm. Parth. Heyne III, 27 sqq. Böckh. II, 2, 591 sqq.). Pan vero terroris auctor Inc. Rhes. 35. all. Panem quoque arâ et statuâ veneratum P., nota res. V. scholl. v. 138. 139. Böckh, l. c. p. 593. Et fuit Panis templum Thebis. Eurip. Bacch. 909. Matth.: *Μὴ σύ γε τὰ Νυμφῶν διολέσῃς ἱδρύματα Καὶ Πανὸς ἕδρας, ἔνθ' ἔχει συρίγματα.* De v. *ἐννύχιαι* schol. v. 139: *Ἐπεὶ νυκτὸς αὐτῇ τὰ μυστήρια τελεῖται.* Eurip. Hel. 1365. coll. 1355: *Παννυχίδες θεᾶς* (magnæ matris). Mirifica de eadem re I. Tollius habet *Fortuitorum* p. 198., quæ repetere piget. — *λόγων κορυφὰν ὀρθάν. Verborum culmen rectum*, coll. Gedik. l. c. p. 121. Idemne quod Pyth. IV, 206: *Κεφάλαια λόγων*; *sensum verborum, id quod pri-*

mum et potissimum in verbis? Probabile hoc ob verba apposita. V. nos ad Ol. VII, 125. p. 270 sq., ad Pyth. I, 157. p. 524. Dein ὀρθὰν ornatus causa vocl χορυφὰς adjunctum videtur, coll. Gedik. l. c. p. 121. An spectat eventum veritatemque? coll. Döderl. ad Soph. Oed. C. 1418. — σὺν ἑμὲν ἐπίστα, *Comprehendere, intelligere calles*, Vacare verborum alterutrum videtur. V. Heyn. — μανθάνων οἶσθα. Esse debebat imperativus: *tecum repu*ta etc., *quod audisti a veteribus*. Cum μανθ. cf. μαθὼν Pyth. II, 131. — προτέρους (*anteriores*) inprimis poetas esse, monet Gurlitt. l. c. p. 19. V. quoque Böckh. Explicc. p. 261. — Ἓν παρ' ἐσλὸν πήματα σύνδυο (Viger. p. 642) δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι. Vetus dicterii auctor latet. Certe Homerum non esse (schol. v. 141), recte monuit Heynius. Bene schol. v. 145: *Πλείω λύπην τῆς χαρᾶς*. Sententiam alii mitius repetunt. Apoll. Rh. IV, 1165: Ἀλλὰ γὰρ οὔ ποτε φῦλα δυηπαθέων ἀνθρώπων Τερπωλῆς ἐπέβημεν ὅλῳ ποδί· σὺν δέ τις αἰεὶ Πικρὴ παρμέμβλωκεν ἐϋφροσύνῃσιν ἀνίη. Menander Plocio (Mein. p. 147): Ὦ Παρμένων, οὐκ ἔστιν ἀγαθὸν τῷ βίῳ φυόμενον ὥσπερ δένδρον ἐκ ῥίζης μιᾶς, Ἀλλ' ἐγγὺς ἀγαθοῦ παραπέφυκε καὶ κακόν· Ἐκ τοῦ κακοῦ τ' ἤνεγκεν ἀγαθὸν ἡ φύσις. Q. Smyrn. VII, 9: Οὐ γὰρ ἅμ' ἀνθρώποισι θεοὶ τελέουσιν ἅπαντα· Ἀλλ' ἰσθλῷ κακὸν ἄγχι παρίσταται, ἔκ τινος αἴσης. V. quoque Boissonadium ad Max. Planudis vers. gr. Metam. Ovid. p. 292. Propius ad P. accedit Eurip. Hippol. 473. Monk.: Ἀλλ' εἰ τὰ πλείω χρηστὰ τῶν κακῶν ἔχεις, Ἄνθρωπος οὖσα, χάρτ' ἂν εὖ πράξειας ἄν. Dein ex σύνδυο vix sequi puto, duplici calamitate regem afflictum fuisse, sc. præter morbum luctu domestico. Hunc (si su-

spiciones admittere velis) spectabunt ea, quæ deinceps de Cadmo ac Peleo narrantur. Hic vero repetit poetæ locum, qualem puto invenit, sententiose intelligendum; *Rerum adversarum in vita humana multo plus, quam laetarum*, quam vulgarem, vix tamen veram, mortalium querelam esse, neminem fugit. Vide, si tanti est, Platneri Aphorismen Edit. II. T. I. p. 611. — *τὰ μὲν ὦν.* Schol. v. 145: *Τὰ ἀπὸ τῶν θεῶν ἀτυχήματα.* 147: *Ταῦτα μὲν οὖν τὰ φαῦλα.* — *νήπιοι. Infantes, stolidi.* Cf. Fragm. inc. CLII (Heyne III, 148. Böckh. II, 2, 632). Homericum. V. Damm. v. Opponuntur in sequentibus *ἀγαθοί*, i. e. *σώφρονες* schol. v. 147., s. *σοφοὶ* Pyth. V, 15. — *κόσμῳ φέρειν.* Schol. v. 147: *Κοσμίως καὶ ἀνθρωπίνως.* Conf. *κάλλιον φέρειν* loco simili Pyth. V, 15. Ad sententiam facit Theognis deinde citandus. — *ἀλλ' ἀγαθοί, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.* Optime schol. v. 147: *Τὴν μεταφορὰν εἴληφεν, οἷον ἄν τις νοήσειεν, ἐπὶ τῶν ἱματίων. ὅταν γὰρ ἔχῃ κηλίδας, οὐ δυνάμενός τις εὐκόσμως χρῆσθαι, τὸ μὲν κηλιδωθὲν ἔνδον ἔστρεψε, τὸ δὲ καλὸν ἔξω· τοὐναντίον δέ, ἐὰν ἄφρων ᾖ, τὰς κηλίδας ἔξω ἐᾷ. καὶ τὸν βίον οὖν τῶν ἀνθρώπων φησὶ κοινῇ μὲν πάντων ἔχειν πήματα· ταῦτα δὲ τοὺς μὲν ἄφρονας ἐν φανερῷ παρέχειν, τοὺς δὲ σώφρονας μετὰ κόσμου φέρειν ἀποκρυπτομένους, καὶ τὰ καλὰ τοῦ βίου ἔξω τρέποντας.* His adde Böckh. Explicc. p. 261. Eandem sententiam alii proprie expresserunt. Theogn. 441 sqq., coll. 591 sqq. Bekker.; *Οὐδείς τοι πάντ' ἐστὶ πανόλβιος. ἀλλ' ὁ μὲν ἐσθλὸς Τολμᾷ ἔχειν τὸ κακόν, κοὐκ ἐπίδηλος ὅμως. Δειλὸς δ' οὔτε κακοῖσιν ἐπίσταται οὔτ' ἀγαθοῖσιν Θυμὸν ὁμῶς μίαγειν. ἀθανάτων δὲ δόσεις Παντοῖαι θνητοῖσιν ἐπέρχονται'. ἀλλ'*

ἐπιτολμᾶν Χρὴ δῶρ' ἀθανάτων, οἷα διδοῦσιν, ἔχειν. Eurip. Hippol. 467. Monk.: *Ἐν σοφοῖσι γὰρ Τάδ' ἐστὶ θνητῶν, λανθάνειν τὰ μὴ καλά.* Gnomicus (Ed. Brunck. tit. *εἰς κρύφια*): *Σοφοὶ δὲ συγκρύπτουσιν οἰκείας βλάβας.* Menandri Fragm. inc. LXXII (Mein. p. 220): *Τὸ δ' εὖ φέρειν Ἐστὶν τοιοῦτον, ἂν δύνῃ μόνος φέρειν, Καὶ μὴ ἐπίδηλον τὴν τύχην πολλοῖς ποιεῖν.* Idem Fragm. inc. CXXVIII (Mein. p. 234): *Οὐκ ἐμὸν ἀνοίγειν λανθάνουσαν ἀτυχίαν Ἔστ', ἀλλὰ μᾶλλον καταλύπτειν φημὶ δεῖν.*

V. 150—182.

Sequitur, ut antecedentia leniantur, aliud solamen, *principatus*. Idem vero restringitur allatâ Pelei, Cadmi Thetidisque historia. Nexum horum et antecedentium bene perspexit schol. v. 141: *Ὁ λόγος οὖν πρὸς τὴν Ἱέρωνος νόσον καὶ πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα.* Conf. eundem ad v. 151. — *μοῖρ' εὐδαιμονίας. Felicitas fato tibi concessa.* V. 175: *Εὐφροσύνας μέρος.* Adde, quæ nott. sunt ad Ol. VIII, 114. p. 323. — *ἔπεται. Obtigit.* V. ad Pyth. V, 73. — *δέρχεται. Respicit, adest, favet.* V. Olymp. VII, 19. ibique notata p. 240. Aesch. VII Theb. 664: *Δίκη νιν προσεῖδε.* Ubi ex Blomfieldianis copiis maxime ad nostrum l. facit Aesch. Agam. 953: *Τὸν κρατοῦντα μαλθακῶς Θεὸς πρόσωθεν εὐμενῶς προσδέρκεται.* Consule quoque Musgravium et Reisigii enarrationem ad Soph. Oed. T. 1364. De *δίκης* oculo v. ibid. Jacobs. Idem *respicere* de diis usurpatum et *respectus deorum*, de quo adeundus Ruhnken. ad Terent. Andr. 4, 1, 18. p. 66. ed. Schopen. — *ὁ μέγας πόντος.*

Magnum, potens fatum. Nem. IV, 68: *Πότμος ἄναξ*. Ne sit *πότμ.* h. l. pro *εὐδαιμονία*, obest articulus. Eadem sententia Ol. I, 181: *Τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι. — αἰὼν δ' ἀσφαλής*. Schol. v. 153: *Ἄπταιστος ἄνευ σφάλματος καὶ βλάβης*. Cf. eund. ad v. 167. Solum hoc deorum, unde eorum quoque sedes *ἀσφαλὴς* Nem. VI, init. Immuntur e contextu morbi, alia infortunia, mors. — *Αἰακίδᾳ Πηλεῖ*. Il. XVI, 15: *Αἰακίδης Πηλεύς*. — *ὄλβον ὑπέρτατον*. Ol. II, 38: *Ὄλβον ὑψηλόν*. — *Πηλεῖ*. Unum, in quod incurrit, infortunium deinde exponitur, alterum tacetur, unde maxima inter ipsum Hieronemque similitudo, seu morbus, seu vulnus, unde decessit. De hoc v. schol. v. 167: *Ὁ δὲ Πηλεὺς ἐν Κῷ τῇ νήσῳ ἀτυχήσας τὸν βίον οἰκτρῶς καὶ ἐπωδύνως ἀπέθανεν, ὡς καὶ Καλλίμαχος μαρτυρεῖ* [Fragm. CCCLXXII. Ern.]. Nimis ominosum erat, alterum hoc tangere. Neque ob aliud puto Peleum Cadmumque memorat, quam quod similis Hiero illis luctu domestico esset. — *ἐν ὄρει*. Scholl. v. 158. 160: *Πηλίῳ*. Pyth. VI, 20: *Ἐν οὔρεσι*, sc. Pelio. Exprimitur hic mons in historiæ nostræ repetitione Nem. V, 40 sqq. Eurip. Iph. A. 1029. Matth. Ibidem 1035 sq.: *Κενταύρων ἀν' ὄρεσι.— μελπομενᾶν Μοισᾶν*. Præsentes Musæ in Pelei nuptiis. V. Eurip. l. cit. — *ἑπταπύλοις Θήβαις*. Thebarum Böotiæ vulgare epitheton. Odyss. XI, 262. Hes. Opp. et D. 161. Sc. 49. coll. 272. Aesch. VII Theb. 151. Blomf. all. Indd. pindarr. v. *ἑπτάπυλος*. Soph. Antig. 101. 119. etc. Eurip. ind. Barnes. vv. *ἑπτά, ἑπτάπυλος, ἑπτάπυργος, ἑπτάστολος, ἑπτάστομος*. Anaxandrides Athenæi IV, 131. c. (Meineke ad Euphor. p. 83). Anthol. Pal. IX, CCL, 5. DLXXXVIII, 7. Ibid.

T. II. p. 755. Nonn. Dionys. VIII, 52. XXV, 11. 414. XXXI, 159. XXXIV, 218. XLIV, 19. 123. XLV, 37. XLVI, 67. 127. 139. XLVII, 528. 633. Tzetz. Lyc. 1206. — ἄϊον. Schol. v. 160: *Καὶ ἐνταῦθα τὸ χωρὶς ἑκάστῳ συμβεβηκὸς συλληπτικῶς ἐπ' ἀμφοτέρων τίθησι, καὶ λίαν πυκνός ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις· ὁ μὲν γὰρ Πηλεὺς ἐν Πηλίῳ τῷ ὄρει παρὰ Χείρωνι τὴν Θέτιν ἔγημεν, ὁ δὲ Κάδμος ἐν Θήβαις τὴν Ἁρμονίαν. — Νηρέος εὐβούλου Θέτιν παῖδα κλυτάν.* V. Nem. III, 97. IV, 105. Isthm. VIII, 60 sqq. — *καὶ θεοὶ δαίσαντο παρ' ἀμφοτέροις.* Cf. Nem. IV, 107 sqq. (de Peleo). Nonn. Dionys. VIII, 231: *Εἰσορόων γὰρ Κάδμος ἐπουρανίην κιθάρην Φοίβοιο νοήσει, Ἣν ἴδεν αἰολόφωνον ἑῆς παρὰ δεῖπνα τραπέζης, Ἁρμονίης μέλπουσαν ἐπιχθονίους ὑμεναίους.* Q. Smyrn. III, 98: *Φοῖβε, τίη τόδ' ἔρεξας ἀτάσθαλον ἤματι τῷδε; Λησάμενος κείνοιο, τὸν ἀθάνατοι γάμον αὐτοὶ Ἀντιθέῳ Πηλῆϊ συνάρσαμεν, ἐν δὲ σὺ μέσσοις Λαινυμένοις ἧειδες, ὅπως Θέτιν ἀργυρόπεζαν Πηλεὺς ἤγετ' ἄκοιτιν, ἁλὸς μέγα λαῖτμα λιποῦσαν, Καί σευ* (Phöbe) *φορμίζοντος ἐπήϊεν ἄγρια φῦλα κ. τ. λ.* IV, 50: *Κούρης ἠϋκόμοιο λελασμένος, ἣν ῥα πάροιθεν Ἀντιθέῳ Πηλῆϊ πόρες θυμήρε' ἄκοιτιν, Πηλίου ἐν βήσσῃσι· γάμον δέ οἱ αὐτὸς ἔτευξας Ἄμβροτον· οἱ δέ νυ πάντες ἐδαινύμεθ' ἤματι κείνῳ Ἀθάνατοι, καὶ πολλὰ δόμεν περικαλλέα δῶρα.* Ibidem v. 131—143. et V, 74 sqq. habes descriptionem earundem nuptiarum. Coluthus 17: *Ὑψιλόφοισιν ἐν οὔρεσιν Αἱμονιήων Νυμφιδίων Πηλῆος ἀειδομένων ὑμεναίων.* Adde schol. v. 165., Tzetz. Lyc. 178., Heyn. et Gurlitt. ad n. l., Bentleium ad Horat. I, 12, 19. V. quoque ad v. 200. — *ἕδνα τε δίξαντο.* Schol. v. 167: *Ἀχύρως τὰ δῶρα ἕδνα εἶπε.*

τῷ μὲν γὰρ Πηλεῖ γαμοῦντι τὴν Θέτιν ὁ Ποσειδῶν διὰ τὴν σωφροσύνην ἐδωρήσατο ἵππους, Ἥφαιστος δὲ μάχαιραν· τῷ δὲ Κάδμῳ γαμοῦντι τὴν Ἁρμονίαν ἡ Ἀφροδίτη χρυσοῦν ὅρμον ἐδωρήσατο. Ipsum festi in Pelio acti apparatum v. apud Q. Smyrn. supra citatum. — *Διὸς δὲ χάριν μεταμειψάμενοι* (*Jovis gratiam mutuo accipientes*) bene jungunt Gurlittius Böckhiusque, et is quidem conferens Ol. XII, 17. Aliter conjungentes sensum evertunt, quod Græcis accidisse video schol. v. 168. — *ἐκ προτέρων καμάτων.* Quæ Cadmus, antequam Thebarum quietam sedem teneret, perpessus sit, de his consule Nitsch. Neues mythol. Wörterb. v. Cadmus. De Peleo v. Eund. v. Peleus. Schol. v. 167. Cadmi fugam ad Illyrios Peleique mortem contra historiam immiscet. Facta hæc post utriusque nuptias. — *ἔστασαν ὀρθὰν καρδίαν.* *Erexerunt animum; solatio potiti sunt.* — *ἐν δ' αὖτε χρόνῳ.* *Verum alio, postero tempore.* Opponitur *δ' αὖτε* antecedenti felicitati, sequens *μὲν* remoto *δὲ* v. 178. De hac fortunæ fluctuatione v. inprimis Ol. II. locis compluribus. — *ἐρήμωσαν εὐφροσύνας μέρος.* Schol. 173. recte: *Ἐν σχήματι δὲ εἶπεν, ἀντὶ τοῦ εὐφροσύνης ἔρημον ἐποίησαν.* *Felicitatem, in cujus possessionem venerat.* Est igitur *εὐφρ. μ.* pro *εὐφροσ.* V. nos ad v. 150. p. 607. Frigidum ex meo sensu proprie h. l. *μέρος* intelligere, ut tres filiæ partem felicitatis detraxerint, partem Semela servaverit. Immo felicitatem eripuerunt Cadmo tres filiæ, quarta (Semela) restituit. [5]) Errat quoque schol. v. 173., *τρεῖς θυγατέρας*

5) *Μέρος* ita junctum non est *pars rei, a quodam possessae, sed ipsa res per se spectata, quae est portio cuidam attributa.* Succedant in meum locum

Cadmi Agaven, Inum Semelamque dicendo. Scilicet ea quoque quæ sequuntur (*ἀτὰρ — Θυώνα*), pro parte calamitatis Cadmeæ habet. Sed Cadmi fuere quatuor filiæ, Ino, Semela, Autonoë, Agave, coll. schol. Ol. II, 40. et Gurlitt. l. c. p. 21. Singularum calamitates, excepta Semela, percurrit Nonn. Dionys. VII, 362 — 365. Adde Eundem ibid. XLIV, 260 sqq. Ibidem quatuor filiarum infortunium Cadmus deplorat XLVI, 256 sqq. Sed Bacchus solatur Cadmum, sanatque Agaven ibid. 268 sq. V. quoque v. 367 sqq. coll. Ol. II, 39 sqq. Quæ h. l. omittit Pindarus, quo splendidius appareat solamen, quod Cadmo peperit Jovis cum Semela patri licet ereptâ conjugium. — *ἤλυθεν ἐς λέχος*. Cf. Pyth. II, 67. ibique nott. p. 545 sq. — De *Θυώνη* v. Creuzeri Mythol. Edit. II. T. III. p. 95. 107. al. Schwenck. Etymolog. mythol. Andeutg. p. 142 sq. — *μόνον*. Schol. v. 178: *Οὐ μόνον αὐτὸν ἐγέννησεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλους*. Lycophr. 178., ubi conferendus Meursius. — *ἀθανάτα*. Opponitur hoc morienti filio. Jam de hoc feminino similibusque v.

---

exempla. Pyth. IV, 280: *Γηραιὸν μέρος ἁλικίας*: *Senilis aetas, portionis* (*μοίρας*) *instar attributa*. Soph. Antig. 147: Herm.: *Ἔξεστον κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω*. Nostrates: Sie mögen Antheil am gemeinen Tode haben. Ibidem v. 908: *Οὔτε του γάμου μέρος λαχοῦσαν*: *Neque adeptam nuptias cujusdam, ut portionem suam*. Panyasis I, 14 (Gnomm. Brunck.): *Ἐν μὲν* (ubi potatur) *γὰρ θαλίης ἱερὸν μέρος ἀγλαΐης τε, Ἐν δὲ χοροιτυπίης, ἐν δ' ἱμερτῆς φιλότητος*: *ibi locum habet festivitas* etc, *quasi portio quaedam* (donum) *potantibus collata*. Cf. omnino Schneider. L. g. v. *μέρος*. Simile *μέτρον*. Hes. Opp. et D. 408: *Ἥβης μέτρον ἔχοντι*: *juventutem, ut suam mensuram, suam portionem*.

Elmsl. ad Eurip. Med. 807. — τόξοις. Schol. v. 178: *Τοῦ Ἀπόλλωνος.* Alia v. ap. Nitsch. Neu. mythol. Wörterb. ed. II. v. Achilles. Noster indefinite loquitur. — *ἐκ Δαναῶν.* Memorantur Græci pro parentibus. Mortuus Achilles in castris, non domi. Böckhius Explicc. p. 262: „Cadmi filiarum et Achillis mortem luctui Hieronis domestico attemperatam esse, monui introd. Nunc addam hoc, quam commodum utrumque exemplum Hieroni consolando sit. Nam Cadmo *omnes* filiæ occiderant, etsi Semela Jovis uxor facta morte sua felicitatem magis quam infortunium attulerat; attamen vel hæc obiit: Peleo *unicus* filius ereptus erat; at Hieroni Dinomenes est superstes [Paus. VIII, 42, 2]." Defunctas Inonem Semelamque ante Cadmum, nota res, Agaven et Autonoen, non item. V. Nonn. Dionys. supra cit. p. 611. Insaniâ hæ patrem felicitate privarunt, non morte. De Peleo verum, coll. Il. XVI, 15. Postremo Cadmus et Peleus ideo quoque miseriores Hierone, quod non in regno suo decesserunt, quod de Peleo testatur schol. v. 167., de Cadmo alii, coll. Nitsch. l. c. v. Cadmus. Mortuus Hiero Aetnæ, quam ante restituerat, coll. Böckh. Explicc. p. 255.

V. 182—205.

Quisquis prudens est, fruetur praesenti felicitate, quae per se ut res humanae incerta est, eoque incertior, quo est major. Hactenus regem solatus est; jam percipiendæ eum felicitatis admonet, quo ea quoque spectant, quæ de se perhibet. — *εἰ δὲ νόῳ τις ἔχει θνατῶν ἀλαθείας ὁδόν.* Similis horum eorumque color, quæ habuimus v. 141 sqq. (*εἰ δὲ λόγων* etc.). Ibi vero Hieronem allo-

cutus

cutus est, h. l. sententia usus. Junge *εἰ δέ τις θνατῶν*. Deinde *ἀλαθ. ὁδ.* Schol. v. 182: *Εἰ δέ τις τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων προϊδεῖν δύναται.* Ibidem: *Εἰ δέ τις . . . ὀρθῶς λογίζεται καὶ φρόνιμός ἐστι κ. τ. λ.* Animo quasi gestant viam quandam homines. Cf. omnino Ol. VII, 84: *Καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρθὰν ὁδόν γ' ἔξω φρενῶν.* Ubi v. nott. p. 259. Veritatis autem via est *veritas ipsa*, in qua quasi via quadam incedunt, i. e. *vera ratio*. Nem. VII, 35 sqq.: *Εἰ γὰρ ἦν ἐὰν ἀλάθειαν εἰδέμεν.* Ubi verissime Heynius: „*Veritatem, quae ad se spectat.*“ I. e. *veritatem respectu suarum rerum.* — *χρὴ πρὸς μαχάρων τυγχάνοντ εὖ πασχέμεν.* Construe: *χρὴ εὖ πασχ., τυγχ. π. μ.* In his est *τυγχ.* mere absolutum, velut Ol. II, 93. p. 101. Est nostrum: Es treffen, i. e. *felicem esse*. In amore quoque simplex *τυχεῖν* usurpatum, coll. Bast. et Boiss. ad Aristæn. Epist. I, 16. p. 458. Abresch. ad Eundem II, 8. p. 675. Jam si hoc concesseris, male supplesse videbuntur Hermannus Böckhiusque: *Τυγχάνοντα τοῦ εὖ πάσχειν.* Hoc enim alibi quidem (Pyth. I, 191. Isthm. V, 17) est *felicitatem habere*, verum h. l. *felicitate frui*, velut loco simillimo Theogn. 1007 sqq. Bekk.: *Ξυνὸν δ' ἀνθρώποις ὑποθήσομαι, ὅφρα τις ἥβης Ἀγλαὸν ἄνθος ἔχων καὶ φρεσὶν ἐσθλὰ νοῇ, Τῶν αὐτοῦ κτεάνων εὖ πασχέμεν: Ex opibus suis genio suo indulgere.* Eadem Simonidis sententia Anthol. Palat. T. II. p. 786. epigr. LXXXIII, 13: *Ἀλλὰ σὺ ταῦτα* (rerum humanarum fragilitatem) *μαθὼν βιότου ποτὶ τέρμα Ψυχῇ τῶν ἀγαθῶν τλῆθι χαριζόμενος.* Dictum et hoc Hieroni, qui felicitate quidem *utebatur*, neque tamen *fruebatur*, variis aegrimoniis occupatus. Scholiastæ fluctuantur. — *αλλοτε*

δ' ἀλλοῖαι κ. τ. λ. Recte conferunt Ol. VII, fin. — ὑψιπετᾶν ἀνέμων. *Alte volantium ventorum.* Adjectivum homericum, de quo v. Damm. Lex. vv. ὑψιπέτης et ὑψιπετήεις. Nonn. Dionys. XIII, 203: *Αἰετός, Αἰγίνης πτερόεις πόσις, ὑψιπέτης Ζεύς.* Idem XXIV, 78. — ὄλβος οὐκ εἰς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται, ὅς πολύς, εὖτ' ἂν ἐπιβρίσας ἔπηται. *Magna hominum felicitas non stabilis est, si quidem ingruens obtigerit.* In his, quomodo post πολὺς comma omitti possit, ego non perspicio. Neque enim ὅς πολὺς reliquis intexi potest, sed abest ἐστί; eritque ὄλβος, ὅς πολὺς pro ὄλβος πολύς. Jam sequentia (εὖτ' ἄν) antecedentem sententiam illustrant. *Et quidem, si ingruerit,* i. e. *si tanta ejus copia est, ut oneret eos, quibus contingit (felicitas magna, et quidem nimia);* vel: *si iis contigit, quos oneret (obruat),* s. *qui ferendae impares sint.* Non rari enim ejusmodi homines. Soli autem sapientes ὄλβον recte ferunt Pyth. V, 15 sq. Huic sententiæ opponitur ex parte σμικρὸς . . . ἔσσομαι, de quibus v. deinceps. Vera autem poetæ sententia. Corruit lege naturali ὄλβος, ubi quis ferre eum nescit. Ceterum Hermanno ἐπιβρίσας est *increscens;* contra significatum puto vocis, coll. Hesych. v. ἐπιβρίσει. Schneid. L. g. v. ἐπιβρίθω. Est enim *ingruo.* Recte vero Eidem est intransitivum, coll. exemplis Zonar. et Schneiderianis. [6]) Recte (si etymon spectes) schol. v.

---

6) Schneiderus L. g. v. βρίθω: „Eben so [intransitive] braucht Homer ἐπιβρίθω, wo ἐπὶ nur die Richtung des Drucks auf oder von oben bedeutet." Affert deinde nostrum locum. Ἐπιβρίθω semper (quantum ego scio) est intransitivum, et ἐπὶ vice fungitur casus omissi. Simplex βρίθω modo est

189: *Ἐπιβαρήσῃ. ἐπιβαρύνας.* Deinde schol. *αὐτὸν* supplet, cui similis Hermanni interpretatio. Qui lectionem loci mutarunt, ii sensui assequendo levem operam havasse videntur. [7]) — *σμικρὸς ἐν σμικροῖς, μέγας ἐν μεγάλοις ἔσσομαι. Fortunae qualicunque conveniente vivam, humilis in humili, magnus in magna.* Castigat hanc Pindari sententiam schol. v. 191., aliudque interpretamentum proponit, quod ipsum quoque *ἀλαζονείας* crimen non exterminat. Quid multa? Dicit Noster: *utar fortuna praesente, huic ipsi convenienter. Contraham vela, si rebus modicis utar, expandam, si lautis.* V. omnino schol. v. 192. deinde allatum. Nostrum locum ut noster fere scholiastes commentatus est Pho-

---

transitivum, modo intransitivum. Illud habes Nem. VIII, 30: *Ὅσπερ (ὄλβος, σὺν θεῷ φυτευθείς) καὶ Κινύραν ἔβρισε* (oneravit, sensu bono) *πλούτῳ.* Aesch. Pers. 352. Blomf.: (*Δαίμων*) *τάλαντα βρίσας* (inclinans lances). Alia v. apud Schneid., Blomf. Glossar. Aesch. VII Theb. 141., Anthol. Gr. Lips. Tom. XIII. pag. 215. b. Plerumque tamen intransitive ponitur *βρίθω*, coll. Schneid. et Blomf. l. c., e cujus viri copiis unum affero Eurip. Tro. 218. Matth.: *Ὄλβῳ βρίθειν*: Felicitate (opulentia) *gravem esse* (*abundare*). Adde Eurip. ind. Barnes.

7) Magnam felicitatem non esse stabilem, alii quoque testantur, coll. schol. cit. atque interprr. Addo Eurip. Herc. f. 505. Matth.: *Ὁ δ' ὄλβος ὁ μέγας ἥ τε δόξ' οὐκ οἶδ' ὅτῳ Βέβαιός ἐστ'.* Hanc vero sententiam aliâ admixtâ noster s. mutat s. amplificat. Obiter moneo, ap. Chörilum Fragm. VIII (Näke p. 163 sqq.) legi posse *χειρὶν τ' ὄλβον ἔχοι.* Excidit e *fragmenti* initio particula *τε*, atque *ὄλβον* est praedicatum ironicum sequentium *κύλικος τρύφος.*

tius (ed. Dobr. Cantabrig. pag. 494, 18., edit. Lips. p. 427): *Σμικρὸς ἐν σμικροῖς, μέγας δὲ ἐν μεγάλοις ἔσομαι· καὶ τὸν ἀμφέποντ' ἀεὶ φρεσὶ δαίμον' ἀσχήσω: εἰ μικρὰ ἢ τὰ περὶ ἐμέ, καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς ἀνάγκης ἔσομαι μικρός· εἰ δὲ μεγάλα, εἰκότως ἐπαρθήσομαι καὶ μεγαλοφρονήσω, καὶ τὴν περιέπουσάν με τύχην οἵσω τῇι διανοίᾳ. — τὸν δ' ἀμφέποντ' αἰεὶ φρεσὶ δαίμον' ἀσχήσω κατ' ἐμὰν θεραπεύων μαχανάν.* Sensum et nexum cum antecedentibus vidit schol. v. 192: *Ἀεὶ τον περιέχοντά με δαίμονα ἀσχήσω καὶ θεραπεύσω ἐν ταῖς φρεσί, σμικρὰ μὲν πράσσων ἐν σμικροῖς, ἐν δὲ μεγάλοις μεγάλας ἐπιβολὰς λαμβάνων* [coll. Ol. II, 96 sqq.]. *Δαίμων* h. l. esse potest genius uniuscujusque mortalis, et quam præstat fortuna. Götschelio Spec. mythol. Pind. p. 9 sq (referente Gurlitt. l. c. p. 24) is genius scholarum Pythagoricæ Platonicæque esse videtur. Quidni religionis popularis? Legantur Hes. Opp. et D. 250 sqq. Et vide locum plane geminum Dionis Chrysostomi Or. IV (T. I. p. 164. Reiske): *Εὖ δ' ἴσθι* (o Alexander), *ἔφη* (Diogenes), *ὅτι οὐ πρότερον ἔσῃ βασιλεύς, πρὶν ἂν ἱλάσῃ τὸν σαυτοῦ δαίμονα καὶ θεραπεύσῃς ὡς δεῖ.* Qui regi duce sensu popularium est numen aliquod sacrificiis prosequendum. — *αἰεί.* Construes cum tota sententia, vel cum *ἀμφέποντ'*. Parum puto interest, utrum eligas. Dixit Noster, vivere se rebus convenienter. Unde primo dicere licebat: *Semper colam genium, qui me prosequitur*. Deinde nec hoc vituperandum: *Colam unumquemque prosequentem me genium* (den jedesmahl mich umschwebenden Genius). Quæ vis particulæ *ἀεὶ* apud Atticos frequens. V. Blomf. Glossar. Aesch. Prom. 973. Hæc omnia, quo spectent, recte indicavit Böckhius: „*Haec igitur tu quo-*

que tene, tu, inquam, qui tot bonis abundas, ut magnum inde laborum solatium capere queas." Addi poterat: *Praesertim, quum opes tuae tibi gloriam parent.* — *πλοῦτον ἁβρόν.* Schol. v. 195: *Πλοῦτον ἀνθηρὸν καὶ εὐδαίμονα.* Rectius: *Divitias molles, delicatas idcoque pulchras* (Nostrum fein), vel *unde delicate, molliter commodeque vivere possis.* Aliter Schneid. L. g. v. Eurip. Iphig. T. 1116. Matth.: *Ἁβρόπλουτον ἔριν.* Adde Wyttenb. ad Boissonadii Eunapium T. II. p. 275. Voce *ἁβρ.* non semel tantum P. utitur (v. indd.), in quo primum occurrere falso tradit Schneid. L. g. v. Cf. Solon. XII, 4 (Gaisf.), quod epigramma Theognidi (719 sqq. Bekk.) tribuunt alii, coll. Sylburg. et Bruncк. De h. v. conf. quoque Markl. ad Eurip. Suppl. 860. et Wyttenb. supra cit. — *κλέος ὑψηλόν.* Aristoph. Nubb. 459: *Κλέος οὐρανόμηκες.* Quod gloriæ prædicatum in Anthologia græca bis [Anth. gr. Lips. T. XIII. p. 386. b.] repeti, monet Boisson. ad Euuap. T. I. p. 223. 24. — *εὑρέσθαι.* Aoristum post exspectandi vocem pluribus illustrat Elmsl. ad Eurip. Med. 750. Jam quare gloriam apud posteros consequendam cum opibus jungat, in aperto est. Opulenti plura tentare possunt inopibus (coll. v. 191. ibique nott.), unde, si eventus responderit, gloria. Quod Böckhius quoque vidit Explicc. p. 262: „*Nam si ego, ut tu, opibus praestiterim, non dubito, me clarum futurum esse:* id quod tibi in promptu est, quem magna potentia poetarum studiis conciliat." — *Νέστορα καὶ Λύκιον Σαρπηδόν'.* Böckhius: „Nestor et Sarpedon non aliam ob causam nominati videntur nisi ob magnam famam sapientiæ et virtutis: poterat etiam alium similem poeta appellare. Non obero tamen, si quis Nestorem assumptum putaverit,

quod Hiero senex sit; sed tum in Lycio Sarpedone laborabitur, de quo vereor conjecturam proferre. Hieronis quidem genus origine Telium fuit; ab initio tamen Cyprium habitum est (v. ad Schol. p. 314 sq.): quid si id ex Cypro in Lyciam, deinde in Telum transmigrarit? Quod optaverim etiam ob Lycium Apollinem, qui idem Delius Pyth. I, 39 [74]." Fuitque Sarpedon Corinthiis cognatus, unde Syracusani. — *φάτις* accusativum esse, viderunt interprr., beneque Böckhius confert illud *fabula fies*. — *ἐπέων κελαδεννῶν*, *Carminum sonantium*. Eadem v. vis Pyth. IX, 168, Fragm. inc. CXC (Heyne III, 160, Böckh. II, 2, 647): *Νόμων ἀχούοντες θεοδμάτων (θεόδματον) χέλαδον.* Quæ Böckhio videntur esse de Cadmo et Harmonia, vel de Peleo et Thetide, Musarum et Apollinis cantum in nuptiis suis audientibus. — *τέκτονες*. Schol. v. 201: *Ποιηταί*. Agathias scholasticus Anthol. Pal. VI, LXXX, 1: *Δαφνιακῶν βίβλων Ἀγαθηΐας ἐννεάς εἰμι· Ἀλλά μ' ὁ τεκτήνας ἄνθετο σοί, Παφίη.* Nicarchus ibidem VII, CLIX, 3: *Τεκτοσύνῃ δ' ἐπέων πολυΐστωρ θεῖος Ὅμηρος.* Incertus ibidem IX, DCCLXXXIX: *Τέκτονά με σκοπίαζε σοφῶν κοσμήτορα μύθων, Ἰθύνοντα τέχνην εὐεπίης κανόνι.* Pausan. X, 5, 4: *Ὠλήν θ', ὃς γένετο πρῶτον Φοίβοιο προφάτας, Πρῶτος δ' ἀρχαίων ἐπέων τεκτήνατ' ἀοιδάν.* [8]) Idem *Πιερίδων χαλκευτὸν ἐν ἄχμοσιν* Antip. Thess. Anth. Pal. VII, CCCCIX, 3. De hac dictione videndus quoque Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T.

8) Versum Cratini ap. schol. Aristoph. Equ. 527 (*τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων*) Pindaro tribuit Tzetzae epistola, quam vulgavit Potterus ad Lycophr. introd. p. 1363. Müll.

VIII. p. 73. T. X. p. 46. T. XI. p. 75 sq. Adde Lex. latt. vv. *fabrico* et *fabricor*. — ἃ δ' ἀρεταὶ etc. *Virtus enim*. Sententia eadem Ol. IV, 16 sq. — πράξασθαι. Schol. v. 202: *Τοῦτο*. Sc. celebrari a poetis.

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ δ'

ΑΡΚΕΣΙΛΑΩΙ ΚΥΡΗΝΑΙΩΙ

ΑΡΜΑΤΙ.

V. 1—19.

Hodie, Musa, canendi tibi Apollo et Pytho, ubi Batto oraculum editum de Cyrene condenda, unde Medeae vaticinium eventum habuit. *Σάμερον μὲν χρή σε παρ' ἀνδρὶ φίλῳ στάμεν.* Schol. ad init. Pyth. IV: *Γράφει δὲ εἰς ταύτην* (victoriam) *καὶ ἑτέραν αὐτῷ ᾠδήν, τὴν ἐφεξῆς, ἥτις καὶ οἰκειοτέρα ἐστὶ κατὰ τὰ νοήματα καὶ κατὰ τὴν οἰκονομίαν· ἡ γὰρ δὴ προκειμένη ᾠδὴ ἱστορικὴν ἔχει παρέκβασιν. τὰ γὰρ ἐπὶ Κυρήνης κτίσεως καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ταραχῶν περιέχει, καὶ ὡς Ἀρκεσίλαος τοὺς μὲν ἀνεῖλε, τοὺς δὲ ἐφυγάδευσεν, ἐν οἷς τις ἦν καὶ Δαμόφιλος, ὃς ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος ἦλθεν εἰς Θήβας, ὑπὲρ οὗ φαίνεται ὁ Πίνδαρος παρακαλῶν καὶ βουλόμενος αὐτὸν διαλλάξαι καὶ ἀξιῶν τὴν Μοῦσαν παραστῆναι τῷ Ἀρκεσιλάῳ, καθ' ἣν ἡμέραν διαπέμπεται τὸν ἐπίνικον.* Idem ibidem: *Τάττεται ἡ ᾠδὴ εἰς τοὺς ἐπινίκους, μεῖζόν τι ἢ κατὰ ἐπίνικον οὖσα διὰ τὸ μεμηκύνθαι καὶ πραγμάτων ἔχειν ἀφηγησιν ἐκτοπίων, τὸ δὲ ἀνωτάτω*

καταλλαγὴν φυγάδος Δαμοφίλου τινός. In his præclarum, quod de principe carminis consilio præcipitur. Quocum digressio quomodo cohæreat, nostri ævi interpretes aperuerunt. Adesse autem debet Musa regi *κωμάζοντι*, ut Musæo comissationi Locris habendæ Ol. XI, 16. I. e. hoc ipso carmine ornandus etiam rex comissans. Aliter adesse Musa dicitur Ol. III. in. Deinde Pindari cum Arcesilao amicitiam maxime testantur consilia liberrima regi sub finem carminis data. — *εὐίππου . . Κυράνας.* Callim. epigr. XXVII: *Μάτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμέτερης*, Cyrenes. Dionys. Perieg. 213: *Κυρήνη τ' εὔϊππος.* Schol. v. 1: *Ὅτι Ποσειδῶν τοὺς Λίβυας διδάξειε τὴν τῶν ἁρμάτων κατάζευξιν καὶ τὴν ἱππείαν δὲ Ἀθηνᾶν ἐν Λιβύῃ γενέσθαι φασί. τινὲς δὲ ὡς ὅτι ἡ ἱππικὴ ἐν τῇ Λιβύῃ εὑρέθη.* At Cyrene laudatur, non Libya, coll. v. 12. 29 sqq. all., quamquam studia equestria Cyrenensibus communia fuisse cum Libybus istius oræ, nota res est, coll. Böckh. ad v. 29. Thrige historia Cyrenes I, 270 sq. Excoluere Græci barbarorum artes. — *κωμάζοντι σὺν Ἀρκεσίλᾳ.* Noli hæc cum sequentibus ita jungere, ut sit *debitum Arcesilao, Latoïdis, Delphisque hymnum.* Debet Musa cum rege hymnum Phœbo Delphisque offerre. — *Λατοίδαισιν.* Schol. v. 4: *Ἤτοι τοῖς Ἀπόλλωνός [?] φησιν, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι μόνῳ, ὥστε τὸ πληθυντικὸν ἀπὸ τοῦ ἑνικοῦ ἐξενεχθῆναι, ὅπερ καὶ βέλτιον, τῷ αἰτίῳ τῆς νίκης ὀφείλεσθαι τὸν ὕμνον καὶ τῷ τόπῳ.* Accinit v. 117 sq.: *. . Ἀρκεσίλας, τῷ μὲν Ἀπόλλων ἅ τε Πυθὼ κῦδος . . ἔπορεν.* Similes plurales Ol. IX, 83. p. 352. Vide ad Pyth. II, 44. p. 544. Adde IV, 127. 283. — *ὀφειλόμενον.* Voveratne Apollini Delphisque hymnum, si vicis-

set rex? An debebatur istis laus, ut auctoribus victoriæ regiæ? coll. scholl. modo all. Simplicius hoc. — *Πυθῶνι.* Personam induit velut v. 117. Fragm. inc. LXXXVI (Heyne III, 123. Böckh. II, 2, 589). V. quoque Ol. VIII. init. p. 288. — *αὔξῃς οὖρον ὕμνων.* *Magnifice, large praestes ventum hymnorum.* Isthm. VII, 42: *Ἀστῶν γενεᾷ μέγιστον χλέος αὔξων: praestans.* Eurip. Hippol. 744. Matth.: *Ζηνὸς μελάθρων παρὰ κοίταις, Ἵν' ὀλβιόδωρος αὔξει ζαθέα Χθὼν εὐδαιμονίαν θεοῖς: praestat.* Menander p. 318. Mein.: *Ἐκ τῶν πόνων γὰρ ταὐγάθ' αὔξεται (existunt) βροτοῖς.* Orph. hymn. LXXVIII, 13. Herm.: *Μύσταις ἱερὸν φάος αὔξοις: praestes.* Simillimum *τιμᾷν* cum accusativo objecti, dativo subjecti, de quo v. ad v. 481. [1]) — *χρυσέων Διὸς αἰητῶν.* Hermannus comparat Pyth. I, 10., ubi tamen jungendum esse *σκάπτῳ Διός*, p. 490. mon-

---

1) Est *αὔξειν* apud P. pro contextu *augere, ornare, fovere, efficere, praestare*, coll. indd. Eadem usus euripidea varietas, coll. ind. Barnes. Deinde non differt apud P. *ἀέξω* ab *αὔξω*, testibus indd. Quod paulo secus apud alios. Jam statuente Casaubono (ad Ath. 287, 36. IV, 15. Schweigh.) est *ἀέξειν uti plurimum aliqua re*, quod quatenus verum sit, e locis seqq. elucebit. V. homerica in Damm. Lex. p. 273., hesiodea in ind. Gaisford., euripidea in ind. Barn. Brevissime addo sequentia. Ar. Phaen. 551. Opp. Cyn. III, 521. Anth. Pal. IX, CCCCLXIV, 2. XIV, XLIV, 5. Ibid. T. II. p. 632. ep. XXVII. Nic. Ther. 210. 533. 900. Nonn. Dionys. VII, 87. XIX, 32. XXII, 377. XXIII, 60. XXVI, 154. XXXIV, 213. XL, 439. 477. Id. Conv. Ev. Joh. VI, 145. VIII, 11. 152. XI, 86. XII, 81. 155. XIV, 50. Q. Smyrn. I, 23. 116. II, 187. III, 242. 490. IV, 332. V, 146. 575. VI, 451. VII, 168. 405. VIII, 176. IX, 16. XIII, 375. XIV, 208.

stravimus. Jam *Διὸς αἰετὸς* insolens Heynio, non mihi. V. Soph. Antig. 1027: *Οἱ Ζηνὸς αἰετοί.* Ad rem schol. v. 6: *Ὑπὸ Διὸς ἀφεθέντες ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς συνέπεσον ἐνταῦθα, καὶ οὕτως ἐγνώσθη τὸ μέσον τῆς γῆς. ὧν εἰκόνες οἱ χρυσοῖ ἀνέκειντο παρὰ τὸν ὀμφαλὸν ἀετοί, ἤρθησαν δὲ ἐν τῷ Φωκικῷ πολέμῳ, ὃν Φιλόμηλος συνεστήσατο.* Originem fabulae hanc suspicatur Heynius fuisse: „*Duae illae aureae aquilae*, juxta tripodem Delphicum collocatae, videntur locum dedisse notae fabulae de binis aquilis a Jove volare jussis, ut de medio continentis constaret.“ Rem alii invertent. Unam puto ut in coelis, sic in templis terrestribus aquilam primo habuit Jupiter. Ea Delphis tum duplicata, quum Jovis simulacrum umbilico appositum esset. Nimirum quærebatur, quomodo medium continentis Jupiter invenisset. Emissis, respondebant, duabus aquilis. — *οὐκ ἀποδάμου Ἀπόλλωνος τυχόντος. Apolline praesente*, coll. Pyth. III, 48. ibique nott. Fuere enim dei *ἀποδημίαι*, de quo v. Pott. ad Lyc. 920. Ejusdem *ἐπιδημίαν* illustrat Spanh. ad Callim. Apoll. 12., deorum vero *ἐπιδημίας* Dorvill. ad Charit. II, 3. p. 305. Lips. et Boissonad. ad Eunap. T. I, p. 138. 559. 60. — *ἱέρεια. Sacerdotissa.* Böckhii *ἱρέα* nolim ob sequens *ἱερᾶν*, Ahlwardtii *Πυθία* ob antecedens *Πυθῶνι*, et quod redolet haec vox alius difficilioris interpretamentum. — *χρῆσεν οἰκιστῆρα Βάττον καρποφόρου Λιβύας. Vaticinando Battum indicavit conditorem Libyae frugiferae.* Sunt verba graeca quibusdam notissimus graecismus, pro vulgari: *χρῆσεν, ὡς Βάττος καρπ. Λιβ. οἰκιστὴρ λιπὼν* etc. Verum *οἰκ.* est vocis *Βάττον* appositum, coll. v. 108: *Ἄ σε* (Pythia) *πεπρωμένον βασ. ἄμφανεν Κυράνας.* Sequen-

tium (*ἱερὰν .. μαστῷ*) non aliud consilium, quam ut antecedentia ulterius exponantur. Schol. v. 10. supplet *ἔσεσθαι*, coll. Musgr. ad Soph. Oed C. 707. Melius erat *ἐσόμενον*, quod omitti poterat, ut *ὤν* post *δεικνύναι, σημαίνειν* etc., de quo v. Hell. et Död. ad Soph. Oed. C. 779. Minus errabunt, qui græcismum illum, de quo omnino consulendus Matth. Gr. g. p. 410. Ed. I., vere haberi dicent h. carm. v. 428. — *οἰκιστῆρα*. Idem corvi nomen, qui Apollinis jussu Battum deducebat Callim. Apoll. 67. — *καρποφ. Λ.* Isthm. IV, 91: *Τὰν πυροφόρον Λιβύαν*. Eurip. Hel. 1484. Matth.: *Ἄβροχα πεδία καρποφόρα τῆς γᾶς* (Libyæ). Oppian. Cyneg. III, 35: *Λιβύῃ ἐριβώλακι δισσάδι γαίῃ*. Sunt lateris borealis partes quædam, Aegyptus cum Oasibus, Cyrenaica, Carthaginiensium terra, alia occidentem spectantia. Reliqua solitudines. V. quoque Strab. XVII, 3. in. — *ἱερὰν νᾶσον. Theram*. Multorum locorum prædicatum, sacris significandis inserviens, coll. Spanh. ad Call. Del. 1. Cf. v. 78: *Ταίναρον εἰς ἱερήν*. Nem. IX, 127: *Ἐκ τᾶς ἱερᾶς Σικυῶνος*. Fragm. dithyr. III (Heyne III, 67. Böckh. II, 2, 575): *Ἐν ταῖς ἱεραῖς Ἀθήναις*. Fragm. inc. CLXXIV (Heyne III, 155. Böckh. p. 662): *Ἱερώτατον ἄγαλμα, Θήβα*. Hes. theog. 292: *Τίρυνθ' εἰς ἱερήν*. 1014: *Νήσων ἱεράων*. Oraculum ap. Strab. I, 3: *Ἱερὴν ἐς Κύπρον*. Alia v. apud Spanh. l. c. De Theræ diis v. schol. v. 11. Böckh. Explicc. p. 267. Mionnet. Description T. II. p. 231 sq. — *ἤδη*. *Jamjam* (Vig. p. 414). Est hoc oraculi rem istam illico faciendam imperantis, quamquam diu a Theræis neglectum imperium constat. V. Herodot. IV, 150 sqq. Müll. Orch. p. 340 sqq. De *ἤδη* v. omnino Vig. l. c. p. 413 sq. — *εὐάρματον πόλιν*. V. ad v. 2. Si-

mul hæc prædicata significant, victoriam a P. curulem celebrari. Et fuere studia equestria inter laudes Cyrenensium domesticas, coll. ad Pyth. V, 155. — *ἀργάεντι. Albo*, sc. ob calcem, istius regionis saxum. Schol. v. 14: *Ἱεροκλῆς δέ φησι, κεῖσθαι τὴν πόλιν ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς λευκογείου.* Ultimum firmatur Itali *Della Cella* itinerario, de quo v. Böckh. Explicc. p. 267. Adde Ritteri Erdkunde ed. II. T. I. p. 947 sq. Idem *ἀργῆτι* de Colono Soph. Oed. C. 666. ed. Hell. et D. — *μαστῷ. Colle, monte.* V. Müll. ad Lyc. 534. p. 97. Animatur a poetis terra cum partibus, de quo conf. nos ad v. 46. Situm Cyrenes illustrat Ritter. l. c. p. 946. 7. — *ἄγχομίσαι θ'*. Scholl. v. 15: *Ἀνασώσειεν, ἐπιμελείας ἀξιώσειεν.* Sc. quasi oblivione *tectum. mersum* erat Medeæ dictum per temporum longinquitatem, cum fuerit Battus *ἑπταεκαιδέκατος* post Argonautica (v. 16). Unde ejus quædam *resuscitatio*. Isthm. IV, 37: *Ἐκ λεχέων ἀνάγει φάμαν παλαιὰν εὐκλέων ἔργων.* An erit *ἀγκ.* simpliciter *erigere*, ideoque *efficere*? coll. Isthm. VI, 91: *Ἀνὰ δ' ἄγαγον ἐς φάος οἵαν μοῖραν ὕμνων.* Prius præfero. — *ἑβδόμᾳ κ. τ. λ.* De his ætatibus v. disserentem Müllerum Orchom. p. 344. 349. — *ἔπος Θήραιον.* Schol. v. 15: *Τὸ περὶ τῆς Θήρης λεχθέν, ἢ τὸ ἐν Θήρᾳ εἰρημένον· ἐκεῖ γὰρ ὁ λόγος τῆς Μηδείας καὶ τὸ μάντευμα ἐρρήθη.* — *Αἰήτα ζαμενὴς παῖς.* Schol. v. 17: *Ἡ ἄγαν ὀργίλος καὶ πικρά. τὸ δὲ ἐπίθετον ἐκ τῆς ἱστορίας, ὅτι ὑπέμεινε, τοὺς ἑαυτῆς παῖδας ἀποσφάξαι καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἄψυρτον.* Remotius hoc. Præstat *valida, fortis*. Ausa mulier fuerat, patriâ relictâ cum Jasone Græciam sibi ignotam petere. Eadem v. vis alibi apud P., coll. indd. Sed *ζαμενεῖν* est Hes. theog.

928. *irasci*. — *ἀθανάτου στόματος*. Schol. v. 18: *Ἀθ. στόμα τὸ Μηδείας εἶπεν, ὡς μὲν Χαῖρις, ἐκ μέρους τὴν ἀθάνατον, ἐπεὶ καὶ Ἡσίοδος ἐν τῇ θεογονίᾳ* [v. 960. aiunt interprr.; verum *ἀθάνατον* nusquam dicit Medeam Hesiodus] *ἀθάνατον αὐτήν φησιν· ὡς δὲ Ἀσκληπιάδης, ὅτι οὐδὲν τῶν ῥηθέντων ὑπ' αὐτῆς ἀτελὲς γέγονεν, οὐδὲ ἐφθάρη.* Similiter Böckhius: „*Ἀθ. στ.* ob divinitatem fatidicam." Sed vide, ne simplicius sit *divinum*, i.e. *magnificum os*, coll. Eurip. Hippol. 135: *Ἀμβροσίου στόματος* (Phædræ). Ubi Monkius, coll. Buttm. Lexil. I, 131.

V. 19—99.

Sequitur Medeæ de Thera insula vaticinium. *ἡμιθέοισιν*. Denominatio a parte potiori, velut v. 327. 375. Non enim omnes Argonautæ deorum filii. Videatur de Jasone all. v. 253. etc., de Argonautis ipsis Apoll. Rh. I. in catal. herotum. Inspice quoque Catalogum Argonautarum bipontinæ Val. Flacci præmissum p. XIX—XCI. — *ἁλιπλάκτου*. Schol. v. 24: *Ὅτι ἐνάλιος οὖσα* (Thera) *πλήττεται ὑπὸ τῶν κυμάτων*. Call. Del. 11: Delus *ἁλιπλήξ, quam mare verberat*. Ubi Grævius. Videantur omnino Müller. ad Lyc. 994. Böckh. nott. critt. p. 461. Theram vero Cyrenes patriam dicit Callim. epigr. XXVII. — *Ἐπάφοιο χόραν*. *Libyam*. Schol. v. 25. Schol. Aesch. Prom. 799. Blomf. — *ἀστέων ῥίζαν*. V. v. 35. Schol. v. 26 (coll. Spanh. ad Callim. Ap. 73): *Τὴν Κυρήνην. ἐξ αὐτῆς γὰρ καὶ Ἀπολλωνία καὶ Τεύχειρα ἐκτίσθησαν*. Plura v. apud Thrigium hist. Cyr. I, 135 sqq. Paulo aliter *ῥίζα* Pyth. IX, 14. — *μελησίμβροτον*. *Mortalibus cordi futuram*. Ob amœnitatem et fertilita-

tem, unde v. 491. *εὐδαίμων* Cyrene. Cum *μελησίμβρ.* convenit *πασιμέλων* hominum, regionum, all. Nonn. Dionys. IV, 92. XL, 351. XLVIII, 709. Ejusd. Conv. Ev. Joh. passim. — *Διὸς ἐν Ἄμμωνος θεμέθλοις.* *Libya*. Pyth. IX, 90. est locus quidam Libyæ amœnus *Διὸς κᾶπος.* Schol. v. 28: *Ἄμμωνα Λίβυες τὸν Δία προσαγορεύουσι, καὶ οὕτω τιμῶσι.* Ibidem *Φαῖστος: Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κεραατηφόρε.* Unde Tertulliano de Pall. 3. *Hammon ovium dives*. Nimirum oves Libyæ cornigeræ (Odyss. IV, 85 sqq.), quarum cornua Hammonis capiti insident, frequentes ibi esse debebant, coll. Odyss. l. c. Et ex Libya puto in Hispaniam delatæ. Idem schol.: *Ῥητέον, ὅτι πᾶσα ἡ χώρα ἀφιέρωται τῷ θεῷ.* De eodem deo Anthol. Palat. T. II. p. 846: *Αὐτὸς Ζεὺς Κρονίδης, αὐτὸς μέγας ὄβριμος Ἄμμων.* De Pindaro Aegidisque thebanis Ammonem venerantibus vid. Müll. Orchom. p. 358 sq. Adde Minutoli Reise zum Tempel d. Jupiter Ammon p. 170. — *δελφίνων ἑλαχυπτερύγων.* Piscium pinnæ eorum alæ. V. schol. v. 29. et Nos ad Olymp. IX. p. 339. — *ἐρετμῶν.* Piscaturæ et navigationi studuerant Theræi. Nunc (Cyrenenses facti) terræ continentis opera exercebunt, in his inprimis artem curulem, qua Arcesilaus ultimo tempore inclaruit. Schol. v. 29: *Ἀντὶ δὲ νησιωτικῶν καὶ θαλασσίων ἔργων ἠπειρωτικὰ καὶ ἱππικὰ μεταλήψονται.* Ibid.: *Νησιῶται ὄντες οἱ Θηραῖοι ἠπειρῶται γενήσονται.* De navigatione Cyrenensium rarus apud veteres sermo, Thrig. l. c. p. 262 sq. Conf. tamen censor libri Thrigeani in Ephemerr. Lips. 1822. nr. 250. 51. Eleganter vero P. animalia animalibus opponit, instrumenta instrumentis. — *ἀμείψαντες κ. τ. λ.* Deserit P. stilum relativum. — *δίφρους ἀελλόποδας.* Schol. v. 29:

Ἀελλόποδας δὲ ἀπὸ τῶν ἑλκόντων τοὺς δίφρους εἴρηκεν. [2]) — *χεῖνος ὄρνις. Illud omen, ostentum* (sc. gleba v. 60). V. Pyth. VIII, 70. Eurip. ind. Barnes. et Nonn. Dionys. XXXIII, 352. all. — *ἐκτελευτάσει. Eventum habebit.* Ol. VII, 124. p. 270. — *μεγαλᾶν πολίων ματρόπολιν.* Verissimam Hermanni mutationem (pro *μεγάλαν*) confirmat Pyth. V, 20., ubi existunt magnæ urbes, Pyth. IV. promissæ. Exigua Thera, majores Pentapoleos Cyrenaicæ urbes, inprimis Cyrene, de cujus magnificentia Thrige l. c. p. 114 sqq. Ritter. l. c. p. 946 sq. — *τόν ποτε.* Mirum *ποτε.* Nam paulo ante Libyæ oram reliquisse, Theramque devenisse putes. Dictum hoc a parte poetæ, qui alia quoque Medeam Argonautis narrantem facit, quæ melius ipse narrasset. Istorum enim quis cedo oblitus

2) Equorum all. frequens praedicatum. Hymn. hom. III, 218: *Ἵπποις ἀελλοπόδεσσι.* Soph. Oed. T. 468: *Ἀελλάδων ἵππων.* Anthol. Pal. IX, xix, 1: *Ἀελλοπόδων ἵππων.* X, xxi, 2: *Πόθων ἀελλοπόδων.* Apoll. Rh. I, 1158: *Ποσειδάωνος ἀελλόποδες ἵπποι.* Orph. Arg. 1284: *Ἀελλοπόδων ἵππων.* Id. *Λιθ.* 122: *Περδίκεσσιν ἀελλοπόδεσσιν.* Opp. Cyn. I, 191: *Ἀελλοπόδεσσ' ἐλάφοισι.* 413: *Ἀελλοπόδῃ τε λαγωῷ.* III, 184: *Ἀελλοπόδην ὄναγρον.* Idem 191. Nonn. Dion. XI, 289: *Ἀελλοπόδων ἵππων.* XVIII, 51: *Πορδαλίων ἀελλήεσσαν ἀπήνην.* XXIV, 135: *Νέβρον ἀελλοπόδον.* XXVII, 138: *Θυελλοπόδων ἵππων.* XXXIV, 260: *Ἄελλοπος Μορφεύς.* XXXVI, 215: *Ἀελλήεντα ἵππον.* XXXVII, 441: *Θυελλοπόδων ἵππων.* 750: *Ὄρνις ἀελλήεσσα.* Q Smyrn. I, 616: *Ἀελλόποδος ἵππου.* III, 748: *Ἵππους ἀελλόποδας.* Idem IV, 536. X, 189: *Ἀελλοπόδης Ἑρμῆς.* Tryphiod. *Ἰλ. Ἁλ.* 185: *Ἀελλοπόδων νεφελάων.* Adde indd. Pindd, et Potterum ad Lyc. 167.

oblitus erat Tritonem Euphemo glebæ ξένιον illud offerentem, glebamque in mare delapsam? — *Τριτωνίδος ἐν προχοαῖς*. Esse quidem poterit *Tritonidis ad fluctus*, i. e. *ad Tritonidem*, quam vocis προχ. significationem frequentem esse, mea mihi poetarum lectio persuasit. Præstat tamen *Tritonidis ad ostia*, propter anconam solutam v. 42., quod factum, quum palude pernavigata substitissent, per ostia ejusdem mare mediterraneum petituri. V. quoque schol. v. 42. fin. Secundum alios Triton Argonautis cursum monstrat per Tritonidem. Sed de hoc nihil in Pindaro. — *θεῷ*, I. e. *παρὰ θεοῦ*. Illustravimus h. dativum ad Ol. XIII, 39. p. 448 sq. Fuit is deus Triton, Tritonidis genius. V. schol. v. 42. 49 (coll. ad 57) et eos, quos citat Böckh. Explicc. p. 269. — *ξείνια*. *Donum hospitale*, abeuntibus dari solitum, de quo v. Feith. antiquu. homm. ed. Argentor. 1743. p. 203 sq. Ipsum hospitium recusarunt heroes, ne mora fieret itineris. — *γαῖαν διδόντι . . πρώραθεν Εὔφαμος καταβάς*. In litus desiliit heros (v. 64), non in mare, quamquam huic inambulare doctus. Jam de dante et de accipiente ita schol. v. 35: *Ζητεῖται δέ, δι' ἣν αἰτίαν ὑπεδέξατο τὴν βῶλον ὁ Εὔφημος· καὶ οἱ μέν φασιν, ὅτι πρωρεὺς ἦν· φαίνεται γὰρ καὶ ὁ Εὐρύπυλος ἐπιστὰς τῇ πρώρᾳ καὶ ἐπιδοὺς τὸ ξένιον.* [3]) *οἱ*

3) Hinc ab ostio venit Trito, primoque Argonautarum Euphemo, utpote *πρωρεῖ*, occurrit. Puppes enim navium in anconis sedentium terrae admotae, prorae mari. Deinde noto, ob dantis et accipientis ortum Neptunium aptissimum *ξένιον* fuisse. Fuit Neptunus utriusque pater, *γαιάοχος, ἀμφίβιος*. Quare gleba data, sc. terrae possessionem significans, de quo interprr.

δὲ διὰ τὴν συγγένειαν. ἀμφότεροι γὰρ Ποσειδῶνος, ὅ τε δοὺς καὶ ὁ λαβών. Additur deinde Asclepiades, Hesiodum [Fragm. XXXVI. Gaisf.] afferens de Neptuno Euphemi patre. Et Neptunus Tritonis quoque pater, coll. Hes. theog. 930. all. Denique ab Euphemo descendere Battiadae gloriati sunt, coll. interprr. Hæc junge, non excluso uno alterove. — αἴσιον δ'. V. v. 351. et Ol. IX, 64. p. 345. — ἐπὶ οἱ . . . ἔκλαγξε. Similis dictio Pyth. I, 14: Ἐπί οἱ . . . κατέχευας. — ἀνίκ' ἄγκυραν ποτὶ χαλκόγεννυν αἴχρημνάντων (προσχρημνάντων ἡμῶν, coll. φέρομεν v. 45) ἐπέτοσσε, θοᾶς Ἀργοῦς χάλινόν. Cf. v. 341. Schol. v. 42: Τὸν Τρίτωνά φησιν αὐτοῖς συντετυχηκέναι ἀναγομένοις ἤδη. τότε γὰρ τὰς ἀγκύρας τοῦ βυθοῦ ἀνασπάσαντες ἐκρεμῶσι τῆς νεώς. Ἀργοῦς δὲ χαλινὸν τὴν ἄγκυραν λέγει ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἵππων, διὰ τὸ ἐπέχειν τὰς ναῦς δίκην χαλινοῦ. Eurip. Hec. 534: Χαλινωτήρια νεῶν. Quæ esse possunt s. πρυμνήσια s. ἀγκύραι, coll. scholl. ibidem. Nonn. Dionys. III, 20: Ἐκ χθονὸς ὠχλίξοντο χαλινωτήρια νηῶν: ancorae. 50: Ὁλκάδος ἀγκυλόδοντος ἐπεσφήκωντο χαλινοί: ancorae. Oppian. Hal. I, 191: Πρυμναῖα χαλινὰ Οἰήκων (gubernaculum?) coll. V, 91). 229: Πρύμνῃ δ' ἔπι πάντα χαλινὰ Ἰθυντῆρ ἀνίησι (s. πρυμνήσια s. ἀγκύρας). 351: Σὺν δ' ἔσπασε πάντα χαλινὰ Ἰστία τ' οἰήκάς τε. 359: Τὰ δ' ὄπισθε χαλινωτήρια νηῶν. V, 91: Νῆα νέμων οἰήκι χαλινῷ. Anthol. Pal. VI, XXVII, 5: Ἄγκυραν .... δεσμὸν ἀέλλης. Jam voce χαλκόγ. animatur illud instrumentum, ut alia, quæ ars humana confecit. [4]) — ἐξ ὠκεανοῦ. Omissum

4) Hes. opp. et d. 97: Πίθου ὑπὸ χείλεσιν. Aesch. Prom. 64: Σφηνὸς γνάθον. Ubi v. Blomf. Gloss. Idem Pers. 421.

mare rubrum, quod habemus v. 488. Post oceanum (v. l. c.) mare rubrum ingressi heroes. — *νώτων ὕπερ γαίας.* Animatur terra cum partibus. Cf. v. 14. 407. Nem. IX, 59: *Τὰν βαθύστερνον χθόνα.* Paus. VII, 25, 8: *Γῆς . . εὐρυστέρνου.* Orph. Arg. 425. Herm.: *Γῆς τ' εὐρυστέρνου.* Idem hymn. XXVI, 6: (*Γῆ*) *βαθύστερν'*. LXIII, 15: *'Οπόσ' ἐν κόλποισι τιθηνεῖ Γαῖα θεά.* Creberrimum hoc in poetis Græcorum 5). Idem

---

Blomf.: *Ἐμβόλοις χαλκοστόμοις.* Pind. Pyth. I, 84. Nem. VII, 105. Euripidea v. in ind. Barnes. vv. *γνάθος, δίστομος, νῶτον, ὀξύστομος, χαλκόνωτος,* all. Lycophr. 99: *Καμπύλους Πεύκης ὀδόντας* (*ancoras*, coll. ibid. Tzetz. et Pott.). Oppian. Hal. I, 54: *Χαλκοῦ Χείλεσι.* III, 539: *Ἀγκίστροιο γενύεσσιν.* 567: *Ἀγκοίνῃσι λίνοιο.* 598: *Λίνου λαγόνεσσι.* 605: *Κόλπον Δικτύου.* IV, 230: *Χαλκείαις γενύεσσι* (*instrumenti piscatorii*). 447: *Χείλεσι χαλκοῦ.* V, 152: *Βούπληγες βαρύστομοι.* Cyneg. IV, 146: *Λίνων λαγόνεσσι.* Nonn. Dionys. VI, 20: *Νῶτα τραπέζης.* 88: *Σφαῖραν ποικιλόνωτον.* 112: *Ἀγκυλόδοντι χαλινῷ.* X, 388: *Κύμβαλα χαλκεόνωτα.* XIV, 357: *Ποικιλόνωτον καλύπτρην.* XVI, 9: *Πώγωνα ὄϊστοῦ.* 97: *Νῶτα καλύπτρης.* XX, 293: *Σάκος ἀστερόνωτον.* XXI, 226: *Ἀσπίδα ποικιλόνωτον.* XXII, 307: *Ἀσπ. χαλκεονωτον.* XXXVII, 248: *Ἀγκυλόδοντι χαλινῷ.* 469: *Νῶτα βοείης.* XLIV, 56: *Πορφυρόνωτον φάρος.* Q. Smyrn. I, 335: *Βούπληγι βαθυστόμῳ.* VI, 218: *Ἅρπῃ ὑπ' ἀγκυλόδοντι.* Anthol. Pal. V, CCLIV, 6: *Νῶτον σελίδος.* LXVII, 4: *Γένυν καλάμου.* XCIV, 2: *Κύμβαι' ὀξυχείλεα.* CI, 6: *Κρεάγρῃ σιδηροδακτύλῳ.* CXXVIII, 4: *Γένυν* (clypei). Ubi tamen v. Jacobs. T. III. p. 154. CLXXVI, 1: *Ἀγκυλόδοντα σίγυνον.* CCXXXVI, 1: *Ἔμβολα χαλκογένεια.* CCCIXVI, 3: *Λαγόνεσσι φαρέτρης.* XI, CCCCIX, 1: *Ἀμφορέως περὶ χείλεσι.*

5) V. Aesch. Prom. 1055. Blomf. Ubi Ejusd. Gloss. Eurip. Iph. T. Matth. 46. 158. Hippol. 127. all. Chör. ed. Näk. p.

de aqua, mari etc. De aëre cfr. Nos p. 465 sq. — *ἐρήμων.* Schol. v. 44. mirifice: *Κατὰ τὸν νῶτον τῆς ἐρήμου καὶ ὁμαλῆς γῆς.* Immo erit Libyæ desertum, quamquam nil obstare videtur, quo minus sit consequens pro antecedenti, i. e. *immensum*. Immensa enim quædam deserta, præsertim Libyæ. Videò, hæc aliis quoque locis applicari posse, scil. Ol. I, 10. XIII, 126. — *δόρυ. Navem*, ut v. 68. — *μήδεσιν ἀνσπάσσαντες ἀμοῖς.* Schol. v. 44: *Τοῦτο προσειληφέναι φησὶ Δίδυμος Πίνδαρον τερατείας χάριν τῆς πρὸς ἡμᾶς, ἐπεὶ οὐδὲ πρέπον τὸ πρὸς εἰδότας λέγειν.* Firmantur his ea, quæ diximus ad v. 35. p. 628 sqq. — *φιλίων δ' ἐπέων ἄρχετο.* Schol. v. 52: *Ὥσπερ τοῖς ξένοις παραγενόσιν οἱ ξενισταὶ τὰ δεῖπνα καὶ τὴν φιλοφροσύνην πρῶτον ἐπαγγέλλονται, οὕτω καὶ αὐτὸς ἐπηγγείλατο.* — *εὐεργέται.* Simile Isthm. VI, 102: *Καὶ ξένων εὐεργεσίαις ἀγαπᾶται*, in quibus beneficiis inprimis *epulae*. — *πρῶτον.* Sc. statim post adventum. — *ἀλλὰ γάρ.* I. e. *Ἀλλὰ μάτην ταῦτα ἦν, ἡ γὰρ* etc. Poterant hæc alio loco poni, sc. post *ἔμμεναι*. Verum similia in P. non admodum rara, inprimis ea figura, quam Hysteron proteron vocant grammatici. V. Ol. VI, 104. p. 213. Ad cujus loci interpretationem, quam etiamnunc tenemus, hæc addere placet. V. 237. Isthm. VI, 20: *Τοίαισιν ὀργαῖς εὔχεται ἀντιάσαις ἀΐδαν γῆράς τε δέξασθαι* (i. e. *γῆρας ἀΐδαν τε*). Virgil. Aen. I, 264: *Moresque viris*

187. 190. 272. Spanh. ad Callim. Dian. 194. Lycophr. ind. Müll. vv. *ἀγκάλη, κέρας.* Anthol. gr. Lips. T. XIII. ind. vv. *κόλπος* et *νῶτος.* Tertull. de Pall. c. 2 (*montium scapulae*). Denique poetarum nemo magis h. dictione s. usus s. abusus Nonno, quod monstrare piget.

et moenia ponit. Ubi Servius: *Hysteronproteron. Ante enim civitas, post jura conduntur*. II, 353: *Moriamur, et in media arma ruamus*. D. Justiniani Institut. II, 1, 5: *Retia siccare et ex mari deducere*. I. e. Retia ex m. ded. et siccare. Ubi Schraderus cum sociis. His adde, quæ habet Boisson. ad Eunap. T. I. p. 200.— *νόστου προφάσις*. I. e. *νόστος*, quo utebamur *προφάσει, excusatione*. — *γλυκεροῦ*. Cf. v. 349: *Φιλίαν νόστοιο μοῖραν*. Nem. IX, 54: *Γλυκὺν νόστον*. V. quoque Pyth. I, 69. VIII, 120. Hom. Il. XVI, 82: *Φίλον νόστον*. Od. XI, 99: *Νόστον μελιηδέα*. XXII, 323: *Νόστοιο γλυκεροῖο*. Archil. Fragm. LXXII (Gaisf.): *Γλυκερὸν νόστον*. — *μεῖναι*. Sc. *ἡμᾶς*, coll. v. 45. Scholiastes v. 56. supplet *αὐτούς*. — *Εὐρύπυλος*. Rex Cyrenes schol. v. 49. Fuit secundum quosdam Tritonis frater schol. v. 57. De hoc Eurypylo v. omnino Tzetza Lyc. 899. et Spanhem. ad Callim. Ap. 92. — *Ἐννοσίδα*. *Neptuni*. Idem v. 307. — *προτυχὸν ξένιον*. *Quod coram ipso, quod praesto erat, obvium*. — *οὐδ' ἀπίθησέ νιν*. *Et obsecutus illi est*. In his *νιν* mihi etiamnunc est dativus, coll. Buttm. Ausf. gr. Spr. I, 295. Matth. Ausf. gr. Gr. II, 274. Ed. II. — *βώλακα δαιμονίαν*. Schol. v. 66: *Τὴν θείαν, ἤτοι ὅτι ἐξ αὐτῆς ἀποικίαι καὶ χρήσμοὶ Ἀπόλλωνος, ἢ ὅτι θεὸς ὁ δωρησάμενος*. — In reliquis elegans quidem novatio *ἐναλίου* (coll. Böckh. Nott. critt. p. 461. Ahlw. ad l.); nec tamen pristinum *ἐναλίᾳ* (*ἅλμᾳ*) omni defensione destitutum. Cf. Eurip. Hippol. 749 Matth.: *Κῦμ' ἁλίκτυπον ἅλμας*. Bacch. 17. Tro. 76; *Ἁλμυρὰν ἅλα*. — *ἑσπέρας*. Böckhius Explicc. p. 269: „Vesperi, quo tempore socordiores homines.“ Schol. v. 67: *Ὅτι πέ-*

σναται χθὲς αὐτὴν διατετηκυῖαν, καί περ παρακελευομένη φυλάξαι. Ibidem: *Μετέπεσεν ἐπὶ τὸ ποιητικὸν πρόσωπον, καὶ οὐκέτι τὸ τῆς Μηδείας ἐφύλαξε διαπαντός.* V. nos ad v. 35. 44. — Deinde post *ἑσπέρας* retineo comma plurimorum aliorum (*ἅλμᾳ ἑσπέρας*). *Audio, cum marino abiisse fluctu vespere, udum pelagus secutam.* *Narrat* enim Medea. Hinc primo loco non dicendum, quid *nunc sit*, sed quid *factum sit*, et quidem *quando*. Statim igitur *abeundi tempus* designandum. Jam reliqua (*v. π. σπ.*) minime vacant. Aut erit sensus: *Et sequi nunc mare udum* (*vehi agique mari udo*). Aut ista erunt vocis *καταχλ.* ornata quædam et rhetorica repetitio, quam Böckhiana quoque ratio (schol. v. 70. eandem habet) huic loco ingerit: „*Audio enim, undis nunc vehi glebam;* et additur causa: *quippe vespere secutam udum mare.*“ Nimirum his repetitur *καταχλυσθεῖσαν.* — De *σπομ.* v. Buttm. Ausf. gr. Spr. II, 129. Matth. Ausf. gr. Gr. Ed. II. T. I. p. 457 sq. — *ἦ μάν.* *Profecto, revera.* Cf. indd. pindd. et Viger. p. 411. Notat hæc jurandi asseverandique particula Medeæ quandam indignationem de hominum illorum socordia, quo *θαμὰ* quoque alludit. — *νιν.* Incertum mihi, sitne *eam*, an *eum* (Euphemum). Et vide, ne sit ambiguitas genuina, cui nec alibi in P. me adversantem sciunt lectores. — *λυσιπόνοις.* Fragm. dithyr. II (Heyne III, 34. Böckh. II, 2, 621): *Λυσιπόνον τελευτάν.* Schol. v. 71: *Ἐπειδὴ δὲ οἱ οἰκέται τῶν δεσποτῶν τοὺς πόνους διαλύουσι τῇ θεραπείᾳ, λυσιπόνους αὐτοὺς ἐκάλεσεν, ὡς Εὐριπίδης* (Fragm. inc. 203): *Δούλοισι γάρ τε ζῶμεν οἱ ἐλεύθεροι.* V. nos ad v. seq. Affert Böckh. scholl. homerr. Est *λυσιπ.* i. q. *παυσιπόνος*

Eurip. Iph. T. 437. Matth. [6]) — *θεραπόντεσσιν*. Est (cum adj. suo) dativus, quem vocant, instrumentalis. *Per ministros suos*. Eadem videtur schol. v. 71. sententia esse: *Ναὶ μὴν αὐτήν, τὴν βῶλον, συνεχῶς τοῖς λυσιπόνοις οἰκέταις φυλάξαι, φησίν, ὄτρυνον.* Si vblnisset *ministros admonui*, tum dixisset: .. *ὄτρυνον, φησίν, φυλάξαι.* Decebatque Medeam Euphemi admonitio, non ejus servorum. Qui jungunt *ὄτρυνον λνα. θεραπόντεσσιν* (*admonui ministros*), ii linguae genium evertunt. Dicitur *ὀτρύνειν τινά*. V. indd. pind. et Damm. Lex. p. 1765. Rarum *ἐποτρ.* c. dat., coll. Damm. ibid. p. 1767.. Schneid. L. g. v. Est sensus: *Revera Euphemium admonui, curaret glebam per ministros suos custodiendam*. Hi *λυσίπονοι* dicuntur elegantissime. Fungi domini vice debebant, quem alii muneri vacasse puto, sc. *πρωρέως* (v. 39. coll. schol. v. 35. Tzetz. Lyc. 890), cujus erat, gubernatorem respicere, ejusque imperio obsequi (Schneid. L. g. v. *πρωράτης*). —

6) Loco pindarico altero male scribunt *λυσίπονον*, euripideo *πανσίπονος*. Frequens autem *λυσιπ.* aevo seriore. Opp. Cyn. IV, 254: *Λυσιπόνῳ Διονύσῳ*. Paul. Silentiarius Anthol. Pal. V, ccxxi, 4: *Λυσιπόνου συζυγίης*. Meleager Ibid. XII, cxxvii, 7: *Λυσιπόνος ὕπνος*. Nonn. Dionys. V, 606: *Λυσιπόνοισι λοιτροῖς*. VI, 29: *Λυσιπόνοισι κυπέλλοις*. IX, 281: *Λυσιπόνῳ ῥαθάμιγγι*. XVII, 82: *Λυσιπόνοιο μέθης*. XXVII, 1: *Λυσιπόνοιο ὕπνου*. XXIX, 140: *Τέχνης λυσιπόνου*. XXX, 180: *Λυσιπόνον δόλον*. XXXV, 62: *φάρμακα, λυσιπόνου Παιήονος ὄργια τέχνης*. XXXIX, 353: *Λυσιπόνου Βραχμῆνος*. XL, 251: *Λυσιπόνοιο ἑορτῆς*. XLI, 321: *Λυσιπόνων θεσμῶν*. XLII, 157: *Λυσιπόνοις ὀάροισιν*. XLVI, 359: *Λυσιπόνῳ οἴνῳ*. XLVII, 42: *Λυσιπόνοιο μέθης*. 93: *Λυσιπόνον ποτόν*. Idem Conv. Ev. Joh. III, 76: *Λυσιπόνου προσώπου*. V, 37: *Λυσιπόνῳ μύθῳ*. VII, 120: *Λυσιπόνοις στομάτεσσι*. IX, 26: *Λυσιπόνον ἀφρόν*.

τῶν δ' ἐλάθοντο φρένες. Quod ministros ob socordiam fecisse P. narrat, id Euphemum consulto fecisse refert Apoll. Rh. IV, 1751 sqq., ut ex hac gleba nasceretur Thera, quod secus apud Pindarum. — *καὶ νυν.* Redit M. ad v. 24 sq. — *Λιβύας σπέρμα.* Schol. v. 76: *Καὶ ὅτι Λιβυκὴ ἡ βῶλος, καὶ ὅτι οἷον ἀρχὴ τῆς εἰς Λιβύην ἀποικίας.* — *εὐρυχόρου.* Idem v. 85: *Εὐρεῖαν ἄπειρον.* V. ad Ol. VII, 33. p. 245. — *πρὶν ὥρας.* Rarum adverbium. V. Viger. p. 442. — *παρ' χθόνιον Ἀΐδα στόμα, Ταίναρον εἰς ἱερὰν Εὔφαμος ἐλθών.* Strab. VIII, 6: *Ἐν δὲ τῷ κόλπῳ τῆς παραλίας τὸ μὲν Ταίναρον ἀκτή ἐστιν ἐκκειμένη, τὸ ἱερὸν ἔχουσα τοῦ Ποσειδῶνος, ἐν ἄλσει ἱδρυμένον· πλησίον δ' ἐστὶν ἄντρον, δι' οὗ τὸν Κέρβερον ἀναχθῆναι μυθεύουσιν ὑφ' Ἡρακλέους ἐξ Ἅιδου.* Paus. III, 25, 4. de eodem loco: *Ἐπὶ δὲ τῇ ἄκρᾳ ναὸς εἰκασμένος σπηλαίῳ, καὶ πρὸ αὐτοῦ Ποσειδῶνος ἄγαλμα.* Fuisset igitur glebæ ibi dejectio ejusdem consecratio quædam, Neptuni patris in honorem instituta, [7]) — *υἱὸς ἱππάρχου Ποσειδάωνος.* Dicit equestrem Neptunum ob regis victoriam curulem. — *ποτ'.* Melius et hoc Pindarus dixisset, quam Medea. V. ad vv. 35. 44. all. — *παίδων αἷμα.* I. e. *παῖδες*, et hoc pro *παῖς* (Sesa-

---

7) De Taenaro orci introitu videatur schol. v. 76. ibique Menander (Fragm. inc. CCXXXIX. Mein.), coll. Böckh. ed. schol. p. 349. Eurip. Herc. f. 23: *Ταινάρου διὰ στόμα Βέβηκ' ἐς Ἅιδου.* Lyc. 1106; *Οἰκτρὰ δὲ πέμψις Ταίναρον περᾴξεται*, sc. orcum introitura. Orph. Arg. 41: *Ταίναρον ἦνίκ' ἔβην σκοτίην ὁδόν, Ἄιδος εἴσω.* Ubi Eschenbachius. Theophyl. Bulg. Epist. LVI (Opp. ed. Ven. 1754. T. III. p. 694): *Ἐκ τοῦ Ταινάρου, δι' οὗ πρὸς τὸν Ἅιδην καταύγεται.* Tzetz. Lyc. 1106. Müll. p. 938. Lexx latt. vv. Taenarus et Taenarius.

mus. V. Böckh. Explicc. p. 265. 69), coll. nobis ad v. 4. *Liberorum* vero *posteri παίδων αἷμα* Nem. III, 114. coll. VI, 62. XI, 44. — *οἱ* ambiguum inter *ἐπιγεινομένων* et *λάβε*. — *μεγάλας Λακεδαίμονος*. Nem. II, 11: *Ταῖς μεγάλαις Ἀθάναις*. Dictum hoc alii putabunt ob magnitudinem terræ Lacedæmoniorum, alii ob potentiam, gloriam etc. urbis civitatisque, coll. inprimis Buttm. Lexil. II, 93. 97. Mihi quidem persuasum, iterum poetam loqui per Medeam, laudis causa sui ævi Lacedæmoniis conferendæ, ut Atheniensibus l. c., qui tum gloria opibusque, non dominii spatio valebant. Qui Medeæ hoc tribuunt, trojano quoque tempore Messeniam Lacedæmonis partem fuisse monebunt, coll. Buttm. l. c. p. 97. De Lacedæmone *κητωέσσῃ* (Il. II, 581) v. egregiam Ejusd. viri tractationem ibid. p. 92—98. — *τότε γὰρ .. Μυκηνᾶν*. Vide vaticinii verbositatem. Sufficiebat enim antecedentium *quarta generatio*. Sed P. iterum sua ingerit. — *νῦν γε μέν*. Opponi hæc vv. *εἰ γάρ*, bene vidit Böckhius. — *ἀλλοδαπᾶν γυναικῶν*. Pluralis pro singulari (coll. ad v. 4), sc. e Lemnia Malache (Böckh. Explicc. p. 265). — *εὑρήσει*. *Euphemus*, duce contextu. V. quoque Heyn. et Böckh. — *κριτὸν γένος*. *Eximium filium*, Leucophanem (Böckh. Explicc. p. 265), quique ab hoc descensuri erant. Isthm. VIII, 143: *Κριτοῦ γενεὰ πατραδελφεοῦ*. — *σὺν τιμᾷ θεῶν*. V. 463: *Σὺν θεῶν τιμαῖς*. Utrumque non differre, alii recte monuerunt. Sed in sensu laboratur. Quidam: *Cum cultu deorum*, isti insulæ ingesto. Alii: *Honore hoc iis divinitus constituto*. Præstabit forsan: *Ope Deorum honoratorum* (*σὺν θεοῖς τιμίοις*, i. e. *σὺν θεοῖς*). Illustravimus hanc circumlocutionem ad Ol.

XIV, 17. p. 477 sq. Addimus quædam, sententiam nostram magis firmatura, Soph. Oed. T. 823: *Ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας.* Eurip. Or. 1284: *Ὦ Διός, ὦ Διὸς ἀέναον κράτος.* Hippol. 334: *Σέβας .. χειρός.* Adde Ejusdem indic. Barnes. v. *σέβας.* Iph. A. 84: *Μενέλεω χάριν.* Tro. 58: *Πρὸς σὴν ἀφῖγμαι δύναμιν.* 592: *Σᾶς δάμαρτος ἄλκαρ.* Heracl. 580: *Ὑμεῖς τ', ἀδελφῶν ἡ παροῦσ' ὁμιλία.* Hel. 205: *Κάστορός ἄγαλμα.* 1096: *Ἵν' οἰκεῖς ἀστέρων ποικίλματα.* Herc. f. 421: *Δρόμων τ' ἄλλων ἀγάλματ' εὐτυχῆ διῆλθε.* 537: *Κάδμου κράτος.* 688: *Πέρσας δείματα θηρῶν.* Simillimus v. *δέμας* usus, coll. ejusdem Eurip. ind. Barnes. Orph. hymn. I, 14. Herm.: *Καὶ τὸ Δικαιοσύνης τε καὶ Εὐσεβίης μέγ' ὄνειαρ Κικλήσκω.* Tryph. *Ἰλ. Ἅλ.* 270: *Περφύλαξο Διὸς σέβας.* [8]) — *τέχωνται.* Conjunctivus pro indicativo futuri. V. schol. v. 91. et Herm. ad Vig. p. 906. — *χελαινεφέων πεδίων.* Schol. v. 89: *Τῶν τῆς Λιβύης· καὶ οἱ μὲν διὰ τὸν αὐτόθι συνεχῆ ὄμβρον καὶ τοὺς χειμῶνας, διὰ καὶ εὔκαρπος ἡ Κυρήνη διὰ τὸ συνεχῶς δεύεσθαι· τινὲς δὲ διὰ τὸ τῶν πεδίων μέγεθος* (ad ultima v. Buttm. Lexil. I, 122). Ibidem: *Ἀμμώνιός* (ab antecedentibus non multum recedens) *φησι, διὰ τὸ περὶ τὴν Κυρήνην μόνην ἱστασθαι νέφος παρὰ τὴν ἄλλην Λιβύην. ἢ μᾶλλον μεγέθους τις ἔμφασις δηλοῦται διὰ τὸ ἀποσκοτοῦσθαι τὰς ὄψεις, τοῦ πέρατος μὴ ὁρωμένου* (v. supra ibique cit. Buttm.). Ex his Ammoniana amplectitur Böckhius. Jam pluviam quidem et Cinyps libyca habet (Herodot.

8) Alibi *θεῶν, δαιμόνων τιμὰς* proprie intelligendas esse, nota res. V. Eurip. Hippol. 106., ubi contra Valck. recte disputat Monkius, afferens Herc. f. 854.

IV, 198) et alia ejusdem lateris, coll. Minutoli Reise z. Tempel d. Jup. Amm. p. 77., all. Gaudet enim moderatæ zonæ pars tepida pluviis, quas vocant, periodicis. Copiosam vero ibi pluviam vernam æstivamque esse (negat omnino pluviam Posidonius Strabonis XVII, 3), quis sibi persuadebit? Recteque se habent veterum de Libyæ siccitate testimonia, quæ non solas arenas spectant. 9) Hinc aliæ fertilitatis causæ indagandæ. In his primum locum convalles tenent, fluviis, rivis, scaturiginibus nequaquam carentes, coll. Strab. l.c. non uno tantum loco, et Lyc. 885., all. Eorumque locorum aër plantas quoque juvat. Utrumque in Cyrenaicam maxime cadit, coll. Spanhem. ad Callim. Ap. 65. Thrige l. c. p. 102—108. Ritter. l. c. p. 945. 48. 50. 52. 53., qui scriptor eximius Italum *Della Cella* potissimum sequitur. Estque Cyrenaicæ aër *καθαρὸς καὶ ἄνυδρος* (Theophr. C. Pl. VI, 18, 3. Schn.), quod eorum sententiam non admodum juvat, quibus Pindari *χελαινεφῆ πεδία* nubium (pluvialium) tractum fertilitatemque terræ hinc potissimum orientem significare videntur. Vidimus, quem sensum pindarica habere non possint. Jam inquirendum, quem possint. Auster Italis Græcisque Europam Asiamque incolentibus est *ζοφερός, δνοφερός*, nubilus etc. V. Damm. Lex. p. 1563. Agatharchides Diodori Siculi I, 41. Arati

---

9) Eurip. Hel. 1484: *Ἄβροχα πεδία* (Libyae). El. 737: *Ξηραί τ' Ἀμμωνίδες ἕδραι . . ἀπειρόδροσοι.* Apoll. Rh. IV, 270: *Διόθεν δέ μιν* (Aëriam) *οὔ ποτε δεύει Ὄμβρος.* Opp. Cyneg. IV, 111: *Λιβύην πολυδίψιον αἶαν.* 322: *Λιβύης ἀνὰ διψάδα γαῖαν.* Nonn. Dionys. XXXI, 14: *Δίψιον ἀμφὶ τένοντα Λίβυν.*

Phæn. 628. Voss.: *Ἡρόειο νότος.* Opp. Cyneg. IV, 74: *Ἀνοφεροῖο νότοιο.* Q. Smyrn. XIII, 484: *Νότον ἠερόεντα.* Horat. Od. I, 7, 15. Sat. I, 1, 6. Ubi interprr. Jam hoc ipsum a cælo in terram australem transfertur. Quod cui mirum? De *Libya* loquitur Medea (ut recte scholiastes supra cit., quamquam deinde ad errores suos deflectens) non de *Cyrene sóla,* dicitque Battum *Libyae* dominum futurum, velut eundem v. 10. *Libyae* colonum sacerdos Delphica, coll. v. 85 (*εὐρεῖαν ἄπειρον*), v. 462, (*Λιβύας πεδίον*). Neque aliter oraculum, quod servavit Herodot. IV, 155 etc. Postremo videndum, ne voci h. l. *κελαινεφὴς* respondeat *ἀερία* (Aegyptus), de qua v. cfr. Buttm. Lexil. I, 121 sq. Sed hæc poterit esse *remota.* — *πολυχρύσῳ . . ἐν δώματι.* Ob multa donaria. Idem Pyth. VI, 8: *Πολυχρύσῳ Ἀπολλωνίᾳ νάπᾳ.* Ubi nos. Soph. Oed. T. 151: *Τᾶς πολυχρύσου Πυθῶνος.* — *καταβάντα.* Schol. v. 84: *Παραγενόμενον.* Sed quæritur ratio præpositionis *κατά,* cum exspectare possis *ἀναβάντα,* coll. Thiersch. ad Pyth. V, 49. Böckhius: „*Succedentem sub templum, templum subeuntem.*“ Quod erat *εἰσβάντα,* egerrime *καταβάντα,* quod est *descendentem ad,* coll. Eurip. ind. Barnes. v. *καταβαίνω,* all. Dictum ob iter maritimum, coll. *κατάγεσθαι* etc. V. inprimis Pyth. III, 128 (*εἰ κατέβαν*). Sc. qui navigant, iis ante ad aquam descendendum. Cf. nos p. 242. 603. — Post *καταβάντα* dele cum Thierschio comma, fige post *ὑστέρῳ.* Repetitur superius *ποτ'*. Aliter Böckhius, qui voces istas cum seqq. copulat: „*Y. χ.* aut tempus designat oraculo posterius, aut secundum Batti iter in insulam Plateam. Ex priore enim in Theram redierat.“ Horum prius friget, quod Böckhius quoque vidit ante Explicc. editas (Nott. critt. p.

462: *Apollo enim cecinit, non ut insequenti tempore coloniam Battus deduceret, sed continuo*, coll. nobis p. 624); posterius displicet, quod Medea rerum fastigia tangit, singula minus curat. Nec omnino attinebat, ad secundam Batti profectionem alludere. Libyæ colonum Medea Battum simpliciter designat, prætereaque nihil. — Post *χρόνῳ* scholia codicesque multi habent *δ'*, quod quare inferri potuerit, causam fingi posse Hermannus negat (Heyne III, 332). Sed eorum esse potest, quibus verbum *ἀμνάσει*, quod proprie præterita spectat, cum sequentibus pugnare videbatur, quæ de tempore futuro agunt, sive *χρ. ἵστ.* cum antecedentibus jungas, sive cum sequentibus. [10]) Hi igitur intruso *δ'* novam sententiam constituebant, et genuinum *ἀγαγεῖν* mutabant. Alii nova quidem sententia repudiata, neque tamen *δ'* rejecto, hoc ipsum idem quod *δὴ* valere dicebant. Utrumque improbandum. Bene se habet *ἀγαγεῖν*, quod non est futurum, pendetque ab *ἀμνάσει*. Pellendum deinde *δ'*. Et *ἀναμιμνήσχω* non tantum est *in memoriam revoco*, [11]) sed etiam *admoneo*, admonemurque præteritorum, præsentium, futurorum. Ita h. l. *ἀναμιμν.* vix differet a *κελεύω* et *κέλομαι*, quæ aoristos infinitivi habent, coll. indd. pindd. Qui retento *δ'* legunt *ἄγαγεν* (*deduxit*), parenthesin Pindari interloquentis frigidissimam statuunt, neque

---

10) Qui has voces a sequentibus dirimere nolunt, Pindari eas esse dicent, quasi parenthetice notantis, postero illud tempore factum. Quamquam et hoc languet. Cf. tamen v. 81. p. 636.

11) Jungitur *μέμνημαι* cum praesenti Nem. XI, 20: *Μιμνέσθω περιστέλλων θνατὰ μέλη*. V. quoque Lexx. latt. v. *memini* etc.

eos juvat Isthm. V, 72 sqq. Ibi enim, qui loquitur, interpellatus his, quæ narrantur v. 72. 73., pergit, primum stilo recitativo, deinde relativo, fere ut nostri carminis v. 24 sqq.; post quæ venit illud *ὡς ἄρα εἰπών*. Vides eandem esse personam. At nostro loco, si novationem amplectaris, non eadem, quæ ante locuta est, loqui pergit, sed alius, Pindarus, qui oraculo Battum obsecutum parenthetice monet: quam observationem majorem doctus aliquis narrationi alius adspergere, auctor vero poeticus orationi, qua utentem quendam facit, inserere non aliter nisi insulse potest. Hæc hactenus; et gaudeo, Thierschium a vera lectione non descisse, Böckhium ad eam redisse ed. II. — *νάεσσι . . ἀγαγεῖν*. Easdem voces iungent quidam Pyth. V, 117. in eadem re, metro obsequentes, quod jungi jubet, quæ sunt ejusdem *στίχους*. — *Νείλοιο πρὸς πῖον τέμενος Κρονίδα*. *Nili ad pinguem sedem Cronidae*, i. e. *Libyam*, coll. schol. v. 97. Supra v. 28. Jovem Ammonem Libyæ dominum dixit, h. l. Nilum. Quod non sibi repugnat. Princeps Africæ Græcis notæ fluvius Nilus, unde continentis ejusdem dominus geniusque (*Κρονίδης*, i. e. *Ζεὺς*) recte dicitur (Opp. Cyneg. II, 143: *Ἐξ Λιβύης ἱερὸν ῥόον Αἰγύπτοιο*), quamquam proprie Aegypti genius fuit, coll. scholl. v. 97. ibique Parmenone: *Αἰγύπτιε Ζεῦ, Νεῖλε*. Hedylus Anthol. Palat. T. II. p. 764. ep. xxx, 7: *Νεῖλος ἄναξ*. Aegyptiique eum non aliter principem fluviorum dixere, quam Græci Acheloum, coll. Creuz. Mythol. Ed. II. T. IV. p. 156. Jam Noster Jovi quoque Aegyptio (Nilo) Ganymedem tribuit, quasi poculum domino ministrantem, i. e. incrementis fluvii præsidentem. V. Fragm. inc. XC (Heyne III, 125. Böckh. II,

2, 627. Ubi Schneiderus Böckhiusque). De Nili poculo v. alia apud Creuz. l. c. T. III. p. 395 sq.

V. 100—123.

Medeae vaticinium eventum habuit in Batto, Cyrenes colono, secundum sacerdotis Delphicae edictum. E cujus posteris Pythicâ nunc victoria Arcesilaus gaudet, quem ego celebrabo cum velleris aurei reportatione, unde Minyarum (et Cyrenensium) gloria. ἦρα. *Sane, revera.* Cf. Pyth. IX, 63. Isthm. VII, 3. Utroque loco interrogativum, nostro affirmativum, ut passim in Homero, coll. Damm. Lex. p. 993. — *Μηδείας ἐπέων στίχες. Medeae verborum series, i. e. verba.* Ol. III, 14: *Ἐπέων τε θέσιν.* Ubi Nos p. 136. Hanc circumlocutionem Nonnus aliquoties repetit. Dionys. II, 250: *φθεγγομένου δὲ γίγαντος ἀμειβομένη στίχα φωνῆς (vocem), Παντοίη σμαράγησε, καὶ οὐ μία σύνθροος ἠχώ.* XLI, 274: *Στίχα θεσμῶν(leges).* XLII, 314: *Στίχα μύθων(verba).* XLVIII, 266: *Στίχα θηρῶν (bestias).* Idem Conv. Evang. Joh. VIII, 154. XII, 177: *Στίχα μύθων.* Deinde ante *Μηδ.* supple *αἵδε ἦσαν.* Sc. plenius dictum fuisset: *Αἵδε στίχες ἐπέων ἦσαν στίχες ἐπ. Μηδείας.* Ex his ἦσαν abesse potuisse, pronum est, nec minus *αἵδε.* Cf. Ol. II, 39. p. 87: *Λόγος, sc. οὗτος.* Pyth. I, 69: *Λόγος, sc. οὗτος.* Adde Lamb. B. p. 364. fin. Sch. Et *hic* abest apud Latinos, coll. Heind. ad Hor. Sat. I, 1, 95. — *ἀχίνητοι σιωπῇ.* Dignum, quod conferatur, homericum *ἀχὴ ν ἐγένοντο σιωπῇ* (Il. III, 95 etc.). Scilicet vetus *ἀχὴν* occasionem dare potuit, a *χινεῖν* aliud ejusdem fere soni et significationis adjectivum formandi. De *ἀχὴν* et *ἀχέων* v. Schneid. L. g. et Buttm. Lexil. I, 11 sqq. — *σὲ δ'.* Hanc

formam illustravimus p. 25. Addo Euphor. Fr. XXXVIII. Meineke: *Πορφυρέη ὑάκινθε, σὺ μὲν μία φῆμις ἀοιδῶν.* Aesch. Prom. 3: *Ἥφαιστε, σοὶ δέ.* Soph. Oed. T. 1089: *Ἰήϊε Φοῖβε, σοὶ δὲ ταῦτ' ἀρέστ' εἴη.* Opp. Hal. I, 209: *Πομπίλε, ναντιλίῃσι τετιμένε, σοὶ δέ τις ἀνὴρ* etc. Alia congessere Matth. Ausf. gr. Gr. p. 430. ed. I. Jacobs. ad Anthol. Pal. T. III. p. 1027. b. — *ἐν τούτῳ λόγῳ.* Schol. v. 104: *Ἐν τῷ Μηδείας λόγῳ.* Bene Böckhius: *Huic M. vaticinio convenienter.* Nimirum *ἀνεχρήσατο* (v. 15) sacerdos Delphica Medeæ vaticinium. — *ὤρθωσεν.* Schol. v. 104: *Ἀπέδειξε.* Obscurum hoc. Duce contextu (v. seqq.) alii malent *erexit.* Verum contextui cave justo plus in hoc poeta tribuas, et sacerdos aliud respondens Aristoteli, quam quod rogaverat, erexisse eum non videtur. Immo *ὀρθ.* h. l. ut alibi est *celebrem facere*, de quo v. has Dilucc. p. 513. — De *μελίσσῃ* cf. schol. v. 104., nos ad Olymp. VI, 79. p. 203., Creuz. Mythol. Ed. II. T. III, 354. IV, 241 sq. 383., Mein. ad Euphor. p. 95. — *αὐτομάτῳ κελάδῳ.* Schol. v. 104: *Οὐκ ἠρωτήθη γὰρ παρὰ τοῦ Βάττου περὶ τῆς ἀποικίας, ἀλλὰ περὶ τῆς φωνῆς.* Adde Eundem ibidem et Valck. ad schol. Eurip. Phön. 641: „Sic solebat Apollo Delphicus ad id, quod quærebant, non dare responsum consulentibus." Deinde affert hujus rei exempla Eustath. in Il. B. p. 204, 27., Soph. Oed. T. 798., Herodot. IV, 150. 55. IX, 32., Oenomaum Euseb. Præpar. Ev. V. p. 220. D. — *ἑστρίς.* De scriptione v. p. 111. Teste Herodoto IV, 155 sqq. Pythia Battum de vitio vocis sciscitantem bis Libyæ regem dixit. Quo oraculo spreto cum postea Theræi ob res adversas Delphos

phos repetissent, responsum tulerunt: *συγχτίζουσι Βάττῳ Κυρήνην τῆς Λιβύης ἄμεινον πρήξειν.* Quodsi his repetitum prius oraculum statuas, ter Battum regem Pythia dixit. Sed Noster Battum hoc responso ornatum dicit, cùm propter linguam rogasset. Hinc aliam narrationem secutum putes; ni forte hoc *ἑστρὶς αὐδάσασα* cum triplici numero salutandi et exsecrandi conferre malis, cujus præcipuam vim veteres statuisse videntur, coll. interprr. Horat. Od. I, 13, 17. III, 3, 66. V. quoque Casaub. ad Theophr. Char. XVI. — *πεπρωμένον βασιλέ᾽ ἄμφανεν Κυράνας.* Dativum habet schol. v. 108. cum codd. aliquammultis: *Εἱμαρμένον βασιλέα διὰ τῶν χρησμῶν ἀπέφηνε τῇ Κυρήνῃ.* Ubi ambiguum, construxeritne *εἱμαρμ. τῇ Κυρήνῃ*, an *ἀπέφ. τῇ Κυρήνῃ* (terræ Cyr.)? Posterius tamen magis verisimile; sc. habere debebat *ἀμφ.* id, cui istud indicaretur; mutavit igitur Græcus genitivum in dativum, adstipulantibus codd. modo allatis. Ego retineo genitivum editionum principum. — *δυσθρόου* etc. Construe: *Ἀ., τ. π. δ. φ. ἔ. π. ϑ.* Herodot. IV, 155: *Λίβυες βασιλέα Βάττον καλέουσι.* Mirum sane, vocem Libycam cum primi regis *βατταρίζοντος* vitio consentire, unde *Βάττον* Græci dixere. Et vide, ne vox barbara occasionem dederit fingendi oraculi (Herodot. IV, 155) de Aristotele Pythiam propter linguæ vitium consulente. Parum abfuisse Herodotum IV, 155. putes, quin idem proponeret, sed pius vir aliam viam ingreditur, quæ tamen nostram rationem non evertit. Ita historicus ibidem: *Καὶ τούτου εἵνεκα δοκέω ϑεσπίζουσαν τὴν Πυθίην, καλέσαι μιν λιβυκῇ γλώσσῃ, εἰδυῖαν, ὡς βασιλεὺς ἔσται ἐν Λιβύῃ.* Quid? si quis ex ipso Pythiæ ora-

culo (*Βάττ', ἐπὶ φωνὴν ἦλθες*) fabulam de Aristotele balbutiente natam auguretur? Ambiguum enim *ἐπὶ φωνὴν ἦλθες* non tantum esse potest *propter vocem* (*tuam*), sed etiam *ad vocem* (*divinam*), i. e. *auditurus vocem divinam* (zur Audienz), quod adeo præpositionis *ἐπὶ* usui magis respondet, quæ accusativo juncta proprie *rem* denotat, *in locum, quo quis venit, praesentem, ibique vel faciendam, vel istinc auferendam*, coll. iis, quæ collegit Matth. Ausf. gr. Gr. p. 860 sq. ed. I. Ita *ἐπὶ φωνὴν ἐλθεῖν* terminum, quem dicunt, technicum eorum fuisse putes, qui sciscitandi oraculi causa venerant. Ceterum Noster vulgarem narrationem reddit, in qua consentientes Theræos et Cyrenenses Herodotus dicit IV, 155., coll. Spanh. ad Callim. Ap. 65. — *ποινά*. Schol. v. 108: *Ἀπόλυσις· ἐπεὶ ἡ ποινὴ ἀπολύσεως ἕνεκεν γίνεται.* Nem. I, 107: *Καμάτων ποινάν*, coll. X, 143: *Λύσις πενθέων.*— *μετὰ* est adverbium, ut Latinorum *post*. V. Schneid. L. g. Herm. ad h. l. Plenius *μετὰ ταῦτα*, sc. oraculum Aristoteli editum, ut recte tertius schol. v. 113. Schol. secundus v. 113. male: *Μετὰ τοὺς ἀπὸ Εὐφήμου ἑπταχαίδεκα.* Postremo ibidem *μετὰ* cum *παισὶ* (*inter posteros*) acute jungitur. Sed placet primum. — *καὶ νῦν.* Ut tum Aristoteles, quem *ὤρθωσε* responsum delphicum v. 106., cujus vocis nostram interpretationem veram esse, ex hoc loco plane convincitur. Comparatur enim Arcesilai pythica gloria cum eâdem Aristotelis. — *ὥστε φοινικανθέμου ἦρος* (Colum. R. R. X, 256: *Ver purpureum*) *ἀκμᾷ.* De familia quadam Isthm. IV, 29: *Νῦν δ' αὖ μετὰ χειμέριον ποικίλων μηνῶν ζόφον χθὼν ἅτε φοινικίοισιν ἄνθησαν ῥόδοις δαιμόνων βουλαῖς.* — *παισὶ τούτοις. In hac*

prole, i. e. *in prole hujus* (Aristotelis). Male schol. v. 115: *Ἐν τοῖς Κυρηναίοις.* Nec *παῖδας* h. l. ob sequentia simpliciter esse velis *genus*, quod sensui vocis repugnat, quæ semper adhibetur respectu parentium. — *ὄγδοον μέρος.* Abusus numerandi. *Inter posteros* (*ἐν παισὶ*) *Aristotelis* (Batti I) noster Arcesilaus fuit septimus, *cum Batto I* rex octavus. V. schol. Ol. VIII. p. 304. et Nos ad Ol. XI. p. 402., ad Pyth. V, 64. Eâdem numerandi libertate Theram dicit *ἕκτον γένος Οἰδιπόδαο* Callim. Ap. 74., coll. ibidem Spanhem. Jam junge (*ἐν*) *παισὶ τ. θάλλει Ἀρκ., ὀγδ. μέρος* (*αὐτῶν*). Böckhius: *ὄγδ. μ.* (*ἐν*) *παισ. τ.*, conferens Pyth. deinde cit. Postremo *ὄγδ. μ.* est *octavus*, conferente Böckhio Pyth. XII, 20: *Τρίτον καστγνητᾶν μέ-ρος:* — *Ἀπόλλων ἅ τε Πυθώ.* Cf. v. 4. p. 621. — *ἐξ ἀμφικτιονῶν ἱπποδρομίας.* Aliter jungit schol. v. 116: *Ἐκ τῆς ἱπποδρομίας δόξαν καὶ μνήμην ἐκ πάντων τῶν περιοίκων.* Prius suadet Nem. VI, 69: *Ἀμφικτιόνων ταυροφόνῳ τριετηρίδι.* Simonides Fragm. CXCVI. Gaisf.: *Ἐν ἀγῶνι περικτιόνων* (*περικτίονες ἄνθρωποι* hymn. hom. I, 274). Scripturam secundæ vocis pro *Ἀμφικτυόνων* Böckhio (nott. critt. ad Nem. VI, 69) deberi, nota res. Eadem medela inscriptioni thebanæ procuranda Paus. X, 7, 3., quamquam is scriptor verbis græcis utitur ad ea firmanda, quæ narrat de *Pythiorum*, quibus *Amphictyones* præsidebant, historia. En inscriptionem (coll. Anthol. Pal. T. II. p. 838):

Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκε Ἡρακλεῖ
Νικήσας τόδ' ἄγαλμ' Ἀμφικτυόνων ἐν ἄθλοις (*ἀέθλοις*) rell.

Qui Arcadis tripus cum Thebis positus fuerit, ibidem victoriam partam putes, non Delphis. Quare hoc quidem loco Amphictyones, Pythiorum præsides, pro quibus no-

stro carmine quidam pugnabunt (coll. Böckh. nott. critt. l. c.) contra Pausaniæ auctoritatem non retinendi, et scribendum *ἀμφιχτιόνων*.[12]) — *ἀπὸ δ' αὐτὸν ἐγὼ Μοίσαισι δώσω καὶ τὸ πάγχρυσον νάκος κριοῦ.* Multa de Arcesilao et Argonautis præfatus, jam disertis verbis duplicem hanc carminis materiem testatur; et prior de Argonautis, inprimis Jasone, copiosa laudisque plena tractatio (vv. 124—461), brevior altera de rege (461—533), generosis præceptis ornata, quæ Cyrenen et exulem illum spectant, de quo v. scholl. introd. Schol. v. 119: *Ὑπομνήσω καὶ νενικηκότα ἀνυμνήσω.* Bene conferunt *Musis tradere*. Addatur Gregorius theologus Anthol. Pal. VIII, CXXVI, 3: *Οὗτος, ὃν αἱ Χάριτες Μούσαις δόσαν* (*canendum*). Aliud *Μοίσαισί τ' ἔδωκ' ἀρόσαι*, sc. *canendi materiem dedit*, coll. *πράγματα παρέχειν ταῖς χορδαῖς* Aristæn. epist. I, 14. Boiss., ubi Wyttenbachius. — *θεόπομποι τιμαί.* Noli confundere cum *τιμᾷ* et *τιμαῖς θεῶν* v. 91. 463. Sunt *honores a diis missi, collati*. Jam schol. v. 455 (*τόθι . . φυτευθὲν*): *Διὰ τούτων τὴν ἐν ἀρχῇ πρόθεσιν συγκεφαλαιοῖ, καθ' ἣν εἶπε τὸν Ἀρκεσίλαον ταῖς Μούσαις ἀποδώσειν καὶ τὸ πάγχρυσον νάκος κριοῦ· μετὰ γὰρ κεῖνο πλευσάντων Μινυᾶν θεόπομποί σφισι [σφισιν] τιμαὶ φύτευθεν.* Dubia mihi hæc *συγκεφαλαίωσις*, quam effecisse mihi videtur *φύτευθεν* v. 123. et *φυτευθὲν* v. 456., quæ voces sensum diversum habent. Est enim *θεόπ. σφ. τ. φύτ.*: *Gloriam ex illa expeditione reportarunt*, velut Arcesilaus itinere Carrhoti Delphico. Quæ est causa illius *Moi-*

---

12) Ceterum vide, ne, licet doctiores *ἀμφικτίονας* eligendos scirent, mythicam *Ἀμφικτυόνων* rationem vulgus retinuerit?

σεισι δώσω. Sed v. 455. 6.: *Illa tempestate stirpem sibi Euphemus condidit perennem.* Immo v. 455. *συγχεφαλαιοῖ* versum 88 sqq., v. 455 sqq. versum 90 sqq. Ortum Battidarum etc. ab istis Minyis nostri loci verbis expressis non invenio; unice inest laudis regiæ cum gloria Minyarum conjunctioni. Postremo *φύτευθεν* h. l. non est nisi *oriebantur, praestabantur*, colore a plantis petito, non ab humana generatione. Cf. Ol. II, 37. p. 86. Isthm. VI, 16: *Λαίμων φυτεύει δόξαν ἐπίρατον.* Fragm. inc. II (Heyne III, 163. Böckh. II, 2, 626): *Θεὸς ὁ πάντα τεύχων βροτοῖς καὶ χάριν ἀοιδᾷ φυτεύει.*

V. 124—178.

Argonauticae expeditionis origo ab oraculo Peliae edito, quo praedictum erat, ipsum ab Aeolida periturum. Fuit is Jason, qui Jolcum venit, regnum paternum repetens. Mox supervenit Pelias. Τίς κ. τ. λ. Similes aliorum initio carminis et alibi interrogationes. Confert Böckh. Il. I, 8. V. quoque Apoll. Rh. IV, 555 (ad Musas): *Τίς ἀπόπροθι τόσσον ἀνάγκη Καὶ χρειὼ σφ' ἐκόμισσε;* Coluthus 8 (ad Musas): *Τί δὲ χρέος ἔπλετο νηῶν Ἀρχεάκων; τίνα πόντον ὁμοῦ καὶ γαῖαν ὄρινεν Βουκόλος; ὠκυπέτης δὲ τίς ἔπλετο νείκεος ἀρχή; . . . Τίς δὲ δικασπολίη;* etc. Similiter Pindarus Musam alloqui videtur scholiastæ v. 124. — γάρ. Denotat narrationis initium *in antecedentibus praeparatae*. Simile *ergo* all., coll. Schradero et sociis ad Justin. instit. I, 10, 1. — δέξατο. *Minyas* v. 122., coll. schol. v. 124. Similis vero verborum λαγχάνω et *excipio* usus, ubi quis non suo adbitrio fortunam quandam adeptus est. V. has Dilucc. p.

544. Lexx. latt. v. *excipio*. Huic verbo respondet sequens *δῆσεν*. Jam de *ἀρχὰ* et *κίνδυνος* ita Heynius (adstipulantibus Gurlittio, Böckhio, Thierschio): „Sententia per se est obvia: *quid coëgit eos, hoc discrimen adire?* Sed quæritur de poetica orationis forma. Subjectum est *κίνδυνος*, ad quod subeundum erant obligati, coacti. Tribuuntur ei hic, quæ *τῇ Ἀνάγκῃ* conveniunt et tribui solent; ut adeo sit *κίνδυνος summum discrimen*, quo quis tenetur; adeoque *necessitas*, qua adigitur *ad hoc vel illud faciendum*. Jason vitæ in discrimine versabatur, si patrui Peliæ jussa exsequi nollet; adeoque hoc ipsum discrimen, tanquam *causa navigationis susceptae*, eum constringebat tanquam *clavis* affixum (poetica ratio vel ex Horatio nota), quo minus elabi posset. Est adeo *τίς κίνδυνος quodnam discrimen*, quod evitandum ipsi erat (nisi hoc faceret, adeoque: *quae necessitas*) adegit ipsum? Vix enim satis placet: *quaenam pericula subire fatale fuit?*“ Aberravit vir eximius a vera loci ratione, seductus puto voce *κίνδυνος* et schol. v. 124: *Ποία ἰσχυρὰ καὶ κινδυνώδης ἀνάγκη παρώρμησε τοὺς Ἀργοναύτας*; Nimirum Jasoni instans periculum narrat, si patrui Peliæ jussa exsequi nollet, quibus veterum testimoniis edoctus? Certe non Pindari, qui libere Peliæ mandata suscepisse Jasonem cum patruo transigentem narrat, quum repetendi regni causa Jolcum venisset. Non objicies tyranni somnium, cui parere debuerit Jason. Erat hoc fictum, et Jasonis perniciem spectabat. Suos igitur montes hic repetere poterat, si ipsi patruoque non convenisset, vel adeo Jolci manere, amicorum domesticorum atque exterorum ope stipatus, bellumque civile parans, quod tecte minatur v. 274 sqq. Quid multa? *Ἀρχὰ* est

expeditionis Argonauticae causa (oraculum Peliæ editum etc.), *κίνδυνος ipsa expeditio*, quæ fatali quadam necessitate constrinxisse heroas non inepte dicitur, quamquam libere ab ipsis suscepta et inchoata. Idem vidit Wagnerus, symbolarum auctor ad Pindari Argonautica interpretanda p. 24. (frustra obloquente Gurlittio): „Sensus hujus et proximi versus (124) is est, ut totius narrationis argumentum et descriptio declaretur. *Quaenam fuit caussa navigationis? quodnam illis periculum subeundum fuit?* Prior pars, origo scilicet profectionis, a versu inde 126. usque ad 301. absolvitur; altera, quæ periculum ipsum continet, ad vers. 445. pergit." Et hæc *κινδύνου* vulgaris significatio, coll. Ol. I, 129: *Ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει. Magnum conamen, ausum*, das grofse Wagestück, Abentheuer. V. quoque Schneider. L. g. v. Deinde *vinctos* periculo dicit, ut Aeschylus, Sophocles, Euripides alios infortunio. Aesch. Prom. 597: *Ἐνέζευξας πημοναῖς.* Soph. Oed. C. 521: *Ἐνέδησεν ἄτᾳ.* Ubi Döderl. bene confert Il. II, 110. VIII, 18. Adde Eurip. Hippol. 1379. Matth.: *Οἵᾳ ξυμφορᾷ ξυνεζύγης.* Wagnerus affert Ol. modo cit., cuius loci similitudo circa verba versatur, non circa rem, coll. hujus libri p. 46. — *κρατεροῖς ἀδάμαντος ἄλοις.* Infra v. 398: *Ἀδαμάντινον ἄροτρον.* Fragm. prosod. II, 6 (Heyne III, 44. Böckh. II, 2, 587): *Ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες.* A ferro primus inter Græcos (ni fallor) Pindarus distinguit Fragm. Scol. II, 5 (Heyne III, 22. Böckh. II, 2, 611): *Ἐξ ἀδάμαντος ἠὲ σιδάρου κεχάλκευται.* Prima ejus apud Hesiodum mentio Theog. 161: *Γένος πολιοῦ ἀδάμαντος.* Ubi ferri prædicatum homericum vix dubitare sinit, loqui Hesiodum de ferro isto

durato. Nec obstat *πολιῷ χαλκῷ* Pyth. III, 84., quod ex Pindari ætate intelligendum est, ut sit ferrum. Alia hesiodea v. in ind. Gaisf., æschylea ap. Blomf. gloss. Prom. 6. coll. 434. Eurip. Cycl. 591: *Πέτρας τὸ λῆμα κἀδάμαντος ἔξομεν.* Opp. Cyneg. III, 240: *Ἀδαμάντινον ἄορ.* Paul. Silentiarius Anthol. Pal. V, CCXLVI, 3: *Ἀδάμαντος ἀπειθέος.* Rhianus ibid. XII, XCIII, 8: *Ἀλύτῳ ἀδάμαντι.* Oraculum Pythiæ ibid. XIV, XCIII, 3: *Ἀδάμαντι πελάσσας. Ἀδάμαντα* pluribus illustrarunt Hemsterhus. ad Hes. O. et D. 146 (Gaisf. P. M. G. I, 162. Lips.). Boissonad. ad Eunap. T. I. p. 432. 505. Idem ad Max. Plan. conv. gr. Metam. Ovid. p. 163. Schneid. L. g. v., qui auctor non omittere debebat locum theogoniæ citatum. Böckh. ad scol. cit. p. 613. Schaumann. observatt. in Theocr. p. 14. 15. — De *Ἀνάγκης* clavis v. ad 417. — *θέσφατον ἦν. Oraculum erat editum.* De *θ.* v. ind. Eurip. Barnes. et Buttm. Lexil. I, 166 sqq. — *τῶν ἀγαυῶν Αἰολιδᾶν. Uno Aeolidarum,* quem v. 133. significat oraculum. V. ad v. 4. — *χείρεσσιν ἢ βουλαῖς. Vi aut astu.* Cave vertas *vi et* (Pyth. VI, 2) *astu.* Quod quamquam sibi non repugnat, et firmari videtur Ol. IV, 38. Nem. VIII, 13 (*χειρὶ καὶ βουλαῖς*), tamen disjunctivum illud *aut* oraculo magis convenit, quod v. 138 (*ξένος εἴτ' ὢν ἀστὸς*) iterum late ambigueque loquitur. — *ἦλθε δέ οἱ χρυσέαν πυκινῷ μ. θυμῷ.* Est *π. θ.* epexegesis pronominis *οἱ*, coll. Pyth. I, 14. p. 491. et alibi. — *χρυσέαν.* Schol. v. 129: *Φοιχτόν.* Isthm. I, 53: *Ἐν χρυσέσσᾳ συντυχίᾳ.* — *πυκ. θ.* Bene primo, quo Peliam affert, loco prudentiam ejus declarat. Fuit hæc insignis in tyranno, admixtâ sævitia, perfidia, ferocia; eadem laus Jasonis, accedente moderatione, animi candore, justitia. Plura et bo-

na de his Wagnerus l. c. p. 17 sq. — *μέσον ὀμφαλὸν ἐ. μ.* Epice abundat *μ.* ut in adjectivo *μεσόμφαλος*. Loquitur de *μυχῷ* Delphorum *μαντηΐῳ* Pyth. V, 91. De hoc umbilico nota sunt omnia. V. schol. v. 6. Pyth. VI, 3. Eurip. ind. Barnes. vv. *μέσος, μεσοίδης, μεσόμφαλος, ὀμφαλός*. Spanh. ad Callim. Jov. 45. Adde Philostrat. Apoll. T. VI, 10. Phot. Biblioth. p. 404, A. 2. Bekk. Nonn. Dionys. II, 698. IV, 291., coll. XXVII, 252. Priap. LXX, 5. p. 40. Anton. Utque Delphi terræ umbilicus (de quo dubitat Euripidis chorus Jon. 223. ibique Barnes.), ita Siciliæ Enna Callim. Cer. 15. Ubi omnino Spanhem. Orci umbilicus mons Polydegmon Tryphoni Tz. Lyc. 707. Non aliter barbari. De Judæis v. Oracc. Sibyll. p. 599. Gall., coll. Gurlitt. ad v. 5 sqq. — *εὐδένδροιο ματέρος*. Schol. v. 129: *Τῆς Πυθῶνος*. Quidni Terræ, quam primo ibi vaticinatam alibunde constat? Pyth. VI, 3: *Ὀμφαλὸν ἑριβρόμου χθονός*: *Terrae*. Conf. ibidem interprr. Estque alibi eadem *μελάμφυλλος* p. 503. — *τὸν μονοχρήπιδα*. Videtur hoc signum animi bellicosi fuisse. Ita enim schol. v. 133: *Εἰσὶ δὲ καὶ Αἰτωλοὶ πάντες μονοχρήπιδες διὰ τὸ πολεμικώτατοι εἶναι*. Aliorum quoque hic mos, coll. Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. XII. p. 47 sq. Gurlitt. Pindar's Pyth. Siegsges. IV. Fasc. II. p. 5. Aliter calcei alterius absentiam in Jasone veteres interpretati, qui ad illum morem non attendebant. Cf. schol. cit. et Nitsch. N. mythol. Wörterb. v. Jason. Neque absimile vero, festinationem quoque illa calcei alterius absentia significatam, ut ipsâ *ἀνυποδησίᾳ* heroum, de qua v. Boissonadius ad Max. Plan. convers. gr. metamorph. Ovid. p. 352. Postremo ebrium altero calceo carentem vides in Eugenis epigrammate An-

thol. Pal. T. II. p. 719. De accentu vocis consulatur Heyn. ad h. l. et Jacobs. ad Anthol. cit. T. III. p. 854. Obiter moneo, in Pherecydis eandem historiam tractantis loco (schol. cit., coll. Pherec. Fragmm. Sturz. ed. II, p. 167 sq.) retinendum esse *ἀσάνδαλος*, neque e cod. Gott. *ἀσάμβαλος* eligendum. Dedit Pherecydes prosa oratione *ἀσάνδαλος*, si vel poetam æolicum *ἀσάμβαλος* habentem excripsit. [13]) — *εὐδείελον. Inclytam?* Quam adjectivi cum nominibus geographicis juncti significationem vulgarem fuisse, nunc mihi persuasum est. Verum hoc propter sequens *κλειτᾶς* minus commodum. Descendit Jason e montibus suis in planitiem. Hinc erit *apricam*. De *εὐδείελος* alia v. ad Ol. I, 178. p. 65 sq., coll. Buttm. Lexil. II, 189 sqq. — *ξεῖνος, εἴτ' ὢν ἀστός*. V. Pyth. III, 125. p. 603. Schol. v. 135: *Καὶ ξένος ὢν καὶ πολίτης ὁ Ἰάσων· πολίτης μέν, ὅτι Ἰωλκίους εἶχε τοὺς γονεῖς, ξένος δέ, ὅτι τεχθεὶς παρὰ τῷ Χείρωνι ἀνετράφη.* Utrumque vestimento herois significatur v. 140 sqq. — *χρόνῳ. Tempore ab oraculo praestituto?* Cui simile nostratium illud: Zu *seiner* Zeit. An *postero tempore*, coll. v. 460. Ol. XI, 101? — *(σὺν) αἰχμαῖσιν διδύμαισιν.* Duæ heroum vel in pace lanceæ. V. Feith. antiquu. homm. p. 35. not. Idem in diis quibusdam, ut Marte. Cf. Aesch. Agam. 643. ibique interprr. Hinc

---

13) Postea *σάμβαλον* et *ἀσάμβαλος* in usum poetarum communem abiit. Anthol. Pal. VI, CCLXVII, 6. XI, XXXV, 5. Nonn. Dion. II, 56. XV, 372. XIX, 328. XXII, 388. XXXII, 256. XLII, 99. XLIV, 14. XLVII, 461. XLVIII, 113. 623. V. quoque Phot. Lex. p. 430. Lips. Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. VII. p. 160. Volg. ad Sapph. p. 45.

pluralem *ἐγχέων* ejusdem dei Pyth. I, 20. proprie intelligas. Sed obstare videtur singularis *ἀχμάν*. Diana in nummo Nicomediæ *δίλογχος* Eckh. D. V. N. T. II. p. 439 sq. — *ἀνὴρ ἔκπαγλος*. Cum antecedentibus male jungunt schol. v. 138. et Spanh. ad Callim. Del. 247. Significatur herois forma et statura, quam in seqq. homines admirantur. — *ἐσθὰς δ' ἀμφότερον κ. τ. λ.* Schol. v. 138: *Ἐσθὴς δὲ διπλῆ.* — *ἄ τε*. Respondet huic *τε* sequens *δέ*, velut Fragm. CXXVII. Böckh. II, 2, 632. all. V. Herm. ad Vig. p. 836. — *ἀμφί*. Supplent ex antecedentibus *χιτῶνα*, *vestem Magnesiam*. An significatur adverbio, magnam fuisse pellem pluviæque arcendæ plane idoneam? Ita opponitur *ἀμφὶ* vesti Magnesiæ angustiori. — *παρδαλέα*. Olim leones quoque in Europa, in monte Pelio, Chironis sede, et alibi. V. Callim. Cer. 52. ibique Spanhem. — *φρίσσοντας ὄμβρους*. Schol. v. 138: *Φρίσαιν ποιοῦντας*. Cf. nostrum Regenschauer. — *οὐδὲ κομᾶν πλόκαμοι κεφθέντες οἴχονθ' ἁγλαοί*. Schol. v. 145: *Οὐδὲ τὴν πρώτην κόμην εἰς ἀπαρχὴν τοῖς θεοῖς ἐκείρατο, ἀλλ' ὡς Ἀχιλλεὺς ἦν πρωτοκόμης*. Expleverat enim viginti annos v. 184. An comæ integræ ut hominis agrestis et venatici, quod maxime respondet pelli ferinæ? Ob comam deinde cum Apolline confertur v. 154. — *καταίθυσσον*. Denotat hæc vox et motum capillorum et splendorem eorum, tergo infusum. V. Olymp. VII, 175. p. 284 sq. Virgil. Cul. 73: *Coma lucens*. — *εὐθὺς ἰών*. Böckhius: „*Recta procedens*, utpote sibi confidens.“ Alibi hoc vitæ integritatem denotat, coll. Ol. VII, 167. — *σφετέρας*. I. e. *ἑᾶς*. V. Ol. IX, 118. Pulcherrimum in tali re pronomen. — Deinde construe:

Ἐστάθη ἐν ἀγορᾷ, πλήθοντος ὄχλου. Primum locus designatur, quo constiterit, deinde hominum corona, inter quos, proprie *ubi*, vel *cum frequens esset populus*. Hæc interpretatio, cave, metuas, ne justo diligentius diei quandam partem significet. Neque enim est sensus: *Eo diei tempore, quo frequentissimus in foro populus esse solet*. Quo quid insulsius? Immo dicit Noster: *Constitit in loco publico, eodemque tempore locoque magna hominum adfuit multitudo*. Vix alius scholiastæ sensus ad v. 148: *Πολλοῦ ὄχλου ὄντος ἐν τῇ πόλει, πρὸς παρόησίαν ὅλον ἑαυτὸν παρεσκεύαζεν.* Qui jungunt *ἐν ἀγορᾷ ὄχλ. πλήθ.* (*in foro populi frequentis*), docere debebant, dici *ἀγορὰ ὄχλου*. Græcis certe hoc pleonasticum. De v. *ὄχλος* cf. Markl. ad Eurip. Suppl. 659. — *ὀπιζομένων ἔμπας τις. Sequentium vero quidam*. Schol. v. 152: *Τῶν τοὺς θεοὺς πρὸ ὀφθαλμῶν ἐχόντων καὶ εὐσεβῶν.* Christiani hominis vel pædagogi (cfr. nostrum folgsam) interpretamentum, cui obsecutos interpretes miror. Præsentis enim nullum in hac re momentum; deinde Isthm. III, 6 (*Ζεῦ, μεγάλαι δ' ἀρεταὶ θνατοῖς ἕπονται ἐκ σέθεν. ζώει δὲ μάσσων ὄλβος ὀπιζομένων*) supple pronomen post *ὀπιζ.* (*tibi obsequentium*), quod vicinum *Ζεῦ* et suadet et jubet; neque audiendus ibi Græcus interpres, nostro cognatus, sed Heynius. Deinde Pyth. II, 34. alius plane generis est. Dissenio vero citatus Theognis 1148. Bekk. (*οἳ θεῶν ἀθανάτων μηδὲν ὀπιζόμενοι*) casum expressum habet. Quod non secus est alio loco, quem nos addimus, Apoll. Rh. II, 181. Ubi scholiastæ parisinus editusque e sequentibus supplent *Διός*, nos ex antecedentibus *αὐτοῦ* (*Αητοΐδου*). Postremo ne huc trahatur *ὅπις*, obstant ea, quæ dedimus p.

75 sq. [14]) Recte omnino alius scholiastes ibidem: *Ἐπιστρεφομένων πρὸς αὐτὸν καὶ τοὺς ὤπας ἐπιβαλλόντων.* Nimirum sequebantur incedentem Jasonem mirabundi. — *τις εἶπεν.* *Unus et alter dixit*, coll. v. 165: *Τοὶ μὲν* etc. Bene Böckhius confert homericum *ὣδε δέ τις εἴπεσκεν* [Damm. Lex. p. 1698]. Adde Eurip. Herc. f. 931. Matth.: *Καί τις τόδ' εἶπεν, ἄλλος εἰς ἄλλον δραχών.* Apoll. Rh. I, 240: *Ὣδε δ' ἕκαστος Ἔννεπεν εἰσορόων σὺν τεύχεσιν ἀΐσσοντας.* Aliud II, 144: *Καὶ δή τις ἔπος μετὰ τοῖσιν ἔειπε.* — *εἶπεν καί.* Cognatum hoc *καὶ* nostro denn auch temporibus historicis annexum, ut dicimus: So kam es auch, vel s. k. e. denn auch etc. Similia de *καὶ* præcipit Herm. ad Vig. p. 837. Quanquam Eidem ad Ol. V, 37. nostrum *καὶ* per hyperbaton positum est. Böckhius *καὶ τόδε* (*vel hoc*) jungit. — *οὔ τί που οὗτος Ἀπόλλων;* Schol. v. 154: *Ἐχρήσατο τῷ λόγῳ πάνυ κεκολασμένως* [*castigate*], *τὸ οὔ τι προσθείς, καὶ ἔδωκε, διὰ μὲν τὸ κάλλος ὅμοιον εἶναι τοῖς θεοῖς τὸν Ἰάσονα, διά γε μὴν τὸ τῆς φύσεως φθαρτὸν ἀμφιβάλλον* [*ἀμφιβάλλων? ambigens*] *ἀπαρνεῖται.* De *οὔ τί που*, quod h. quidem loco signum interrogandi mihi suadere videtur, v. omnino Böckh, Explicc. p. 271. — *Ἀπόλλων.* Primum ob cæsariem v. 145., deinde ob venustatem v. 219. Cf. quoque Böckh. Prudenter deinde schol. v. 154: *Τοῦτο ἔλεγον, εἰ καὶ δι-*

---

14) Aliam hinc nec minus vanam Graeci interpretationem extuderunt, ad quam inclinare videtur Spanhem. ad Callim. Dian. 204. Ita schol.: *Ἐπεὶ ὅπις ἐστὶν ἡ τοῦ μέλλοντος ἐπιστροφή, τὸ ἐσόμενον ὕστερον προλαβών τις εἶπεν.* Simplicior Noster nec tam providus.

στάζοντες, ἐπειδὴ συνήθειαν εἶχον κατέρχεσθαι οἱ θεοὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν. Eundem publice prodeuntem cum eodem deo comparat Apoll. Rh. I, 306: Ἦ, καὶ ὁ μὲν προτέρωσε δόμων ἐξῴρτο νέεσθαι. Οἷος δ' ἐκ νηοῖο θυώδεος εἶσιν Ἀπόλλων . . Τοῖος ἀνὰ πληθὺν δήμου ἴεν· ὦρτο δ' ἀϋτὴ Κεκλομένων ἄμυδις. — οὐδὲ μάν. *Nec revera*. V. Pyth. VIII, 22. — χαλκάρματός ἐστι πόσις Ἀφροδίτας. *Mars*. Erat enim ἀνὴρ ἔκπαγλος v. 139. et audax v. 148., coll. Böckh. Ol. X, 19: Χάλκεος Ἄρης. Isthm. IV, 24: Χαλκέῳ Ἄρει. VII, 35: Χάλκασπις Ἄρης. — ἐν δὲ Νάξῳ etc. I. e. *An est Otus* rell.? Descendunt illi ad heroas. — λιπαρᾷ. Schol. v. 156: *Εὐδαίμονι*. Heynio aliisque est λιπ. N. (*vitium*) *fertilis*. De quo v. Eckh. D. V. N. II, 333. Proprie est *pinguis*, hinc *nitidus*, *splendidus*, *inclytus*, *pulcher*, *insignis*. Conf. Schneid. L. g. v. Est cognomentum multarum urbium, coll. indd. pindd. et Spanhem. ad Callim. Del. 164. Pall. 32. — Cum Aloidis Tityoque quomodo Jasonem comparari decuerit, de eo præter Heynium videndus omnino Böckhius Explicc. p. 271. Erantque Aloidæ ut Jason venatores, quod præter formam eorum potissimum in quæstione admirantium. Fugit hoc interpretes. Schol. v. 156: *Οὗτοι δὲ ἀσεβῶς διετέθησαν περὶ τὴν Ἄρτεμιν· καί ποτε εἰς ἔλαφον ἡ θεὸς ἑαυτὴν μεταποιήσασα θηρεύουσιν αὐτοῖς κατὰ τὴν Νάξον ἐν μέσῳ ὤφθη. οἱ δὲ κατατοξεύειν τὴν ἔλαφον ὑπολαμβάνοντες ἔλαθον ἀλλήλους τιτρώσκοντες*. De Aloidis conf. Creuz. Mythol. Ed. II. T. II. p. 385 sq. Schwenck. etym. myth. Andeutg. p. 222. ibique Welck. p. 313. Boisson. ad Max. Plan. conv. gr. Metamorph. Ovid. p. 230. — καὶ σέ. Deserunt accusativum, heroem allo-

quentes. Opitulatur hoc iis, quæ tentavimus Ol. XI, 84. p. 409. — *Τιτυὸν βέλος Ἀρτέμιδος θήρευσε χραιπνόν.* Alius (magnitudine insignis) venator, ob Dianam ab ipso tentatam, teste Euphorione Fragm. CLXV. ed. Meineke, qui Doctus ibidem Euphorionem et Pherecydem idem narrare falso tradit. [15]) Ceterum causam mortis ipsamque mortem alii aliter tradiderunt, coll. Nitsch. N. mythol. Wörterb. v. De magnitudine ejus v. Sturzium ad Pherecyd. Fragm. XXXIV., qui vir doctus quum scholiastæ ad v. 160. textum in editione prima male tentasset, errorem non revocavit in ed. II. — *ἀνιχάτου φαρέτρας.* Ipsa dea *pharetrata* et *invicta* in lapidibus, teste Spanhemio ad Callim. Dian. 8. — *ὄφρα τις* etc. Contulerunt alii Pyth, II, 63. III, 106. Conf. quoque posterioris carminis v. 25. Potuit hoc præceptum (coll. Pyth. II. III.) simul victorem spectare. Sed rebus ejus quomodo adaptari possit, tacet historia. — *τᾶν ἐν δυνατῷ φιλοτάτων.* Idem quod *δυνατῶν*, coll. Pyth. XI, 76. — *ἀνὰ δ' ἡμιόνοις.* V. Ol. I, 66. p. 28. — *προτροπάδαν.* Damm. Lex. p. 2368: *Incitate in anteriora*, coll. Il. XVI, 304. Schneid. Lex. græc. v. comparat Livii illud *effuse et sine respectu* [XXXII, 12. etc.], affertque Plut. Ages. 18 (*ὥσασθαι προτροπάδην τοὺς Θηβαίους*, i. e. *proturbando* persequi Thebanos). Activa ut videtur vocis significatio nostro quoque loco convenit. Est enim tyrannorum, ita curru

15) Latonam an Dianam Tityus tentaverit, Noster quidem tacet, ut ante in Aloidarum historia non refertur, quam hi concupiverint. Sed de Diana ut Euphorio cogitasse putandus videtur ob Aloidas antecedentes, a quibus eandem tentatam veterum unanimis fama testatur.

vehi, ut turba hominum et disjiciatur et proturbetur. Quo spectat quoque Aesch. Eum. 145. *καθιππάσω*. Conf. ibi quoque 715. 741. ed. Schwenck. — *τάφε*. De h. forma v. Buttm. Ausf. gr. Spr. II, 147. Matth. Ausf. gr. Gr. Edit. II. pag. 464. — Contemtim in seqq. Peliam loqui, acute observavit Böckhius. In his primo loco venit indistinctum *τὶς ἀνθρώπων* pro *τὶς μάτηρ*, cujus et seqq. colorem respicere mihi Jason videtur v. 253.; deinde *χαμαιγενέων* et rell. Dices, nulla Jasonis et natalium ratione habita adhiberi potuisse et *χαμαιγενέων* et *πολιᾶς*, velut dicantur homines *ἐπιχθόνιοι* (indd. pindd.) et *χαμερπεῖς* Anthol. Palat. T. II. p. 768. epigr. XXXIX., coll. Gurlitt. l. c. p. 7. Et *πολιὸς* erit *obscurus*, ut mare nocturnum Ol. I, 115., all. Addes, sequentia non dici contemtim (*μὴ καταμιάναις εἰπὲ γένναν*), immo honorifice. Verum ultima ironice prolata videntur; deinde *χαμαιγ.* et *πολ.*, si vel poetæ soli debentur, contemtus umbram saltem speciemque præ se ferunt. Accedit, quod sævi homines tum maxime, cum timent, arrogantiam aliorumque contemtum non abjiciunt. Ceterum non refragor, quo minus *πολιᾶς* sit *senilis*, sensu Böckhii, non Hermanni. — *καταμιάναις εἰπὲ γέννᾳν*. Schol. v. 177: *Λείπει ἤτοι τὸ εἶδος ἢ τὸν λόγον*. Erat, quum supplerem *σεαυτόν*. Melius tamen Gurlittius Böckhiusque *γέννᾳν* ab utroque verbo pendere dicunt. Confer Tyrtæum I, 9: *Αἰσχύνει τε γένος, κατὰ δ' ἀγλαὸν εἶδος ἐλέγχει*. Similia Pyth. VIII, 49. Nem. III, 23 seqq. Isthm. III, 22. Et vide tyrannum, ut virum nobilem, genere gloriantem. Verum huic cavillationi respondere in sequentibus Jasonem, supra monui.

V.

V. 179—212.

Jason respondet, a Chirone se educatum, ad repetendum regnum venisse, quod Pelias patri ipsius eripuerit. Dein patris domum sciscitatur. Tzetza ad Lyc. 175. p. 442—44. Müll. pindarica (v. 180—263) breviter repetit. *τὸν δὲ θαρσήσαις ἀγανοῖσι λόγοις ὥδ' ἀμείφθη.* Egregie Peliæ ferociæ Jasonis moderationem opponit, quæ confidentia sui (v. 148) nititur, ferociam iramque arcet. — *φαμὶ* etc. Schol. v. 180: *Γνώσῃ διὰ τῶν λόγων οὐ ψευδόμενόν με, ὡς τοῦ Χείρωνος αὐτὸν ἐλευθερίως ἀναθρέψαντος καὶ διδάξαντος μὴ ψεύδεσθαι.* Recte vero ad ultima tyranni primo vides respondentem. De parentibus deinde. — *οἴσειν.* V. Buttm. Ausf. gr. Spr. I, 418. II, 247. Matth. Ausf. gr. Gr. II, 494. ed. II. — *πὰρ Χαριχλοῦς καὶ Φιλύρας.* Schol. v. 181: *Φιλύρα μὲν μήτηρ Χείρωνος ἦν, ᾗ δὲ Χαριχλὼ γυνή.* Mitis gratusque Jason non solum Chironem memorat, sed et Centauri matrem, conjugem et filias. — *Κενταύρου κοῦραι.* Variæ traduntur Centauri filiæ, coll. Nitsch. N. mythol. Wörterb. v. Chiron. — *οὔτε ἔργον οὔτ' ἔπος εὐτράπελον χείνοισιν εἰπών.* In his εὐτρ. est proprie *quod facile evertere quis possit*, ideoque *futile*, *leve*, nostrum nichtswürdig, leichtfertig etc. Et vide, ne hoc spectet Jasonis interrogationem, a lusu quodammodo scurrili non adeo remotam? Deinde veritati quoque *εὐτραπέλως* dicta nonnunquam adversari constat, quam colere a Centauro Jason didicerat. De *maligno*, *absurdo*, *stolido* (quod Böckhio placet) dici *εὐτράπελος* non potest, coll. Gurlitt. l. c. p. 8. et his Dilucc. p. 529. Dicit autem Jason, non

tantum usum se Chironis doctrina, sed etiam moribus suis magisterio (v. 180 — 183) semper respondisse; hinc non esse, quod veritatis ipsum Pelias admoneat. Quæ Wagnerus et Heynius de Jasone Chironem clam desererente tradunt, a nostro hæc loco aliena sunt. Post *εἰπὼν* supple cum Wagn. et Gurl. l. c. *ἢ ποιήσας*, per zeugma omissum, de quo Matth. Ausf. gr. Gr. p. 903. Böckh. nott. critt. p. 464. — *χομίζων*. Chæris scholiastæ v. 188: *Ἀναχομιούμενος*. V. quoque Gurlitt. ad h. l. et has Dilucc. p. 459 sq. — *τιμάν*. Substantivum magno spatio ab adjectivo suo sejunctum. V. Olymp. VII, 24. p. 242., all. Est τ. duce contextu *regni honor*; coll. ad Ol. VI, 103. p. 210. Pyth. I, 94. p. 511. — *λευκαῖς φρεσίν*. Schol. v. 194: *Λευκὰς εἶπε φρένας κατὰ τὸ ἐναντίον ταῖς παρ' Ὁμήρῳ μελαίναις, ἃς ἐκεῖνος ἀπὸ τῶν ἐν βάθει διαφαινομένων ὑδάτων κατὰ μεταφορὰν ὠνόμασε. τὰ μὲν γὰρ ἐπιπόλαια τῶν ὑδάτων διαυγῆ καὶ λευκά, τὰ δὲ ἐν βάθει μέλανα* [cfr. Damm. Lex. p. 1364]· *διόπερ τὰς μὲν ἐπιπολαίας λευκὰς φρένας εἶπε Πίνδαρος, τὰς δὲ ἐν βάθει μελαίνας ὁ θειότατος Ὅμηρος*. Ingeniosam, sed vix græcam animadversionem repetit Schneid. L. g. v. *μέλας*: „Homer gebraucht *μέλας* mit *ὀδύναι* von trüben, finstern Schmerzen, Sorgen und Kummer; *φρένες μ.* statt *βαθεῖαι*, tiefe Seele, *animus profundus*, im Gegensatze *λευκαὶ φρένες*, helle, leichtsinnige, thörigte Seele, schol. Pind. Pyth. IV, 194." Damm. Lex. p. 1437 (coll. Erasm. Schmid. ad l.): „*Λ. φ.* i. e. *ἀνοήτοις*, sumta metaphora a spumanti mari, quod se extollit, et supra albescit; ut ergo arrogans temeritas notetur: mit leichtsinnigem Gemüthe." Riemerus L. g. v. *μέλας* Homeri *φρένας μελαίνας* et *ἀμφιμελ.* (Damm. p. 2557. 60) phy-

sice explicat, de *λευκαῖς φρεσὶ* tacet. Jam in pindarica phrasi, quam et ego homericae oppositam puto, physicam rationem latere, diu auguratus sum, et ecce occurrit *λευκηπατίας* (*album jecur habens*), quod veteribus (Schneid. L. g.), ad habitum animi vocem trahentibus, est *timidus*, aliis *stolidus* (*εὐήθης*). Ex quibus utrum præstet, nolim decernere. Similiter tamen Græcis *φρένες* alio affectu videri poterant *μελαίνεσθαι*, alio *λευκαίνεσθαι*, velut nos alio sanguinis colore alium animi humani statum metaphorice significare solemus. Hinc *λευκαὶ φρένες* (contextu quoque suadente) *animum* denotabunt *felicitatis lucrique exspectatione* quasi *serenatum*, *nitentem*, ideoque *cupidum*, *bono inhiantem*, *de bono eventu vix dubium*. Quamquam, si quis alteram *λευκηπατίου* interpretationem huc vocaverit, is me non valde refragantem habebit. Tum erit *stolida* mens pro *mala*, commutatione apud veteres haud rara. [16]) Heynius Latinorum *splendidam*, *vitream bilem* advocat, qui bilis habitus iracundiam spectat, cum nostri loci contextus (coll. v. 247: *φρένες ὠκύτεραι*) cupidinem vel simile quid desideret. Deinde bilis splendor quî ad illustrandum *φρενῶν* (diaphragmatis) album colorem faciat, ego nescio. Locum nostrum medici *φιλολόγου* lucem exspectare video, qui forsan *φρενίτιδα* vel *φλεγμόνην* (sensu ante Hippocratem usitato) adhibebit. De ultimis v. Dieterici Jatreon Hippocraticum p. 1369 seq. 1373 — 1378. — *πιθήσαντα*. *Obsecutum*. Semper hoc ut *πιθήσω* intransitivum, [17]) aor.

16) Erat, cum in auxilium vocarem *λευκὸν μένος* Dioscoridis Anthol. Pal. V, LV, 7. Hoc tamen *semen genitale* est, quod omnes loci interpretes latuisse video.

17) Homerica v. ap. Damm. p. 1913., hesiodea in ind. Hes.

II. transitivus; de quo v. p. 590. — *ἀρχεδικᾶν.* V. Böckh. nott. critt. p. 465. Explicc. p. 273. — *ὑπερφιάλου.* Schol. v. 197: *Ἀδικωτάτου.* Sed vide, ne sit *praepotentis*, quæ vis aliis quoque Pindari locis convenit, coll. indd. Reprehensionem Peliæ exprimit *ὕβριν.* De v. cfr. Buttm. Lexil. II, 209 — 214. — *μίγα κωκυτῷ γυναικῶν.* Cum sequentibus Hermannus hæc jungit. Ita multo et rem ipsam clarius oculis subjici, et orationem alaciorem esse. Sed fraudem male sic tectam putabis, et vix conspirat *κρύφα* cum mulierum prosequentium ejulatu. Junge cum antecedentibus. Parentes tum ipsi luctum instituebant, tum mulieres ex more funebres advocabant, sc. exequias sollemnes justasque celebraturi. Quibus cum omnes intenti essent, proxima nocte (cfr. schol. v. 67. ad *ἐσπ.*) puerum clam auferendum cuidam tradiderunt. Schol. tamen v. 197. verba ista cum sequentibus jungit: *Μετὰ γυναικῶν κωκυτοῦ ὡς ἐκφορὰν τελοῦντες κρύφα καὶ νύκτωρ ἐξέπεμψαν.* Adde schol. v. 213. Et noctu exsequias actas narrat Tz. Lyc. 175. — *σπαργάνοις ἐν πορφυρέοις. Purpureis*, i. e. *regiis.* V. Spanhem. ad Callim. Ap. 83. p. 136. Ern. — *νυκτὶ κοινάσαντες ὁδόν.*[18]) Schol. v. 204: *Τῇ*

Gaisfordiano. Apoll. Rh. I, 33: *Ἐφημοσύνῃσι πιθήσας.* Orph. Arg. 1090: *Πιθήσας πηδαλίοισιν.* Dion. 383: *Λαῖ πιθήσας.* Nonn. Dionys. XX, 17: *Διωνύσῳ δὲ πιθήσας.* Id. Conv. Ev. Joh. IX; 90: *Ἐπίθησαν ἰωῇ.* Tzetza posthom. 393: *Πιθήσας, obsecutus.*

18) Elmsleius ad Eurip. Med. 793: „Diversa sunt *κοινῶσαι* et *κοινώσασθαι.* Illud *rem aliquam cum aliis communicare*, hoc *rei alicujus particeps fieri* significat." Sed pindaricum medium *κοινᾶσθαι* (Nem. III, 19) et compositum *παρακοινᾶσθαι* h. carm. v. 236. est *rem communicare cum aliis.*

νυχτὶ χοινωνήσαντες χατὰ τὴν ὁδάν. Immo ipsam *ὁδὸν χοινώσαντες*, coll. Böckhio. *Confisi, noctem ipsam ferenti viam monstraturam.* Aliis *νυχτὶ* erit *noctu*. Tum post *χοιν. ὁδὸν* supplebunt *τῷ φέροντι* (*significantes viam ferenti*), quod abesse poterat. Jam confert Heynius Euripidem in simili re versantem Jon. 956. Matth., qui locus parum a nostro differt. Deinde noctu Rhea quoque parvulum Jovem aufert Hes. theog. 481. — *χεφάλαια λόγων.* Schol. v. 206: *Τὸ πέρας· τὰ μείζονα χαὶ τὰ χαίρια.* Frigent hæc aliorumque *summam*. Poterat poeta quidam antiquior verba cum varii generis apicibus, plantarum floribus, fructibus etc. comparare, unde phrasin in usum communem abiisse putes, ubi metaphoræ vis sensim (ut fit) elanguit. Vide tamen, quæ monita sunt ad Olymp. VII, 125. p. 270 sq. — *ἵστε.* Non Peliæ tantum antecedentia dicta, sed et civibus, quorum studia deinde apertius sectatur. — *λευχίππων πατέρων.* Iterum sermo de regno. Albi enim principum equi. V. Böckhium. Et *πατέρας* magnifice dicit, non *πατέρα*, sc. regno exutum. Albi quoque equi in Cereris pompa. V. Spanhem. ad Callim. Cer. 121. p. 811. Ern. Schol. v. 206. minus bene *ἱππιχῶν.* — Post *ἐπιχώριος* retine comma, quod delevit Böckhius. Istud magis emphaticum. — *οὐ ξείναν ἱχοίμαν γαῖαν ἄλλων.* Omissum *ἄν*, de quo v. Herm. ad Vig. p. 818. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 723. not. Omitti potuisse Reisigius negat Commentatt. critt. ad Soph. Oed. C. 199., legitque *ξείναν ἄν ἵχων.* — *ἄλλων.* Idem quod *ξείναν.* Repetitur illustraturque antecedens sententia, ubi adstantes et *πολίτας* dixit et *χεδνούς.* — *Φήρ.* V. Pyth. III, 8. Et *Φῆρες* Centauri Fragm. inc. LX (Heyne III, 111. Böckh. II, 2, 637).

V. 213—245.

Patrem videt Jason. Tum veniunt ad utrumque cognati, quibus hospitaliter habitis aperit consilium, aditque cum iis Peliam, quem alloquitur. *Τὸν μὲν ἐσελθόντ' ἔγγον ὀφθαλμοὶ πάτρός.* Unde cognoverit filium, aperire tentat schol. v. 213: *Δεῖ . . ὑπονοῆσαι, ὅτι διὰ χρόνου τινὸς ὁ Αἴσων ἐπισκεψόμενος τὸν υἱὸν λελησθότως ἐπορεύετο πρὸς τὸν Κένταυρον· αὐτὸς γὰρ ἐξέθετο, ὅπως ἐκτραφῇ.* Relinquit P. lectoribus ea comminiscenda, quæ rem aperire possint. — *ἐκ δ' ἄρ' αὐτοῦ πομφόλυξαν δάκρυα γηραλέων γλεφάρων.* Schol. v. 213. affert Sophoclis pulcherrimum locum (Fragm. LXXXII): *Χῶρος γὰρ οὗτός ἐστιν ἀνθρώπων φρενῶν, Ὅπου τὸ τερπνὸν καὶ τὸ πημαῖνον φύει· Δακρυρροεῖ γοῦν καὶ τὰ καὶ τὰ τυγχάνων.* — Post *ἰδὼν* pone comma cum Heynio (nott. exegg.) et Gurlittio. Et primo ponitur abstractum *γόνον* (ut v. 242. *γενεὰ filius*), dein concretum *κάλλιστον ἀνδρῶν.* — *κεῖνον κατὰ κλέος. Jasonis ad famam.* Apoll. Rh. II, 753: *Ὁρμηθέντες .. κατὰ κλέος, ὃ πρὶν ἄκουον.* Orph. Arg. 264. Herm.: *Καί μοι κατὰ κόμπον ἔβαινον* (rupes). Vide quoque Eunapium Jamblicho p. 17. Boisson., qui editor p. 194. non debebat *κατὰ* mutare in *κἀτα.* Ipse tamen postea errorem suum vidit p. 571 sq. Idem præpositionum *ἀνὰ* et *μετὰ* usus. Anyte Anthol. Pal. VII, ccccxc, 2: *Πατρὸς ἴκοντο δόμον Κάλλυς καὶ πιυτᾶτος ἀνὰ κλέος.* Il. XI, 227: *Μετὰ κλέος ἵκετ' Ἀχαιῶν.* XIII, 364: *Ὅς ῥα νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει.* Od. XIII, 415: *Ὤϊχετο, πευσόμενος, μετὰ σὸν κλέος.* Ubi comma post *πευσ.* male quidam omittunt. V. quoque Heyn.

ad Il. T. VI. p. 160., monente Schæfero ad Aesopum Furiæ p. CXC. sq. — *εὐμενέοντες ἀνεψιόν.* Notabilis interpretibus accusativus, quocum *εὐμενεῖν* junctum idem mihi videtur, quod usitatius in hac re *ἀσπάζεσθαι* (*τὴν εὐμένειαν* testificari). — *ἐν δαιτὸς δὲ μοίρᾳ.* Male schol. v. 226: *Ἐν δὲ τῷ συμποσιακῷ καιρῷ καὶ τῇ μερίδι τῆς εὐωχίας.* Est simpliciter *in convivio*, coll. p. 323. 607. 610. — *μειλιχίοισι λόγοις* etc. Copulatum *δεξιῇ ἀσπάζεσθαι* et *ἔπεσσι μειλιχίοισι* in adventu heroum Il. X, 542. Odyss. XIX, 415. Variant in talibus poetæ. — *αὐτοὺς Ἰάσων δέγμενος.* Optime schol. v. 228: *Οὐχ ὡς πάντας ὑποδεδεγμένου τοῦ Ἰάσονος τοὺς περὶ Φέρητα δεῖ νοεῖν, ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἐγένετο ὑπὸ Αἴσονος τοῦ πατρὸς ἡ ξενία τοῖς ἀδελφοῖς, διὰ τοῦτο εἶπεν αὐτὸν ὑποδέχεσθαι. ἡ γὰρ ἀναφορὰ τῆς ξενίας εἰς αὐτὸν ἀνήγετο.* Addo: pro patre sene excepit eos, quos repetendi regni socios statim habiturus erat. — *ξείνι' ἁρμόζοντα τεύχων.* Abeuntibus post dies festos dari solita *ξένια* (Feith. antiquitt. homm. p. 203. 381., ibique animadverss. p. 61) in ipso festo dantur, quod hoc finito ab hospite non discedunt. — *πᾶσαν ἐν εὐφροσύναν τάνυεν.* Erat, cum *ἐνετάνυεν* prægnans mihi videretur, pro *ἐντανύων παρέσχε, intendens*, i. e. *large praestitit*, s. *prolongando praestitit*, poeta ipso ea præoccupante, quæ deinde (sic autumabam) se interpretans apposuit: *continuis quinque noctibus et diebus* etc. Alii cum Wagnero l. c. p. 26. colorem a mensæ apparatu sternendo expandendoque petitum volent. Böckhius: *Iis intendit et protendit summam hilaritatem*, hoc est *effecit et auxit*. Hoc nunc mihi maxime placet, et respondere putó nostratium illud: Heiterkeit ver-

verbreiten.[19]) Deinde *πᾶσαν* est *variam, omnis generis*, coll. ad Ol. XI. p. 419. — *ἱερὸν εὐζωᾶς ἄω-*

19) Subjiciam varias expandendi atque intendendi metaphoras. Sappho Fr. XXVIII. Volg.: *Τὰν ἐπ' ὄσσοις ἀμπέτασον χάριν.* Cyrus Anthol. Pal. IX, DCCCVIII, 3: Monumentum de se, *ἀγλαΐῃ δέ μοι*, inquit, *ἀμφὶς ἀπειρεσίῃ τετάνυσται.* Incertus ibid. T. II. p. 643. ep. LXIV, 3: *Ὄφρα καὶ ἐν λιμένεσσιν ἴὴν πετάσειε γαλήνην.* Musaeus 224 Pass.: *θῶϊς ταγύειν.* Nonn. Dionys. XIX, 146: *Ποδωκείης τέταται δρόμος.* 233: *Ἀγὼν τετάνυστο.* Q. Smyrn. X, 50: *Μάχην τανύσσῃ.* XI, 237: *Ἐννὼ ἐτάνυσσεν ὑσμίνην.* Addo τείνειν et *ἐκτείνειν θρήνους, λιτάς, φροίμιον, ἀοιδάν*, quae Düderlinus affert ad Soph. Oed. C. 492. Postremo Heynius affert versum ex inscriptione Cleopatrae (Incertus Anthol. Pal. T. II. p. 861. ep. CCCXXVII, 7): *Καὶ γνούς, ὡς θνατοῖς οὐδὲν γλυκερώτερον αὐγᾶς, Ἔῃθι χάλων τείνας οὖριον εὐφροσύνᾳ*: *Vive, rudentem intendens vento secundo gaudentem hilaritati.* In his *χάλον* habet lapis, quod cum aliis tuetur Boisson. ad Aristaen. Epist. II, 1. p. 621.; alii malunt vulgatius *χάλων*, eodem sensu. Deinde *εὐφροσύναν* marmoris sensu cassum poteris in *εὐφροσύνᾳ* mutare, ut haec sit ventus secundus, cui intendatur ac permittatur *χάλως*, coll. Virgil. Aen. X, 229., ubi in ed. pr. Burm. *ventis immitte rudentes.* Verum is habet ventum secundum, cum sit *οὖριος*, ut *πλάτη* est *οὖριος* Sophocli Phil. 355., *λίνον οὖριον* Opp. Hal. III, 66 (Schneid. L. g. v. *οὖριος*). Hinc rectius cum Heyn., Boisson., all. eligetur *εὐφροσύνας*, et commate posito post *ζῆθι*, unice verus hic loci sensus prodibit: *Intende rudentem hilaritatis vento secundo gaudentem (permitte te hilaritati).* Ubi rudens positus pro velo, quod ut vento aperiatur, rudente intento opus est. *Rudens* vero *hilaritatis* non durior, quam *vela orationis* Cic. Tusc. IV, 5. Valck. ap. Jacobs. Anthol. gr. Lips. T. XII. p. 230. loci sensum non assecutus est. Jacobsius l. c. et Anthol. Pal. T. III. p. 953. Valckenarium repetit.

τον. In his εὐζωὰ nostro respondet Wohlleben, in meliorem sensum accepto. Deinde εὐζωὰ floris nomine venit, ut ipsa vita Isthm. V, 14. Et ante est δραπών. *Fruebantur voluptate*, vel *fr. voluptate exquisita*. Prius præfero, Pindari in talibus usui obsecutus. Estque mihi h. l. et Isthm. cit. ἄωτος simpliciter *flos*, posterius eligente Buttmanno Lexil. II, 65., qui hac voce Nostrum gestire tradit ex Eustathio ad Il. XIII, 599. *Exquisitum, eximium* mihi hoc loco ἱερόν, coll. Fragm. inc. VII (Heyne III, 84. Böckh. II, 2, 699): Ἀσυχίας ἱερὸν φάος (*tranquillitatis eximium, magnificum jubar*). Fragm. inc. LXXXVI (Heyne III, 123. Böckh. II, 2, 661): Ἱεραῖσιν ἀοιδαῖς: *sacris*, i. e. *eximiis cantibus*. Eodemque trahes ἱερώτατον ἄγαλμα, quod supra p. 624. de sacris intellexi. De hac v. significatione adeatur Schneid. L. g. v. Böckhius: „Ἱερὸν vocat εὐζωᾶς ἄωτον, quod epulæ sacris junctæ sunt; sacra autem quinque dierum fuerunt.“ De *lautis epulis* loquitur Noster, quanquam sacra epulis juncta aliunde constat. Simplicitatemque loci Böckhiana interpretatio infringit. — ἀλλ' ἐν ἕκτᾳ κ. τ. λ. Factum hoc ex more heroicæ ætatis. V. Il. VI, 174 sq. — πάντα λόγον θέμενος σπουδαῖον ἐξ ἀρχᾶς ἀνὴρ συγγενέσιν παρεκοινᾶθ'. In his θέμενος interpretibus idem est quod προθέμενος (*proponens*), quæ præpositionis omissio latinismum redolet. Nunquam simplex τίθημι hanc vim habet, et cave afferas ἀγῶνα τιθέναι etc., cui respondere falso dicent *certamen proponere*, cum sit *cert. instituere*. Est τίθημι *pono, ponendoque facio, instituo, condo*. Nec magis huc faciunt similia τὰ πράγματα, τὰ ὅπλα τίθεσθαι, quæ verba idem valere dicuntur quod διατ. κατατ.,

quamquam utrumque simplici *τίθημι* per se spectato inest.[20]) Deinde *π. λ. σπ.* convertunt: *Omnem sermonem serium* [das ganze ernsthafte Gespræch], quasi hic in antecedentibus memoratus fuisset. Minus displicebit: *Omnem rem seriam, gravem* [die ganze ernste, wichtige Sache, coll. Gurl. l. c. p. 12]; ubi tamen illud *λόγου* adjectivum maximopere friget. Postremo (quod aliis visum) *σπουδαῖον* h. l. non i. q. *σπουδαίως* esse poterit. Jam nova ratio tentanda. Primo est *θέμενος faciens*, coll. Lexx. grr., deinde *σπουδαῖον* non vocis *λόγον* simplex adjectivum, sed prædicatum, opponiturque diebus festi quinque, quibus nihil *σπουδαῖον* tractatum concedes. *Omnem sermonem fecit serium, colloquium ad seria convertit a festi lusu et voluptate.* Verum in sequentibus labantem hanc interpretationem dices, cum *παρεχοιν̃αἰθ'* non habeat substantivum expressum. Habebit, respondeo, si *λόγον* repetieris, alio quidem sensu quam antea (*rem*), quæ tamen *ἀμφιβολία* exemplis non destituta est. V. ad Ol. XI, 75. p. 408. Hoc si nolueris, *παρεχοινα̃ιθ'* absolute positum dices, et supplebis *πρα̃γμα* (*rem perficiendam, consilium suum* etc.), velut v. 204 (posita quadam interpretatione) in simplici *χοινᾷν* omissus is est, quocum istud communicabatur. — *ἐξ ἀρχα̃ς. Altius repetendo.* Exponebat puto genus, Peliæ scelus et mores, alia. — *οἱ δ' ἐπέσποντ'. Et hi secuti.* Positum ante *αἶψα . . . κείνοισι* per hysteron proteron, de quo vide Ol. VI, 106. p. 213. Ubi nemo offendisset, si pro *μετάλλασέν τέ μιν* dictum participiali-

---

20) Cave quoque, huc trahas *ἐπέων θέων* Ol. III, 14., de quo v. Nos p. 136 sq.

ter esset *μεταλλῶσα μιν*. Ol. XIII, 94. p. 463. Hujus carminis v. 56. p. 633. Eadem schol. prioris ad 234. sententia: *Ἠκολούθησαν*. Quod verbum *obsequendi* vim habere, Schneidero in L. g. contendenti nondum credo, cum non dederit hujus usus argumenta. Alter scholiastes ibidem, unam alteramque rationem jungendo: *Συνήεσαν αὐτῷ* (*comitati eum sunt*), *καὶ τὴν αὐτὴν γνώμην ἀνέλαβον* (*eique obsecuti*). Amplexi posterius omnes, quos novi, interpretes, hysteron proteron admitti posse, non videntes. Jam dicitur quidem Isthm. VI, 25. *ἕσπεσθαι ἐφετμαῖς* (*obsequi precibus*), eodemque sensu *εὐχωλῇσιν ἐφέσπετο* Orph. Argon. 63. Verum, hæc verba personæ juncta obsequendi vim habere, nusquam vidi. Namque Orphei loco *οἱ* ante *εὐχ*. Schneidero debetur. Sed ut concedam, hanc vim verbo inesse propter Odyss. XII, 349., prius tamen eligo ut difficilius Pindarique usu firmatum, quem in narrando talibus *προλήψεσι* indulgentem supra monstravimus. — *αὐτός*. Graviter positum pronomen. — *ὑπηντίασεν*. Non solio insidens exspectat ingressum cum comitibus Jasonem, minus jam ferox, et ad fallendum compositus. Dein supplebis vel *αὐτοῖς*, vel *αὐτούς*. Utrique favet usus pindaricus, coll. Pyth. V, 59. VIII, 84. — *γενεά*. V. ad v. 219. — *πραΰν δ' Ἰάσων μαλθακᾷ φωνᾷ ποτιστάζων ὄαρον*. *Molli voce lene colloquium* (Peliæ) *adspergens*. Non temere positum *μαλθ.* post *πρ.*, quanquam ab hoc non diversum. Denotatur summa Jasonis moderatio, cum jam de regno habeatur disceptatio. Hinc et vox lenis, et ea, quæ profert. Supra v. 179. *ἀγανοὺς* Jasonis *λόγους* egregie oppositos vidisti cavillantis tyranni ferociæ. Cum improprio *ποτιστ.* cfr. *μελιζέμεν ἀοιδαῖς*

Nem. XI, 23. et similia, cum *μαλθ. φων.* etc. Pyth. III, 91. VIII, 42. Nem. IX, 117. Eurip. Med. 759. Elmsl. — *βάλλετο χρηπῖδα σοφῶν ἐπέων. Sapienter loqui hunc in modum exorsus est.* Aliter Thierschius: „Dadurch, dafs er mild und freundlich zum Pelias sprach, veranlafste er auch jenen zu milder Erwiederung, legte also den Grund verständiger Reden, durch welche dem innern Kriege dann vorgebeugt wurde." Verum *χρηπῖδα* exordium sermonis esse, quem quis habeat, e Nostro (Pyth. VII, 3. Fragm. inc. LXXXVI. Heyn., CIII. Böckh.) Heynius Böckhiusque demonstrarunt. Sunt igitur *σοφὰ ἔπη* solius Jasonis. Fallitur quoque Gurlittius l. c. p. 12., pindarica denotare volens: den Eingang der Rede mit weisen Lehren, mit Sentenzen machen, coll. v. 247 sq. Neque enim *χρηπὶς* sapiens dicitur, sed ipsum colloquium (*ἔπη*).

V. 246—276.

Jason cum Pelia colloquens ita disceptat, ut patri ablatos greges agrosque rex teneat, regnum Jasoni reddat. *παῖ Ποσειδᾶνος Πετραίου.* E loco Thessaliæ, in quo ludi Neptuno habiti fuere, dictum *Πετραῖον*, referunt scholl. Paris. atque ed. Apoll. Rh. III, 1242. Doctiora noster scholiastes tradit ad v. 246: *Πετραῖος τιμᾶται Ποσειδῶν παρὰ Θετταλοῖς, ὅτι διατεμὼν τὰ ὄρη τὰ Θετταλικά, λέγω δὴ τὰ Τέμπη, πεποίηκε δι' αὐτῶν ἐπιτρέχειν τὸν ποταμὸν Πηνειόν, πρότερον διὰ μέσης τῆς πόλεως*[21]) *ῥέοντα, καὶ πολλὰ τῶν χωρίων δια-*

21) Lege *Θετταλίας*, quod latet in absurdo *τῆς πόλεως*, vel *πόλεως*. In Thessalia stagnaverat, de quo videndus omnino Spanhem. ad Callim Del. 105.

ηρθείροντα. καὶ Καλλίμαχος (Del. 105)· *Φεῦγε δὲ καὶ Πηνειός, ἐλισόμενος διὰ Τεμπέων.* Ibidem: *Οἱ δέ, ὅτι ἐπί τινος πέτρας κοιμηθεὶς ἀπεσπερμάτισε, καὶ τὸν Σοροὸν δεξαμένη ἡ γῆ ἀνέδωκεν ἵππον πρῶτον, ὃν ἐπωνόμασε Σκύφιον.* Ibidem: *Φασὶ δὲ καὶ ἀγῶνα διατίθεσθαι τῷ Πετραίῳ Ποσειδῶνι, ὅπου ἀπὸ τῆς πέτρας ἐξεπήδησεν ὁ πρῶτος ἵππος· διὸ καὶ Ἵππιος ὁ Ποσειδῶν.* Quod certamen ubi Thessaliæ habitum sit, scire forsan operæ pretium ob scholiorum pugnam. Ego non inveni. Deinde non aliam ob causam Neptunum a P. *πετραῖον* vocari putat Lambecius ad Aristæn. Epist. I, 7. p. 335. Boiss., quam quod piscatores olim maxime in scopulis (coll. ibid. Bast., et Meurs. in Lycophr. 46.) piscatum exercuisse dicantur. — Neptuni filium Peliam vulgaris fama tradit, Crethei Hyginus fab. 12. — *κέρδος πρὸ δίκας δόλιον.* Quo minus *κ. δ.* sit *lucrum male fidum* coll. *εὐτραπέλοις κέρδεσσ'* Pyth. I, 178., obstat *πρὸ δίκας.* Est *lucrum male, dolose partum.* — *τραχεῖαν ἐρπόντων πρὸς ἐπίβδαν ὅμως.* Schol. v. 249: *Καίπερ τοῖς τοιούτοις μετὰ τὴν παροῦσαν εὐφροσύνην τοῦ κέρδους τραχείας ἐπιούσης ἐπίβδης.* De ultima v. conferendi, quos citat Heynius. Electa vox convivalis, cum heroes a convivio venerint. Jam Heynius de v. *ὅμως* recte præcipit. V. quoque Eurip. Hel. 1398. et Demosth. Philipp. p. 55., quem locum affert Matth. Ausf. gr. Gr. p. 825. Postremo Heynius confert Apoll. Rh. IV, 1017., qui locus magis nostri dictionem, quam sententiam referre videtur. — *θεμισσαμένους ὀργάς.* Schol. v. 250. male: *Ἀφεμένους τῶν ἀγαναχτήσεων.* Schneid. L. g. v.: *Δικαίους ὄντας ταῖς ὀργαῖς.* Melius Damm. L. p. 1051: „Legitime frænatis et in ju-

stum coërcitis cupiditatibus." Neque aliter Heyn., Gurl., Thiersch., Böckh. Mirifice alter scholiastes: *Δικαίως διακρίναντας τοὺς τρόπους. — ὑφαίνειν λοιπὸν ὅλβον.* Schol. v. 250: *Συντιθέναι εἰς τὸ λοιπὸν τοῦ βίου τὴν εὐδαιμονίαν.* De v. *ὑφαίνειν* nostroque loco cfr. Spanhem. ad Callim. Ap. 57. — *μία βοῦς. Eadem vacca*, i. e. *eadem parens*, coll. scholl. et interprr.[22]) Quare de matre dixerit, non de patre, mirati jam veteres, coll. schol. v. 253: *Ἰδίως δὲ οὐκ ἀπὸ ἀνδρογενείας εἴληφεν ἀπὸ τοῦ Αἰόλου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γυναικός.* Aperit hoc ipse Pindarus. De matre, non de patre Pelias quæsivit v. 174 sqq. Contemnentis hoc esse, alii vidêmint. Deinde reliqua interrogationis (*πολιὰς ἐξανῆκεν γαστρὸς*) ita comparata sunt, ut pæne de ferino partu, non de humano tyrannus locutus videatur. Ad ea Jason ibi non respondet; quæ vero respondet, minus regis gratia dicta sunt, quam coronæ adstantium, quibus Peliæ injustitiam exponit. Secutæ epulæ, quibus finitis domum Peliæ cum hospitibus intrat, regnum patrium repetens. Jam ad quæstionem tyranni respondet. *Nolimus cupide agere, sed juste, ut consanguineos decet. Nam de matre interroganti respondeo: eadem Crethei et Salmonei mater, unde nos descendimus. Quare pacata consi-*

---

22) Matrimonio, parentelae etc. bestiarum vita varias denominationes dedit. Adi ind. Eurip. Barnesianum vv. *ἡνία, μόσχος, νεόδμητος, νεόζυγος, ξυνωρίς, πῶλος, σχύμνος.* Vide quoque Potter. ad Lycophr. 102. Jacobs. ad Anth. gr. Lips. T. VIII. p. 123. Volg. ad Sapph. p. 131. Schneider. L. g vv. *βούπαις, ζεῦγος* all. Anthol. Pal. II, 56. VII, ccccxxxiii, 5. etc. Lexx. latt. v. *juvencus.*

lia ineunda. [23]) In his verba *μία βοῦς* convicium v. 174 sqq. jactum spectare poterunt, ni cum aliis proverbialem dictionem subesse malis, inter Thessalos armentorum divites facile ortam: Hujus tamen exempla nondum vidi. Alia satis acuta proponit Böckhius Explicc. p. 274 sq. — *Κρηθεῖ* etc. De Jasonis majoribus v. quoque Meurs. ad Lyc. 872. — *θρασυμήδει Σαλμωνεῖ.* Nota Salmonei prædicatum iniquum. Fuit sc. Peliæ avus. Hesiodusque Fragm. XXVIII, 5. Gaisf. *ἄδικον* eundem dicit. — *τριταίσιν ἐν γοναῖς.* Adnumeratis avis. Cf. v. 115. p. 647. Similis dictio Nem. VII, 123: *Λέγοντι γὰρ Αἰακόν μιν ὑπὸ ματροδόκοις γοναῖς φυτεῦσαι.* — *μοῖραι δ' ἀφίσταντ'.* Schol. v. 259: *Οὐκ εὐμοιροῦσιν* [*isti homines*], *οὐκ ἀγαθῇ μοίρᾳ χρῶνται.* Similis *ἀπότροπος* (deorum) *γνώμα* Pyth. VIII, 133. — *εἴ τις ἔχθρα πέλει ὁμογόνοις.* Phocylides 194: *Μηδ' ἀμφὶ κτεάνων συνομαίμοσιν εἰς ἔριν ἔλθοις.* Eurip. Med. 1257: *Χαλεπὰ γὰρ βροτοῖς ὁμογενῆ μιάσματα.* — *αἰδῶ καλύψαι* Schol. v. 259: *Ὥστε καλύπτειν τὴν αἰδῶ καὶ ἀποκρύπτειν, τουτέστι μὴ αἰδεῖσθαι.* Supple s. *αὐτὴν* (inimicitiam), quod Wagnero placuit l. c. p. 23., s. *αὐτούς.* Hoc elige cum Heynio nott. critt. Aliter Hermannus ad Soph. Oed. C. 283: „Non puto omitti potuisse *ὥστε*, si sensus est is, quem indicavit scholiastes . . . Immo, si recte se habet scriptura, verba illa cum sequentibus jungenda videntur, hoc modo: *Αἰδῶ καλύψαι οὐ πρέπει νῶν χαλκοτόροις*

23) Peliae patrem Neptunum ideo memoratum volunt, quod idem Euphemi pater, unde Battidae. Et vide, ne simul Peliae ferocia spectetur, cum feroces dicti fuerint Neptunii, coll. Creuz. Mythol. Ed. II. T. II. p. 597.

ξίφεσιν, οὐδ' ἀκόντεσσιν μεγάλαν προγόνων τιμὰν δάσασθαι. Significabit autem ista locutio *pudorem e conspectu removere*, i. e. *non respicere.*" Et Romana post ὁμογόνοις et *καλύψαι* non distinguit. Deinde eadem editio non legit *ἀφίσταντ'*, ut Heynius narrat, sed *ἀφίσταιντ'*. Jam *αἰδὼς* est *reverentia* s. *pietas cognatorum*, velut v. 388. Cum *καλ.* vero cfr. *κρύπτειν* Ol. VII, 170. — *χαλκοτόροις.* Schol. v. 261: *Τοῖς τῷ χαλκῷ τιτρώσκουσι.* Rectius *ex aere fabricatis*, coll. Schneid. L. gr. vv. *χαλκοτόρευτος, χαλκοτορέω, χαλκότορος.* An *aere factis?* coll. Opp. Halieut. V, 329. Et simile *χαλκέλατος* Ol. VII, 66. p. 255. — *μεγάλαν προγόνων τιμάν. Honorem regalem*, coll. 192. Schol. v. 261: *Βασιλείαν.* — *γάρ τοι. Nam omnino.* V. Herm. ad Viger. p. 829. Omissum antea: *Τεκμήριον δὲ* etc. — *βοῶν ξανθὰς ἀγέλας.* Cf. v. 365. — *πλοῦτον πιαίνων. Divitias saginans*, i. e. *habens. Opibus utens.* Ol. V, 53: *Ὑγίεντα δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει.* Petitus e re pastoritia color. Alienæ Latinorum *divitiae opimae.* — *κοὔ με πονεῖ* etc. Schol. v. 268: *Οὐκ ἀλγύνει δέ με.* Deinde hujus verbi est adverbium *ἄγαν.* Alii cum *ποσ.* jungunt. — *ποσσύνοντ'. Augentia*, coll. schol. v. 269. — *ἀλλά.* Schol. v. 268: *Καὶ ὁ ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ δέ, ἵν' ᾖ πονεῖ δέ με τὸ σκῆπτρον καὶ ὁ θρόνος.* — *καὶ σκᾶπτον μόναρχον καὶ θρόνος.* Böckhius nott. critt. p. 466: „Est nominativus absolutus, hoc sensu: *quod attinet ad sceptrum regium soliumque*, quo nihil usitatius. V. scriptores laudatos Matthiæ Gramm. Gr. p. 429." Idem addit: „Prius *καὶ* non respondet alteri, sed conjungendum *ἀλλὰ καί. Greges tibi agrosque remitto*, inquit; *verum etiam*

etiam sceptrum et regium solium tu mihi tradas pro iis, quæ ego tibi concedo." Rectius omnino scholiastes modo allatus, cui obsequendum. Pone comma post ἄγαν, kolon post δίκας. Similiter Romana, quæ punctum habet post δίκας. Dein duplex καὶ opposita quidem exprimere solet, velut Pyth. X, 105. Sed nostro loco emphatice positum, ut σκᾶπτον et θρόνος, quorum alterum abesse poterat. — ἱππόταις λαοῖς. *Thessalis, equitatu insignibus*. Consulatur Spanh. ad Call. Del. 104. Et frequens in eorum numis equus decurrens. Spanh. ibid. Eckh. D. V. N. T. II. p. 132. — εὔθυνε δίκας. Schol. v. 271: Ἐπ' εὐθείας ἦγε τοῖς ὑπηκόοις τὰς δίκας. *Jus administravit*, coll. Isthm. VIII, 49: Δίκας ἐπείραινε. Paulo aliter Solon XV, 36: Εὐθύνει δὲ δίκας σχολιάς. — τὰ μέν. Schol. v. 274: Ταῦτα μὲν οὖν. Non sequitur δέ. Cf. Herm. ad Viger. p. 841. Sed vide, ne δ' post ἀκᾶ non solum Jasonis orationem, sed et nostrum μὲν respiciat? — μή τι νεώτερον. Schol. v. 274: Ἐπιβλαβές. Dices formam euphemisticam. Sed comparativus est loco positivi, velut Olymp. IX, 74: Ὕμνων νεωτέρων, i. e. νέων, coll. παλαιὸν οἶνον v. 73. *Malum recens*, i. e. *malum jam nunc oriendum*. Oppositum νέον καλὸν Pyth. VIII, 126. Ubi Heynius. Aliter Heynius nott. critt. et Böckhius Explicc. p. 275., quibus est μεῖζον, *gravius*. Postremo scholiastæ v. 278. est κακὸν i. q. ἄδικον. *Ne injuriam novam committas*, sc. *retinendo, quae sunt aliorum*.

V. 277—298.

Pelias obsequi se velle respondet, sed esse antea Phrixi animam vellusque aureum ab Aëta reducendum,

quem laborem si Jason suscepisset, regnum ei se redditurum. ἀχᾶ δ' ἀνταγόρευσεν καὶ Πελίας. In his καί, ne abundet, significare debebit, Peliam quoque locutum, coll. Thucyd. I, 43: Ταῦτα δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι εἶπον. Ubi Poppo. An positum propter ἀχᾶ? *Ut Jason leniter locutus, ita Pelias quoque respondens.* Fuit illud in Jasone moderatio, in Pelia astutia. De ἀχᾶ v. Buttm. Lexil. I, 12 sq. — ἔσομαι τοῖος. Schol. v. 278: Γενήσομαι τοιοῦτος, οἷος μηδὲν ἀναστῆσαι ἄδικον καὶ νεώτερον. Simplicius: *Talis ero, qualem vis. Faciam, quae optas.* Similis brevitas Ol. IV, 37. — γηραιὸν μέρος ἁλικίας. I. e. γηραιὰ ἁλικία. V. p. 610. not. — σὸν δ' ἄνθος ἥβας. I. e. Σῆς δὲ ἄ. ἥ. Cf. v. 453. [24]) — κυμαίνει. Schol. v. 281: Μεταφέρεται ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν κυμάτων. Cf. v. 319: Κλάδοντας ἥβᾳ. V. quoque ad Ol. IX, p. 330. Non dissimile *aetas illa turgescit* Quinctil. XI, 3, 28. — δύνασαι δ' ἀφελεῖν μᾶνιν χθονίων. Schol. v. 281: Σὺ δὲ νέος ὢν δύνασαι ἀπολῦσαι τὸν ἐκ τῶν χθονίων γεγονότα κότον τῷ γένει ἡμῶν. ἴδιος δέ ἐστι καὶ ἐνταῦθα ὁ Πίνδαρος, μετὰ τοῦ δέρους καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ Φρίξου κελεύων τῷ Ἰάσονι ἐκ τῆς Αἴας ἀναχομίσασθαι·

24) Hymn. homer. II, 375: Ἄνθος ἥβης. Hesiodi theog. 988: Ἄνθος ἥβης. Theogn. 1006: Ἥβης ἄνθος. 1070. idem. Tyrt. I, 28. Mimnerm. I, 4: Ἄνθεα τῆς ἥβης. V, 2. Theogn. 1018: Ἄνθος ὁμηλικίης. Solon. IV, 1: Ἥβης ἄνθεσι. Simonides I, 7 (Brunck. gnomm.): Ἄνθος ἥβης. Anacreon XXXIV, 4. Fisch.: Ἄνθος ἀχμαῖον ὥρας. Nonn. Dionys. X, 181: Ἥβης ἄνθος. XXXVII, 178: Ἄνθεμον ἥβης. Asclepiades Anthol. Pal. VII, CCXVII, 3: Ἥβης ἄνθος. Incertus ibidem T. II. p. 800. epigr. CXXVII, 2: Ἅβας ἄνθεσι. Ibid. p. 878. epigr. CCCLXXXVII, 2: Ἥβης ἄνθος. Adde Klotz. ad Tyrt. p. 23 sqq.

ἐπὶ γὰρ τούτῳ μηνίειν τοὺς χθονίους δαίμονας [sc. quod Phrixi anima in patriam nondum revocata erat]· *τῶν ἄλλων ἐπὶ μόνην τὴν κομιδὴν τοῦ δέρους αὐτὸν ἐκπεμφθῆναι λεγόντων. ὅτι δὲ τὰς ψυχὰς ἀνεκαλοῦντο τῶν ἐπὶ ταῖς ἀλλοδαπαῖς ἀποιχομένων, καὶ Ὅμηρος δηλοῖ* (Odyss. IX, 64 sq.)· *Οὐδ' ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον ἀμφιέλισσαι, Πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι* [*Οἳ θάνον ἐν πεδίῳ, Κικόνων ὕπο δηιωθέντες.*] Ibidem de vv. *ψυχὰν κομίξαι*: *Ἀναλαλέσασθαι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.* Deinde: *Ἔθος δὲ ἦν, τῶν τελευτησάντων ἐπ' ἀλλοδαπῆς, εἰ καὶ μὴ τὰ σώματα εἴη παρ' αὐτοῖς, τὰς γοῦν ψυχὰς διά τινων μυστηρίων ἀναλαλεῖσθαι, καὶ ὥσπερ συμπλεούσας διαπεραιοῦν.* Schol. v. 284: *Ἤτοι ἀναλομίσαι, ἢ ἀναλαλέσασθαι, ἢ ἐπιμελείας ἀξιῶσαι. ἡρωϊκώτερον δὲ τὸ πρότερον καὶ ἄξιον τοῦ πλοῦ.* Dicere debebat *τὸ πρῶτον.* Aliud enim in hac re *ψυχὴν ἀναχομίσαι* (*in patriam referre*), aliud *ἀναχαλέσασθαι* (*ex inferis vocare*). Ex his prius eligendum, ut sit *χομίζειν* h. l., Ol. XIII, 82. et Nem. VII, 41. i. q. *αὖθις χομίζειν* (*ἀναχομίζειν*) Nem. VIII, 76. Neque aliter simplex *χομίζειν* Pyth. III, 99. Alibi ap. Pindarum *χομίζειν fovere*, minus *honorare*, coll. indd., quod alienum ab hoc loco. — *τῷ ποτ' ἐκ πόντου σαώθη ἔκ τε ματρυιᾶς ἀθέων βελέων.* Hysteron proteron pro *ἐκ ματρυιᾶς ἀθέων βελέων ἔκ τε πόντου.* Primo enim novercæ insidias effugerat, deinde maris periculum. V. pag. 213. 632. 671. Et vide, ne *σαώθη* ad Helles sororis mortem in Hellesponto alludat. Postremo *ποτ'* minus Pelias dicit, quam poeta. Cfr. v. 81. all. — *βελέων.* Schol. v. 281: *Ἐπιβουλῶν.* Idem v. 288. Ibidem: *Βουλευμάτων, ἢ λόγων ἢ πραγμάτων.* In his *λό-*

χοι oppositi *πράγμασιν*, utrumque vero id, quo constant *βουλεύματα*. Et *λόγοι* poterunt esse incantationes, quod non alienum a novercæ ingenio, coll. scriptt. mytholl. vv. Athamas, Ino etc. Alii *λόχων* legunt (*insidiarum*) pro *λόγων*. Jam de noverca idem schol.: *Ταύτην δὲ ὁ μὲν Πίνδαρος ἐν ὕμνοις* [Heyne III, 53. Böckh. II, 2, 566] *Δημοδίκην φησίν, Ἱππίας δὲ Γοργῶπιν, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀθάμαντι Νεφέλην, Φερεκύδης* [Fragm. XXXX. Sturz. Ed. II., qui doctus falso de Phrixi *matre* cogitat] *Θεμιστώ· ὃς καί φησι, τῶν καρπῶν φθειρομένων, ἐκ ταὐτομάτου ἐθελούσιον δοῦναι ἑαυτὸν εἰς σφαγήν*. Alius scholiastes ibidem Inonem habet, quam vulgaris fama novercam tradit. — *εἰ μεταλλατόν τι*. Schol. v. 290: *Εἰ ἐρευνητέον τι τούτων καὶ φροντιστέον, ὧν ὁ ὄνειρος καθ' ὕπνους ὑπέθετο, τουτέστιν, εἰ πρακτέον*. Heynius: *An quid super somnii veritate et auctoritate ex deo explorari possit?* Quidni simplicius dixisset poeta: *Delphis sciscitatus sum de somnii veritate?* Rectius cum scholiaste Böckhius: *Si qua res ejusmodi sit, ut, quid facto opus sit, indagari queat*. — *τεύχειν ναῦ πομπάν*. Schol. v. 290: *Ναῦν παρασκευάσασθαι καὶ καθέλκειν εἰς τὸν ἐπὶ Σκυθίαν ἀπόπλουν*. Simplicius erit *πέμπειν ναῦν*: *navem mittere*. — *μοναρχεῖν καὶ βασιλευέμεν*. Heynius: „*Μοναρχεῖν spectat ad imperium, βασιλεύειν ad dignitatem regiam, honorem, munera, ut sup. 270. σκᾶπτον μόναρχον καὶ θρόνος* etc.“ Mihi regnum duplici verbo, ut supra duplici substantivo, emphatice exprimi videtur. Et *προήσειν* pro *ἀφήσειν* v. 264. — *καρτερὸς ὅρκος ἄμμι μάρτυς ἔστω Ζεὺς ὁ γενέθλιος ἀμφοτέροις*. In his *jusjurandum* pro *juri jurandi teste*, s. *eo, per quem*

juratur. Apollon. Rh. III, 714: *Ἴστω Κόλχων ὅρκος ὑπέρβιος, ὅντιν' ὀμόσσαι Αὐτὴ ἐποτρύνεις, μέγας οὐρανός, ἣ θ' ὑπένερθε Γαῖα, θεῶν μήτηρ.* Ubi post *ἴστω* male distinguit Brunckius. Ibidem schol. paris.: *Κόλχων ὅρκον λέγει τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· κατ' ἐκείνων γὰρ ὤμνυον.* Eodem sensu *ὅρκιος* de diis. Apoll. Rh. IV, 95: *Ζεὺς αὐτὸς ὀλύμπιος ὅρκιος ἔστω Ἥρη τε ζυγίη.* Maximus Tyrius or. VIII, 7, 142. Reiske: Atlas mons *Λιβύων ἱερὸν καὶ θεὸς καὶ ὅρκος καὶ ἄγαλμα.* Ibid. 8, 144: *Ὄρος Καππαδόκαις καὶ θεὸς καὶ ὅρκος καὶ ἄγαλμα, Μαιώτας* [*Μαιώταις*? coll. ibid. a Reisk. citt. Dion. Perieg. 652. et Steph. Byz. v. *Μαιῶται*] *λίμνη, Τάναϊς Μασσαγέταις.* Dioscorides Anth. Pal. VII, LII, 1: *Ὅρκον κοινὸν Ἔρωτ' ἀνεθήκαμεν· ὅρκος, ὁ πιστὴν Ἀρσινόης θέμενος Σωσιπάτρῳ φιλίην.* Nonn. Dionys. XLII, 526: *Ἀμφοτέροις δὲ Ἔμπεδος ὅρκος ἔην Κρονίδης καὶ Γαῖα καὶ Αἰθὴρ Καὶ στυγιαι ῥαθάμιγγες.* Photii Lexicon. ed. Cantabr. 481, 1., ed. Lips. p. 415: *Ῥαδαμάνθυος ὅρκος: ὁ κατὰ χηνὸς ἢ κυνός· ἢ πλατάνου ἢ κριοῦ ἢ τινος ἄλλου τοιούτου· οἷς ἦν μέγιστος ὅρκος ἅπαντι λόγωι κύων. Ἔπειτα χήν· θεοὺς δὲ σιγᾶν· Κρατίνος Χείρωσι· τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ Σωκράτους ὅρκοι.* [25]) Deinde cum *καρτερὸς ὅρκος* cfr. Orph. *Λιθ.* 761: *Καρτερὸν ὅρκον.* — *Ζεὺς ὁ γενέθλιος.* Schol. v. 293: *Γενέθλιος δὲ ἀμφοτέροις, Πελίᾳ τε καὶ Ἰάσονι· Σαλμωνεὺς γὰρ καὶ Κρηθεὺς εἰς Δία τὸ γένος ἀνῆγον.*

25) Paulo aliter alia substantiva deorum apposita sunt, velut *Ἀφροδίτη Πρᾶξις* Paus. I, 43, 6., *Νίκη Ἀθήνα* Eurip. Jon. 1529. Cf. de his similibusque Creuz. Mythol. Ed. II. T. III. p. 563. Meinek. ad Euphor. p. 152 sq. Welck.: Die aeschyl. Tril. Prom. p. 39. 40.

V. 299–333.

Peliae obsecutus Jason expeditionem parat. Congregati heroes, in his Hercules, Tyndaridae, Euphemus, Periclymenus, Orpheus, Echion, Erytus, Zetes, Calais, quibus Juno laboris suscipiendi amorem inspiraverat. *σύνθεσιν ταύταν ἐπαινήσαντες.* Schol. v. 299: *Ταύτην τὴν συνθήκην τῶν ὅρκων καὶ τῆς βασιλείας πρὸς ἑαυτοὺς ἐπαινέσαντες.* — *ἐόντα πλόον.* Schol. v. 301: *Τὸν ὄντα καὶ δόξαντα πλοῦν.* Rectius præsens adhibitum emphatice pro futuro dices. V. Viger. p. 343 sq. — Deinde primo loco ponuntur filii Jovis, quo teste pactio regni inita. — *ἑλικοβλεφάρου.* Fragm. scol. II (Heyne III, 25. Böckh. II, 2, 611): *Ἀφροδίτας ἑλικοβλεφάρου.* Pyth. VI, 1: *Ἑλικώπιδος Ἀφροδίτας.* De sensu vocis cfr. Schneid. L. g. v. *ἑλικῶπις.* — *ὑψιχαίτας.* *Valde proceri* Damm. Lex. p. 2678. Comam, ut in v. *βαθυχαίτης*, juvenilem vigorem roburque significare, alii volunt, coll. Heyn., Gurl. et Böckh. Sed ipsum *βαθυχαίτης*, vocem *ὑψιχαίτης* idem esse non posse, satis docet. Est *ὑψιχαίτης is, qui χαίτην in alto habet*, i. e. *altus, sublimis, procerus*, coll. *ὑψίκομος*, *ὑψίλοφος* all., de quibus v. p. 472. Et *robur* s. *fortitudo* deinde sequitur. Istud vero prædicatum maxime in Euphemi Periclymenique ortum Neptunium cadit. Procerrima enim Neptunia proles, coll. Schwenck. etymol. mythol. Andeutg. p. 186. — *αἰδεσθέντες ἀλκάν.* Schol. v. 308: *Ἐντραπέντες, ἣν εἶχον, ἀλκὴν καταισχῦναι, εἰ μὴ ὑπακούσειαν τοῖς καλοῦσι· διὰ τοῦτο ὑπέμειναν πλεῦσαι, ἵνα μὴ καταιδεσθῶσιν ὡς ἄνανδροι.* Heynius: „*Virtutem Jasonis reveriti*, i. e. admiratione virtutis ejus.“ Tum vero

male deest *Ἰάσονος*, quod h. contextu abesse nequaquam poterat, coll. Gurlitt. l. c. p. 18. Priorem interpretationem plurimi amplexi. Sed cave, in pindaricis epithetis contextui justo plus indulgeas. Amat Noster abstracta. Hinc erit: *robur, virtutem (ipsam) reveriti*, i. e. *robusti, fortes*, quod jam habet Lonicerus. Simillimum Olymp. VI, 122: *Τιμῶντες ἀρετάς: Reveriti virtutes*, i. e. *probi, egregii, strenui*. Nec diversum *ἀρεταῖαι μεμαλότας* Ol. I, 145. Bene vero fortes robustosque dicit, coll. Tzetz. Lycophr. 156. p. 420. Müll.: *Ἡράσθη τούτου [Πέλοπος] ὁ Ποσειδῶν, τοῦτ' ἔστι θυμικὸς καὶ ἀνδρεῖας ἐγένετο· τοὺς γὰρ θυμικοὺς καὶ ἀνδρείους Ποσειδῶνος καλοῦσι παῖδας καὶ ἐραστάς. — κλέος ἐσλόν. Gloria magna, eximia.* Homerica congessit Damm. p. 637. Hesiodi Sc. 107: *Κλέος ἐσθλόν.* Tyrtæus III, 31: *Κλέος ἐσθλόν.* Solon V, 34: *Ἐσθλὴν δόξαν.* Q. Smyrn. VII, 663: *Κλέος ἐσθλόν.* Incertus Anthol. Palat. T. II. p. 839. ep. CCLXI, 10: *Κλέος ἐσθλόν. — ἐκράνθη.* Schol. v. 310: *Συνεπεράνθη κατὰ τὸν ἀπόπλουν τῶν Ἀργοναυτῶν.* Similiter alii: *Consummabatur, augebatur.* Rectius, si vim vocis spectes (v. p. 221 sq.): *Efficiebatur.* Quod s. expeditionem spectabit, unde nobilitati, s. vitam eorum universam, coll. reliquorum heroum laudibus. Ultimum si elegeris, *ἐκράνθη* erit pro *ἐγένετο, ἦν* (v. pag. 222. not. ibique Eurip. Med.). Et *ὧν* erit pro *οἷς*, coll. Pyth. I, 50. pag. 502. Postremo *ἐσλὸν* prædicatum v. *κλέος*, non simplex adjectivum. Similis vero verbi *τέτυκται* in Homero usus. Il. XV, 207: *Ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται: Bene et hoc factum est*, i. e. *bonum et hoc est. — σόν τε, Περικλύμεν' εὐρυβία.* Pro *Περικλυμένου τε.* Cf. v. 158. ibique nott. p. 658 sq. Schol.

v. 306: *Νηλέως γὰρ ὁ Περικλύμενος, ὁ δὲ Νηλεὺς Ποσειδῶνος υἱός· ὁ δὲ Εὔφημος Ποσειδῶνος ἐκ Ταινάρου, νίωνὰς δὲ Περικλύμενος ἐκ Πύλου.* — *ἐξ Ἀπόλλωνος.* Schol. v. 313: *Ἐξ Ἀπόλλωνος ὤν.* Idem ibidem repetitur. Nec tamen excluditur altera interpretatio: *A Phœbo missus.* Tum cohæret cum *ἔμολεν.* Adstipulantur sequentia: *Πέμπε δ' Ἑρμῆς* etc., qui locus proprie missionem designat, nec tamen ortum excludit. Ejusdem generis locus de Borea filiisque. — *εὐαίνητος Ὀρφεύς.* Vulgaris fama, cui alibi et Pindarus obsequitur (Fragm. inc. CLXXVI. Heyne III, 156. Böckh. II, 2, 654), referente schol. v. 313. Deinde apollineum Orphei genus scholæ orphicæ deberi apollineæ, Creuzerus perhibet Mythol. Edit. II. T. III. p. 239. De Orphei genealogia v. quoque Bode: Orpheus, poetarum antiquissimus p. 24. not. 20. Postremo schol. v. 313: *Ὅμέντοι Χαῖρις οὐκ ἀπιθάνως τούτους φησὶν ἀναμάσθαι τοὺς ἐκ θεῶν γεγονότας, οἷον Διοσκούρους καὶ Ἡρακλέα, οὕτω δὴ καὶ Ὀρφέα, διὰ τὸ Ἀπόλλωνος εἶναι υἱὸν γόνῳ.* Dicit Chæris, *deorum filios* h. toto loco recenseri, cum inter Argonautas mortalium quoque filii fuerint. Sed Tyndaridarum alter (Nem. X, 151) et Periclymenus mortali patre editi. — *Ἑρμᾶς χρυσόραπις.* Ut deorum nuntius atque animarum deductor. Orph. Arg. 138. Herm.: *Χρυσόῤῥαπις Ἀργειφόντης.* *Λιθ.* 15: *Χρυσόῤῥαπις*, pro Mercurio. Musæus 150. Pass.: *Χρυσόῤῥαπις Ἑρμῆς.* Nonn. Dionys. XXXVI, 11: *Εὔῤῥαπις Ἑρμῆς.* — *ἄτρυτον πόνον.* Schol. v. 316: *Δεινότατον.* Ad v. 317: *Τὸν ἀκαταπόνητον· ἐκ δὲ τούτου τὸν ὑπερβεβλημένον ὡς δεινὸν ἐμφαίνει.* Ibidem: *Ἢ τὸν οὐκ ἐνδιδόντα οὐδὲ ὑπείκοντα.* — *κεχλάδοντας ἴβας.* V. 281: *Ἄνθος ἴβας κυμαίνει.* Schol.

v. 316: *Τῷ τῆς ἀχμῆς ὑπεραίροντας θερμῷ.* Schol. v. 318: *Πληθύοντας τῇ ἴβῃ.* Ibidem: *Κυρίως δὲ χλῆδος ἡ μετὰ ἤχου τῶν ὑδάτων ῥύσις μιμητικῶς εἰρημένη, ὡς καὶ βρόμος πυρός.* De his v. Heyn. nott. critt., Gurlitt. l. c. p. 19. et has Dilucc. p. 236. 330. Jam schol. ibidem, coll. schol. v. 316: *Τῷ δὲ σχήματι ἑρμηνείας πλειστάκις Ἀλκμὰν κέχρηται. ἐπὰν γὰρ περὶ δυοῖν ποιῆται τὸν λόγον, τὸ ἕτερον ὄνομα προθεὶς περὶ ἀμφοῖν ποιεῖται τὸν λόγον, εἶτα οὕτω τὸ ἕτερον προσαποδίδωσιν, οἷον Κάστωρ τε, πώλων ταχέων δμητῆρες ἱππόται σοφοί, καὶ Πολυδεύκης κυδρός* [ubi Welck. p. 20]. *καὶ Ὅμηρος* (Il. V, 774)· *Ἴκι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος.* — *ταχέως.* Repetitur *τάχα* v. 303. Aliter Böckhius: „*Celeriter* autem hi advolaverant, quippe *ocius* impulerat pater.“ — *Παγγαίου.* Situm hujus montis illustrat Spanhem. ad Callim. Del. 134. — *ναιετάοντες.* Böckhius: „Venerunt etiam heroes *quidam* apud Pangæum *habitantes*; etenim Zeten Calainque misit pater.“ Dictum hoc ob articuli *οἱ* absentiam. Quæ in hoc poeta non est majoris momenti. Accedit, quod auditis verbis *ταχέως . . . ἔβαν* auditorum unusquisque in hoc Argonautarum potiorum indice de Boreadis illis illico cogitare debuerit. Erunt igitur *ναιετάοντες die Wohnenden*, sc. *κατ' ἐξοχήν.* Eorumque nomina eto. singulari deinde sententia Noster tradit, cum potuisset totum de Zete Calaique locum unius sententiæ complexu absolvere. Sed obsequitur suo mori, coll. Pyth. I, 125. p. 516. — *ἐχὼν θυμῷ γελανεῖ.* Cf. Ol. V, 5: *Καρδίᾳ γελανεῖ.* Posterius est vocis *ἐχὼν* repetitio emphatica. Ejusdem generis sequens *θᾶσσον.* — *ἔντυνεν.* Schol. v. 321: *Ἐκέλευσεν. Impulit ad iter.* Tum respondebit

pindaricum *ἐντύω*, de quo v. indd. Sed vide, ne præstet *instruxit*, coll. Schneid. Lex. g. vv. *ἐντύνω* et *ἐντύω*.— *Ζῆταν Κάλαΐν τε.* Horum nomina docte explicat schol. v. 324: *Ἴσως δὲ τὰ ὀνόματα πεποιημένα ἀπὸ τοῦ πατρός, οἷον Ζαήτην τὸν ἄγαν ἄοντα καὶ πνέοντα, καὶ Κάλαϊν οἷον καλῶς ἄοντα.* Quod de Zete dicit, simplicius hoc iis, quæ habet Schwenck. Etym. myth. Andeutg. p. 196. In posteriore nomine Schwenckianam rationem ita sequor, ut alteram vocis compositæ radicem (*ἄω*) non excludam. Tum erit *Κάλαϊς* idem fere quod *λαμπρὸς ἄνεμος* etc. — *ἄνδρας πτεροῖσιν νῶτα περιέχοντας ἄμφω πορφυρέοις.* *Horrentes terga alis.* Pedibus alas imponit Apoll. Rh. I, 219: *Τὼ μὲν ἐπ' ἀκροτάτοισι ποδῶν ἑκάτερθεν ἑρεμνὰς Σεῖον ἀειρομένω πτέρυγας, μέγα θάμβος ἰδέσθαι, Χρυσείαις φολίδεσσι διαυγέας· ἀμφὶ δὲ νώτοις Κράατος ἐξ ὑπάτοιο καὶ αὐχένος ἔνθα καὶ ἔνθα Κυάνεαι δονέοντο μετὰ πνοιῇσιν ἔθειραι.* Falli vides, qui Apollonium in tergo Boreadarum alas ponere testantur. Capiti imponit Orph. Argon. 222. Herm.: *Οἳ δὴ καὶ ταρσοῖσιν ὑπωιατίοις πεπότηντο, Ζήτης καὶ Κάλαϊς, δέμας εἴκελοι ἀθανάτοισιν.* Apollodoro I, 9, 21. sunt simpliciter *πτερωτοί*. Postremo cum *περιέχ.* conf. Emped. 234: *Χαῖται νώτοις ἐπιπεφρίκασι.* — *τὸν δὲ παμπειθῆ γλυκὺν ἡμιθέοισίν γε πόθον ἔνδαιεν Ἥρα.* Schol. v. 328: *Ἐπέκαιε δὲ καὶ ἐνέβαλλεν ἐπιθυμίαν* etc. De Junone Argonautis, maxime Jasoni, favente cfr. Böckh. Explicc. p. 275. Eandemque deam præ aliis Jason coluit, coll. Orph. Argon. 61—65. Et navem deæ istius jussu Minerva ædificavit Orph. ibid. 66 sq. — *τὰν αἰῶνα.* Idem genus Pyth. V, 7: *Κλυτᾶς αἰῶνος.* Schol. v. 328: *Θηλυκῶς ὁ Πίνδαρος τὴν αἰῶνα*

κατὰ τὸ ἴδιον ἔθος ἐξήνεγκε. — *παρὰ ματρὶ μένειν.* V. ad Ol. I, 71. p. 31. — *πέσσοντ'.* V. ad Olymp. modo cit. p. 36. — *ἀλλ' ἐπὶ καὶ θανάτῳ φάρμακον κάλλιστον ἐᾶς ἀρετᾶς ἄλιξιν εὑρέσθαι σὺν ἄλλοις.* Schol. v. 328: *Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας ἀρετῆς κάλλιστον φάρμακον τὴν μετὰ ταῦτα εὐδοξίαν σὺν τοῖς ἄλλοις ὁμήλιξιν εὑρέσθαι.* Unice vera hæc interpretatio. Non expressit quidem Noster illud *φάρμακον*: sed elucet e contextu. Est *gloria fortibus* (*vel post mortem*) *obtingens*. Quominus vero *ἀρετὰ* ipsa tibi *gloria* esse videatur, dictio loci impedit. Quid enim erit illud gloriæ heroum *φάρμακον*, nisi ipsa gloria? Rectius igitur dixisset *ἀρετάν*, non *ἀρετᾶς φάρμακον.*[26]) Deinde *φάρμακον ἀρ.* non esse posse *incitamentum virtutis*, bene vidit Böckhius. Neque enim morte ad virtutem impellimur, sed virtute ad mortem. Est igitur *φάρμακον ἀρετᾶς fomentum* virtutis heroum *lenimentumque*, multas ærumnas perpessæ, quæ alibi apud Pindarum (v. Heyn.) simili dictione utentem exprimuntur, h. l. tacentur.[27]) Argonautas enim *κίνδυ-*

---

26) Alii quidem interpretabuntur: *Illud invenire, quod faceret, ne gloria ipsorum intercideret*, i. e. *ἀθανασίαν*. Verum Argonautae gloriam suam morte non servare, sed vel condere vel augere volebant.

27) Operae pretium videtur, *φαρμάκου* similiumque vim breviter explicare. Est ea duplex, ut ipsorum medicamentorum. Cernitur enim vel in depellendis malis, vel in efficiendis bonis. Loquatur pro me Wyttenbachius ad Boissonadii Eunapium T. II. p. 35 sq. (ad *φάρμακον σαφηνείας*): „Ceterum *φάρμακόν τινος* utroque modo usurpatur, ut sit medicamentum, vel *efficiendo bono* destinatum, vel *averten-*

νος κρατεροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἄλοις v. 125., deinde *ἄεθλον* expeditionem dicit ipse Pelias v. 293.; postremo Mercurii filii (cum aliis) venere *ἐπ' ἄτρυτον πόνον* v. 317 etc. Et vide, ne voce *φάρμακον* utens iis simul præludat, quæ postea de Medeæ veneficiis Jasonem tuentibus dicit. Gloria enim post mortem heroibus conferenda non aliter virtutem eorum ab interitu defendebat, quam Jasonem Medeæ *φάρμακα*. Ita sententiam habes in Nostro frequentem. V. ad Ol. IV. p. 167 sq. Cui interpretationi quæ Wagn. et Gurl. l. c. p. 20. opponunt, ea paucis se probatura puto. Eisdem vero φ. ἐ. ἀ. est *praesidium virtutis declarandae*. Quod præsidium quanam re constiterit, non satis aperuere viri docti. Et hac posita ratione male dixit P. *invenire* pro *eligere, suscipere*. Deinde *φάρμακον id* est, *quod rem efficit*, non, *quod rem declarat*. Postremo nec alter scholiastes viris doctis favet. Ita enim Græcus: *Φάρμακον θανάτου τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν εὔκλειαν, ἀντὶ τοῦ παραμυθίαν τοῦ θανάτου ταύτην εὑρεῖν, τὴν ἀπὸ τοῦ διαπλεῦσαι ἀρετήν.* Vides, Græco *ἐπὶ θανάτῳ* esse *contra mortem*, *φάρμα-*

---

do malo." Affert deinde varia duplicis usus exempla. In his, quae nos addimus, est *φάρμακον praesidium, adminiculum rei efficiendae*. Eurip. Hel. 1055: *Σωτηρίας ἄκος*. Platonis legg. II. ed. Bip. T. VIII. p. 100: *Φάρμακον αἰδοῦς* etc. Aristotelis Polit. 5, 8. Schn.: *Τούτου ἄκος: Hujus rei subsidium*. Dio Chrysost. or. VII (Reiske T. I. p. 271): *Σωφροσύνης φάρμακον: ars temperantiam gignens*. Ubi editor. Diog. Laert. I, 104: *Φάρμακον μανίας: unde vesania efficitur*. Schol. Ther. Nic. 343 (Schneider. p. 73): *Φάρμακον ἀθανασίας: subsidium immortalitatis*. Nonn. Dionys. XVI, 328: *Φάρμακον εὗρεν ἔρωτος ἑὸν φυτόν: amoris adminiculum*. Alia v. ap. Wagn. l. c p 28. Gurl. l. c. p. 20.

κον ἀρετᾶς i. q. *gloriam, solaminis vice fungentem.* I. e. *Gloriam, vel mortis solamen futuram.* In his bonum, quod de v. *φάρμ.* dicitur; reliqua non audienda. Omnino enim tenenda, quae alii de *ἐπὶ* h. l. praeceperunt, coll. Böckh. Explicc. p. 276. ibique cit. Werfer. Adi quoque Matth. Ausführl. gr. Gr. §. 485, *β.* p. 1165. ed. II.

V. 334—376.

Jolci recensu acto navem heroes conscendant, ancorisque solutis Jason libat. Jamque fausto fulmine ad spem erectos notus ad Ponti ostia defert, ubi Neptuno sacra faciunt templumque extruunt. Inde Cyaneas superant. κατέβα. Schol. v. 334: *Τὸ δὲ κατέβα ἀντὶ τοῦ κατῆλθε, καὶ πυκνῶς τούτῳ χρῆται τῷ καταβῆναι ἀντὶ τοῦ παραγενέσθαι.* Vide Nos p. 640 all. *Descendebant ad mare.* — ναυτᾶν ἄωτος. *Nautae eximii.* Eurip. Hel. 1593: *Ὦ γῆς Ἑλλάδος λωτίσματα: Graeciae flos.* Liv. XXXVII, 12: *Flos juventutis.* — λέξατο. Schol. v. 334: *Κατέλεξε καὶ κατελόχισεν, ἢ ἠρίθμησεν.* — *μάντις ὀρνίχεσσι καὶ κλάροισι θεοπροπέων ἱεροῖς.* Schol. v. 337: *Ὁ μαντικώτατος Μόψος ὄρνισί τε καὶ κλήροις μαντευόμενος προθύμως ἐνεβίβασε τῷ σκάφει τοὺς Ἀργοναύτας, αἴσιον γενέσθαι δηλονότι φήσας τὸν ἀπόπλουν.* Idem ibidem: *Εἰώθασι δὲ διὰ κλήρων μαντεύεσθαι· οἷον, ἐὰν βάλλοντός μου τόδε ἀναβῇ, ἀποτελεσθήσεται τόδε· ἐὰν δὲ μή, οὐκ ἀποτελεσθήσεται.* Ibidem: *Κλήροις τὸ πρὶν ἐμαντεύοντο, καὶ ἦσαν ἐπὶ τῶν ἱερῶν τραπεζῶν ἀστράγαλοι, οὓς ῥίπτοντες ἐμαντεύοντο.* Ceterum vide, ne hendiadyce h. l. avium sint *κλᾶροι* (*avium κλήροις, augurüs*), coll. Eurip. Phön. 838: *Κλήρους τέ μοι φύλασσε παρθένῳ χερί, οὓς ἔλαβον, οἰωνίσματ' ὀρνίθων μαθὼν Θάκοισιν*

ἐν ἱεροῖσιν, οὗ μαντεύομαι. Ad quem l. v. scholl. cum Valck., et Spanh. ad Call. Pall. 123. De *θεοπροπ.* v. Buttm. Lexil. I, 19 sq. — *Μόψος.* Schol. v. 337: *Κατ' ἐνίους δὲ τρισὶν ἐχρήσαντο μάντεσιν οἱ Ἀργοναῦται, Μόψῳ τῷ Ἄμπυκος, Ἴδμονι τῷ Ἄβαντος, καὶ Ἀμφιαράῳ τῷ Οἰκλέως. — ἐπεὶ δ' ἐμβόλου κρέμασαν ἀγκύρας ὕπερθεν.* Schol. v. 341: *Ἰδίως τοῦτό φησιν ὁ Πίνδαρος· οὐ γὰρ ταῖς ἀγκύραις ἐκέχρηντο τότε, ἀλλὰ λίθοις, ὥς φησι καὶ Ἀπολλώνιος* [Arg. I, 955., coll. Gesn. ad Orph. Arg. 494. pag. 100. Hermann.]. Ibidem: *Ἐμβόλου· τοῦ ξύλου, εἰς ὃ ἀναδεσμοῦσι τὴν ἄγκυραν.* De ancoræ suspensione cfr. v. 43. — *χρυσέαν χείρεσσι λαβὼν φιάλαν.* Cum his, quæ P. h. l. narrat, cfr. Apoll. Rh. I, 402 sqq., inprimis v. 534 (de eadem re): *Καὶ μέθυ λείβον ὕπερθ' ἁλός.* Adde Orph. Arg. 305. Et Jason in Phasin delatus aureo poculo libavit Apoll. Rh. II, 1271. Dein argenteæ aureæque phialæ Atheniensium libantium navesque solventium Thuc. VI, 32. V. quoque Aristoph. Pac. 432., coll. Siebelisio ad Paus. T. I. p. 122. — *ἐν πρύμνᾳ.* Quæ terræ propior, cui præter sacra diis facienda valedicebant. Ibidemque gubernatoris et ducis sedes, de quo Böckh. Explicc. p. 276. Interprr. Theophr. char. XXII, 2. — *πατέρ' Οὐρανιδᾶν ἐγχειχέραυνον Ζῆνα.* Schol. v. 344: *Διατί δὲ πρῶτον ἐπισπένδων τῇ θαλάσσῃ, Διΐ καὶ οὐ Ποσειδῶνι ἔθυσεν ὁ Ἰάσων; καὶ φαμεν εἰκότως παρὰ τὸ Ἀράτειον* (Phænom. init.)· *μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεσταὶ δὲ θάλασσα Καὶ λιμένες.* Et Jove teste fœdus Peliam inter et Jasonem pactum, ejusdemque dei signa exspectabant Argonautæ iter inchoantes. — *κυμάτων ῥιπάς.* Nem. III, 102: *Θαλασσίαις*

ἀνέμων ῥιπαῖσι. Fragm. inc. XLV (Heyne III, 104. Böckh. II, 2, 675): *Πόντου τε ῥιπαί.* Est proprie *ῥιπὴ vibratio*, coll. Blomf. gloss. Aesch. Prom. 126. — *ἀνέμων τ'*. Repeti hanc formam Pyth. IX, 85., alii viderunt. V. quoque Soph. Ant. 137. coll. 920: *Ῥιπαῖς ἀνέμων.* Apoll. Rh. III, 970: *Ῥιπῆς ἀνέμοιο.* Call. Del. 25: *Ῥιπῆς βορέαο.* Q. Smyrn. XI, 263: *Ἀνέμοιο ῥιπή.* Tryph. 515: *Ἀνέμων ῥιπῇ.* Simplices *ῥιπαὶ* venti esse videntur Hermanno Soph. Oed. C. 1250., coll. Jacobs. ad Anth. gr. Lips. IX, 435 sq. Jam venti vario apud veteres honore habiti. De Persis, Græcis etc. v. Spanh. ad Call. Del. 26. Blomf. nott. critt. ad Aesch. Prom. 88. Quorum virorum copiis meæ accedant. Orph. hymn. I, 38: *Ἀνέμους τε πρόπαντας* (*κικλήσκω*). Philodemus Anthol. Palat. VII, CCCXLIX, 3: *Καὶ κύματα, καὶ σὺ, Πόσειδον, Καὶ Θρῄξ, ἀνέμων πρηΰτατε, Ζέφυρε.* Clemens Alex. Strom. VI. p. 630. Sylb.: *Δελφοὶ δέ, Ξέρξου ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσαντος, ἀνειπούσης τῆς Πυθίας· Ὦ Δελφοί, λίσσεσθ' ἀνέμους, καὶ λώϊον ἔσται· βωμὸν καὶ θυσίαν ποιήσαντες τοῖς ἀνέμοις, ἀρωγοὺς αὐτοὺς ἔσχον.* Alia v. ibidem. Cic. Tusc. V, 4. — *πόντου κελεύθους. Mare pernavigandum.* Pyth. V, 118: *Ἁλὸς βαθεῖαν κέλευθον.* Apoll. Rh. II, 628: *Ἁλὸς κέλευθα.* IV, 589: *Κελεύθους ἁλός.* Orph. Arg. 69. Herm.: *Τρίβους θαλάσσης.* 86: *Θαλάσσης Παρθενίης ἀτραπούς.* 265. idem. Secundus Anthol. Pal. IX, XXXVI, 1: *Πελάγεις κέλευθον.* — *ἄματά τ' εὔφρονα.* Soli *dies* habent prædicatum, velut sequens *reditus.* Et acute monet Böckhius, non esse, quod ad antecedentia suppleas *εὔφρονα.* Potius (ut Böckhii verba repetam) ista cum Jove simpliciter invocantur; ex qua tamen prece sponte intelligitur, illa quoque Jasonem velle sibi propitia reddere, etsi *εὔφρο-*

νας grammatice non adjunctum sit. Similiter Wagnerus l. c. p. 28 sq.: „Omnino, qui adfectu aliquo concitati sunt, omnia, quæ animum vehementer adficiant, in votorum, precum, obtestationum partes trahere solent.“ Alii cum Erasmo Schmidio Gedikioque Jovem quidem, ventos, noctes, mare proprie invocari dicent, dies vero serenos reditumque dulcem invocando optari, coll. schol. v. 34: *Ἐπαναστρέψασθαι ἠξίου.* Postremo diversorum, quæ invocantur, conjunctione similis Euripides Jon. 869: *Ἀλλ' οὐ, τὸ Διὸς πολύαστρον ἕδος καὶ τὴν ἐπ' ἐμοῖς σκοπέλοισι θεὰν λίμνης τ' ἐνύδρου Τριτωνιάδος πότνιαν ἀκτάν, οὐκέτι κρύψω λέχος.* Ejusdemque Medea 146. Elmsl.: *Ἄϊες, ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς, ἰαχάν. — νόστοιο μοῖραν.* I. e. *νόστον.* V. p. 610 sq. — *ἀμπνοὰν ἔστασαν.* Schol. v. 354: *Ἀναπνεύσαντες δὲ οἱ ἥρωες ἔστησαν: Recreati stabant,* i. e. *recreabantur.* Böckhius pro *ἀναπνεύσαντες* schol. malit *ἀναπνοάν.* Ibid. schol.: *Ἀμπνοὰν δὲ ἔστησαν, περιφραστικῶς Ἀνέπνευσαν.* V. interprr. Addo *βοὴν στῆσαι* Eurip. Heracl. 129. 657. V. quoque Eurip. ind. Barnes. v. *ἱστάναι.* — *Θεοῦ σάμασι πιθόμενοι. Jovis,* quem ideo præcipue invocarant. — *τεραστόπος. Mopsus.* — *ἐνίπτων ἐλπίδας.* Schol. v. 356: *Ὑπεμφαίνων.* Sed vide, ne cum Böckhio eligendum præstet *inculiens spem,* ut *ἐνίπτω* cognatum sit cum *ἐνιάπτω.* — *σὺν νότου δ' αὔραις ... πεμπόμενοι.* Nem. VII, 42: *Πόρευσαν* (*Graecos*) *εὐθυπνόου Ζεφύροιο πομπαὶ πρὸς Ἴλου πόλιν.* Nonn. Dionys. III, 42: *Θρηϊκίην πόμπευον ἐς ἠόνα μάντιες αὖραι.* — De loco, ubi Neptuno sacrum conditum, v. Böckh. Explicc. p. 276. Buttm. Lexil. II, 32 sqq. Duodecim diis altare

tare ab Argonautis pontum euxinum introlturis conditum refert Apoll. Rh. II, 532., ad quem l. v. Buttm. cit. Aram in insula Lemno secundum alios Jason Colchos petens condidit, de quo cf. Meurs. in Lyc. 912. — *Ἀξείνου στόμα.* Vel proprie *ponti euxini ostia*, vel *bosporum thracicum*, coll. Blomf. glossar. Aesch. Pers. 882. — De *ἔσσαντ'*, quod sollemne in templis etc. ponendis, v. ad Pyth. V, 55. — *καὶ νεόκτιστον λίθων βωμοῖο θέναρ.* Hæc non, ut scholiastæ (v. 361) multique interprr. cum *φοίνισσα* etc. ita jungo, ut Argonautis præsto fuerit et boum grex et ara. Immo campum Neptuno consecrasse eidemque aram posuisse puto, non obstante *νεόκτιστον.* Ara enim, quam ponebant, eo ipso evadebat *νεόκτιστος* (*nova*), de qua prolepseos forma v. egregie disputantem Hellerum ad Soph. Oed. C. 1194. p. 522—526. Hoc vero lyricâ amplificatione bubus opponit, qui non ut *τέμενος* et ara parandi erant. Jam verba *φοίνισσα ... ὑπᾶρχεν* vel cum Heynio parentheseos signis include, vel kolis. Et puncta post *τέμενος* et *ὑπᾶρχεν* habet Romana. — *ἐς δὲ κίνδυνον βαθὺν ἱέμενοι.* Schol. v. 368: *Εἰς δὲ τὸν ὑψηλότατον κίνδυνον προθυμίαν ἔχοντες καὶ σπουδήν.* Rectius *petentes, se immittentes*, coll. Eurip. Bacch. 127: *Ἱέμενος εἰς ὄρεα Φρύγια: petens montes Phrygios.* Incertus poeta argumenti tertii Soph. Oed. C. (p. 7. ed. Hell. et Död.): *Εἰς τὸν Κολωνὸν ἵεσο: Colonum pete.* Confer Latinorum *mitto, immitto, permitto.* — *συνδρόμων ... πετρᾶν.* Easdem Eurip. Iphig. T. 123. dicit *πόντου δισσὰς συγχωρούσας πέτρας Εὐξείνου.* 231: *Γῆν κυανέαν Συμπληγάδα.* De hac regione vide inprimis Choiseulii Gouffierii recherches sur l'origi-

ne du bosphore de Thrace (Memoir. de l'institut roy. T. II. p. 484 sq. a. 1815.), referente Krusio: Ueber Herodots Ausmessung etc. Append. p. 3 — 17. Adde schol. v. 370. Alia v. apud Ritterum Vorhalle etc. p. 440.— *ἀνέμων στίχες.* Schol. v. 373: *Ὁρμαί (impetus), ἴσως δὲ ἀπὸ τοῦ στίζειν τὴν θάλασσαν· στιγμῇ γὰρ ἔοικε τὸ φρικάζον. καὶ Ὅμηρος* (Il. XIV, 16.)· *Ὡς δ' ὅτε πορφύρει πέλαγος μέγα.* Schneiderus L. g. v. *στίξ*: Zug, Gang der Winde. Quocum conferre licet *nubium tractus* Tac. Ann. II, 23. Sed adversatur pluralis, et *στιξ* est *series, ordo*. Inprimis pluralis vox militaris, coll. Eurip. ind. Barnes. v. *στίξ*. Blomf. glossar. Aesch. VII Th. 919. Hinc rectius *ventorum series, agmina, ordines*, coll. Pyth. VI, 10: *Χειμέριος ὄμβρος.., ἐριβρόμου νεφέλας στρατὸς ἀμείλιχος. — ἀλλ' ἤδη τελευτὰν κεῖνος αὐταῖς ἡμιθέων πλόος ἄγαγεν.* Schol. v. 373: *Οἰκείως δὲ τελευτὴν ἐπήγαγεν ὡς πρὸς τὸ ζωάς· καὶ γὰρ εἵμαρτο, διαπλευσάσης νεὼς ῥιζωθῆναι τὰς πέτρας τῷ πελάγει.* De iisdem Apoll. Rh. II, 604: *Πέτραι δ' εἰς ἕνα χῶρον ἐπισχεδὸν ἀλλήλῃσιν Ἐμμενὲς ἐῤῥίζωθεν, ἣ δὴ καὶ μόρσιμον ἦεν Ἐκ μακάρων, εὖτ' ἄν τις ἰδὼν διὰ νηῒ περάσῃ.* Orph. Arg. 711. Herm.: *Ἀλλ' ὅτε δὴ πορθμοῖο κατὰ στόμα καὶ διὰ πέτρας Κυανέας ἤμειψε λάλος τρῶπις, αὐτίχ' ἅρ' αἵ γε Βυσσόθεν ἐῤῥίζοῦντο, καὶ ἔμπεδον αἰὲν ἔμιμνον. Οὕτω γὰρ Μοῖραί οἱ ἐπεχλώσαντο βαρεῖαι.*

V. 376—438.

In Phasin delati Argonautae Colchos adoriuntur; tum Venere intercedente Jason Medeam sibi conciliat, cujus artibus boves ignivomos subigit, quo facto eidem Aeetes, ut vellus aureum auferat, permittit. *κελαινώπεσσι Κόλχοισιν.* Horum nigrum colorem primus aucto-

rum, qui supersunt, narrat Pindarus, deinde recentior Herodotus II, 104., addens eorundem originem ægyptiacam, alii. De qua jure dubitans Ritterus (Die Vorhalle europäischer Völkergeschichten etc. p. 35 sqq. p. 48 sqq.) Indiam eorum patriam docte auguratur. Ejus tamen rei notitia nec veteres latuit, coll. Tzetza Lyc. 174: *Οἱ δὲ Κόλχοι καὶ Ἰνδικοὶ Σκύθαι εἰσίν.* Origini eorundem libycæ adversatur quoque, quod Tzetz. ibid. 887. *Scythas Asianos* vocat. Et Colchida schol. v. 376. (coll. ad v. 301.) Scythiam dicit. Valer. Flacc. V, 326: regiam Aeetæ *scythicam*. Indosque Nonnus nigros dicit Dion. XVII, 390. XXVIII, 12. XXIX, 5. 17. XXX, 6. XXXI, 173. 275. XXXIV, 357. XXXVI, 424. XXXVII, 48. XXXVIII, 83. XXXIX, 236. XL, 270. Idem bellum Bacchi indicum dicit *Καυκασίην δῆριν Ἀμαζονίου ποταμοῖο. — βίαν μίξαν.* Scholl. v. 376. 379: *Παρεγένοντο, συνῆλθον, ἐμίγησαν αὐτοῖς.* Obest *Αἰήτα παρ' αὐτῷ*, quod tum vacuum fore, vidit Böckh., coll. Gurl. l. c. p. 25. Rectius erit *adorti sunt*, coll. Latinorum illo *vim alicui adhibere, afferre, inferre*. Conferatur Lycophro 518: *Ἀλκὴν ἄμικτοι*: *quibus vis inferri nequit*, i. e. *bello intractabiles*. 1421: *Στρατῷ δ' ἀμίκτῳ*: eodem sensu. Adde homericum *μένος φέρειν* etc. (Damm. Lex. p. 1613 sq.), quod imitati seriores. Apoll. Rh. II, 69: *Ἐπ' ἀλλήλοισι μένος φέρον ἀντιόωντες.* Q. Smyrn. II, 516: *Θυμὸν καὶ μένα κάρτος ἐπ' ἀλλήλοισι φέροντες.* Postremo Heynius: „Fuere quoque inter Argonauticarum rerum scriptores, qui cum Colchis pugnatum esse dicerent.“ Certe non Apollonius, Apollodorus, Orphica, coll. Böckh. Explicc. p. 277. Tacet quoque Valerius Flaccus. Nec video, quare hoc non soli Pindaro debeatur, ut (monente schol.

v. 281) Phrixi anima in patriam relata. Bene vero genioque ævi heroici convenienter Argonautas primo armis decertasse fingit. Quod cum vel improspere cessisset, vel aliam omnino viam eligere placuisset, ventum ad res venereas. Et nota: Jason Aeetæ filiam in hoc poeta amore suo irretit, quum apud reliquos, quos novimus, scriptores amoris initium Medea fecerit. Laudandus iterum Noster: ab Jasone debebat prosper expeditionis eventus pendere, non a muliere. Ille igitur veneficæ artes sui quasi juris fecit. Quæ Böckhius de pugna non *commissa*, sed *constituta* habet, ea, vix video, quomodo cum verbis poetæ luculentis minimeque ambiguis conciliari possint. Tacet Noster dimicationis eventum, et amorem illico subjungit; euphemistice, dices: nimirum si vi, quæ volebant, auferre potuissent, abstulissent; substituuntur artes, quamquam vel sic ducis robur ac fortitudo eluxit. — *πότνια .. βελέων.* Schol. v. 380: *Ἡ δέσποινα δὲ τῶν ὀξυτάτων βελῶν. Venus.* Affert Heynius Il. XXI, 470. Adde Schneid. Lex. g. v. *πότνιος*, inprimis Lexx. latt. v. *potens*. Et vide, ne radices vocum *πότνιος* et *potens* conspirent. Cum his Veneris armis cf. quoque Eurip. Med. 618. Elmsl.: *Μήποτ', ὦ δέσποιν', ἐπ' ἐμοὶ χρυσέων τόξων ἐφείης, ἱμέρῳ χρίσασ', ἄφυκτον οἰστόν.* — *ποικίλαν ἴυγγα.* Aristoteles H. A. II, 12. T. I. p. 859. C. ed. Pac. (coll. schol. nostro v. 380): .. *Οἷον ἡ καλουμένη ἴυξ. αὕτη δ' ἐστὶ μικρῷ μὲν μείζων σπίζης, τὸ δὲ εἶδος ποικίλον· ἰδίᾳ δ' ἔχει τά τε περὶ τοὺς δακτύλους, καὶ τὴν γλῶτταν, ὁμοίως τοῖς ὄφεσιν. ἔχει γὰρ ἐπὶ μῆκος ἔκτασιν, καὶ ἐπὶ τέτταρας δακτύλους, καὶ πάλιν συστέλλεται εἰς ἑαυτήν. ἔτι δὲ περιστρέφει τὸν τράχηλον εἰς τοὐπίσω, τοῦ λοιποῦ σώματος ἡρι-*

μοῦντος, καθάπερ αἱ ὄφεις. ὄνυχας δ' ἔχει μεγάλους μέν, ὁμοίους μέντοι πεφυκότας τοῖς τῶν κολοιῶν. τῇ δὲ φωνῇ τρίζει. De eadem ave v. Eund. ibid. libro IV. p. 1205. ejusd. edit. Rem illustrarunt scholl. v. 380., Wagnerus, Heynius, Böckhius ad h. l., Potterus Müllerusque ad Lycophr. 310. p. 56. 1446., Jacobs. ad Anthol. Palat. T. III. p. XXXV sqq. ibique cit. Huschk., interprr. Aristæn. epist. II, 19. p. 714. Boiss., Hammerus in libro: Copie figurée d'un rouleau de Papyrus trouvé en Egipte etc. p. 3. — τετραχνάμον' . . ἐν ἀλύτῳ ζεύξασα κύκλῳ. Schol. v. 380: Ἐν τῷ τετραχνήμονι κύκλῳ. V. nos ad Pyth. II, 73. p. 547. Qui τετράχναμον codicum tuentur, non debebant Pyth. II, 73. afferre. Ibi enim δεσμὸς non sunt vincula, quatuor rotæ radiis inhærentia (ita vinculorum notio bis exprimetur, coll. v. 75. γυιοπέδαις), sed rota ipsa vinculi nomine veniens. — μαίνάδ' ὄρνιν. *Vesanam avem*, designandi amoris causa. Pyth. II, 49. sunt φρένες μαινόμεναι amantis, cujus vesania et stultitia notatur. — λιτάς τ' ἐπαοιδάς. Schol. v. 385: Λιτανευτικάς. V. quoque Heyn. ad Ol. VI, 132. Priorem amore captam Medeam alii cecinerunt, coll. iis, quæ supra notavimus. Sufficiat Orph. Argon. 869 — 889. — ὄφρα Μηδείας τοκέων ἀφέλοιτ' αἰδῶ. Eurip. Med. 470. Elmsl. (Medea de se): Αὐτὴ δὲ πατέρα καὶ δόμους προδοῦσ' ἐμούς κ. τ. λ. Orph. Arg. 883. de eadem re: Οὖτιν' ὀπιζομένη (Medea), πατρὸς χόλον οὐκ ἀλέγουσα. Deinde retinendum Μηδείας. V. Damm. Lex. v. ἀφέλω p. 615. Indic. Eurip. Barnes. v. ἀφαιρεῖν. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 561. not. — δονέοι μάστιγι Πειθοῦς. I. e. *persuaderet*, sc. (schol. v. 388) παρασκευάσαι, συναπᾶραι

τοῖς Ἀργοναύταις, velut Colchicis virginibus πόθον Ἑλλάδος tribuit Apoll. Rh. III, 262. Simplicius tamen: .. *ut faveret Graecis, inprimis Jasoni.* Est enim Πειθὼ Veneris filia, coll. Sapph. Fragm. CV. Volg. Pyth. IX, 68. — Habent dii vario sensu flagellum, coll. Heyn. ad h. l. Pott. ad Lyc. 436: „Et solet μάστιξ pro quovis cruciatus genere sumi, unde nonnunquam pro ultione divina sumitur.“ V. quoque Müllerum ad eundem Lycophronis locum et Blomf. glossar. Aesch. VII Theb. 604. Addo Paulum Silentiarium Anthol. Pal. V, CCLIV, 7: *Μὴ δέ με μάστιγι, πότνα* (virgo), *κατασμύξῃ καὶ σέο καὶ μαχάρων.* Nonn. Dionys. XLV, 6 (coll. XXXIV, 136): *Κρονίης μάστιγος ἱμασσομένη φρένα κέντρῳ.* XLVI, 100: *Δαιμονίῃ μάστιγι.* Schol. Porphyr. in Horat. sat. I, 8, 48: *Caliendri meminit et Varro in eo libro, qui inscribitur Virgula divina, dicens: Ego nunc postulo Agamemnona meum etc.* Est h. l. μάστιξ *dea vis irresistibilis,* ut alibi deorum in mortales imperium jugo et stimulo significatur, de quibus v. nos p. 581. Sic jugum Veneri tribuit Oppianus Halieut. IV, 156 — 159. Deinde nostri loci dea aliis quoque armis instruitur. Pyth. IX, 68: *Κρυπταὶ κλαῖδες ἐντὶ σοφᾶς Πειθοῦς ἱερᾶν φιλοτάτων.* Ad quem locum nostrumque consulatur quoque Volgerus ad Sapph. Fragm. CV. Nonn. Dionys. XXV, 150: *Ὁππότε Πειθῷ Χάλκεον ἔγχος ἔπαλλε.* Coluthus 28: *Ἦλυθε Πειθώ, Τοξεντῆρος Ἔρωτος ἐλαφρίζουσα φαρέτρην, Καὶ βριαρὴν τρυφάλειαν ἀπὸ κροτάφοιο μεθεῖσα, Ἐς γάμον ὡμάρτησε.* De flagellis deorum ægyptiorum v. Creuz. Mythol. Ed. II. T. III. p. 236. T. IV. p. 166. Postremo Schivam Indorum orientalium dæmonem similiter instructum esse, nota

res. V. Voyage aux Indes orientales par le P. Paul de St. Barthélemy. T. II. pag. 399. tab. XI, 2. [28])— *πείρατ' ἀέθλων. Quomodo instituenda et conficienda essent certamina.* Cf. Böckh. et nos ad Ol. XIII, 80. 105. p. 458. 59. not. p. 464. Similes *proeliorum viae* Tac. Ann. II, 5. Ubi tamen Oberlinus. — *πατρωΐων. Patris Aeetae.* Ol. VI, 106: *Πατρία ὄασα: Patris Apollinis.* Vides, in Nostro (coll. quoque indicc.) non differre *πάτριος* et *πατρῷος*, quod aliis quidam poetis vindicant (Herm. ad Eurip. Bacch. 1365. coll. VV. DD. ad Eurip. Alc. 256), tragicis non item Elmsleius ad Eurip. Bacch. l. c. Idem ibidem addit: „Quid differant hæc in prosa oratione, recte explicant grammatici." V. quoque Lycurgi orat. in Leocrat. ed. Osann. p. 41. 42., cujus libri censorem Heidelbergensem (1822. pag. 815) hæc addere memini: „Græv. ad Lucian. soloec. Tom. IX. Bipont. pag. 460. Ast. ad Plat. rempubl. pag. 485. Wyttenb. ad Plut. moral. I. p. 875. De v. *patern.* et *dii patrii* v. Gronov. diatr. in Stat. c. 44. p. 449. ed. Hand." — *σὺν δ' ἐλαίῳ φαρμαχώσαισ' ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν δῶκε χρίεσθαι.* In his *δῶκε* regit tum accusativum *ἀντίτομα στ. ὀδ.*, tum infinitivum *χρίεσθαι.* Ita primo erit proprie *dedit*, deinde *instituit, ut* etc., de quo ultimo infinitivo cf. v. 204. nec non Ol. VI, 54. Ubi nos pag. 196. Pyth. V, 160. Nem. X, 49. Jam *σὺν δ' ἐλαίῳ* (i. e. *ἐλαίῳ*) est verbi *χρίεσθαι*, et *φαρμαχώσαισ'* idem, quod *φαρμ. αὐτό.* Postremo *ἀντίτομα* est pro singulari *ἀντίτομον*, coll. Pyth. II, 26 (*ὕμνον, ἄποιν' ἀρετᾶς*); namque *χρίεσθαι* illo *ἐλαίῳ* (i. e.

28) Hinc varii generis affectibus animus humanus *flagellari* dicitur. Nonn. Dionys. IV, 181: *Ἱμασσομένη νόον οἴστρῳ.* XI, 484: *Ἱμάσσετο θυμὸν ἀνίῃ.* all.

ὃ ἐφαρμάκωσε) erat alexipharmacon remediumque dolorum gravium. Male Heynius cum schol. v. 393 (*φάρμακα ἐλαίῳ μίξασα ἔδωκεν Ἰάσονι*) ita interpungit et ordinat: „*Ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν δῶκε, χρίεσθαι* (*ut iis se inungeret*), *σὺν ἐλαίῳ φαρμακώσασα*, *postquam oleo ea miscuerat.*“ Immo nulla alia re inunxit se Jason, quam oleo, sc. quam *ἐφαρμάκωσε* Medea. Idemque oleum ab igne (v. 414. 15) Jasonem defendit, quæ ars antiquitus Indorum (sic ferunt quidam), unde Colchi. Jam de Medea Jasonem juvante videatur quoque Eurip. Med. 463: *Ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι Ταυτὸν ξυνεισέβησαν Ἀργῷον σκάφος, Πεμφθέντα ταύρων πυρπνόων ἐπιστάτην Ζεύγλαισι, καὶ σπείροῦντα θανάσιμον γύην. Δράκοντα δ', ὃς πάγχρυσον ἀμφέπων δέρας Σπείραις ἔσωζε πολυπλόκοις ἄϋπνος ὤν, Κτείνας' ἀνέσχον σοὶ φάος σωτήριον.* Ubi male post *δέρας* comma figit Elmsleius. Est enim *δέρας* verborum *ἀμφέπων* et *ἔσωζε*. Dio Chrysost. Or. XVI. T. I. p. 461. Reiske: *Τὸν Ἰάσονά φασι δυνάμει τινὶ χρησάμενον* (ubi *χρισάμενον* non displicet Reiskio), *λαβόντα παρὰ τῆς Μηδείας· ἔπειτα, οἶμαι, μήτε παρὰ τοῦ δράκοντος μηδὲν παθεῖν, μήτε ὑπὸ τῶν ταύρων τῶν τὸ πῦρ ἀναπνεόντων.* — *ἀντίτομα*. Schol. v. 393: *Ἀντίτομα δὲ εἶπε τὰ ἀλεξιφάρμακα κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπὸ τῶν ῥιζοτόμων· ἁπλούστερον γὰρ τῇ ἰατρικῇ χρώμενοι τὰ πολλὰ τῶν παθημάτων ῥίζαις ἀπεθεράπευον, ἃς τέμνοντες ἐπετίθεσαν, ὡς Πάτροκλος· Ἐπὶ δὲ ῥίζαν βάλε πικρὴν Χερσὶ διατρίψας* (Il. XI, 846). De rhizotomis videndus omnino Sprengelius Gesch. d. Botanik. ed. 1817. T. I. p. 48 — 52. Idem Pragmatische Gesch. der Arznei-Kunde. Edit. III. T. I. pag. 351. 555. Postremo *ἀντίτομα* illustrat

Stanl. ad Aesch. Agam. 17., Blomf. gloss. ibid., Monk. et Wüstem. ad Eur. Alc. 981. — *στερεᾶν ὀδυνᾶν. Firmorum, gravium dolorum.* Eurip. Med. 999. Elmsl.: *Στερρὰς ἀλγηδόνας.* Gregorius Naz. Christo patiente (Opp. ed. Paris. 1630. T. II. p. 261): *Στερρὰς φυγοῦσαι τῶν τόκων ἀλγηδόνας.* Idem ibidem: *Στερρά τ' ἔφυγον ἐν τόκοις ἀλγηδόνας.* — *καταίνησάν τε κοινὸν γάμον* (Pyth. IX, 22) *γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μίξαι.* Heynius: „Pacti sunt nuptias *in futurum tempus, in reditu.* Cf. 452." Narrant hoc reliqui scriptores Argonauticorum, qui multa alia habent quam Noster, ut Colchos Græcorum abeuntium navem persequentes, unde nuptias illas suspendunt etc. De quo nihil apud Pindarum. Neque huc facit v. 452. de Argonautarum et Lemniarum coitu. Narratum hoc ob Battidas ab Euphemo descendentes. Postremo Pyth. III, 25. non eundem sensum fundit. Nuptias igitur vel jam tum, vel postea Jasòn et Medea celebrarunt. Illud mihi magis probabile. De *αἰνεῖν* et *καταινεῖν* v. Blomf. Glossar. in Aesch. Agam. 97. in Choeph. 694. — *ἀδαμάντινον ἄροτρον.* Schol. v. 398: *Οἱ μὲν ὡς ἐκ τῆς τοῦ ἀδάμαντος φύσεως τὸ ἰσχυρὸν ἤκουσαν, οἱ δὲ ὅτι ἀληθῶς ἐξ ἀδάμαντος ἦν· εἶχε γὰρ ὁ Αἰήτης χαλκόποδας ταύρους.* Posterius eligendum, coll. v. 125. p. 651 sq. Apollon. Rh. III, 1284: *Παπτήνας δ' ἀνὰ νειόν, ἴδε ζυγὰ χάλκεα ταύρων, Αὐτόγυόν τε ἐπὶ τοῖς στιβαροῦ ἀδάμαντος ἄροτρον.* — De bubus Aeetæ ignivomis vide schol. v. 398. Adde Lucill. Anthol. Palat. XI, ccxxxix, 2: *Ἄγελη ταύρων, ὡς ὁ λόγος, πυρίπνους.* Orph. Arg. 873: *Βόας πῦρ πνείοντας.* — *ξανθᾶν γενύων.* Sc. quod ipsi *ξανθοὶ ἦσαν*, coll. v. 264. — *καιομένοιο πυρός.* Cf. Ol. I, 2. p. 6. —

χαλκέαις ὁπλαῖς. V. schol. et Apoll. Rh. cit. Agathias Anthol. Pal. IV, III, 59: *Ταυρείοιο ποδὸς δουπήτορι χαλκῷ* (bubus Aeetæ). Nonn. Dionys. XXIX, 202: *Οἷα καὶ Αἰήτῃ βριαρῷ σημάντορι Κόλχων Χαλκοπόδων μόρφωσε συνωρίδα δίζυγα ταύρων, Τεύχων θερμὰ λέπαδνα καὶ ἔμπυρον ἱστοβοῆα. — ἀρᾶσσεσκον χθόν'.* Schol. v. 398: *Ἐπέξεον καὶ ἐπεχάραττον τὴν γῆν. — ἀμειβόμενοι.* Schol. v. 398: *Τοὺς πόδας ἐναλλάσσοντες κατὰ τὴν πορείαν.* Rectius: *Alternantes.* Einer um den andern. — *τοὺς ἀγαγὼν* etc. Bene h. l. apodosin Heynius statuit. — *ζεύγλᾳ πέλασσεν.* *Jugo admovit,* i. e. *subjugavit,* vinxit. Aesch. Prom. 160. Blomf.: *Δεσμοῖς πελάσαις.* Apoll. Rhod. III, 1307. proprie de bubus illis aratro admotis: *Ὅφρ' ἐπέλασσε Ζεύγλῃ χαλκείῃ. — ὀρθὰς δ' αὔλακας ἐντανύσαις ἤλασν'.* Schol. v. 404: *Ἐντείνας δὲ ἤλαυνε, καὶ ἐπ' εὐθείας ἔτεινε τὰς αὔλακας.* An positum *ἐνταν.* pro *ἐρταν.* *αὐτούς, intendens boves* (*cum aratro*), coll. nostro anziehen lassen? Tum erit *ἠλ.* cum schol. *ἔτεμνε,* ut dicitur *ὄρχον ἐλαύνειν, fossam agere,* all. Male aliis est *ὀρθ. αὔλ.* pro *κατ' ὀρθ. αὔλ.* Jam *ὀρθαὶ* sunt *αὔλακες* ob celeritatem roburque bestiarum, aratrum quasi rapientium. — *ἀνὰ βωλακίας δ' ὀρόγυιαν σχίζε νῶτον γᾶς.* Schol. v. 404: *Ὀργυιᾶς μέτρον ἔσχισε τὴν γῆν εἰς βάθος κάτω τοῦ ἀρότρου. Sulcos fecit ὀργυιᾶς altitudine.* Quo roboris boum aurigæque documento deterrere volebat Jasonem. Heynius de *arationis mensura* cogitans vim loci admodum infringit. Et quid ad rem faciebat arandi mensura? Debebat saltem Aeetes magnum spatium momento temporis arando percurrere, ut Jasonem seu doceret seu deterreret. — *ὅστις.*

Heynius: „Rex, *quisquis tandem ille est*, qui navi regendæ præest." Contemtim hoc dicit, quasi ignorans Argonautarum ducem. Et est' quidem apud Nostrum (v. ind. Böckh.) aliosque (Matth. Ausf. gr. Gr. p. 669) ὅστις nude positum *quisquis*, s. *quicunque*, quam vim tum quoque habere nonnunquam reor, quum habet nomen suum expressum, cujus tamen usus exempla nondum vidi. Brunckio ad Eurip. Bacch. 115 (monente Matth. l. c.) hoc pronomen nonnunquam nomen expressum spectare, et pro ὅς positum videtur. — *ἄφθιτον. Divinum, egregium.* V. tamen schol. v. 407. et Heynium ad Isthm. VIII, 89. — *κῶας αἰγλᾶεν χρυσέῳ θυσάνῳ.* Cf. præter schol. v. 407. Böckhii Explicc. p. 277. Totum vellus aureum ex Pindari sententia v. 120., coll. Eurip. Med. 463 sqq. supra cit. pag. 700. — *ἀπὸ κρόκεον ῥίψαις Ἰάσων εἷμα. Abjecit* (ut expeditior fieret) *croceam vestem Jason.* Schol. v. 412: *Ἢ τὸ κροκοβαφὲς ἢ τὸ ὑφαντὸν παρὰ τὴν κρόκην.* Ibidem: *Τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον.* Non trama spectatur velut Ol. VI, 66. p. 197 sq., sed color, quemadmodum Nem. I, 58: *Κροκωτὸν σπάργανον* Alcmenes. Ubi scholiastæ iterum male fluctuantur. Cf. de nostro et Nem. loco Spanhemium ad Callim. Ap. 83. p. 135. Ern. Et *κροκόβαπτον* Darii calceamentum Aesch. Pers. 665. Blomf. — *θεῷ πίσυνος.* Schol. v. 412: *Πεποιθὼς τῇ Ἀφροδίτῃ.* Ibidem: *Τῷ Ἔρωτί φησιν ἢ τῇ Ἀφροδίτῃ ἢ τῷ Διΐ.* Quidni simpliciter *deo?* — *εἶχετ' ἔργου. Aggressus est opus.* Liban. Or. XI. T. I. p. 324. Reiske: *Ἔργου εἴχετο.* Genitivum hujus verbi illustrat Blomf. Glossar. in Aesch. VII Theb. 95. — *αἰόλει.* Schol. v. 412: *Ἐτάρασσε.* V. quoque Heynii nott. exegett. Böckhius, ad-

stipulante Buttmanno (Lexil. II, 80. 81), legit *ἐόλει*, eodem fere sensu. De ultima forma v. omnino Buttmanni monita Lexil. II, 78 — 82., coll. Matth. Ausf. gr. Gr. Edit. II. T. I. p. 455. not. — *παμφαρμάκου ξυίνας ἐφετμαῖς.* Schol. v. 412: *Ταῖς μαγείαις, ἃς ἐπετείλατο τῷ πυρί, ἢ ὅτι ἐνετείλατο αὐτῷ, τούτοις τοῖς φαρμάκοις ἀλειψάμενον οὕτως ἔρχεσθαι.* Posterius eligendum ob vv. 393 sqq. Sunt igitur *ἐφετμαὶ* cum Heynio *praescripta a Medea medicamina*. Alia ibidem Græci habent minime probabilia. Poterat talibus artibus is supersedere, qui olei inunctione firmatus erat. V. quoque Gurlittium l. c. p. 28. — *ἀνάγκας ἔντεσιν. Necessitatis instrumentis*, i. e. *loris*. Schol. v. 416 (*βοέοις* legens): *Τοῖς ἐκ βοείων δερμάτων λώροις.* Ibidem: *Τοῖς βοείοις λώροις.* Ibidem: *Ὀρθῶς δὲ ἀνάγκας· οὐ γὰρ ἑκουσίως ταῦτα τὰ ζῶα ἀροῖ καὶ πονεῖ, ἀλλὰ μετὰ τῆς ἐξ ἡμῶν ἀνάγκης ἐπιτιθεμένης αὐτοῖς.* Habetque h. l. necessitudo vincula, ut alibi. Aesch. Agam. 211: *Ἀνάγκας λέπαδνον.* Ubi Blomf. glossar. Eurip. Bacch. 518. Matth.: *Ἐν ἀμίλλαισιν ἀνάγκας.* Iphig. A. 433: *Ἀνάγκης ζεύγματ'.* Heracl. 881: *Ἔζευξ' ἀνάγκη.* Porphyrius in Epist. ad Anebon. Aegypt. p. 8, 7 ed. Gale (Blomf. nott. critt. ad Aesch. Prom. 161): *Δεσμοῖς ἀλύτοις ἀνάγκης.* Sed Nonn. Dionys. XXXVII, 304. habet *ἀχάλινον ἀνάγκην: effrenem necessitatem*. Postremo *ἀν.* vix minore jure personam h. l. induet, quam supra v. 390. *Πειθώ.* Habuitque *Ἀνάγκη* cum *Βίᾳ* in arce Corinthi *ἱερὸν* Paus. II, 4, 7. Eandemque, ut architectum, clavis trabalibus, cuneis aënis, unco, liquido plumbo utentem describit Horat. Od. I, 35, 17., cum ejusdem vincula carnificem significent, qui captivos com-

pedibus constrictos tenet. — *ἐριπλεύρῳ φυᾷ. Ingenti corpori.* V. nos ad Pyth. VIII, 62. — *κέντρον αἰανές.* Schol. v. 420: *Ὀδυνηρὸν παρὰ τὸν αἰαγμών.* Adde alium ibidem scholiasten, interprr. Pyth. I, 161., Schneid. L. g. v. *αἰανὴς* et *αἰνός*, Buttm. Lexil. I, 235., Blomf. nott. in Aesch. Pers. 935. — *ἴυξεν δ' ἀφωνήτῳ περ ἔμπας ἄχει, δύνασιν* (Jasonis, coll. schol. v. 522) *Αἰήτας ἀγασθείς.* Schol. v. 422: *Καίπερ τοιούτῳ ἄχει, φησί, πληγεὶς ἀφώνῳ, καθ' ὃ οὐκ ἄν τις φωνὴν ἀφείη, ἀλλ' ἐκστατίη, ὅμως ἀνεβόησε θαυμάσας.* Rectius erit *ἄχος ἀφώνητον dolor voce non significatus*, i. e. *Tectus, pressus, dissimulatus.* De constructione v. Heynius et Blomf. Glossar. in Aesch. Pers. 300. Adde nos ad p. 673. Ad rem facit Apollon. Rh. III, 1314: *Θαύμασε δ' Αἰήτης σθένος ἀνέρος* (Jasonis boves subjugantis). Cf. quoque Pyth. IX, 51 (Apollo ad Chironem de Cyrene *λεοντοφόνῳ*): *Θυμὸν γυναικὸς καὶ μεγάλαν δύνασιν θαύμασον.* — *στεφάνοισί τέ μιν ποίας ἔρεπτον.* Schol. v. 426: *Ἰστέον, ὅτι τοπαλαιὸν ἐφυλλοβόλουν τοὺς νικηφόρους τοῖς τῆς γῆς χλωροῖς.* Monente Gurlittio l. c. p. 29., singularem de hac re libellum conscripsit Nicolai: De Phyllobolia, s. florum et ramorum sparsione ap. vett., Franc. Moen. 1698. 12. Adde Nos ad Pyth. IX, 218 sqq. Jam de *ἔρεπτον* idem schol.: *Νῦν δὲ (ἔρεπτον) ἀντὶ τοῦ ἔρεφον ἔλαβε, τουτέστιν ἐστέγουν, ἐστεφάνουν.* Cf. quoque Herm. ap. Heyn. T. III. p. 335. et Böckh. Explicc. p. 278. — *μειλιχίοις τε λόγοις ἀγαπάζοντ'.* *Mollibusque verbis amicaliter eum tractarunt, honorarunt.* Idem *ἀγαπᾶν*, coll. Schneid. L. g. v. et Markl. ad Eurip. Suppl. 764. Addatur Meineke ad Menandr. p. 157. — *αὐτί-*

κα δ' Ἀελίου θαυμαστὸς υἱὸς δέρμα λαμπρὸν ἔννεπεν, ἔνθα νιν ἐκτάνυσαν Φρίξου μάχαιρᾳ. Diceres hunc dicendi ordinem attractionem, ni obesset expressum pronomen. V. tamen nos ad v. 10. p. 623. 24. Attractionem vere habes Ol. XI, in. Jam de *Φρ. μ.* ita schol.: *Ἡ περὶ τὸ ἐκδέρειν τοῦ Φρίξου ἐνέργεια.* Quidni idem nobis videbitur quod *Φρίξος μαχαιροφόρος, bellicosus, fortis?* Cf. Nem. X, 23: *Θρέψε δ' αἰχμὰν Ἀμφιτρύωνος*: *bellicosum Amphitryonem*. Isthm. V, 42: *Κάστορος δ' αἰχμὰ Πολυδεύκεός τ'*: *Fortes Tyndaridae*. V. quoque Ol. VII, 35. Deinde cui Phrixus dedicarit vellus, de eo schol. v. 428: *Φυξίῳ γὰρ Διὶ τὸ δέρος ἀνιέρωσεν. ἔνιοι δέ φασιν, ὑπὸ τοῦ Φρίξου ἀνατεθῆναι τῷ Ἄρει.* — *πράξασθαι.* Aor. pro futuro, velut Pyth. III, 196. Ubi v. notata p. 617. — *λόχμᾳ. In dumeto*. Cf. schol. v. 434. et Ol. VI, 69. X [XI], 36. Ibidem schol.: *Λείπει δὲ ἡ ὑπό.* Reliqui ex arbore vellus istud suspendunt. Apoll. Rh. II, 1268: *Κῶας . ., Πεπτάμενον λασίοισιν ἐπὶ δρυὸς ἀχρεμόνεσσιν.* Idem v. 405. habuerat *φηγὸν* in eadem re. Orph. Arg. 765. Herm.: *Ἄλσεα, τοῖς ἔνι κῶας Χρυσέον ᾐώρητο χαλαζαίῃ ἐπὶ φηγῷ.* Eandem arborem habes 893. 928. 994. — *δράκοντος.* Idem veteribus *δράκων* quod *ὄφις.* Cf. hunc versum et 444. Nem. I, 60., coll. 68. Eundem usum Aristoteles habet H. A. IX, 2., monente Sprengelio Pragm. Gesch. d. Arzneikunde. Edit. III. T. I. p. 207. De nostro serpente cfr. quoque Apoll. Rh. II, 405. 1208. IV, 128. etc. Deinde serpentes thesaurorum custodiæ admotos attigimus ad Ol. VI. p. 201. not. Et vide, ne talibus quoque narrationibus natura originem dederit, sc. loca montana et confragosa amnibus aurum

vehentibus irrigua. Terrâque ipsa editum *Καυχάσου ἐν χνημοῖσι* serpentem nostrum testatur Apoll. Rh. II, 1209. Adde Maximum infra citatum. — *λαβροτατᾶν γενύων.* Eurip. Herc. f. 250: *Λάβρον δράκοντος γένυν.* — *ὃς πάχει μάκει τε πεντηκόντορον ναῦν χράτει, τέλεσαν ἂν πλαγαὶ σιδάρου.* In his primo ambiguum, navisne Argo, quam *πεντηκόντορον* fuisse constat, significetur, an quælibet navis *πεντηκόντορος*, quod posterius Græcis placuit. Quamquam hinc, quod Argo *πεντηκόντορος* fuit, eam significari non magis consequitur, quam Ol. II, 169. ex illis centum annis, Agrigentum significari, quæ urbs tot annos tum forte habebat. Nec male ibidem interpretantur: „*Nullam urbem* centum per annos progenuisse virum etc.“ Ubi tamen vide, quæ annotavimus p. 127. Et ultima (*τέλεσαν . . . σιδάρου*) magis, si quid sentio, navi cuilibet *πεντηκοντόρῳ* convenire videntur, quam Argonauticæ, sc. in hac ipsâ aliquantulum vacatura. Omnino Noster, si navem Græcorum significare voluisset, melius eam certiusque significasset. Jam de magnitudine serpentis ita schol. v. 434: *Ὑπερεῖχε δέ, φησίν, ὁ δράκων πεντηκόντορον ναῦν, καὶ ἐνίκα τῷ μεγέθει, τουτέστι μείζων ἦν αὐτῆς.* Ibidem: *Εἰ ἐνέβαλες αὐτὸν εἰς τὴν πεντηκόντορον ναῦν, πλήρωμα ἂν αὐτῆς ἐγένετο, ὥστε περιττεύειν τινὰ μέρη αὐτοῦ καὶ ὑποχεῖσθαι* [*ὑπερχεῖσθαι*?]. Verissimum. Qui enim ut Pindari serpens longitudine et crassitie alium superat (*χρατεῖ*), extat, si illi injectus fuerit. Sciunt hoc mathematici. Quod quare a poeta dici Böckhius neget, equidem ignoro. Non magnitudine spero bestiæ perterritus. Portentosa enim et hæc expeditionis pars ut alia, et majores serpentes vetustas s. habuit s. finxit. Adi, si tanti est, Maximum

Tyrium Or. VIII, 6. Reiske T. I. p. 139: *Ἐπεδείκνυν Ἀλεξάνδρῳ Ταξίλης τὰ θαυμαστὰ τῆς Ἰνδῶν γῆς, ποταμοὺς μεγίστους, καὶ ὄρνιθας ποικίλους, καὶ εὐώδη φυτά, καὶ εἴ τι ἄλλο ξένον ὀφθαλμοῖς Ἑλληνικοῖς. Ἐν δὲ τοῖς ἔδειξε καὶ ζῶον ὑπερφυές, Διωνύσου ἄγαλμα, ᾧ Ἰνδοὶ ἔθνον. δράκων ἦν μῆκος πεντάπλεθρον, ἐτρέφετο δὲ ἐν χωρίῳ κοίλῳ, ἐν χρημνῷ βαθεῖ, τείχει ὑψηλῷ ὑπὲρ τῶν ἄκρων περιβεβλημένος· καὶ ἀνήλισκε τὰς Ἰνδῶν ἀγέλας, χορηγούντων αὐτῷ τροφήν, βοῦς καὶ ὄϊς, καθάπερ τυράννῳ μᾶλλον ἢ θεῷ.* [29]) Ubi videndus Reiskius. Majus figmentum Nonn. Dionys. XXV, 502: *Πεντηκονταπέλεθρος ὄφις κυκλούμενος ὀλκῷ.*

V. 439—466.

A digressione poeta se revocat, breviter subjungens eventum expeditionis reditumque heroum. Tum repetit initium carminis, de Thera Cyrenes metropoli. *μακρά μοι. Longum*, i. e. *nimis longum mihi*. V. Pyth. I, 86. ibique notata p. 508. Ejusdem generis Isthm. VII, 60: *Τὰ μακρὰ δ' εἴ τις παπταίνει, βραχὺς (brevior) ἐξι-*

---

29) Idem scriptor mirifice, quod sero vidimus, ea firmat, quae p. 646. de vv. *ἐπὶ φωνὴν* (Herodot. IV, 155) suspicati sumus. Ita philosophus (Or. XLI, 1. T. II. p. 273. Reiske): *Αὐτὸν δὲ* (Alexandrum) *ἐπὶ Ἄμμωνα ἀφικόμενον, ἢ ἐπὶ τὴν Θεσπρωτῶν γῆν καὶ τὴν ἐκεῖ δρῦν, ἢ ἐπὶ τὸν Παρνασσὸν καὶ τὴν Πυθοῖ χρησμῳδίαν, ἢ ἐπὶ τὸν Ἰσμηνὸν καὶ τὴν ἐκεῖ φωνήν, ἢ ἐπὶ Δῆλον καὶ τοὺς ἐκεῖ χορούς, ἢ εἴ που ἄλλο τι μαντεῖον ἦν φθεγματικὸν τῆς Ἑλλάδος κ. τ. λ.* Ubi *φωνὴ* est *vox aut ἔξοχήν*, s. *oraculum*.

ἐξικέσθαι χαλκόπεδον θεῶν ἕδραν. Alia v. ap. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 625. — *νεῖσθαι. Incedere.* Cf. Nem. II, 18. — *κατ' ἀμαξιτόν.* Schol. v. 439: *Κατὰ τὴν ὁδὸν ταύτην τὴν τῶν ἐγχωρίων τοῦ Ἰάσονος.* Tum deest pronomen demonstrativum, velut v. 100. p. 643. Aliis h. l. *ἀμ.* rectius est *via regia*, coll. Nem. VI, 91: *Καὶ τάνδε μὲν παλαιότεροι ὁδὸν ἀμαξιτὸν εὗρον.* Ubi schol. Cf. quoque ejusdem carminis v. 75. Idemque mihi *ὁδὸς χυρία λόγων* Nem. VII, 75. — *ὥρα γὰρ συνάπτει. Tempus ad finem properat*, proprie *se coarctat*, drängt sich zusammen, s. ut Nostratium quidam improprie dicunt: spizt sich zu. V. quoque Schneid. Lex. gr. v., Gurl. l. c. p. 30. Böckh. Explicc. p. 278. Quorum virorum exemplis addo Diodor. Sic. fragm. libri X, 3: *Ἤδη δὲ τῆς ὥρας συγκλειούσης*: sensu non diverso. Eandem formulam ex Polybio XVII, 7. enotavit Schneid. L. g. v. *συγκλείω.* — *καί τινα οἶμον ἴσαμὶ βραχύν. Quodque temporis ratio mihi imperat, id a me ipso edoceor. Scio viam quandam brevem.* In his *τινα* sequentem narrationem spectat, ut sensus sit: *Habeo, quomodo brevi expositione narrationem meam absolvam.* Non igitur generaliter dictum est *καί τινα . . βραχύν*, sed sollummodo *πολλοῖσι δ' ἄγημαι σοφίας ἑτέροις.* In his *σοφία* esse poterit *prudentia ipsa*, vel *prudentia poetica* (poesis), vel *haec prudentia* (sc. brevitatis). Ultimum elegit schol. v. 442: *Ταύτης τῆς σοφίας, τῆς περὶ τὸ συντόμως λέγειν.* Ego primum præfero, mori poetæ obsequens, qui generalibus specialia demonstrare solet. Et similiter alibi se laudat. Cf. Ol. II, 149 — 159. etc. Idem vero *δ'* quod *γάρ*. — *γλαυκῶπα.* Schol. v. 443: *Τὸν γλαυκόφθαλμον.* V. nos ad Ol. VI. p. 200. 482. Græ-

cus ibidem: *Ἐπισυνάπτει τῆς ἱστορίας τὸ συμπέρασμα.* — *τέχναις.* Schol. v. 443: *Τῆς Μηδείας.* Quidni *σύν*, licet a Medea suppeditatis? — *ποικιλόνωτον ὄφιν.* Eurip. Iph. T. 1211: *Ποικιλόνωτος δράκων.* Nonn. Dionys. XIII, 192: *Στικτὰ νῶτα δρακόντων.* — *σὺν αὐτῷ. Cum serpente*, i. e. *ut serpentem occidit, ita Medeam abstulit.* I. e. *simul Medeam abstulit.* Femininum h. l. *ὄφις* (quod admittit vocis natura, coll. Schneid. L. g.), Nem. I, 68. masculinum. Eadem generum variatio pindarica in v. *αἰθήρ*, coll. indd. Eandem interpretationem ii Graecorum tentasse mihi videntur, qui teste schol. v. 445. *σὺν αὐτῷ* legebant, quamquam ibi scholiastes absurdum *τῷ δέρει* apponit. Eligebant genus masculinum, ut constaret sibi Pindarus in genere vocis *ὄφις*. [30]) Aliter Hermannus, Heynius in ed. ultima, Böckhius: „Ipsa (Medea) adjuvante." Sed jam habebat Medeae opem, quae ipsum inunxerat, patrisque consilia aperuerat, ut tauros et serpentem tuto jam aggredi posset, et reliqua perficeret. Hoc Medeae debebat, cetera suo ingenio. Noster enim (ut supra vidimus p. 696) minus a Medea, quam ab Jasone prosperum expeditionis eventum repetit. Deinde minus ope, quam voluntate virginis rapiendae opus erat, ut patri eam Graecus abstraheret. Postremo (quod Gurlittio quoque videtur) mirum h. l. *σύν τινι.* Ita enim

30) Gurlittio quoque vox *αὐτῷ* bestiam spectare videtur, ut serpentem s. ipsum s. corium ejus cum Medea Jason abstulerit. Et poterat fabulosae bestiae corium in Graecia monstrari, ut aliae temporis fabulosi reliquiae, Romaeque Plinii majoris tempore serpentis immanis corium bello punico primo a militibus Reguli in Africa interemti, de quo v. Plin. H. N. VIII, 14., coll. Gell. N. A. VI, 3. ibique interprr.

illâ re, quæ σὺν τινι (*ope illius*) fiebat, idem homo afficiebatur, non alius. Absona saltem *dictio*: *Rapta Medea σὺν αὐτᾷ* (*Medea*). Idem in eos cadit, quibus *σὺν αὐτᾷ* idem est, quod *ἐχοῦσαν*, quod scholiastis quibusdam placuit. Jamque „Græcia ipsi persuaserat" v. 388 sqq. Utramque interpretationem jungit alius schol. ibidem: *Σὺν τῇ Μηδείᾳ θελούσῃ καὶ ἐνεργούσῃ*. De τε post *μὲν* v. indicem Pindari Böckhianum et Herm. ad Vig. p. 836. 841. 932. — *τὰν Πελίαο φόνον*. Schol. v. 445: *Τὴν τὸν Πελίαν φονεύσασαν*. Ibidem: *Τὴν τῷ Πελίᾳ φόνον γενομένην*. Horat. epist. I, 15, 31: (Mænins) *pernicies . . macelli*. V. quoque Matth. Ausf. gr. Gr. pag. 592., all. De generum diversorum copulatione v. Viger. p. 60. coll. 54. Böckh. nott. critt. p. 470. Blomf. ad Aesch. Ag. 80. — *ἔν τ' ὠκεανοῦ πελάγεσσι μίγεν πόντῳ τ' ἐρυθρῷ Λαμνιᾶν τ' ἔθνει ἀνδροφόνων*. Primo *ὠκεανοῦ* scribendum, non *Ὠκεανοῦ*. Deinde de formula *ὠκ. πολ.* pro simplici *ὠκ.* et similibus v. ad Ol. VII. p. 276. Jam de *μίγεν* schol. v. 445: *Ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἐμίγησαν*, Sc. maria illa intrarunt, et cum mulieribus coierunt. Similis breviloquentia Ol. I, 142. p. 52. Fusius hanc formam illustrarunt Dorvillius ad Charitonem p. 440 sq. Lips. et Boissonadius ad Max. Planudis conversionem græcam Metamorph. Ovid. p. 145 sqq. Cum *μίγεν* conf. Callim. Epigr. XIX, 5: *Θαλάττῃ συμμίσγειν*: *mare intrare*. V. quoque Gurlitt. l. c. p. 32. Similis verbi *ὁμιλεῖν* usus, coll. Ol. XII. fin. p. 437. not. Phasin autem oceanumque jungit, de quo adeundus Uckertus Geogr. der Griechen und Römer. T. II, 2. p. 214. Neque aliter Antimachus p. 88. Schellenb. — *ἀνδροφόνων*. Eurip. Hec. 866. sqq.

Q. Smyrn. IX, 338. Lucillus Anthol. Pal. XI, CCXXXIX, 6. Inspice imprimis librum Welckerianum: Die Äschyl. Trilogie Prometheus p. 585 sqq. — *ἔνθα καὶ γυίων ἀέθλοις ἐπεδείξαντο χρίσιν ἐσθῆτος ἀμφίς.* Pro *χρίσιν* alii alia. Ahlwardtius: „Vulgata omnium librorum lectio metro non adversatur.“ Idem ibidem: „Pindarus cum ubique forma *χρίσις* [cujus loco *χρίμ'* Herm. mavult] utatur, in vulgata acquiescendum.“ Et *χρίσιν δεικνῦναι* habes Fragm. II (Heyne III, 34. Böckh. II, 2, 621). Deinde junges quidem cum Ahlw. *γυίων χρίσιν*, quod jam habet schol. v. 450: *Τῶν μελῶν τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν χρίσιν, ἀγωνιζόμενοι περὶ ἐσθῆτος.* [31]) Nec tamen obstare quid video, quominus *γυίων* simul cum *ἀέθλοις* copules. Respondebit hoc lyricæ pindaricæque in talibus ambiguitati. V. ad v. 393 sqq. p. 699. all. Habesque *ἄεθλα ἀεξίγυια* Nem. IV, 119. Tum comparabis *χρίσιν ἀμφ' ἀέθλοις* Ol. VII, 146., quod non differt ab *ἀέθλων χρίσις* Ol. III, 37. Nem. X, 43., s. *certamina cum judicio* s. *eventu*, quod ornatum pro *certaminibus* simpliciter. Dixit enim poeta: *certamen habuerunt de vestimentis*. Et *ἐπεδείξ.* erit *publice instituerunt, ediderunt*, vel simpliciter *instituerunt*, velut poetica et prosa oratione *ἀποδείκνυμι* passim est *facio*, coll. Aesch.

---

31) Ita *κρίσις* erit proprie *comprobatio, specimen*, coll. verbo *κρίνομαι*. V. Nem. VII, 10: *Ἀρετᾷ κριθείς.* Isthm. V, 13: *Κρίνεται δ' ἀλκὰ διὰ δαίμονος ἀνδρῶν.* Antipater Sidonius Anthol. Pal. VII, DCXXV, 6: *Τὸν τόσσῳ κεκριμένον πελάγει.* Julius Leonidas ibidem IX, XLII, 3: *Ἀσπίδα . . κεκριμένην κυμάτι καὶ πολέμῳ.* Adde Jacobs. ad Anthol. graec. Lips. T. VIII. p. 93. T. XI. p. 304 sq.

Prom. 1123. Blomf. et Schn. Lex. g. v. Postremo quæ Buttmannus Lexil. II, 225. de vv. *ἰσθᾶτος ἀμφὶς* monet, suadet quidem, nec tamen in omnibus persuadet. Concedendum quidem, certamen heroum in insula Lemno habitum non solo cursu armato constitisse, quæ est Böckhii sententia, afferentis Ol. IV. fin. Etenim cursus ille Ergini gratia memoratur, cujus herois victoriam ibidem singulari consilio narratam vides, coll. interprr. Ol. IV. et Buttm. l. c. Idem deinde vir doctus non esse monet, quod ludos istos funebres Thoanti Lemnio habitos (coll. schol. Ol. IV, 31) certaminibus gymnicis caruisse dicas, coll. Peliæ exequiis, Patroeli, all. Atque Argonautas pro suo quemque exercitio studioque concertasse, pronum mihi et apertum videtur. Sed pergit ibidem Buttmannus: Wenn nun Simonides (schol. v. 450) etwas ausführlicher von diesen Spielen gesprochen hatte, so war dabei auch die Erwähnung des Gewandes als eines der Kampfpreise sehr natürlich. Bei Pindar hingegen, wo der Aufenthalt in Lemnos und diese Spiele nur mit wenig Worten berührt werden, kommt mir die Erwähnung dieses unbedeutenden Umstandes befremdlich vor; oder vielmehr, wenn, wie ich annehme, auch andere Wettkämpfe statt fanden, so war sie nicht möglich, da jeder Kampf seinen besondern Preis hatte. Dahingegen war die Erwähnung, dafs es *gymnische* Spiele gewesen, zwar nicht gerade nothwendig; sie steht aber in einer natürlichen und schönen Beziehung auf die Worte *γυίων* und *ἐπεδείξαντο*: ja in einer so natür-

lichen, dafs, wie mich dünkt, in diesem Zusammenhange schwerlich jemand es anders verstehen konnte; und Pindar also, wenn er jenes im Sinn hatte, sich gerechten Tadel würde zugezogen haben." Non cogitavit Buttmannus, inde a v. 443. summæ brevitati studere Pindarum, ut qui, ab ulteriore narratione se revocans, reliqua expeditionis carptim exponat. Et ludi habiti in *mulierum insula* Lemno, quibuscum deinde Græci cohabitarunt. Unde quid mirum, e variis præmiis istud solum a Pindaro expressum, quod Lemniarum manibus confectum erat? Recteque Böckhius (quamquam de solo hoc pretio, ut videtur, cogitans): „Ἐσθᾶτος ἀμφὶς est περὶ ἐσθῆτος: mulieres enim *vestem*, suum opus, præmium proposuisse nil mirum, atque id testatur Simonides ap. schol. Cf. ad Olymp. IX, 102 [146] sqq." Et singulas Græciæ civitates præter vulgaria victoriæ præmia habuisse, quæ propria ipsis et singularia essent, testatur quarundam historia agonistica, Athenarum dico, Marathonis, Sicyonis (Nem. X, 80), Pellenes Achæorum (p. 365—68), ubi vel oleo, vel vestimento, vel phiala argentea donatum quis aliis et quidem magis vulgaribus præmiis caruisse contendet? Postremo de vv. γυίων et ἐπεδείξαντο cfr., quæ supra monuimus. Easque ad nuditatem corporis h. l. alludere, tum ego concedam, cum pro ἐσθᾶτος ἀμφὶς aliud quid positum fuerit denudationem clarius significans. — καὶ συνεύναστῆεν. Nonn. Dionys. XXX, 205: Λῆμνον Ἰησονίης νυμφίϊον Ὑψιπυλείης. Ultimum spectat eorum narrationem, qui Argonautas colchicam terram petentes in insulam escendisse fingunt, coll. Nitsch. N. mythol. Wörterb. Ed. II. v. Hypsipyle. — καὶ ἐν ἀλλοδαπαῖς σπέρμ' ἀ-

ῥούραις τουτάκις ὑμετέρας ἀκτῖνος ὅλβου δέξατο μοιρίδιον ἄμαρ ἠ νύκτες. In his σπέρμ' pro περ et ἀκτῖνος pro ἀκτῖνας Hermanni debetur ingenio. Vocem σπέρμα jam habet schol. v. 453, licet alio loco sensuque. Ita Græcus: Τουτάκις ὑμετέρας ἀκτῖνας: τὸ σπέρμα. Idem ibidem: Καταβολάς. Deinde ὑμετέρας ἀκτῖνος ὅλβου est pro ἀκτῖνος ὑμετέρου ὅλβου, coll. v. 280, p. 678. *Semen radii vestrae gloriae, Arcesila* (v. 444). Cum σπέρματι ἀκτῖνος (*initio radii*) cfr. σπέρμα φλογὸς Ol. VII, 87. p. 259 sq., cum ἀκτῖνι ὅλβου (*splendida felicitate*) compara ἀκτῖνα ἀγώνων Pyth. XI, 71. et ἀκτῖνα καλῶν ἔργων Isthm. IV, 71. Postremo ἄμαρ ἠ νύκτες idem quod ἄμαρ ἠ (i. e. καί, coll. Pyth. VI, 2. etc.) νύξ. Haud rara haec numeri inaequalitas. Apollon. Rh. III, 1079: Καὶ λίην οὐ νύκτας ὀΐομαι, οὐδέ ποτ' ἦμαρ Σεῦ ἐπιλήσεσθαι. Poeta Diogenis Laërtii VII, 27: Ἀμφὶ διδασκαλίῃ τέταται νύκτας τε καὶ ἦμαρ. Vide quoque Eurip. Bacch. 425. Elmsl.: Κατὰ φάος νύκτας τε φίλας αἰναιῶνα διαξῆν. Jam *diem noctemque* proprie h. l. intellige, i. e. *integrum* XXIV horarum *diem*, coll. v. 231: Ἀθρόαις πέντε νύκτεσσιν ἔν θ' ἁμέραις. Erat enim nobilis postero tempore stirps generanda, de qua vide sequentia. Aemulatur in his longos deorum quorundam concubitus, Jovis etc.[32]) Böckhius (coll. Gurlitt. l. c. p. 33): „Ἦμαρ

32) Lucem hinc foeneratur Apollonius Rhod. III, 1206: Ἀδινῆς μνημήϊον εὐνῆς (sc. Jasonis et Hypsipylae). Ubi ἀδινὸς duce nostro loco esse potest *longus, continuus*, coll. Buttm. Lexil. I, 207. Eidem tamen ἀδ. h. l. est *amoenus*, vocis natura refragante.

ἢ νύκτες ex usu Graeco dictum est, ex quo accurate, ubi nos solum diem vel noctem nominamus, etiam noctem vel diem addunt, ut Nem. VI, 6 [10] de morte, Nem. VII, 3 [4] de natalibus; hic de genitura." Adde Heynium ad Nem. modo cit. Priore Nem. loco est ἐφαμερίαις . . οὐδὲ μετὰ νύκτας emphatice dictum, idemque quod *nunquam*, velut Apollonii loco supra citato, et *dies cum nocte* in reliquis exemplis idem quod *semper*. Tempus enim vitale die et nocte constat. Quod ultimum apprime convenit carmini Nem. VII, 3 [4], ubi lux et nox ponitur pro ipso tempore vitali.[33]) — τόθι γὰρ γένος Εὐφάμου φυτευθὲν λοιπὸν αἰεὶ τέλλετο. Schol. v. 455: Ἀποστρέφει τὸν λόγον πρὸς τὸν Ἀρκεσίλαον, ἐπεὶ Ἀριστοτέλης ὁ πρόγονος αὐτοῦ ἀπὸ τῶν Λημνίων γυναικῶν ἦν. οἱ γὰρ Ἀργοναῦται ἐν τῇ Λήμνῳ ταῖς Λημνιάσιν ἐπλησίασαν, ἐν οἷς καὶ Εὔφημος Μαλάχῃ συνελθὼν Λευκοφάνη ἐποίησεν, ἀφ' οὗ Ἀριστοτέλης, ὁ πρόγονος Ἀρκεσιλάου. Ibidem: Διαποροῦσι δέ, διατί μόνου Εὐφήμου μνημονεύει, πολλῶν ταῖς Λημνίαις πλησιασάντων· ἐπιλύεται δὲ ὁ Δίδυμος, φάσκων, ὅτι ἀπὸ Εὐφήμου τούτου ἐγένετό τις καὶ ἕτερος Εὔφημος, ὁ σὺν Βάττῳ τὴν Κυρήνην κτίσας, ὃν [ἂν

33) Alibi ἡμέραι et νύκτες pro abstracto et singulari ἡμέρα et νύξ, vel pro horis diurnis nocturnisque. Cui νύκτες vel ἡμέραι (de una nocte dieque adhibitum) idem sunt, quod noctis dieique *horae*, is antiqui seriorisque aevi scriptores distinguat velim. Sero Graecis *horarum* usus innotuit. Cf. Ideleri Handb. der mathem. und techn. Chronologie. T. I. p. 238 sqq. De plurali νύκτες pro singulari varia congesserunt Jacobs. ad Anthol. Palat. T. III. p. 332. Blomf. glossar. in Aesch. Choeph. 282. Stallb. ad Plat. Phileb. 114. p. 158.

Böckh. addit] *διὰ τὴν ὁμωνυμίαν ἀπ' ἐκείνου τὰς ἀποστο-πάσεις εἶναι. ἐγένοντο δὲ καὶ πλείους Εὔφημοι· πρῶτος ὁ Μηκιονίκης καὶ Ποσειδῶνος, δεύτερος ὁ Σάμου παῖς, ἀπόγονος τοῦ πρώτου Εὐφήμου, τρίτος ὁ σὺν Βάττῳ, τέταρτος ὁ κατὰ τὸν Ἀρκεσίλαον, ὃν ξενολογήσαντα* (melius cum Böckh. . . . οντα) *ἔπεμψεν ὁ βασιλεὺς καὶ τὸν Πυθικὸν ἀγῶνα ἀγωνιούμενον.* Jam cum *γέν. φυτ.* cf. Aesch. Prom. 241: *Φιτῦσαι νέον* sc. *γένος* (v. 240). De sensu loci et scholiastae interpretatione v. ad v. 122. p. 648. — *λοιπὸν αἰεί.* Cf. ad Pyth. V, 159. — *μιγέντες.* Vide v. 447. — *ἤθεσιν.* *Sedibus.* V. Damm. Lex. p. 516. Eurip. ind. Barnes. et Schneideri L. g. v. — *ἀν'.* Ita lego cum Heynio Beckioque pro ἂν codd. et scholl. Est idem quod prosa oratione (ἀπώκ.) εἰς. Cf. Isthm. V, 28: *Τέτραπται κέλευθον ἀν' καθαράν.* Ahlw. retinet vetus ἄν, distinguens: . . *ἤθεσιν, ἄν ποτε Καλλίσταν, ἀπῴκ. κ. τ. λ.*, ubi post *Καλλ.* supplere videtur *ὠνόμασαν* vel tale quid. Idem Böckhianae lectionis sensus: *τάν ποτε κ. τ. λ.*, coll. nott. critt. p. 471. Verum hoc esset non lyrici observatio, sed vel historici, vel poetae epici, quales Callimachus Apolloniusque, qui hoc non praetermiserunt, coll. Böckh. nott. critt. l. c. Noster vero in tanto brevitatis studio (v. 439—42) doctrinam suam ita expromsisse vix putandus erit. Jam v. *ποτε* utens *ascendit* ad tempus propius, quo Callisten Lacedaemonii obtinebant, v. *χρόνῳ* apponens *descendit* a tempore remotiore, s. Argonautarum cum Lemniis consuetudine. Qui *ποτε* et *χρόνῳ* jungi volent, ut idem tempus designetur, iis simillimi in Pindaro pleonasmi occurrent. V. Ol. II, 52. coll. 55. p. 91. Nem. I, 105. etc. — *ἔνθεν.* *Unde egressis.* — *ὔμμι.* *Vobis, Battiadae, tibique Arce-*

sila. — *Λατοίδας*. Idem, qui de Libya petenda oraculum ediderat, Aristotelemque in primordiis coloniæ adjuverat Pyth. V, 80—84. Eodem trahes *οὐ θεῶν ἄτερ* ibid. v. 101., quocum conspirat nostro loco *σὺν θεῶν τιμαῖς* (*deorum venerandorum ope*), de quo v. ad v. 91. p. 637 sq. — *ἔπορεν*. Schol. v. 461: *Χρησμοῖς καὶ μαντείαις δέδωκε*. — *ὀφέλλειν*. Schol. v. 461: *Αὔξειν*. Cf. Spanhem. ad Callim. Apoll. 94. Eadem puto verbi vis Callim. Fragm. CXXVI, 3. Bentl., ubi tamen Hemsterhusius idem esse monet quod *ὀφείλειν*. Jam Heynius: „Fortunare et illustrare: ut Pyth. VIII, 53. *αὔξειν πάτραν*: pro simplici *ἔχειν*, *tenere*." Falsum, quod de ultimo loco dicitur, coll. ad Ol. V. p. 175. Quamquam *αὔξειν* passim a simplici *habere* parum differre constat, de quo vide p. 622. Deinde quonam illud *ὀφέλλειν* constiterit, ostendit Böckhius Explicc. p. 278: „Battus et Battiadæ beant et augent Libyæ campum, in quo Cyrenæ conditæ sunt, per ipsas Cyrenas, quæ Libyæ ornamento sunt." Idem ibidem: „Optimus interpres ipse Pindarus, qui, quomodo Libyæ campus a Battiadis foveatur, ipse exponit: *ὔμμιν . . Κυράνας, qui recta consilia inveniistis et tenetis ad gubernandas Cyrenas*." Augebant Libyam Cyrene condita, quam prudenter (*ὀρθόβουλον μῆτιν ἐφευρομένοις*) tum regebant, tum regere debebant. Nolis enim participium *ἐφευρομένοις*, naturâ sua ambiguum, ita interpretari, ut solum id spectetur, quod vel factum fuerat, vel tum fiebat. Exponit Apollinis consilium, quo Battiadis (Arcesilao non excluso, coll. *ὔμμι*) Libyam assignarat. Scilicet eam augere debebant, prudenter moderanda Cyrene. Firmatur hoc proxime sequentibus, ubi tuto cum antecedentibus tenore regnandi prudentia etc. Arcesilao regi

variis nominibus commendatur. Ceterum bonos principes inter Battiadas ante Arcesilaum nostrum fuisse, non tacuit civitatis historia. — Ante ἄστυ recte supplent ὥστε, ἐπὶ τό. — χρυσοθρόνου Κυράνας. *Heroinae Cyrenes.* Schol. v. 461: *Ἵνα ἐπὶ τὴν νύμφην τὸν λόγον ἀνάγωμεν.* Cf. Böckh. ad h. l. Et Heynius: „Delphis Battus stabat in curru, aurigante Cyrene, et Libye eum coronante. Paus. X, 15. fin.“ — ὀρθόβουλον. *Prudentem.* Ol. II, 137: *Βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος.* Aesch. Prom. 18: *Τῆς ὀρθοβούλου Θέμιδος.* Ubi interprr.

V. 467—533.

Desinit in præceptis salutaribus admodumque liberis, quæ tum civitatem Cyrenensium (v. 467—492), tum Damophilum ejusdem urbis civem spectant (v. 493—533), quod posterius admonitione priori bene præparatur. Jam totius loci initium cave cum quibusdam abruptum dicas. Vide nostram antecedentium (ἔνθεν . . ἐφευρομένοις) expositionem, coll. Böckh. Explicc. p. 278. De rebus ita schol. v. 467: *Ἐστασίασάν τινες ἐν τῇ Κυρήνῃ κατὰ τοῦ Ἀρκεσιλάου, βουλόμενοι αὐτὸν μεταστῆσαι τῆς ἀρχῆς· ὁ δὲ ἐπικρατέστερος αὐτῶν γενόμενος ἐφυγάδευσεν αὐτοὺς τῆς πατρίδος. ἐν τοῖς οὖν στασιώταις ἦν καὶ Δημόφιλος, ὃς καὶ αὐτὸς ἀνάστατος γέγονε τῆς πατρίδος, καὶ φυγάδευθεὶς ἔρχεται εἰς Θήβας καὶ ἀξιοῖ τὸν Πίνδαρον· τινὲς δέ, ὅτι καὶ τὸν μισθὸν τοῦ ἐπινίκου δίδωσι τῷ Πινδάρῳ αὐτός· ὥστε τῇ τοῦ ἐπινίκου γραφῇ διαλλάξαι αὐτὸν πρὸς τὸν Ἀρκεσίλαον. ἦν δὲ αὐτοῦ καὶ πρὸς τὸ γένος.* Haud mala hæc, exceptis iis, quæ Græcus more suo de mercede Pindaro data narrat. Turbas civiles tum

temporis in civitate Cyrenaica extitisse, et noster locus docet, et sequentis carminis initium. Superior evasit Arcesilaus, qui rebellium alios morte, alios fuga etc. punisse videtur. Illud potissimum arboris succisæ parabola significabit, hoc Demophili exulis historia, de quo tamen v. monita ad v. 504. Dubitantior schol. v. 481: *Ποιεῖται δὲ τὸν λόγον, ὑποψίας ἐνεστώσης τοῖς Κυρηναίοις πρὸς τὸν Ἀρκεσίλαον καὶ ταραττομένων αὐτῶν ὑπ' ἐκείνου ἢ ἐλαττουμένων παραιτούμενος, καταστῆσαι τὴν πόλιν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον.* Immo atrociter egerat in Cyrenenses. Hoc aperte docet nostrum carmen, coll. Pyth. V, 12., ubi scholiastes: *Ὑπαινίττεται δὲ τὸν Κυρηναίων νεωτερισμόν· στάσις γὰρ ἐνέπεσεν αὐτῷ πρὸς τὸν δῆμον.* Ibidem: *Ἐστασιάσατο τὰ περὶ τὴν Κυρήνην πράγματα τῷ Ἀρκεσιλάῳ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ.* — *γνῶθι νῦν.* *Fac jam noscas, intelligas, reputa, ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι,* nimm zu Herzen; vel simpliciter: *audi*, coll. Fragm. inc. XVIII (Heyne III, 89. Böckh. II, 2, 655): *Φθέγμα μὲν πάγκοινον ἔγνωκας Πολυμνάστου Κολοφωνίου ἀνδρός: Dictum pervulgatum audisti, nosti Polymnesti.* Similia *σύνες, συνίετε* etc. Hom. Il. II, 26. 63. XXIV, 133. Pind. Fragm. hyporch. (Heyne III, 13. Böckh. II, 2, 597): *Σύνες, ὅ τι λέγω: Fac intelligas*, i. e. *reputa, quod dico.* Adde Liebelium ad Archil. p. 199 (Fragm. LXIII. Gaisf.). — *Τὰν Οἰδιπόδα σοφίαν.* Schol. v. 467: *Προτρέπεται τὸν Ἀρκεσίλαον ὁ Πίνδαρος συνοῆσαι αὐτοῦ τὸ αἴνιγμα. τὸ γὰρ τὰν Οἰδιπόδα σοφίαν τοῦτο βούλεται, ὅτι κἀκεῖνος τὸ τῆς Σφιγγὸς αἴνιγμα ἔλυσεν.* Secuti reliqui interpretes. Heynius: „*Nunc tene*, ad hæc, quæ dicturus sum, adhibe *Oedipi sagacitatem*." Böckhius: „*intellige nunc*, inquit, *senten-*

tiam ejus, quod propositurus sum, aenigmatis; quod ita expressit: *nosce Oedipi sapientiam*. Oedipi sapientia non *aenigmatis propositi prudentia est*, sed *solvendi aenigmatis ars et peritia*; hanc igitur artem Arcesilaum vult noscere cognitamque tenere, et huic ænigmati perspiciendo adhibere, ut plurimis locis." Verum aliud est simplex *γνῶναι σοφίαν*, aliud *γνῶναι σοφίαν τινός*. Ultimum est: *scire, reputare*, quam *sit alius sapiens*, vel (duce contextu): *id scire, quod alius sapienter vel cogitavit vel enuntiavit*. Ita noster locus hunc sensum fundet: *Nosce, audi Oedipi sapientiam*, s. *sapiens Oedipi dictum*. Cantilena NeoGræcorum msc.: *Ἐτοῦτ' εἶναι Ἑλλήνων σοφία παλαιῶν*: *sapiens Graecorum dicterium*, quod deinde sequitur. Proverbb. Salom. X, 31. coll. 32. (e versione interpretum LXX): *Στόμα δικαίου ἀποστάζει σοφίαν*: *sapienter dicta*.[34]) Hoc posito, kolon fige post *σοφίαν* pro puncto editionum. Jam huic interpretationi eximie favet antitheseos in sequentibus non obscura species. V. 493: *Τῶν δ' Ὁμήρου καὶ τόδε συνθέμενος ῥῆμα πόρσυν'*. Habes h. l. *aliud* vetustatis dictum, ut ante Oedipi, infra v. 511. aliud, s. proverbium s. poetæ locum. Soletque gravia ve-

---

34) Olim huc trahebam Soph. Antig. 616. Herm.: *Σοφία γὰρ ἔκ του κλεινὸν ἔπος πέφανται*. Ejus tamen loci alium nunc sensum esse suspicor. Est *σοφία* abstractum, s. *alicujus sapientia*, concretum *κλ. ἔπος*, quod appositionis vice fungens rem internam (*σοφίαν*) ut externum documentum comprobat illustratque. Est igitur sensus: *Sapientia enim e quodam, inclytum dictum, manifesta est facta*, i. e. *sapientiam suam aliquis comprobavit, inclytum istud dictum protulit*, s. *sapienter quidam notum illud dictum edidit*. Tenendum igitur *σοφία* scholiorum, non *σοφίᾳ*.

terum dicteria Noster victorum suorum rebus applicare, velut (ex eodem rerum thebanarum ordine) Adrasti effatum Ol. VI, 18—29., Amphiari oraculum Pyth. VIII, 53—78., Amphiarai præceptum ad filium Amphilochum fragm. inc. XLVIII (Heyne T. III. p. 106. Böckh. II, 2, 650); postremo Polymnesti Colophonii sententiam Fragm. inc. XVIII. supra allatam. Isthm. II, 15. Aristodemi dicto utitur. Fragm. inc. XXIX (Heyne III, p. 94. Böckh. II, 2, p. 673) Chilonis forsan dictum repetit. Adde nott. ad v. 497. Unde vero hæc Oedipodea decerpserit, id non minus nos latet, quam dictorum Adrastei Amphiaraique fontes. Similiter in sententiæ auctore cacutimus, quam legimus Pyth. III, 143 sqq. Ceterum non absimile vero, regem thebanum alii regi hæc dixisse simili consilio ei, quo poeta thebanus regi Cyrenaico dixit. — *εἰ γάρ τις*. Testimonio est *γάρ*, esse inter *σοφίαν* atque *εἰ* sententiam subintelligendam. *Audi et pondera effatum Oedipi, eique conveniente age.* Cf. Viger. p. 496. Klotz. ad Tyrt. p. 5 sqq. Est igitur *γὰρ* Pindari, veterem sententiam cum sua copulantis. — *κεν*. Idem forsan *κε*, cui Latinum *que* respondere videtur. Junge cum *εἰ*, ut idem sit, quod *εἰ καί*: *quamvis*. Cf. Böckh. nott. critt. p. 471. Damm. Lex. p. 1118. — *ὄζους .. μεγάλας δρυός*. Böckhio *ὄζοι* sunt *principes* in civitate Cyrenensium s. *aristocratæ*; quam suspicionem docte probare conatur. Ita erit *δρῦς plebs*. Mihi sunt *ὄζοι* singulæ populi partes, s. cives quidam tyranno invisi, quos a civitatis corpore resecuerat. Poterant hi optimates, poterant et plebeji esse. Nam populare imperium Demonax instituerat. Quam formam tum funditus evanuisse, quis sibi persuadebit? Hoc unum tene: *Quosdam, principes ipsique graves ac peri-*

culosos rex oppresserat. — *θαητὸν εἶδος. Venustam formam.* Pyth. IX, 191: *Θαητὸν εἶδος.* Cf. quoque IV, 142: *Θαητοῖσι γυίοις.* Nem. XI, 15: *Θαητὸν δέμας.* — *φθινόκαρπος.* Talis fiebat ramis succisis. Ita enim arbor *fragibus procreandis impar*, i. e. *sterilis* evadit. Similis populus, principibus orbatus, qui idem in populo, quod rami in arbore. — *περ.* Jungunt hoc quidam cum remoto *καί*, velut superius *κεν* cum remoto *εἰ*. Verum simplex *καὶ* h. l. idem esse poterit quod *καίπερ* (Herm. ad Vig. p. 837), *περ* vero singularem notionem involvet, unde sensus loci augetur, quae Ahlwardtii quoque sententia, afferentis Hom. Il. I, 353: *Τιμήν πέρ* (*sane? valde?*) *μοι ὄφελλεν Ὀλύμπιος ἐγγυαλίξαι.* Quamquam istud homericum *περ* post antecedens *περ* quibusdam *saltem* esse videbitur. Plura de *περ* homer. v. in Damm. Lex. p. 1999. Alii cum codd. quibusdam *περ'* (*περὶ*) legunt, quo scholl. quoque ducere Böckhio videntur. Quamquam, qui nudum *αὐτᾶς* interpretari volebat, non poterat non *περὶ* in auxilium vocare. De *περ'* v. nos p. 197. — *εἴ ποτε χειμέριον πῦρ ἐξίκηται λοίσθιον.* Plene distinguendum post *λοίσθιον*, coll. Herm., all. Jam schol. v. 468: *Ὅτι δύναται εἴς τι χρησιμεύειν καὶ ἄκαρπος οὖσα, ὅταν αὐτὴ* [*αὐτῇ?*] *κατὰ τὸν χειμῶνα πῦρ λοίσθιον ἐπιγένηται.* In antecedentibus vidisti, nondum esse dejectam arborem, sed ramis orbatam sterilemque factam. Dejicitur in sequentibus demum (v. 475), ubi fit *οὐδός.* Hinc locum suum inter reliquas silvae arbores etiammunc tenet. Quo haec consilio moneam, in aperto est. Arbor nostra non ita specimen sui edit, ut hominibus *εἴς τι χρησιμεύῃ* (schol. cit.), coll. ibidem alio schol.: *Εἴ ποτε πυρὸς χειμερίου χρεία γένηται,*

πρὸς ἀλέαν χρήσιμός ἐστιν. Commentum doctoris umbratici frigidique, ligno querno (sic videtur) inhiantis. Ignis h. l. venit ad quercum, non quercus ad ignem. Locumque suum in silva nondum arbor reliquit, coll. iis, quæ supra monuimus. Jam *χειμέριον* tempestatem quidem spectare poterit, coll. Ol. VI, 171. all., unde *πῦρ* de fulmine intelliges. Sed *χειμέριον* sit *hibernum*: tum quamlibet causam finges, quare ignis in silva excitatus sit. Isque aridam arborem præ aliis corripit, unde ingens flamma, qua specimen sui quercus, licet corruens, edit. His turbas civiles significari, quibus pessum ire respublica cum rege queat, mihi quoque probabile. Eandemque antiquioris poetæ mentem fuisse putes, unde hæc P. sumsit. In singulis non est, quod ante *χειμ.* suppleas *πρός*. Melius omnino, nil supplere, ut sit *χ. π. λ.* nominativus, quæ schol. quoque cit. sententia. Tum *ἐξίκηται* dictum pro *ἐξίκηται αὐτήν*, de quo casu post *ἐξικνεῖσθαι* cf. Pyth. XI, 53. Isthm. VII, 26. 61. Deinde *λοίσθιον* adjectivum pro adverbio, *τὸ πανέσχατον* (schol. v. 468) etc. Hactenus tyranno minatus, in reliquis molliores ejus sensus excitare conatur. — *ἢ σὺν ὀρθαῖς κιόνεσσι δεσποσύναισιν ἐρειδομένα μόχθον ἄλλοις ἀμφέπει δύστανον ἐν τείχεσιν, ἐὸν ἐρημώσαισα χῶρον. Quercus dejecta locoque suo mota aedificando inservit.* Hoc poeta s. antiquior s. noster tam vivide, tamque ad miserationem accommodate expressit, ut ne una quidem egregiæ narrationis particula vacare videatur. Quippe infaustum nobili arbori, loco nativo cæsam moveri, ac servili liminis vice fungi. Eadem populi non ignavi calamitas, quem fatorum iniquitas eousque adegit, ut jure ac libertate exutus unius hominis arbitrio pareat.

Quæ

Quæ rerum in civitate Cyrenensium conversio quousque illa tempestate processerit, ego cum aliis nescio. Quamquam e carmine insequenti, tyrannum non multo post mitiora consilia iniisse, jure quodam suspicari licet. Namque carmen pythium quintum Cyrenes statum post turbas civiles plane pacatum ostendit, regemque non mediocri laude ornat, cum hoc carmen turbas quidem sedatas ac rebelles punitos significet, cives tamen cum rege nondum in gratiam redisse recte moneat. Immo ultionis sævitiâ tum nondum exutâ, pejora atque atrociora minitatus tyrannus videtur. Vides, ordini hæc utriusque carminis favere, quem habent codices atque editiones, a quo cave recedas. Neque enim Demophili (quod placet scholiastæ v. 468), cujus res deinde tractat, sed Cyrenes gratia hæc dixit; atque inepte sane regem primo laudasset, deinde ob eandem rem graviter ac prope minabundus admonuisset. — *σὺν ὀρθαῖς κιόνεσσι.* I. e. *ὀρθαῖς κιόνεσσι.* Cf. v. 393. Nem. IX, 116. Et *ὀρθαῖς* oppositum v. *ἐρειδ.* *Jacet δρῦς, stant* columnæ. — *δεσποσύναισιν.* I. q. *δεσπότου.* *Columnis aedium heriliūm, μελάθρων δεσποσύνων* (Blomf. Gloss. Aesch. Choeph. 929). Libera ante arbor jam *domini* usibus inservit. Poeta ipse sensum dicti aperit, quod maxime hoc adjectivum docet, deinde reliqua. Unde non erat, quod regem (quod ceteris interpretibus visum) Oedipi prudentiam in solvendo ænigmate habere vellet. Ac mediocre urbanitatis specimen talis admonitio fuisset. De genere v. *δεσπόσυνος* cf. Markl. ad Eurip. Iph. T. 439. De eadem v. adi Blomf. glossar. Aesch. Pers. 593. — *ἐρειδομένα.* *Pressa.* Isthm. I, 52: *Ἄ νιν ἐρειδόμενον ναναγίαις ἐξ ἀμετρήτας ἁλὸς ἐν χρυσέσσᾳ δέξατο συντυχίᾳ*: *pressum,*

coll. ibi Dissenio. Et schol. ibidem v. 52: *Βαρυνόμενον*. Eadem vocis vis Aesch. Agam. 64., ubi *ἐρειδομένου* propter sequens *διαχναιομένης* non est *fulti*, sed *premi*. Sermo est de bellatoribus humi prostratis, i. e. occisis. Male alii *suffultam*, ut δρῦς fuerit *architrabs*, *columnis innitens*, *his suffulta*. Ita columnæ majorem laborem habebunt, quam architrabs, quæ solo tecti ferendi negotio fungitur. Jam videatur schol. v. 468: *Γενομένη* (δρῦς) *ἢ οὐδὸς ἢ τι ἄλλο τοιοῦτον. ὡς καὶ Ὅμηρος* (Odyss. XXI, 43): *Οὐδόν τε δρύϊνον προσεβήσατο*. Limen lapideum Odyss. XXIII, 88: *Ὑπέρβη λάϊνον οὐδόν*. — *ἄλλοις ἐν τείχεσιν*. Optime Heynius: „*Ἐν ἀλλοτρίοις οἴκοις*, respectu loci *sui*, in quo nata arbos erat." Odyss. XXIII, 274: *Ἄλλος ὁδίτης*: *peregrinus viator*. Et nostri carminis v. 210. sunt *ἄλλοι* i. q. *ἀλλότριοι*, *ξένοι*. Similiter Latinorum *alius* (Pressel. observv. ad Liv. V, 39). Apud Atticos vero nonnunquam vacare *ἄλλος* volunt, coll. Schneid. L. g. v. Adde Wagnerum l. c. p. 34. Sed cfr. Walch. emendd. Liv. p. 58 sqq. Quod tamen huc non vocandum. Bene enim invicem opponuntur *ἄλλοις* et *ἑόν*. Deinde *muri* pro *domo*, coll. indd. pindd. Atque *ἄλλος* in sequentibus (*ἑὸν* .. *χῶρον*) bene graviterque repetitur. Aliter Hermannus: „Sed *ἄλλοις ἐν τείχεσι* non dixit, quo locum, in quo nunc est trabes, ei opponeret loco, quem reliquit. Primum enim id satis et clare et eleganter illis, *ἑὸν ἐρημώσασα χῶρον*, expressum est, quibus imitatus est illud Homericum [Il. I, 235], *ἐπειδὴ* [*τὰ*] *πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν*. Deinde falsa etiam imagine usus est, si eam trabem nunc *ἄλλοις ἐν τείχεσιν* esse diceret: quasi ea antea ullo in muro fuisset. At vero hoc dicit: trabes colum-

nis imposita grave onus sustinet inter reliquos muros, id est, cum reliquis muris.“ Ita *trabes* Hermanno pro *muro* est. Dicit enim *inter reliquos muros*. Böckhius: „*Reliquis in muris*, *ἐν τοῖς ἄλλοις τείχεσιν*, pro epistylio trabe roborea columnis imposita ad tectum sustinendum.“ Conversio hæc, non interpretatio, cum fuerit exponendum *ἄλλοις*. Ceterum vv. 468 sqq. male comparantur Horatiano Carm. IV, 4, 57 sqq.: *Duris ut ilex tonsa bipennibus Nigrae feraci frondis in Algido, Per damna, per caedes, ab ipso Ducit opes animumque ferro*. Vides, huic arbori, velut cupresso Plin. H. N. XVI, 33, 60., quosdam ramos (inutiles puto) eripi, non omnes: ita enim arefacta periret; Pindari arbor omnibus ramis privatur, cum dicatur ex illa jactura *φθινόκαρπος* (*sterilis*) evadere. — *ἀμφέπει*. *Occupatus est in* etc. V. nos ad Ol. I. p. 12 sq., inprimis locum Gregorii Nazianzeni ibi allatum. Extra necessitatem Thierschius legit *ἀμφέπη*. Aliâque re documentum sui arbor edit, quam onere gestando. — *ἑὸν ἐρημώσαισα χῶρον*. *Suo* (*natura*li) *relicto loco*. Est *ἐρημοῦν* cum genitivo objecti *privare aliqua re* (coll. indd. pindd.), simplex *relinquere*. V. præter Schneid. L. g. ind. Eurip. Barnes. vv. *ἐρημοῦν* et *ἐξερημοῦν*. — *ἐσσὶ δ'* etc. *Noli carnifex civium esse, sed medicus et sospitator*. — *ἰατήρ*. Improprius vocis usus, velut Eurip. Suppl. 251. Matth.: *Ἰατρὸν τῶνδε* (malorum). El. 69: *Συμφορᾶς κακῆς Ἰατρόν*. Menander sententt. singull. 326 (Fragm. ed. Mein. p. 325): *Λύπης ἰατρός ἐστιν ἀνθρώποις λόγος*. Similiter *Παιών* pro medico improprio Aeschyl. Agamemn. 99., quem locum Heynius huc trahere debebat, non ad sequens *Παιάν*. — *ἐπικαιρότατος*. *Opportunissimus*.

v. 480: *Ὅτι ἐνόσει τὴν φυγὴν ὁ Δημόφιλος. φησὶ γοῦν δεῖ αὐτὸν πρὸς σοῦ θεραπεύεσθαι.* De civitatis statu, non de exule Demophilo sermo h. l. habetur, coll. *πόλιν, Κυρήνας* etc. Idem deinde Græcus: *Θεραπευτικὸς εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ ἐπικαιρότατος.* Bonum hoc, si *civitatis* status significatur. Sed exponendum erat *ἐπικαιρότατος*, quod non fecit, vel perverse fecit interpres. Cave aliter quam proprie intelligas superlativum. *Optime vulnera is curat sanatque, qui inflixit. Hoc in te cadit, Arcesila. Deinde habes plura aliis remedia. Rex es.* — *Παιάν τε* etc. Apollinem significari, alii recte viderunt. Fuitque is inter deos medicos (Sprengel. Pragm. Gesch. d. Arzneikunde. T. I. p. 162. ed. III. Creuz. Mythol. Ed. II. T. II. p. 165. all.), et Battiadarum tutelaris (Böckh. Explicc. p. 280. et nos ad Pyth. V, 85. all.). — *σοι τιμᾷ φάος. Honorifice tibi confert, conferendo te honorat* (i. e. *tibi confert*), quod utrumque expressum habes Theogn. 1386. Bekker.: *Κυπρογενὲς Κυθέρεια δολοπλόκε, σοί τι περισσὸν Ζεὺς τόδε τιμήσας δῶρον ἔδωκεν ἔχειν.*[35]) Sed nostri loci brevitatem iterum habes Aesch. VII Theb. 713. Blomf.: *Νίκην γε μέντοι καὶ κακὴν τιμᾷ θεός* (*confert*). Soph. Antig. 510. Herm.: *Πῶς δῆτ' ἐκείνῳ δυσσεβῆ τιμᾶς χάριν* (*confers*); Ubi omnino Reiskii tenenda interpretatio. Maleque ibidem Musgravius citat Eurip. Or. 818. Pors.: *Μή, πατρῴαν τιμῶν χάριν, ἐξανάψῃ δύσκλειαν ἐς ἀεί.* Est enim *χάρις πατρῴα* idem quod *πατὴρ χαρίεις*, s. *πατὴρ* nude, coll.

35) Theophr. char. XV. init.: *Καὶ τοῖς τιμῶσι καὶ πέμπουσιν εἰς τὰς ἑορτὰς κ. τ. λ.* Ubi interprr. bene conferunt Xenoph. Cyrop. VIII, 2, 4.

nobis de hac circumlocutione p. 477. 638. Recte ibidem schol. eurip. (Matth.) v. 807—821: *Μὴ τῆς εἰς τὸν πατέρα τιμωρίας ἀνταλλάξῃ δύσκλειαν ἀθάνατον.* Ibid. schol. v. 816. 17: *Ὅρα, ἵνα μὴ χαριζόμενος τῷ πατρί.* Eurip. Hel. 1356. Matth.: *Θυσίας οὐ σεβίζουσα θεοῖς.* [36]) His adde, quæ supra p. 622. de voce *αὔξω* monuimus. Et confer nostratium illud Einem etwas verehren. Neque alienus Horatius Epist. I, xi, 22: *Tu, quamcunque deus tibi fortunaverit horam, Grata sume manu.* Ubi *fortunaverit* ob sequens *sume* esse videtur *fortunatam* (coll. v. 14) *obtulerit, concesserit.* Postremo nostram interpretationem tuetur schol. v. 481: *Καὶ αὐτός σοι ὁ Παιὰν τὴν εἰς τοῦτο δύναμιν παρέχεται.* — *φάος.* *Lucem,* pro *bono eventu* omnis generis. Cf. Ol. V, 32. VI, 123. *Tuum inprimis est, vulnera inflicta sanare, in quo officio Phöbus te juvat, ut in reliquis rebus te juvare solet.* In his *τιμᾷ* præsens propheticum esse poterit, pro futuro. Sed præsens sufficit. Eodem spectat scholiastæ *τὴν εἰς τοῦτο δύναμιν.* Böckhius: *Tu, cui claram vitam foveat Paean Apollo.* Verum contextus *bonum sanationis successum* efflagitat, et *τιμᾷ* est indicativus. — *χρὴ μαλαχὰν χέρα προσβάλλοντα τρώμαν ἕλκεος ἀμφιπολεῖν κ. τ. λ.* Schol. v. 482: *Καὶ ταῦτα μεταφορικῶς ἀκουστέον. δεῖ,*

36) Hinc vide, ne legendum sit Soph. Oed. C. 1010. Herm.: *Εἴ τις γῆ θεοῖς ἐπίσταται Τιμὰς σεβίζειν.* Ubi non subscribam, quae habet Döderlinus, male afferens Ol. XIV, 17. atque Aesch. Eum. 898 [901 sqq. Schütz.]: *Τῶν ἀρειφάτων δ' ἐγὼ Πρεπτῶν ἀγώνων οὐκ ἀνέξομαι τὸ μὴ οὐ Τήνδ' ἀστύνικον ἐν βροτοῖς τιμᾶν πόλιν.* Pendent loci hujus genitivi ab adjectivo *ἀστύνικον*, velut v. *καλλίνικος* genitivum regere, ad Ol. IX. p. 329. not. vidimus.

φησίν, μαλαχὴν προσφέροντα τὴν χεῖρα τὴν τοῦ ἕλκους τρῶσιν θεραπεύειν. Es urbis medicus opportunissimus, deusque in ea re tibi opitulatur; sed cave, remediis duris saevisque utaris, quibus regnum tuum ad ultimam perniciem dejicies: quod facile cuicunque; in statum pristinum turbata restituere non aliter poteris, nisi improviso praeeunte deo. Hoc ipsum in te cadit. Quare omnem jam operam Cyrenis navato. Horum plurima sententiose expressit. — *ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν σεῖσαι καὶ ἀφαυροτέροις.* In his *ἀφ.* sunt *debiles, leves, tenues, ignavi,* coll. schol. v. 484. Damm. Lex. p. 221. Hes. O. et D. 238: *Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα, Ὅστις ἀλιτραίνει καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.* — *ἐπὶ χώρας αὖθις ἔσσαι. In locum suum restituere, velut arborem dejectam* v. 429. Er. Schmidius bene confert adagium *χαλεπὰ τὰ καλά* [Erasmi adagg. p. 359. ed. Basil. 1569]. Theogn. 846. Bekker.: *Εὖ δὲ θέμεν τὸ κακῶς κείμενον ἀργαλέον.* — *ἐξαπίνας εἰ μὴ θεὸς ἀγεμόνεσσι κυβερνατὴρ γένηται.* Schol. v. 484: *Ἐὰν μὴ θεὸς ἡγῆται τοῖς δυναστεύουσιν εἰς τὸ αὐτὸ πειρωμένοις ἀγαγεῖν κατάστημα.* Ea gubernatione tum maxime Arcesilaus indigebat. Cf. quoque Pyth. V, 164. — *τὶν δὲ τούτων ἐξυφαίνονται χάριτες.* Schol. v. 489: *Σοὶ δὲ τοῦ κυβερνᾶσθαι ὑπὸ θεῶν ἐκτελοῦνται χάριτες.* Ibidem: *Σοὶ δὲ καὶ τοῦ κατορθῶσαι τὴν πόλιν αἱ χάριτες ἐξυφαίνονται ὑπὸ θεῶν, ἢ παρὰ θεῶν κατασκευάζονται, τουτέστιν ἔχεις παρὰ θεῶν δεδωρημένον τὸ δύνασθαι τὴν πόλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποδοῦναι κατάστημα.* Utrumque puto jungendum. Et *χάριτες* sunt *gratiosa, honorifica occasio, facultas* etc. Phöbo carum Arcesilaum v. 481. vidimus; et Jupiter fa-

tum ejus regere dicitur Pyth. V, 164. — *τλᾶθι, τᾶς εὐδαίμονος ἀμφὶ Κυράνας θέμεν απουδὰν ἄπασαν.* Schol. v. 491: *Ὑπόμεινον, περὶ τῆς εὐδαίμονος Κυρήνης πᾶσαν ἔχειν σπουδήν, ὡς καὶ τῆς πόλεως λυπουμένης καὶ ζητούσης τοὺς φυγαδευθέντας πολίτας, καὶ ὀφείλοντος αὐτοῦ τιμῆσαι τὸ δαιμόνιον.* Mox Cyrene *εὐδαίμων* dicitur, ob naturæ beneficia etc. V. Ritteri Erdkunde. Ed. II. Tom. I. p. 943—951. Thrige Hist. Cyrenes T. I. p. 103—108. 112—116. Urbemque *ἀγαστιμέναν* dicit Pyth. V, 108., Venerisque hortum dulcem ibid. 31. Jam de singulari vocis *τλᾶθι* sensu cfr. Simonidem supra citatum p. 613. Wagnerus comparat *sapere ande*. Plura suppeditant Monkius et Wüstemannus ad Eurip. Alc. 284. Herm. Omnino tenendum, hoc verbum et cognatum *τολμᾶν* non soli labori, oneri, ærumnæ jungi, sed etiam omnis generis proposito, consilio etc. Est fere nostrum Entschliesse dich. — *τῶν δ' Ὁμήρου καὶ τόδε συνθέμενος ῥῆμα πόρσυν'*. Hic locus quomodo antecedentia spectet, monitum est ad v. 467. *Verum etiam Homeri hoc dictum* etc. Mihi quidem non dubium, sensum non esse: *Praeter alia Homeri dicta hoc quoque ejusdem dictum reputa.* — Aliorum quoque poetarum dictis utitur. Hesiodum habes Isthm. VI, 98., Homerum denuo citat Nem. VII, 31. Isthm. IV, 63., Archilochum Ol. IX, 1. Postremo Isthm. VI, 56. Argivorum se breviloquentiam affectare dicit. — *συνθέμενος πόρσυν'*. Schol. v. 493: *Σύνες, οἷον κατὰ μνήμην ἔχε καὶ τίμα. διὰ γὰρ τοῦ πόρσυνε καὶ τόδε ἀκουστέον.* Quidni π. erit *effice, perfice*, coll. Isthm. IV, 105? *Infige istud animo tuo, et perfice* (*convenienter illi age*). Cum *συνθέμενος* confert Hey-

nius homericum *αὐ δὲ σύνθεο θυμῷ* [Damm. Lex. p. 1047]. — *ἄγγελον ἐσλὸν ἔφα τιμὰν μεγίσταν πράγματι παντὶ φέρειν.* Exspectabas stilum recitativum. Locus, monente schol. v. 493., est Il. XV, 207: *Ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ*: *bonum et hoc est*, s. *et bonum hoc est* (v. p. 683), *si nuntius prudentiâ ornatus fuerit*, i. e. *bonum nuntius prudens*. Ubi Eustathius (Heyne T. II. p. 141): *Πολλὰ γὰρ καὶ αὐτὸς καταρθοῖ.* Ad eundem locum Heyn. T. VII. p. 42 sq.: „Hic de prudentia nuntii agitur. Revera autem Iris prudentis nuntii partes egit, qui non exasperare animum vult, cum jussa dura perferat, sed placare mitigando verbis. Possit adeo aliquis Jovis ipsius prudentiam mirari, qui ad Neptunum non Apollinem, sed Irin deam miserat, cujus ex ore blandiore mandata Neptunus animo remissiore accepturus erat: cf. Schol. B. et Eustath. ad vs. 221." Pindari quoque sapientiam admireris, qui hoc vix aptiorem veteris scriptoris locum allegare potuit. Quale enim Iridis nuntiæ ingenium, tale Demophili a Pindaro Cyrenas ablegati, sc. mite prudensque, coll. sqq. Callideque his ad sequentia fit transitus, ubi pro Demophilo P. deprecatur. Sc. varias ejus virtutes enumerat, unde appareat, bonum esse nuntium; eædem vero laudes reditum Demophilo in patriam procurare debent. Jam ad singula veniendum. De *nuntio* hujus loci ita schol. v. 493. (coll. eodem ad v. 496): *Τοῦτο δὲ πρὸς ἑαυτὸν ὁ Πίνδαρος ἀνάγει, ὅτι ὀφείλεις μοι πεισθῆναι πρεσβεύοντι ὡς ἀγαθῷ ἀγγέλῳ.* Immo Demophilus ille *ἄγγελος* est, quem mandata quædam perferentem ad Arcesilaum vides, sc. ea, quæ inde a v. 467. legimus. Acerbitatis minarumque speciem quandam

ista monita habebant; ideo mitigare debebat et poterat Demophilus a Pindaro ablegatus, velut Iris a Jove ad Neptunum missa. — *τιμὰν μεγίστην πράγματι παντὶ φέρειν.* Thierschius: „Ein trefflicher Bote gewinnt bey jedem Werk vorragender Ehre Genufs.“ Ita *παντὶ ἔργῳ* idem erit quod *ἐν π. ἔ.* Verum Pindarus mandata sua bene prudenterque perferri vult, non perferentem honore affici. *Prudens nuntius mandato honorem affert.* Idem sequentis *αὔξεται* sensus. Ita sententia utraque parallelismum quendam habebit. — *αὔξεται καὶ Μοῖσα δι' ἀγγελίας ὀρθᾶς.* Schol. v. 496: *Αὔξεται καὶ ἡ ποίησις δι' ὀρθῆς ἀγγελίας καὶ παιδείας. Non soli mandato, sed et poesi honor inde accedit.* Jam *ἀγγελία ὀρθὰ* est s. *nuntius bonus*, s. *mandato bene fungi.* Cf. Ol. VI, 153: *Ἄγγελος ὀρθός.* Cum deæ honore cfr. Callim. Dian. 34: *Θεὸν ἄλλον ἀέξειν.* — *ἐπέγνω μὲν Κυράνα* etc. *Quae de Demophilo dicturus sum, ea non meo unius judicio nituntur. Consentiunt in ea re Cyrenae Battiadaeque.* Similiter in Arcesilai laude ad populârium consensum provocatur Pyth. V, 145. Honorifice vero Cyrenæ priore loco ponuntur. — *δικαίαν Δαμοφίλου πραπίδων. Justitiam demophileae mentis.* Schol. v. 497: *Δικαιοσύνην, δίκην.* Quænam fuerit hæc *δικαία* s. *δίκη*, sequentia (*κεῖνος . . ὀπαδεῖ*) monstrant. Et ipse poeta loci sensum tentantes adjuvat. Utitur enim voce *γάρ*. Cave igitur *δικαίαν* pro *justitia* vulgaris sermonis vel *probitate* positam putes. Latissime h. l. patet *δικαία*, velut *δίκαιος*, de quo Schneid. Lex. gr. v. Est nostrum Tüchtigkeit, cujus tamen ipsius sensum insequentia aperiunt. Jam exempla formæ *δικαία* pro *δίκη* hæc habe. Chæris scholiastæ v. 188: *Ἀρχαίαν*

χομίζων, i. e. *ἀρχήν*. Ubi tamen critici et Böckh. nott. critt. p. 464. [37]) Deinde *ἀναγχαίαν* pro *ἀνάγκην* homericum esse, notat Heynius [V. Il. IV, 300. VI, 85. Od. XIX, 73]. Adde Tyrtæum Pausan. IV, 14. Idem Heynius affert *τροπαίαν* pro *τροπήν* Aesch. Choëph. 773 [ubi alia hujus vocis aeschylea exempla Blomf. addit in nott. critt.], *ἀνατροπαίαν* VII Theb. 708 [ibi vero videndus Blomf.], *ἀραίαν* pro *ἀρὰν* 787. Adde Agam. 1022: *Θυραίαν* pro *θύραν*. Eurip. Iphig. T. 761. Matth. Med. 605: *Ἀραία*. Quamquam Soph. Trach. 1203 (citante Elmsleio ibidem) docet, dictum de viro *ἀραῖος*, de femina *ἀραία*, quod vide, ne toti huic formarum generi applicari possit. Apollon. Rh. I, 1208: *Κρηναίης* pro *χρήνης*. Ad quem locum cf. Brunck. ed. II. et Buttm. Ausf. gr. Spr. T. II. p. 111. not. Q. Smyrn. VI, 177: *Ἀμοιβαίῃσι* pro *ἀμοιβαῖς*, coll. Dorvill. ad Charit. VIII, 8. p. 651. Lips. Veterem codd. quorundam atque alterius schol. lectionem *δικαιᾶν* retinendam censuit Hermannus, obsequentibus Ahlwardtio, Böckhio, Thierschio. Affert Hermannus Il. IV, 357: *Ὡς γνῶ χωομένοιο*. XXIII, 450. 51: *Τοῖο δ' ἄνευθεν ἐόντος ἔγνω*. Quibus e Schneideri Lex. addere poteris Plat. apol. 14: *Ἆρα γνώσεται Σωκράτης ὁ σοφὸς δὴ ἐμοῦ χαριεντιζομένου καὶ ἐναντία ἐμαυτῷ λέγοντος*; Cyrop. VII, 2, 18: *Ἐπεὶ μέντοι ἔγνω καὶ μάλα ἄτοπα ἐμοῦ ποιοῦντος καὶ πρόσω λειφῶν ἀπέχοντος, οὕτω δὴ πέπτω περὶ παίδων*. Accedat Aesch. Prom. 726. Blomf.: *Μαθεῖν γὰρ τῆσδε πρῶτ' ἐχρῄζετε Τὸν ἀμφ' ἑαυτὴν ἆθλον ἐξηγουμένης*. Max. Tyr.

37) Ab *ἀρχή* (*principatus*) profectum putes *ἀρχεῖος*, ab *ἀρχή* (*initium*) *ἀρχαῖος*. Solum *ἀρχεῖος* ab *ἀρχή* descendere potuisse Böckhius contendit nott. critt. l. c.

dissert. XXI, 1. T. I. p. 394. Reiske: *Ἀκούσῃ δὲ τοῦ μὲν στρατιωτικοῦ τὸν εἰρηνικὸν εὐδαιμονίζοντος, τοῦ δὲ ἐν εἰρήνῃ τὸν στρατιωτικὸν τεθηπότος.* Vides, quo hæc consilio adjecerim. Potissimum est locis citatis participii genitivus, nequaquam nominis. Regit enim *γινώσκω* ut alia sentiendi verba, e. g. *αἰσθάνομαι, ἀκούω* etc. genitivum participii, pro accusativo et infinitivo. Adi quoque Vigerum pag. 346. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 448. not. 1. p. 829. sect. 2. — *κεῖνος γὰρ ἐν παισὶν νέος, ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς ἐγχύρσαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ.* Exponitur *δικαία* animi demophileï. — *νέος.* *Juvenis*, quoad mores. *Juveniliter viget, agit, gaudet* etc. Idem v. 525. repetitur: *Θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν.* Alterum æquabilius ita exprimi poterat: *Ἐν δ' ἀνδράσιν ἐστὶν ἀνὴρ ἑκατονταετής.* Quod fugiens Pindarus eam virtutem memorat, qua inter viros Demophilus emineat, prudentiam. Ita *βουλαὶ* erunt *consilium, prudentia*, coll. Pyth. II, 121. atque indd. pindd. Nec tamen obstabo, quo minus *ἐν βουλαῖς* tibi sit in *conventibus, consiliis*, coll. Pyth. VIII, 3. Suadet hoc præpositio *ἐν* et oppositum *ἐν παισίν, inter pueros*. Sed sensus non mutatur. Et laudatur prudentiæ præmaturæ titulo, velut rex ipse Pyth. V, 146., coll. Heyn. Demophilum vero juvenili ætate fuisse, pronum e nostro loco et v. 525. Deinde hanc laudem aliis quoque tributam constat. Aesch. VII Theb. 618. Blomf.: *Γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φύσει.* Paulus Silentiarius Anthol. Palat. VII, DCIV, 6: *Κάλλεσιν ὁπλοτέρην, ἤθεσι γηραλέην.* Gregorius theologus Ibidem VIII, CLII, 1: *Τὸν νεαρόν, . . πολιόν τε νόημα.* Plura dedere Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. XII. p. 340., Boissona-

dius ad Eunapium T. I. p. 291—293., quique ab utroque laudantur eandem rem ad alios scriptorum locos illustrantes. De voce *ἐγκύρω* v. Liebel. ad Archil. p. 130.— *ὀρφανίζει μὲν κακὰν γλῶσσαν φαεννᾶς ὀπός. Privat maledicam linguam clara voce.* Hæc antecedentibus ita annecte, ut minor interpunctio post *βιοτᾷ* figatur. Bene hoc statuit Hermannus, addens: „Id ipsum, quod juvenili robore ac senili sapientia præditus est Demophilus, caussam continet, quare obmutescant obtrectatores, atque ab ipso contemnantur.“ Aldinam post *βιοτᾷ* omittere distinguendi signum, monet Böckhius. Addo Romanam. Deinde *φαεννὸς* voci junctum idem est quod *λευκός*, *λευκάς*, *candidus*, *liquidus* etc. Nonn. Convers. Evangel. Joh. XVI, 95: *Λευκάδι φωνῇ.* Et *λευκὸν πνεῦμα* (*clarus spiritus*, *clara vox*) *μελαίνῃ* opponitur in Philostrati Vita Apollonii Tyan. (T. I. p. 205. Olear., coll. p. 194). De hac formula docte egerunt Jacobsius ad Anthol. gr. Lips. T. IX. pag. 179. Stallb. ad Plat. Phileb. 117. p. 163. Boissonadius ad Eunap. T. I. p. 176. 196. 197. 568. V. quoque Schneid. Lex. gr. vv. *λευκὸς* et *ξουθός*. Adde Lexx. latt. vv. *candidus*, *clarus*, *liquidus* etc. Et *claro icta* habes Ovid. Metam. II, 625., quod Max. Plan. p. 76. Boiss. ridicule convertit *περιφανεῖ ῥιπῇ.* Quomodo vero calumniam obmutescere faciat, hoc Böckhius ita explanat: „Ne calumnia quidem illi obtrectare potest, virtutibus ejus victa.“ Accuratiora vide in Hermanni nota modo repetita. Et vide, ne hi calumniatores inter aulicos Arcesilai fuerint, coll. his, quos Noster notavit Pyth. II. Regi vero Demophilum cognatum fuisse, schol. v. 467. memorat. Aulicum quoque mores Demophili a Pindaro descripti

significare mihi quidem videntur, sed nullcum melioris notæ, quem, scilicet non metuendum, regi falso in suspicionem adductum, s. fugisse, s. in exilium actum vides. — ἔμαθε δὲ ὑβρίζοντα μισεῖν, οὐχ ἐρίζων ἀντία τοῖς ἀγαθοῖς. In his ἀγαθοί, utpote hominibus ὑβρίζουσιν oppositi, erunt *modesti*. Jam temporum illorum rationem accuratius considerantī v. ὑβρίζοντα eos spectare videbitur, qui nimio et insolenti libertatis studio civitati nocuerant, tyrannum exasperantes. Tum ἀγαθοὺς cives in republica modeste se gerentes putabis. Cf. ἀγαθοὺς Pyth. III, 125. p. 602. Alii utramque vocem de inimicis amicisque Demophili intelligent. Schol. v. 507. latius patere locum putans Hesiodum expressum dicit O. et D. 714. Gaisf.: Μηδὲ κακῶν ἕτερον, μηδ' ἐσθλῶν νείκεστῆρα. Dein Thersiten introducit H. II, 220. — οὐδὲ μάχην τέλος οὐδέν. *Nec prolongans ullum finem, s. rem perficiendam, absolvendam, i. e. rem nullam*, coll. ad Olymp. II. p. 83. 94., ad Olymp. XIII. p. 459. Schol. v. 504: Οὐδὲ τὸ τῶν πραγμάτων τέλος πρὸς ἄνοιαν μηκύνει. Heynius: *Nullam rem procrastinat*. Similiter Böckhius. Verum tales homines tyrannis metuendi. Rectius Thierschius: Noch zu weit ausdehnend das Ziel des Bemüh'ns. I. e. *rerum novarum non cupidus, non favens consiliis, quae longum tempus spectant*. Nostrates: Er ist kein Freund von weitaussehenden Planen etc. Adversatum regi Demophilum atque in exilium actum, ex hoc loco consequi vult Thierschius. Vide tamen, quæ supra monita sunt. — ὁ γὰρ καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔχει. Sententiose exprimit, quod de Demophilo enumtiare poterat. *Neque novarum rerum cupidus*

est Demophilus, et, si esset, occasione jam careret. Quod ipse haud nescit. V. quoque Thierschium. De *occasione* adi Nitsch. neu. mythol. Lex. ed. II. v. — *πρὸς ἀνθρώπων. A parte hominum, quod homines attinet.* Conferatur Viger. p. 660. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 867. ibique cit. Xenoph. Anab. II, 5, 20 (*πρὸς ἀνθρώπων αἰσχρός*). An *hominum commodo*, coll. Matth. l. c.? — *βραχὺ μέτρον.* V. Isthm. I. 87. — *θεράπων δὲ οἱ, οὐ δράστας, ὀπαδεῖ. Minister autem* [coll. Schneid. L. g.] *eam sequitur, non servus.* Heynius: „Δράστας, puto, est simpliciter h. l. *famulus, servus*: inter hunc et *θεράποντα* multum interest. Demophilus, si vir prudens erat, *captabat occasiones opportunas consiliis*, non autem servili more *ex iis pendebat*, tanquam *ex herili nutu*. Nam prudentis est, res ita disponere et ordinare, ut opportunitas rebus gerendis enascatur." Serviebat (opportunitati) *ἐλευθέρως*, ut Menandri verbis utar Fragm. incert. CCLXXIX. pag. 269. Meineke. Böckhius: „Minister Damophilus *χαιρῷ* est, fovet eum, *θεραπεύει*, levi et haud invito neque improbo labore, ut qui observare opportuna didicerit; non illiberalem quasi operam præstat, neque ut is, qui opportunis commode uti non novit, sudat in rebus gerendis tanquam servus viliorum negotiorum curator." Is igitur sibi res, non se rebus subjungere conabatur (Horat. Epist. I, 1, 19). — *φαγπὶ δὲ* etc. Jam precatur pro Demophilo, s. proverbium aliquod, s. veteris scriptoris locum, ut supra, præmittens. Cum h. formula cf. Pyth. VII, 20. — *καλὰ γινώσκοντ'*. Schol. v. 511: *Ὅτι καὶ ὁ Δημόφιλος, εἰδὼς τὰ τῆς πατρίδος καλά, ἀνάγκῃ τῆς φυγῆς οὐκ ἐχρήσατο αὐτοῖς.* — *ἐκτὸς ἔχειν πόδα.* Schol. v. 511:

Τὸ γὰρ ἔξω πόδας ἔχειν τοιοῦτόν ἐστι, μήτε ἐν αὐτῷ εἶναι τῷ εὖ πράττειν, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης αὐτὸ προϊέσθαι. Heynius citat Aesch. Prom. 263.[38]) et Soph. Philoct. 1260. Contrarium *πόδα ἔχειν ἔν τινι* Ol. VI, 13., de quo p. 134. — *καὶ μὰν κεῖνος Ἄτλας οὐρανῷ προσπαλαίει νῦν γε πατρῴας ἀπὸ γᾶς ἀπό τε κτεάνων.* In his *καὶ μὰν* est *et sane* (Herm. ad Vig. p. 839). Formula Pindaro sollemnis, coll. ind. Böckh. — *κεῖνος*, *Ille vester*, *Arcesila*, *Atlas*. Bene Böckhius: „Et nota, Atlantem Libycum eo libentius poetam assumpsisse, quod nuno in Libycis rebus versatur: solet enim Pindarus elocutionem ita instituere, ut et res et verba eorum, quibus scribit, condicioni accommodet: atque ut Damophilus procul a patria semotus est, ita Atlas in finibus terrarum cælum sustinet." Schol. v. 514: *Φέρει δὲ τῷ Ἄτλαντι ὅμοιον ἄχθος Δημόφιλος, τῆς πατρίδος καὶ τῶν κτημάτων μακρὰν χωρισθείς.* V.

38) Cf. ibidem glossarium Blomfieldii, qui optime affert Horat. Sat. II, 7. 27: *Necquicquam cœno cupiens evellere plantam*. Bene hoc convenit Aeschyleo Choeph. 685: *Ἐγὼ νομίζων ὀλεθρίου πηλοῦ πόδα*. Lege ibidem scholiasten et Blomfieldium. De formula nostri loci adi quoque Monkium ad Eurip. Hippol. 1288. et interprr. Soph. Oed. C. 1225 (*τίς πλάγχθη πολύμοχθος ἔξω;*). Ubi post *ἔξω* ex antecedentibus supple *αὐτῆς* (*ἀφροσύνης*). Alia interpretatio (coll. VV. DD.) commodum sensum non fundit. Nec obstat *πλάγχθη*. Positum hoc ornatus causa, pro *ἐστίν*, optimeque generis humani levitatem refert, quod, quid sequendum sit, quid fugiendum, ignorans, erroneam vitam agere videtur. Idem *ἀλαίνειν* de senibus Aesch. Agam. 82. Mox *πολύμοχθος* i. q. *ἄνθρωπος*, coll. *ἐφημέριος* etc. De *πολύμοχθος* bene praecipit Döderl., de reliquis non item.

quoque Heynium. In finibus terræ positus Atlas. V. Hes. theog. 518., coll. Orph. Fragm. XXXV. p. 492. Herm. — *πατρῴας ἀπὸ γᾶς* etc. Dictum ob Demophilum. Nam Titanum patriam quis anquiret? Quamquam Arcades sibi Atlantem vindicare visi Ov. Fast. V, 81-89. — *λῦσε δὲ Ζεὺς ἄφθιτος Τιτᾶνας.* Idem repetere quibusdam videtur Fragm. inc. LXVII (Heyne III, 115. Böckh. II, 2, 564). Similiter Aeschylus Titanas, quos Prom. 220. vinctos vidimus, in tertia ejusdem nominis fabula liberatos introducit, utpote Promethea visentes, de quo adi Aesch. Fragm. 177. Schütz. T. V. p. 124., coll. Welckeri libro: Die äschyl. Trilogie Prom. p. 38. Jam schol. v. 518 (de Titanibus Demophili gratia memoratis): *Ἀπέλυσε δέ ποτε, φησί, καὶ ὁ Ζεὺς τοὺς Τιτᾶνας τῆς τιμωρίας, καίτοι ἐπιθεμένους αὐτοῦ τῇ ἀρχῇ καὶ μεταστῆσαι βουληθέντας.* Sed de Atlante ibidem: *Ἐγκαλοῦσι δέ τινες τῷ Πινδάρῳ, ὅτι οὐκ οἰκείως ἐπὶ τῆς διαλλαγῆς τὸν Ἄτλαντα παρείληφε· διηνεχῶς γὰρ μοχθεῖ.* Scite Nostrum defendit Böckhius: *Demophilus nunc quidem Atlantis infortunio conflictatur; sed illi veniam dare decet: quid enim quod Titanibus ipsis, Atlantis fratribus, ab immortali Jove aliquando est venia data?* — *ἐν δὲ χρόνῳ μεταβολαί, λήξαντος οὔρου, ἰστίων.* Bene Böckhius: *Sic tu, quum alia jam atque antea rerum Cyrenaicarum videatur condicio esse, priora instituta et Damophili exilium revocare poteris.* — *οὐλομένην νοῦσον.* Schol. v. 521: *Ταύτην τὴν ἐνεστῶσαν ὀλεθριωτάτην νόσον τῆς φυγῆς.* Aesch. Agam. 550. Græcorum patriæ repetendæ desiderium *τερπνὰν νόσον* vocat. — *Ἀπόλλωνος χράνα.* Præter schol. v. 523. et Böckhium adi Spanhem. ad Callim.

Callim. Apoll. 88. Thrige hist. Cyrenes T. I. p. 77. Ritter Erdkunde. Ed. II. T. I. p. 947. *Fons* pro *urbe*, velut Castalia Ol. VII, 31. IX, 28. pro Delphis, Dirce Ol. XI, 101. pro Thebis, thermæ Himerenses Ol. XII. fin. p. 436. pro urbe Himera. — *συμποσίας ἐφέπων θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἥβαν πολλάκις.* Schol. v. 521: *Πάλιν συνήθως συμποσιάσαι καὶ τὴν ψυχὴν ἐκδοῦναι πρὸς φιλοφροσύνην καὶ συμπότια.* Sunt *συμποσ.* h. l. convivia omnis generis propter *πολλάκις*, quod noli cum schol. v. 526. sequentibus annectere. In fine sententiæ positum, velut *θαμὰ* Ol. IV, 40. Pyth. IV, 71. Fragm. inc. XLIV (Heyne III, 104. Böckh. II, 2, 653). Deinde *θυμ. ἐκδ. πρὸς ἥβ.* idem quod simplex *ἡβᾷν* Theogn. 877. Bekk.: *Ἡβώοις, φίλε θυμέ.* Ubi editor p. 120. Simili sensu supra v. 501. Demophilus *νέος* dictus. Postremo *ἥβαν* oppositam puto sequentibus *ἐν σοφοῖς πολίταις.* — *δαιδάλεαν φόρμιγγα βαστάξων.* Schol. v. 526: *Θέλει δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ μουσικός ἐστιν.* Fuit et musica inter *καλὰ* Cyrenensium *ἐγχώρια*, coll. Böckh. ad Pyth. V, 152. Explicc. p. 294. Eadem regis juvenis laus Pyth. V, 152. In alio juvene idem prædicatur Pyth. VI, 48. — *σοφοῖς πολίταις*: Musicam hoc et poesin spectat. V. Ol. I, 15. — *ἀσυχίᾳ θιγέμεν*: *Quietem attingere, adipisci, ea frui, rejecto novarum rerum studio.* Simile *μίσγεσθαι* Nem. I, 27. II, 34. Isthm. III, 5. De casu verbi ita schol. v. 528: *Ἀντὶ τοῦ ἡσυχίας. σύνηθες δὲ τὸ σχῆμα τῷ Πινδάρῳ.* Pyth. VIII, 33: *Ἀρεταῖς κλειναῖσιν θίγοισα*: *attingens virtutes*, i. e. *strenua*. IX, 75: *Ψεύδει θιγεῖν*: Nem. IV, 57: *Νουμηνίᾳ θιγέμεν.* Ubi Dissenius et Böckhius Explicc. p. 383. 84. Idem non raro verborum

ἅπτομαι et ἐφάπτομαι casus, coll. interprr. Ol. I, 138 (Böckh. Explicc. p. 111). — μήτ' ὦν. V. Ol. I, 137. p. 47. Ol. VI, 32. p. 192. Addo Soph. Oed. T. 90: Οὔτ' οὖν προδείσας εἰμί. Oed. C. 1128: Οὐδ' οὖν ἐάσω. Ubi Döderlinus. — ἀπαθὴς δ'. De τε — δὲ v. Herm. ad Vig. p. 836. Adde Fragm. inc. XXIV. p. 632. Böckh. — πρὸς ἀστῶν. *Non laesus a civibus.* Ita ἀβλ. verbi passivi loco positum dices. An *non laesus quoad aives*, coll. v. 509. ibique nott.? Tum idem erit quod πρὸς c. accus., quod visum quoque schol. v. 526. — καί κε. *Et revera*. Pyth. III, 120 (p. 601): Καί κεν. — μυθήσαιθ', ὁποίαν Ἀρκεσίλᾳ εὗρε παγὰν ἀμβροσίων ἐπέων, πρόσφατον Θήβᾳ ξενωθείς. Böckhius (nott. critt. p. 412): „Deinde Ἀρκεσίλα sine *I* subscripto editiones veteres et libri scripti [non dicit, quinam et quot?]; Guelph. supra adscriptum præbet ὦ: habitum igitur pro vocativo, qui multo videtur commodior, quum præsertim non Arcesilao soli Pindarus sit carminum fons, sed omnibus universim. Praeterea si legeres Ἀρκεσίλᾳ, Damophilus diceretur primus effecisse, ut Pindarus Arcesilaum caneret, neque antea amicus Arcesilao Thebanus vates fuisse, quum tamen totum carmen ostendat, quam familiaris poeta jam tum Arcesilao fuerit. Non igitur *Arcesilao invenit* Damophilus Pindarum carminum fontem, sed *invenit* simpliciter, *quum Thebis eo familiarius uteretur*, quantusque esset, cognosceret; qualem igitur Pindarum invenisset, narraturum esse Damophilum poeta prædicat, quum is ad lares revertisset.“ Idem Explicc. p. 282. addit: „Ceterum Ἀρκεσίλα vocativum rescribi non tantum ob ea præstat, quæ in nott. critt. dixi, verum etiam ob hoc, ut ne Pindarus

suum in Arcesilao canendo studium apud hunc jactet." Verum Noster omnibus universim carminum fons fuit, interque hos Arcesilao. Quod cui mirum et repugnans videbitur? Et potissimum in hac sententia non *παγάν*, sed *ὁποίαν*. Dicit Pindarus: *Narrabit* (Cyrenis), *quam paratum ad regis laudem Thebis poetam invenerit*. Hanc non adulationem esse, vix est, quod moneatur. Laudabat P. Arcesilaum, quando laude dignus erat, quod tum maxime factum vides, quum inter cives regemque pax restituta esset. Testimonium hujus rei carmen proxime sequens. Deinde poeta, qui tanto tamque magnifico carmine, cui aliud statim s. succedebat s. comes accedebat, Battiadarum origines celebrasset, nonne summo jure fons laudis Battiadarum uberrimus dicebatur? Vides, infirmum esse prius Böckhii argumentum; neque aliud posterius. Neque enim dicit P., Demophilum *fecisse*, ut Pindarus Arcesilaum caneret. Hoc dicit: poetam Thebis *invenit* laudi tuæ et Battiadarum paratissimum. Quod, si vel antea cognitum erat Arcesilao, cur repeti hoc contextu vetas? Immo quivis poeta encomiasticus Arcesilao familiaris iterum hoc atque iterum testari poterat. Non est hoc hominis jactabundi, sed amorem suum atque reverentiam significantis. Et prudenter istud in carminis exitu collocatur, quod ita tum ad initia sua recurrit, tum sequens carmen et præparat et quasi introducit, cujus omnem fere complexum in laude regis versari vides. Postremo ne id quidem prætermittendum censeo, prudenter poetam post regis haud levem reprehensionem non suo nomine in ejusdem laude desinere, sed Demophilo internuntio utentem. Aliter agens num sibi constitisset? Defensam vides vulgarem loci interpre-

tationem, coll. Heyn. edit. ultima. Jamque paucis Böckhii rationem se probaturam puto, in qua tamen scholiasten præeuntem habuit. Ita Græcus ad v. 530: *Καὶ δὴ εἴποι ἄν σοι, ὁποίαν εὗρε πηγὴν ϑείων ἐπῶν. τοῦτο δὲ ὡς πρὸς ἑαυτόν, ὅτι ϑαυμαστῶς γράφει.* Sed poetam, licet præstantiæ suæ nunquam immemorem, ita putes carmen claudere, quod raram habet victoris laudem, largam reprehensionem, modo tectam, modo apertam? — Thierschius ad *νοῦσον* v. 522: „Diese ist seine Flucht und Verbannung. Die Beschäftigungen, nach denen er verlangt, sind sämmtlich friedliche, darunter auch die Kunst des Gesanges, die er in Theben geübt, dort für Arcesilaus der Lieder Brunnquell findend." — *Fonti ἐπέων* dictione, minus re est simile *κῦμα* Ol. XI, 14. p. 388. — *προόσφατον* schol. quoque ad v. 533. cum sequentibus jungit. Adde Gurlitt. l. c. p. 39 sq. *Nuper Thebis hospitio exceptus.* Eundem ut Aegidam Thebas exulatum abisse, Böckhius acute censet Explicc. p. 280. Hinc publico hospitio gavisum putabis, quo ultimorum quoque color ducere videtur. Isque Thebis Pindarum adiens precatur, ut Arcesilaum sibi reconciliet, coll. schol. v. 533. Qui hymnum regi victori parans obsequitur. Addes, vel cognatum Nostro Demophilum fuisse, vel juvenis indolem poeticam vati placuisse, vel disciplinâ pythagoricâ junctos Demophilum Pindarumque, qui exulem adjuverit, velut alium Cyrenensem pythagoreum, Prorum nomine, quem rebus suis turbæ civiles spoliarant, Tarentinus quidam pythagoreus, referente Diodoro Siculo Fragm. lib. X, 3.

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ Ε

ΑΡΚΕΣΙΛΑΩΙ ΚΥΡΗΝΑΙΩΙ ΑΡΜΑΤΙ.

V. 1—29.

Divitiis, quarum magna vis, ubi virtus accedit, nunquam non bene usus es, Arcesila, qua in re tum aliàs, tum nuperrime Castorem adjutorem habuisti. Et revera felicitate non mediocri flores, primo ut rex potens prudensque, deinde ut victor: ὁ πλοῦτος. A vero aberrant, qui, latiore electa significatione, *πλοῦτον* esse volunt *dignitatem fortunamque regiam*, sc. ne Arcesilaum *divitiarum* faciant *appetentem*, coll. *σὺ τοί νιν μεταγνίσσεαι* v. 7. Nec melius *opes regiae*, vel generalius *opes*, *opulentia*. Ambiguum hoc. Est *πλ. divitiae*, coll. Ol. II, 96. Pyth. I, 96. all. — *εὐρυσθενής (ἐστιν)*. Nostrum respicit Libanius T. IV. p. 637, 26. Reiske: *Διὰ τοῦτο πεισθῆναι τοὺς πολίτας ὑπὸ τῶν μουσῶν κατέχεσθαι, διότι καὶ τὰ ἔπη καὶ τὰ μέλη τῶν εἰς τὸν πλοῦτον ὕμνων ἐνέπλησαν, τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν δόξαν ὥσπερ ἐμόλχια δόντες αὐτῷ, καὶ καλοῦντες εὐρυσθενῆ.* Ubi schol.: *Εἰρη γὰρ ὁ λυρικὸς Πίνδαρος, ὁ πλοῦτος εὐρυσθενής.* Et *πλούτου σθένος* habes Isthm. III, 3. De eadem re Eur. El. 425: *Σκοπῶ τὰ χρήματ', ὡς ἔχει μέγα σθένος.* 943: *Τοῖσι χρήμασι σθένων.* Dio Chrysost. Or. IV. (T. I. p. 170. Reiske): *Τὴν τοῦ πλού-*

του δύναμιν. Jam divitiarum *δύναμιν* Nostro similiter restringit Theogn. 537: *Ἀλλά γε χρὴ πάντας γνώμην ταύτην καταθέσθαι, Ὡς πλοῦτος πλείστην πᾶσιν ἔχει δύναμιν.* — *ἀρετᾷ κεκραμένον. Virtute temperatas, junctas.* Schol. v. 1: *Τὸν μετὰ ἀρετῆς πλοῦτον.* Menandri Fragm. inc. LII (p. 215. Meineke): *Ἥθει δὲ χρηστῷ συγκεχυμένην (λόγου δύναμιν).* Idem fragm. inc. CCLXXIII: *Συνέσει χρηστότης κεκραμένη.* Nonn. Dionys. XXXVII, 178: *Ἠνορέῃ κεκερασμένον ἄνθεμον ἥβης.* Usum pindaricum præbent indices. Simile *πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαιδαλμένος* Ol. II, 96. — *πότμου παραδόντος. Ut tibi, Arcesila, qui hereditarias divitias habes.* V. Heyn. et Böckh. Explicc. p. 283. Latius tamen hæ voces patere possunt, velut sequens *θεόσδοτον.* Debentur enim divitiæ, potestas, alia bona beneficio divino. — *ἀνάγῃ. Secum ducat*, i. e. *habeat.* Sunt divitiæ *comites.* Similis formula, licet brevior, Pyth. VI, 47: *Νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει.* Hunc locum attuli Dilucc. pindd. Spec. I. p. 1. Non diversum *ἀγινεῖν* in eadem re Anthol. Pal. T. II. p. 771. epigr. XLVII, 8 (Crates Thebanus): *Πλοῦτον ἀγινεῖν* (volo) *Εὔφορον, εὔκτητον, τίμιον εἰς ἀρετήν.* — *πολύφιλον ἑπέταν. Dilectissimas comites*, coll. Ol. IX, 6: *Φίλοις ἑταίροις.* Ita rectissime Böckh. et Thiersch. Aliena infert Aristarchus schol. v. 1: *Πολύφιλον δέ φησιν αὐτὸν ἑπέταν, ἐπειδὴ τῷ πλουτοῦντι πολλοὶ ἕπονται,* [1]) quæ interpretatio simplicitati maxime adversatur. Melius de divitiarum virtutisque societate

---

1) Menandri sententt. singg. v. 165 (p. 319. Mein.): *Ἐὰν δ' ἔχωμεν χρήμαθ', ἕξομεν φίλους.* Ibid. v. 500 (p. 332. Mein.): *Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους.*

idem schol. v. 1: *Τὸν μετὰ ἀρετῆς πλοῦτόν φησιν εὐρυσθενῆ εἶναι. τὸ γὰρ ἕτερον ἄνευ τοῦ ἑτέρου οὐκ ἀσφαλές ἐστιν, ὡς καὶ Καλλίμαχος* [Jov. 95., ubi Spanhem.] *Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν, Οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο. Καὶ ἡ Σαπφὼ* [Fragm. XXIX. Gaisf. P. M. G. T. III. p. 303. Lips.] *Ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετᾶς οὐχ ἑσσοῖς πάροικος.* Adde Cratetem Thebanum supra allatum, et nos p. 102. Divitiæ varia conandi occasionem præbent, coll. Ol. II, 96. Inprimis victorias curules divites facilius aliis appetere poterant, coll. Ol. cit. et Böckh. Explicc. p. 283. — *σύ τοί νιν.* Duo codd. (Böckh. nott. critt. p. 474) habent *τοίνυν*, quam confusionem illustrant Elmsl. ad Eurip. Bacch. 32. et Blomf. ad Aesch. Choeph. 541. Hoc eorum erit, qui regem divitias *quaerere* nolebant. Inter quos Böckhius, qui primo *σὺ τοίνυν* legit, nunc *σύ τοι νῦν.* Verum bene se habet *τοὶ νιν.* V. sequentium explanationem. Huic vero *τοι* respondere *δὲ* v. 15., ad Pyth. II, p. 564. monuimus. Iterum *σὺ τοί νιν* habes Pyth. VI, 19. — *κλυτᾶς αἰῶνος.* Vita ejus inclyta, nobilis, ut hominis regno nati. Jam de genere v. *αἰῶνος* pindarica schol. Eurip. Phön. 1492. (*σχοτίαν αἰῶνα*) ed. Valck.: *Τὸ αἰῶνα ἐπὶ θηλυκοῦ νόει, ὥσπερ καὶ παρὰ Πινδάρῳ καί τισιν ἄλλοις εὕρηται.* — *ἀκρᾶν βαθμίδων ἄπο. A summis,* i. e. *primis inde vitae gradibus.* Schol. v. 6: *Ἀπ' ἀρχῆς τοῦ βίου.* Bene interprr. conferunt v. 152: *Ἀπὸ ματρὸς φίλας.* Lycophr. 2: *Ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης.* Ubi scholiastes brevior: *Ἀπὸ πρώτης ἀρχῆς.* Adeundus ibidem Müllerus p. 3., bene conferens Soph. Ai. 283: *Ἄκρας νυκτός* (*initio noctis*), coll. ibi Lobeck. pag. 263. Et Pyth. XII, 18. est *ἄκρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ primâ vesperâ.* Anthol. Palat. VII,

DCXXXIII, 1 (Crinagoras): *Ἀκρέσπερος ἀντέλλουσα Μήνη.* Utque *initium* h. v. significat, ita *fini* quoque applicatur. Theogn. 602: *Τέλος ἄκρον.* 2) De hoc duplici v. ἄκρος usu v. quoque schol. Arati Diosem. 8., monente Lobeckio ad Soph. Ai. l. c., et schol. Soph. El. 738., ubi *ἄκρον* habes pro *fine*. Jam *βαθμίδων*, de quo omnino Schneiderus L. g. v. coll. Anthol. Pal. VII, CCCCXXVIII, 4., aedificium spectare putabis, quocum vita comparetur. Eurip. Fragm. inc. CXCVI: *Τηλοῦ οἴκων βίοτον ἐξιδρυσάμην.* Gregor. Naz. (Opp. ed. Paris. 1630, T. II. p. 89): *Βιότοιο πύλας.* Hes. Opp. et D. 304: *Ἐπὶ γήραος αὐδῷ.* Eadem formula hymn. hom. in Ven. 106. Phocyl. 217. Anthol. Pal. V, CCLXXXII, 1. XIV, CXXVII, 4. Nonn. Dionys. XXIV, 186. Eadem Anthol. VII, DCCXXVI, 4 (Leonidas): *Γήραος ἄγχι θυρῶν.* VIII, CXIX, 2 (Gregorius theologus): *Ἄχρι πύλης γήραος.* Ex ultimis vides, *οὐδὸν γήραος* non esse *initium* senectutis, sed *ipsam senectutem*, parte posita pro toto, coll. Latinorum *limen*. Eamque ipsam vocem similiter adhibitam, docent Lexx. latt. Neque tamen multum obstat, quo minus vitae *ἄκραι βαθμ.* sint *curriculi vitalis initium*, quam for-

---

2) Scilicet idem locus alii primus, alii ultimus esse potest. Hinc *βαλβίς, βαλβίδες*, unde exibant cursores, eorundem finis. V. Völck. ad Lycophr. vv. XIII—XV. p. 9. 24. Jacobs. ad Anthol. Pal. T. III. p. 48. Lux hinc Euripidi Med. 1211: *Λάβε ξίφος, λάβ'. ἔρπε πρὸς βαλβῖδα λυπηρὰν βίου: ad finem miserum vitae.* Male ibi et schol. et Elmsl. Et Soph. Antig. 131. propter *νίκην ἀλαλάξαι* omnino tenenda Musgravii vocum *βαλβίδων ἐπ' ἄκρων* interpretatio. Scilicet ad *βαλβῖδα* reversi cursores *νίκην ἠλάλαξαν.* Cum Soph. loco cfr. omnino Lycophr. 13.

mulam apud veteres tritam fuisse, nota res est. Vide Eurip. Med. nota 2. cit. et Monk. ad Eurip. Hippol. 86. Bene hoc carminis initio convenit, victoriam cumulem prædicantis. Postremo longum ι habet βαθμὶς Anthol. Pal. VII, CCCCXXVIII, 4. — σὺν εὐδοξίᾳ μετανίσ-σεαι. *Clare ingenioque administras.* Optime schol. v. 6: Ὅτι οὐκ εἰς ῥᾳθυμίαν αὐτῷ χρώμενος εἶ, ἀλλ' εἰς τὰ δοξάζειν δυνάμενα, ἱπποτροφίας καὶ τὰ τοιαῦτα. Est hæc illa ἀρετά, quacum junctas dixit divitias initio hymni, vel bonus eventus, usum illum prosequens. Jam *μετανίσσομαι* proprie est *ire post rem aliquam*, hinc *quærere, petere*. Arati Phæn. 21 (adhærente Schneidero L. g.): Ἀὐτὰρ ἄγ' οὐδ' ὀλίγον μετανίσσεται. Ubi minus accurate schol. (T. I. p. 14. Buhle): μεταστρέφεται; nec melius ibidem glossa (T. II. p. 403): Μεθεῖται. Supple αὐτούς (ἀστέρας). *Coelum ne tantillum quidem astra sequitur, sed manet immotum.* Eurip. Tro. 130: (Naves) Τροίας ἐν κόλποισιν τὰν Μενελάου μετανισσόμεναι στυγνὰν ἄλοχον: *petentes*, Nostratium holend. Apoll. Rh. I, 1245: Λιμῷ δ' αἰθόμενος μετανίσσεται sc. μῆλα: *sequitur*. IV, 628: Ὅσσ' (Rhodanus) εἰς Ἠρίδανον μετανίσσεται: *venit in Padum*. Oppian. Cyneg. I, 499: Ἱρόδομον μετανίσσεται: *petit*. III, 256: (Χαίτη) οὐ-ρὴν ἐς νεάτην μετανίσσεται: *extenditur ad*.. Anthol. Palat. IX, CCCLXXXIV, 13: Καρκίνον ἠέλιος μετανείσεται, i. e. μετανίσσεται. Cf. Jacobs. ibid. T. III. p. 549. Vides, verbum μετανίσσομαι *finem* spectare, *qui petitur*, quæ significatio a præpositione μετὰ nascitur, quæ potissimum in hoc verbo. Et finis iste semper fere expressus est, supplendus, ubi deest, e connexis. Hinc ægre dices μετανίσσομαι ἀπό τινος (*venio a loco*), quod secus

in simplici *νίσσομαι* Ol. III, 17. Jam cognatorum *μεθήκω*, *μέτειμι*, *μετέρχομαι*, *μεταστίχω*, *μεθέπω* significatio facit, ut nullus dubitem, idem esse *μετανίσσομαι*, sc. *ebeo*, *curo*, *administro* (einer Sache, einem Geschäfte *nachgehen*), *habeo*, *ntor*. Eurip. Tro. 1261: *Μεθήκουαίν σ' Οἶδ'*. Anacreon VI, 16. Fischer.: *Κῶμον μέτεισι*: *choream agit*. Eurip. El. 56: *Πηγὰς ποταμίας μετέρχομαι*: *fontes peto*. Opp. Hal. IV, 416: (*Νῆες*) *φόρτον ἀμοιβαίοισι μετερχόμεναι καμάτοισιν*: *petentes*, holend. Anthol. Pal. T. II. p. 637. nr. XLI, 2: *Οἱ τὸ νέον τάγμα μετιρχόμενοι*: *administrantes*, curantes. Nonn. Dionys. II, 698: *Μετέρχεο τέμπεα Πυθοῦς*: *pete*. IX, 285: *Μετέστιχον ὄργια Βάκχαι*: *agebant orgia Bacchae*. [3]) Deinde si divitias bene admini-

3) *Μεθέπω*, proprie *sequor* (v. Damm. Lex. v. et indd. pindd. v.), locis veterum paene infinitis est *teneo*, *habeo*, *administro*, per antecedens pro consequenti, coll. verbis supra positis. Habetque verbum in seqq. exemplis objectum suum expressum. Cfr. Nem. VI, 24. 98. Oppian. Cyneg. II, 221. Anthol. Pal. V, CCXXI, 6. VII, DLXXXIV, 3. Ead. Anthol. T. II. p. 797. nr. CXV, 3. Nonn. Dionys. IV, 141. X, 205. XIX, 10. XX, 216. XXIV, 132. 280. XXV, 486. XXVI, 160. 364. XXVII, 268. XXIX, 125. 309. XXX, 123. XXXI, 150. 264. XXXII, 50. 73. XXXIII, 353. XXXIV, 9. 108. XXXV, 356. XXXVI, 53. XXXVII, 146. 188. 220. 333. 412. 481. 646. XXXVIII, 190. 243. XL, 545. XLI, 272. 345. 411. XLII, 175. XLV, 32. 170. XLVI, 21. 342. XLVII, 242. 299. XLVIII, 226. 355. 483. 673. 766. 787. 905. 930. Idem Convers. Evang. Joh. II, 11. III, 73. IV, 81. 85. V, 100. 141. VIII, 20. 40. 57. 147. X, 71. 120. XII, 100. XIX, 50. Congessi haec, ut alia, usibus aliis inservitura, non

strare rex dicitur *a vitae principio*, non magis hoc mirum videatur, quam alia ejusdem laus v. 152: *Ἐν τε Μοίσαισι ποτανὸς ἀπὸ ματρὸς φίλας.* Nec minores aliorum laudes. Cic. Brut. 33. Ellendt.: *Doctus a puero C. Gracchus*. Inscriptio Fl. Merobaudis (ed. Niebuhr. II. præf. p. VII): *Cui a crepundiis par virtutis et eloquentiae cura*. Adde præceptum Gregorii Naz. or. 40. (Opp. ed. Paris. 1630. T. I. p. 648): *Ἐκ βρέφους ἁγιασθήτω, ἐξ ὀνύχων καθιερωθήτω τῷ πνεύματι.* Longe aliter Böckhius nott. critt. p. 474: *Tu redis summa cum gloria a summis beatae vitae fastigiis, a Pythica victoria, quam Castoris aureo curru gaudentis debes beneficio.* Idem deinde addit: „Neque opus, ut ipse Arcesilas Pythiis affuerit; tamen dici poterat: *modo redis, modo venis a summo hoc gloriae vestigio*." Hoc ipsum nego, semperque negabo. Qui victoriam per alios reportavit, patriâ non egressus, is non dici potest *a victoria redire*. Böckhius tamen si sententiæ suæ etiamnunc inhæret, allaturum confido luculenta hujus dictionis exempla, uti meus est mos. Dein contextum Böckhiana ratio maximopere turbat. Victoria regis in fine demum hujus strophæ tecte significatur, in fine sequentis aperte memoratur. Nolimus bonum hunc progressum ipso adversante poeta derelinquere. Dicit Noster: *Divitias virtutis consortio validissimas evadere, ta comprobasti, Arcesila, qui iis nunquam non honorifice* (e. g. *ad artes equestres, ut vir Cyrenaicus*) *usus es, qua in re Castor tum alio tempore tibi favit, tum proxime elapso, victoriam tibi ut artis illius praeses suppeditans*. Bonum

---

Pindari solius interpretationi. De vv. *ἀμφέπω, διέπω, ἐρέπω* v. p. 12. sq. 229. 504.

autem aurigam infra disertis verbis dicit v. 153. Postremo quæ vulgari interpretationi Böckhius opponit, ea profligata puto his, quæ supra de vv. *ἄνρος* et *μετανίσσομαι* disputata sunt. — *ἔχατι.* De h. v. cfr. p. 167. et Blomf. glossar. Aesch. Choeph. 208. 430. — *χρυσαρμάτου.* Deorum heroumque epitheton, coll. indd. pindd., quod huic deo, utpote rem eurulem moderanti, optime convenit. — *Κάστορος.* Quare hic laudetur, non obscurum. Culti in Cyrenaica Dioscuri. Adeantur inprimis scholiastes v. 6. 121., Gurlittius, Böckhius, Bernhardius (Böckh. Explicc. p. 284). In primo Cyrenensium numorum musei Danici (Ramus T. I. p. 386) est fulmen inter duo astra. Eundem numum v. ap. Mionnet. Description de médaill. antiqu. T. VI. p. 556. Et silphium inter duo astra numus habet Musei Wiczay T. I. p. 328. Ea Dioscuris respondere, alii recte monuerunt. Eodem trahes singula illa numorum Cyr. astra, ni tibi in his solus Castor, ut rei Cyrenensium equestris præses, præferendus videbitur. — Post *Κάστορος* pone comma, ne decursus sententiæ interrumpatur. — *εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον ὄμβρον τεὰν καταιθύσαει μάχαιραν ἑστίαν.* Longe optima emergeret interpretatio, si *εὐδίαν* esset vocis *ἑστίαν* adjectivum, ut *μάχαιραν.* Esset hæc prolepsis, de qua v. nos p. 693. Verum *εὔδιος*, quantum ego video, est *ὁ καὶ ἡ*, quamquam ab eodem descendit substantivum illud adjectivale *εὐδία.* Jam dices, esse *εὐδίαν* i. q. *κατ' εὐδίαν, μετ' εὐδίας*, vel *τεὰν μ. ἑστ.* i. q. *κατά, περὶ τεὰν μ. ἑστ.*, quod abesse poterat post *καταὶ* verbi. V. quoque schol. v. 12. Posterius præfero, ut dicta hæc sint hoc sensu: *Serenitatis lucem adspergit tuis aedibus.* Similiter Ol. XI, 88: *Θόρυβον παραίθυξε μέγαν.* Vide quoque exemplorum

quædam p. 284 sq. congestorum. Ad prius inclinare videtur Hermannus, licet sententiam suam non satis exponens. Jam schol. v. 12: *Ὑπαινίττεται δὲ τὸν τῶν Κυρηναίων νεωτερισμόν· στάσις γὰρ ἐνέπεσεν αὐτῷ πρὸς τὸν δῆμον· ὃν δὴ χειμῶνα ἔφη. διχόθεν ὁ Κάστωρ εὐμενής σοί ἐστιν, εἴς τε τὴν εὐδαιμονίαν ἐκ χειμῶνος κατάστασιν* [4]), *καὶ εἰς τὴν ἱππικὴν νίκην.* Ex his falsum prius. *Post* tempestatem affulsisse ædibus regis Castor dicitur, non *durante tempestate*. Hinc solum id Castori Arcesilaus debebat, quod finitis turbis civilibus illi acciderat, victoriam curulem, quamquam dicendi color ex ea Castoreæ potestatis parte petitus est, quæ circa res maritimas versatur. V. Isthm. IV. VII. deinde citt. Et nota illud *μετά*. Nimirum compositæ tum turbæ civitatis cyrenaicæ, de quibus reliquæ jam carminis partes vix aliquam mentionem injiciunt, coll. v. 72.; secus hoc in carmine antecedenti. Diversa enim utriusque carminis et tempora et personæ. De illis vide, quæ ad carmen quartum disputata sunt. Quod vero has attinet, carmen quintum ita comparatum mihi videtur, ut chorus popularium Cyrenensium ad unum omnia regi dicere potuerit, quod e singulorum nostra explanatione ulterius apparebit. Cum *μαχ. ἐστ.* cfr. Ol. I, 17: *Μάχαιραν Ἱέρωνος ἑστίαν.* Isthm. IV, 27: *Μάχαιραν ἑστίαν.* Ad sensum ve-

---

4) Pro *εὐδαιμονίαν* lege *εὐδαιμονίας*: *felicitatis tempestate sedata statum*. Böckhius conjicit *εἴς τε τὴν εὐδίαν, ἐκ χειμῶνος κατάστασιν*. Quod ut commodum sensum fundat, dele comma post *εὐδίαν*. Quae vox hac ratione vocis *κατάστ.* adjectivum evadet. Sed v., quae de hac forma supra monuimus.

ro plurimum facit Isthm. VII, 51: *Ἔτλαν δὲ πένθος οὐ φατόν. ἀλλὰ νῦν μοι Γαιάοχος εὐδίαν ὄπασσεν ἐκ χειμῶνος*: sc. collatâ victoria. V. quoque Isthm. IV, 25—41. — *σοφοὶ δέ τοι κάλλιον φέροντι καὶ τὰν θεόσδοτον δύναμιν.* Laus regiæ sapientiæ divitiarum usu comprobatæ. Utitur in hunc finem sententiâ, et more suo varians pro *πλούτῳ* ponit *δύναμιν* (*opes*), cujus notio latius patet. Tum erit *δὲ nam.* Ita hæc præparantur, quæ de regno Arcesilai deinde dicuntur. Alii regem ob bonum *potentiae* usum separatim laudari h. l. dicent. *Non tantum divitiis bene uteris* (v. 1 — 14), *sed etiam potestate*. Sc. cum populo in gratiam redierat. Hinc in fine carminis iterum prædicatur. Qui h. l. de potentiæ modesto usu regem admoneri dicunt, æqualitatem et consensum totius loci infringunt. Antecessere laudes (v. 1—14), sequuntur aliæ (v. 17—25 sqq.); inprimis proximâ sententiâ (v. 17) singulariter rex laudatur, quod sit *ἐρχόμενος ἐν δίκᾳ*. Hinc de eadem re antea vix bene admonetur. Jam ad singula digrediendum. Primum spectat *δὲ* universam stropham antecedentem, *τοι* vero sequens *δ'* cum reliquis. Deinde *κάλλιον* sapientes potestatem ferre dicuntur, sc. *melius aliis*, e. g. *νηπίοις* Pyth. III, 148: *Τὰ μὲν ὧν οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν, ἀλλ' ἀγαθοί.* Ubi *ἀγαθοὶ* pro *σοφοῖς*. Et cum *κόσμῳ* cfr. nostri loci *κάλλιον*. De sensu vero particulæ *καὶ* vide antecedentem tractationem, cui hoc unum addo, particulam *καὶ* infortunium antithetice spectare posse, de quo sermo fuit in antecedentibus. Et *κακὰ φέρειν* habes Pyth. III, 148. Ita vero loci nexus turbatur. Jam *θεόσδοτον* respondet verbis *πότμου παραδόντος* v. 4., nec velim cum voce *καὶ* ita jungi, ut sit *potestas divinitus concessa*, quasi

aliâ non divinitus concessâ. Ita sibi P. adversatur, qui alibi (Ol. XI. Pyth. I. etc.) omnis generis bona deos auctores habere contendit. Et cfr. inprimis Isthm. V, 29. Postremo *φέροντι* alii aliter intelligunt. Optime de *onere ferendo* Fœhsius cogitavit (Pind. Siegshymnen. T. I. p. 254). Est enim *δύναμις* onus, ut *ὄλβος*. Ultimum præclare Noster monet Ol. I, 87: *Ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη* (Tantalus). Pyth. II, 45: (Ixion) *Εὐμενέσσι γὰρ παρὰ Κρονίδαις γλυκὺν ἑλὼν βιοτον, μακρόν γ' οὐχ ὑπέμεινεν ὄλβον.* Similiter alii. Theogn. 599: *Τολμᾷν χρὴ τὰ διδοῦσι θεοὶ θνητοῖσι βροτοῖσι, Ῥηϊδίως δὲ φέρειν ἀμφότερον τὸ λάχος.* Eurip. Suppl. 123. Matth.: *Τί δ' εὐτυχοῦντες; οὐκ ἐπίστανται φέρειν* (*τὸ εὐτυχεῖν*, coll. Markl.). Menander Menagyrtâ (Mein. p. 111): *Οὕτω μαθεῖν δεῖ πάντα, καὶ πλοῦτον φέρειν Ἀσχημοσύνης γὰρ γίνετ' ἐνίοις αἴτιος.* Idem Fragm. inc. LXXVII (Mein. p. 222): *Ὃ μὴ φέρων γὰρ εὖ τι τῶν ἐν τῷ βίῳ Ἀγαθῶν, ἀλόγιστός ἐστιν, οὐ μακάριος.* Idem Fragm. inc. CXXVI (Mein. p. 234): *Ἄνδρα τὸν ἀληθῶς εὐγενῆ καὶ τἀγαθὰ Καὶ τὰ κακὰ δεῖ πταίοντα γενναίως φέρειν.* Philemon. fragm. inc. LXVII (Mein. p. 419): *Ἐνταῦθ' ἀνὴρ γάρ ἐστιν ἀνδρὸς διάφορος, Ἐν τῷ τό τε κακὸν εὖ φέρειν καὶ τἀγαθόν.* Q. Smyrn. VII, 54: *Ἔοικε δὲ θνητὸν ἐόντα Πάντα φέρειν, ὁπόσ' ἐσθλὰ διδοῖ θεὸς ἠδ' ἀλεγεινά.* Eunapius Chrysanthio Opp. p. 113. Boiss.: *Ἀλλὰ πενίαν μὲν ἔφερε ῥᾷον ἢ πλοῦτον ἕτερος. — σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν δίκῃ.* Schol. v. 17: *Σὲ δὲ δικαίως ζῶντα.* Cfr. *jure grassari* etc. Latinorum (Liv. III, 44). Adi quoque Heynium, Böckhium, Dilucc. pindd. Spec. I. p. 5. Jam quæ fuerit regis *δίκα* (coll. Pyth. IV, 499. p. 733), in antecedenti-

bus hoc Noster aperuisse videtur. — ὄλβος. Schol. v. 17: *Πολὺς σὺν εὐδαιμονίᾳ πλοῦτος.* Quidni simpliciter εὐδαιμονία? Dixit Pindarus initio carminis: *Praedicandus es ob justum divitiarum felicemque usum.* Secundo loco dicit: *Praedicandus es ob aliud felicitatis humanae genus, sc. ob regnum victoriamque.* — ἀμφινέμεται. Cfr. ἕπεται v. 73. ibique notata. Pone comma post ἀμφιν. — τὸ μὲν etc. Optime Heynius nott. critt. p. 311: „Sibi respondent v. 19. τὸ μὲν et v. 24. μάχαρ δέ." Aliter idem in nott. exegg. Duo habemus membra partitionis, *laudem regni* (τὸ μὲν — φρενί) et *laudem victoriae* (μάχαρ — ἄθυρμα), quæ duplex laus ὄλβον v. 18. constituit. Jam ἔχει — φρενὶ vel parenthetice insertum est, quo posito δ' Ceporini post συγγ. commodissime abesse poterit; vel, quod melius, illustrationis et amplificationis gratia antecedentibus ὅτι — πολίων subnectitur, totaque hæc prior sententia duobus membris constans arctiore vinculo ita potuisset constringi: *potens rex es prudensque.* Ita δ' (i. e. καί, coll. Heyn. nott. critt.) vel subintelligendum, vel recipiendum, quod posterius Thierschium fecisse video. Omitti autem a librariis voculam, nota res. V. Elmsl. ad Eurip. Med. 427. all. Facile δ' excidebat ob antecedens ὅτι. — μεγαλᾶν πολίων. Cyrene urbs cum reliquis Cyrenaicæ urbibus. V. Pyth. IV, 34. p. 628. Magnam adhuc Strabo dicit, reliquas parvas XVII, 3. — συγγενὴς ὀφθαλμός. *Congenitus oculus*, i. e. *tuus.* Schol. v. 19: Ὁ ἴδιός σου ὀφθαλμὸς βλέπει περὶ σὲ ὃν τὸ γέρας τῆς βασιλείας αἰδοιέστατον. Deinde propria voce τεᾷ Noster utitur. Recte. Aliud enim fuisset *συγγενὴς φρήν (naturalis prudentia)*, aliud τεὰ φρήν.

Jam

Jam Schwenckius ad Aeschyli Eumen. 186. et Hellerus ad Soph. Oed. C. 1356: „Verbis fortioribus utuntur Græci ad conjunctionem aut societatem qualemcunque significandam." Sic dicitur *μόχθῳ, παλαιᾷ ἀμέρᾳ ἔντροφος*, i. e. *ὢν ἐν* etc., coll. Jacobs. et Hell. ad Soph. l. cit. Verissimum canonem iis evincam, quæ mea mihi veterum lectio suppeditavit. Ol. XII, 21: *Συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ*: *Tuum ad focum*. Nem. V, 73: *Πότμος δὲ κρίνει συγγενής*: *uniuscujusque πότμος*. Ubi propter *συγγ.* est *ποτμ.* quibusdam *vis*, quo jure, equidem nescio. Isthm. I, 55: *Πότμος συγγενής*: *viri* (ante memorati) *fatum*. Aesch. Agam. 107: *Σύμφυτος αἰών*: *mea* (chori) *aetas*. Soph. Ai. 638. Lobeck.: *Οὐκ ἔτι συντρόφοις ὀργαῖς ἔμπεδος, ἀλλ' ἐκτὸς ὁμιλεῖ*: *non amplius mentis suae compos Aiax, sed eâ dejectus est*. Philoct. 170. Herm.: *Μή του κηδομένου βροτῶν μηδὲ σύντροφον ὄμμ' ἔχων*: I. e. *ὄμμα συνόν*. Ubi ne *vicinum* quidem *σύντροφον*. V. seqq. veterum locos. Nonn. Dionys. III, 222: *Ἐπεί νύ οἱ ἔμφυτος ἥβη Ἠνορέην καὶ κάλλος ἐμίγνυε σύζυγι μορφῇ*: *aetas ipsius . . . formae ipsius*. VII, 10. coll. XLI, 84. 179: *Σύντροφος Αἰών*. Nota, hoc loco *αἰῶνα* personam induere, coll. *ἐπεδείκνυε*. Lusus hic, pro abstracto *αἰὼν* (*Jovi vita ipsius ostendit*, i. e. *Jupiter vidit*). XXI, 207: *Ἐκ μεσότης δὲ Ἰξίονος αὐτοέλικτος ἐφύρετο σύγγονος οὐρή*: *ipsius cauda*. XXXVI, 22. coll. XLV, 93: *Σύγγονον ἔγχος ἄειρεν ἐπ' Ἄρεϊ Παλλὰς ἀμήτωρ*: *suam hastam*. Ubi hasta, quam ut alia arma e patris capite nascens Minerva extulit, aliis eligenda videbitur. Præstat tamen simplex *suam*.

216: *Ὀδύρετο σύντροφον ἥβην: suam juventutem.* [5]) Jam *oculus tuus* pro *tu*, parte hominis insigni posita pro ipso, quod tritum in tragicis Græcorum. Soph. Philoct. 170: *Ἀνθρώπου ὄμμ᾽: hominem.* Ai. 167: *Τὸ σὸν ὄμμ᾽: te.* 966: *Ὦ φίλτατ᾽ Αἴας, ὦ ξύναιμον ὄμμ᾽ ἐμοί: o vir mihi cognate.* Eurip. Jon. 1260. Matth.: *Ὦ ταυρόμορφον ὄμμα Κηφισοῦ πατρός.* Alc. 1143: *Ὦ φιλτάτης γυναικὸς ὄμμα καὶ δέμας.* Alia euripidea v. in indice poetæ Barnesiano. Adde nos ad Ol. III. pag. 148 sq. Quam apte vero in rege hæc dictio electa sit, non est, quod multis ostendam. Optime enim oculus regiam potestatem dignitatemque ostendit. V. quoque Dilucc. pindd. Spec. I. p. 7. Subjungam Hermanni verissimum canonem (ad Eurip. Hec. p. 121): „Oculus . . ..ubi est, ibi est is, cujus is oculus est, ut, quæ proprie de persona dicantur, facile ad oculum transferri queant.“ Idem præcepit schol. noster v. 19: *Δύναται γὰρ ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ τὸ ὅλον σῶμα σημαίνεσθαι.* — *αἰδοιότατον.* Ut hoc loco regnum *αἰδοῖον*, ita reges *αἰδοῖοι* apud poetam Platonis republ. III. p. 390. E (Elmsl. ad Eurip. Med. 934). Et summus is humanorum honorum (proprie intelligas superlativum), velut Ol. I, 181. τὸ

---

5) Eadem adjectivorum *σύννομος, σύγχορτος*, aliorum vis. Ubi quis de *pascuo* semper cogitabit? V. Eurip. Hippol. 982. Ad quem locum bene Monkius affert Hel. 1507. Ejusdem generis *σύγχορτος* Orph. Arg. 194. Herm. Nonn. Conv. Ev. Joh. XIV, 34: *Σύννομος ὑμῶν: vobiscum junctus.* Similiter in *παλαιγενὴς* (Aesch. VII Th. 739. Agam. 1641. Blomfield. Eum. 173.) *γένους* notio abundat. Cfr. de h. adjectivo Blomf. glossar. Aesch. VII Th. 739.

ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι. V. quoque Pyth. III, 151 sqq. — γέρας τοῦτο. Clarissime docet antecedentium contextus, esse hoc *γέρας regnum*. Schol. v. 19: *Τὸ γέρας τῆς βασιλείας.* Neque aliter Nem. VII, 56: *Μολοσσίᾳ δ' ἐμβασίλευεν ὀλίγον χρόνον* (Neoptolemus)· *ἀτὰρ γένος αἰεὶ φέρεν τοῦτό οἱ γέρας: regnum*. Et regna diis a Jove et Prometheo definita *γέρα* vocat Aeschyl. Prom. 237. 448. — τεᾷ μιγνύμενον φρενί. *Cum tua junctum prudentia*. V. *μίγνυμι* in indicc. pindd. Jam sensus totius loci hic est: *Beatissimus es, primo ut rex magnarum urbium, quem eximium honorem junctum tenes prudentiâ*. — μάκαρ δὲ καὶ νῦν (ἐσσί). Post τὸ μὲν sequi debebat τὸ δέ, ὅτι etc. Sed v. Herm. ad Vig. p. 701. 715. Et ὄλβος ille remotior ἀμφινεμόμενος (v. 18) repetitur voce μάκαρ. Deinde voces καὶ νῦν sententiam suam antecedenti ita oppositam sistunt, ut rem modo factam et transeuntem rei manenti durantique. — εὖχος ἑλών. *Gloriam adeptus*. Ol. XI, 75. p. 407 sqq.: *Εὖχος ἔργῳ καθελών.* Tyrtæus III, 36: *Ἄγλαὸν εὖχος ἕλῃ.* — ἤδη. *Modo*. Cf. v. 68. Viger. p. 413. inprimis Schneid. L. g. v. Jungendum cum ἑλὼν et *δέδεξαι*. Melius vero ultimum verbum a choro dici, quam a poeta, facile concedes. V. ad v. 68. p. 780. — τόνδε κῶμον ἀνέρων. *Hanc pompam* (amicorum regiorum) *e Graecia ad te redeuntium Apollinique supplicantium, cum carmine*. Nimis locum restringunt, quibus κῶμος cum schol. v. 24. est *carmen, Apollini cantandum*. V. p. 168. 478. Et infra v. 121. habes *Ἀπολλωνίας ἀλεξιμβρότους πομπάς*. Böckhius e *δέδεξαι* (Explicc. p. 282) pompam in honorem Arcesilai deductam consequi vult. — Ἀπολλώνιον

ἄθυρμα. Gaudet χώμῳ is deus ut Delphici certaminis præses victoriæque auctor (schol. v. 24), ut Deus a Battiadis Cyrenensibusque maximopere cultus, denique ut Musagetes (schol. v. 24). Jam ἄθυρμα in deorum oblectationibus sollemne. Hymn. hom. II, 32: Τόδε καλὸν ἄθυρμα (Mercurius ad testudinem). Anacreon LIII, 8. Fisch.: (Rosa) ἀφροδίσιον ἄθυρμα. Opp. Cyneg. I, 33: Ἀθύρματα Ποντογενείης. Incertus Anthol. Pal. VI, XXXVII, 3: Πανὶ . . καλὸν ἄθυρμα. Bacchylides ibid. VI, CCCXIII, 3 (Neue p. 46): Ἀθύρμασι Μουσᾶν. Leonidas Alexandrinus ibid. VI, CCCXXII, 3: Μάρκῳ (imperatori, inter coelites puto) ἄθυρμα. Incertus IX, DCIX, 1: Χαρίτων ἀθύρματα. Arion Methymnæus I, 10 (Anth. gr. Lips. T. I. p. 48): Delphines, ἀθύρματα Νηρηΐδων. Apoll. Rh. III, 132: Διὸς ἄθυρμα. Finita totius loci difficilis (v. 17—29) interpretatione de Böckhii explicatione paucula monenda videntur. Ita vir doctissimus Explicc. p. 284: „Ὀφθαλμὸν esse *splendorem*, post alios docuimus ad Olymp. II, 1 sqq., quibus in exemplis si nomen illud in appositione collocatum vel prædicatum est, noli in eo hærere, quod hoc id loco paulo aliter usurpatur: etenim lyrica dictione ὁ συγγενὴς ὀφθαλμὸς est *innatum quiddam, quod tibi lumen est et splendor et oculus vitae;* in qua interpretatione jam fere prædicati vis tenetur.[6]) Hic splendor ipso poeta duce diversus est a

---

6) Ὀφθαλμὸς, ὄμμα etc. (coll. Gurlitt. Pind. pyth. Siegiges. V. p. 5) aut subjectum est, aut praedicatum. Quodsi prius, vere est proprieque *oculus*, et quidem longe plurimis locis *oculus ipse per se spectatus*, alibi vero *pro eo, qui habet oculum, homine* etc. Istud non est, quod ostendam; de hoc

felicitate, potentia, opibus, quibus praeditus est; itaque cum Hermanno partem maximam verto: *Fortunatissimus tu es; partim enim,* 7) *quia magnis urbibus imperitas,* hoc

---

supra egi, testimonia veterum luculenta afferendo. Quodsi praedicatum ὀφθαλμὸς etc., tum est id, *quod similitudinem qualemcunque habet cum oculo*, e. g. ob scientiam (visum improprium), splendorem, pulchritudinem, caritatem, excellentiam omnis generis etc. Hoc sensu Ol. II, 18. Theronis majores ὀφθαλμὸς Siciliae dicti, hoc sensu Ol. VI, 27. Amphiaraus ὀφθαλμὸς στρατιᾶς, hoc sensu carm. nostri v. 75. Batti felicitas ὄμμα. Ejusdem plane generis loci sunt ab Hermanno citati (praeter Catulliana Soph. Oed. R. 987. Eurip. Phön. 809. 841. Androm. 405). Solum istud Soph. Ai. 977. iis locis annumerandum, ubi ὀφθαλμὸς et ὄμμα positum pro *homine, cujus est oculus*. Jam de ὀφθαλμῷ atque ὄμματι praedicati munere fungentibus v. interprr. Ol. II, 18. coll. ibidem scholl., has Dilucidd. ad Ol. VI, p. 191. Riemeri Lex. g. ed. noviss. v. ὀφθαλμός. Karstenii Specimen pind. p. 73 sq., qui libellus his ipsis diebus ad me defertur. Ceterum Spanhemius loca sua (ad Callim. Dian. 211) male ad *caritatem* refert. Haec hactenus; in quibus si sententiam alio tempore (Dilucc. pindd. Spec. I. p. 6) propositam non muto, noli propter id pervicaciae me arrogantiaeque insimulare. Ego si de veteris scriptoris loco aliquid contendo, perspicuis id facio nec paucis (si possum) antiquitatis testimoniis innixus, mea commenta longe rejiciens. Aliter in hujus loci tentamine Böckhius, qui ambigua illa *paullo aliter* et *jam fere* inferendo interpretationis suae incommoda non defendit, sed speciosa oratione tegit, ne tantillum quidem afferens, quod facere possit ad meum canonem evertendum. Neque omnino (si serio contendimus) e Böckhii ratione est ὀφθαλμὸς praedicatum, sed vere subjectum.

7) Particula τὸ μὲν cum naturâ sua non tantum sequens aliquod

est, quia rex es, *innatus tibi virtutis splendor summum felicitatis decus consecutus est* [8]) *tua temperatum sapientia etc.* Τοῦτο γέρας est ὄλβος πολύς, de quo antea dixerat; [9]) quod γέρας eodem jure potuit αἰδοιότατον dici, quo Olymp. III. extr. aurum: συγγενὴς ὀφθαλμὸς est ille innatus virtutis splendor, qui antea jam significatus est verbis σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν δίκᾳ. Hæc si ita, ut volui, ceperis, non id dixisse videbor, quod feror [Dilucidd. pindd. Spec. I. p. 6], *Regibus virtutem ita se mancipare, ut e regno sit,* quam sententiam aulici prædicent. Rem ita specta. Arcesilaus quod magnis urbibus imperat, inde felicitate fruitur regiæ dignitati conjuncta; hoc quum poeta dicere vellet, non id simpliciter dixit; sed alia sententia adjuncta, ut Arcesilai præstantiam a majoribus tra-

---

τὸ δὲ spectet, sed etiam antecedentem sententiam, cujus singulae partes illo duplici (τὸ μὲν — τὸ δὲ) comprehenduntur, ideo quoque vulgata interpretatio praestat: *Felicissimus es, primo ut rex multarum urbium* etc., *secundo ut victor.* Hermanni Böckhiique electa interpretatione durissime γὰρ abest post τὸ μέν.

8) Non *regem* dicit Arcesilaum, sed *regem potentem.* Et Böckhii posita interpretatione emergit istud nefarie dictum, quod idem nullo acumine removebit: *quia rex potens es, ideo vir natura probus, prudens es* etc. Aliud erat dicere: *potens es, prudens naturâ, probus* etc.

9) *Γέρας regnum* spectare, usus Graecorum supra allatus solide demonstravit. Τοῦτο vero naturâ sua proximae sententiae adhaeret, i. e. βασιλείᾳ. Felicitatem a poeta γέρας dictum nondum vidi. Frigidam quoque repetitionem hanc habes: *felix es; nam quoniam regno magno frueris, felix es* etc.

ditam celebraret, tribuit ei splendorem *virtutis et ingenitae claritatis*, quacum simul virtus innasci nobilibus censetur, nisi quis a majoribus desciverit: unde ἄριστοι et ἀριστεῖς veteribus nobiles dicuntur, quippe qui simul virtute præstent. Duæ igitur sententiæ lyrica brevitate constrictæ sunt: *Quod rex es, summa felicitate et opibus ipso ortu praeditus es; quae junctae sunt virtuti tuae a majoribus acceptae;* sed hæ in unam commiscentur: *Quod rex es, tuae virtutis congenitae splendor felicitati summae conjunctus est*. In quo simul pulcherrima oritur oppositio inter bonum nativum et insitam virtutem ac præstantiam atque inter externæ felicitatis donum, fere ut Olymp. II, 11. πλοῦτόν τε καὶ χάριν ἄγων γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς. Neque ex hac interpretatione Arcesilaum virum præclarum esse inde poeta colligit, quod rex est; etsi quædam sane regibus virtus olim solebat quasi innata esse, quædam animi magnitudo ex magnæ potentiæ, nobilitatis, auctoritatis conscientia profecta, quæ raro in mollitiem degeneravit, frequentius in arrogantiam et superbiam mutata est; sed Arcesilaum et majores virtute [10]) præstare ut notum et certum ponit, quodque in ipso patrum indoles cernebatur, innatum virtutis splendorem dicit, secundum illud: *Fortes creantur fortibus et bonis*." Hæc Böckhius, coll. Herm. ap. Heyn. Ed. ult. T. III. p. 337—340. Similiter de ὀφθ. et γέρας Thierschius, quamquam is in contextu totius loci constituendo errorem devitavit.

---

10) Arcesilaum *ingenii supra aetatem maturitate* pollere, Noster dicit v. 146.

V. 29—71.

Quapropter gratus esto in deum et in Carrhotum, qui summo suo periculo victoriam tibi paravit. τῷ. *Itaque.* Isthm. VIII, 145. Creberrimum in Homero, coll. Damm. Lex. p. 1643. V. quoque Matth. Ausf. gr. Gr. p. 405. Herm. ad Vig. p. 706. — *Κυράνᾳ γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον Ἀφροδίτας.* Schol. v. 31: *Κῆπον Ἀφροδίτης τὴν Κυρήνην φησὶν ὡς καλλίκαρπον καὶ διὰ τοῦτο ἱράσμιον καὶ ἐπαφρόδιτον.* Eadem Spanhemii sententia ad Callim. Ap. 94. Verissimum hoc. Scilicet eodem jure Cyrenen, quam Pyth. IV, 491. *εὐδαίμονα* prædicaverat, *Ἀφροδίτας κᾶπον* dicit, quo Pyth. IX, 90. s. Libyam s. Libyæ quandam partem *Διὸς κᾶπον.* Neque obest (quæ Böckhii sententia Explicc. p. 283) *Κυράνᾳ.* Variat Noster ut in aliis formulis, ita in casibus, et adesse *Κυράνᾳ* debebat, ut intelligeretur *γλ. κ. Ἀφρ.* Similemque præpositionum in eadem re variationem cf. v. 160. Aesch. Eum. 108: *Καὶ νυκτὶ* (*nocta*) *σεμνὰ δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς Ἔθνον, ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν.* Quæ deinde Böckhius multiplici cum doctrina affert, ut hunc Veneris hortum *τέμενος Ἀφροδίτης* aliquod Cyrenis celebre fuisse evincat, ea prorsus mihi aliena videntur. Immo Veneris hortus optimo jure Cyrenen (licet Veneri ipsi non dicatam) ut poeta vocat, tum aliis naturæ[11]) beneficiis pæne infinitis insignem (V. p. 639. Thrige hist. Cyr. I. p. 231 sqq.), tum præcipue rosis, quibus Venus gaudet, inter veteres cele-

11) Orph. hymn. LV, 5. Herm.: *Γενῆας δὲ* (Venus) *τὰ πάντα, Ὅσσα τ' ἐν οὐρανῷ ἐστι καὶ ἐν γαίῃ πολυκάρπῳ Ἔν πόντου τε βυθῷ.* Adde Creuzerum Mythol. ed. II. ind. v. Aphrodite.

berrimam, coll. Thrige ibid. p 253 sqq. Neque omnino Veneris cultu Cyrene caruit, coll. Böckh. l. c. [12]) Deinde Cyrenen superflue addebat s. chorus s. Pindarus, si de certo aliquo urbis τεμένει cogitabat. Obscurum et hoc in Böckhiana loci interpretatione, quare in *isto* inprimis τεμένει deum felicitatis suæ auctorem meminisse debuerit. Debebat in aliis quoque templis meminisse, debebat meminisse in patria sua, debebat ubique locorum, velut ubique et semper Carrhotum amare. Sed memoratur viri *patria*, de qua servanda et augenda carmine antecedente tam graviter eum admonuerat, eaque mentio cum *laude* patriæ jungitur. Hino mihi ἀειδόμενον est: *quoties caneris, quoties victoriae, opum tuarum* etc. *laude inter populares frueris.* Hermanno Thierschioque est hortus Veneris *amabile carmen*. Ita locus geographicus (Cyrene) et poeticus mirifice junguntur, Nosterque alibi pro *canere* etc. dicit *Musarum agrum arare*, non *in Musarum agro canere*. De priori videatur quoque Böckhius ad Olymp. IX, Explicc. p. 188. Eidem Hermanno ἀειδόμενον est medium. Sed gravior emerget sententia, si Pindarum hæc dicentem feceris: *Tum maxime Deo gratias agas, cum laudis dulci sono circumstreperis*. Et hinc ipsum gaudium majus fit sanctiusque in bonis hominibus. — παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν. Schol. v. 33: Ἐπὶ παντὸς πράγματος δεῖ

12) Veneris cultum utri istis regionibus intulerint, Graeci an Phönices, quis jam definiet? Cadmum quidem cum Harmonia, antequam in Graeciam veniret, apud Tritonidem lacum habitasse, auctor est Nonnus Dionys. XIII, 333 sqq. Et Phönicas Barka nomen spectat, nec non alia, coll. censore libri Thrigeani in Ephem. Lipss. 1822. nr. 250. 51.

τῷ θεῷ τὴν αἰτίαν ἀνάπτειν. Ibidem: *ἀνατιθέναι. Omnis* autem *res* est *regis felicitas*, inprimis *victoria*. De v. *ὑπερτίθεσθαι* est disputatio V. D. in Misc. Obss. T. VIII. p. 347—352 (Heynius in edit. ult. male habet 365), quæ nil ad h. l. facit, coll. Heynio. Duplici præcepto simillimus locus Euripidis El. 895. Matth.: *Θεοὺς μὲν ἡγοῦ πρῶτον, Ἠλέκτρα, τύχης Ἀρχηγέτας τῆσδ', εἶτα κἄμ' ἐπαίνεσον, Τὸν τῶν θεῶν τε τῆς τύχης θ' ὑπηρέτην.* Menandri sentent. singull. 118 (Meineke p. 317): *Δίκαιον, εὖ πράττοντα μεμνῆσθαι θεοῦ.* Post *ὑπερτ.* fige kolon. — *φίλει δὲ* etc. Heynius: „Nova prorsus sententia hinc ingreditur." Falsum hoc esse, particulæ *μὲν* et *δὲ* monstrant. Poeta, cum *φιλεῖν* dicere potuisset, *φίλει* dicit, ordine dicendi ut aliis locis interpellato. Adde Böckhium Explicc. pag. 285. — *Κάῤῥωτον.* Schol. v. 33: *Ἔστι δὲ ἡνίοχος, ἐπιχώριον δὲ Κυρηναίοις τὸ ὄνομα* [13]). Ibidem: *Κάῤῥωτος ὄνομα κύριον, περὶ οὗ μέμνηται πρὸς τὸν Ἀρκεσίλαον· οἱ δὲ τὸν ἡνίοχον τούτου, ὃν φησιν ὁ Πίνδαρος* [14])

13) Esr. III, 5, 54. 55 (coll. Schleusn. Lex. in LXX. vv. *κάῤῥος* et *χάῤῥα*): *Καὶ ἔδωκαν ἀργύριον τοῖς λατόμοις καὶ τέκτοσι καὶ ποτὰ καὶ βρωτά, Καὶ κάῤῥα* (male alii *χάῤῥα*) *τοῖς Σιδωνίοις καὶ Τυρίοις εἰς τὸ παράγειν αὐτοὺς ἐκ τοῦ Λιβάνου ξύλα:* Ob ligna afferenda h. l. necessario sunt *κάῤῥα carri*, *plaustra*, non *monetae*, *pecunia*, quam opificibus datam vidimus. Et neutrum *carrum* habet Auctor b. hisp. 6. Ceterum vocem cyrenaicam et alexandrinam omisit Sturzius in libello de dial. maced. et alex.

14) Male pro *Πίνδαρος* Böckhius legit *Δίδυμος*. Noster, non Didymus, Carrhotum regis capiti victoriae decus circumdedisse dicit v. 41., Noster eundem regis *εὐεργέταν* praedicat v. 58.

τῆς Πυθιακῆς νίκης αἴτιον γενέσθαι τῷ Ἀρκεσιλάῳ, κατάγειν δὲ αὐτῷ καὶ στρατιωτικὸν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἀθροίσαντα. ταῦτα δὲ πιστοῦται παρατιθέμενος τὰ Θεοτίμου ἐκ τοῦ πρώτου περὶ Κυρήνης ἔχοντα οὕτω· „Διαπίπτουσαν δὲ τὴν πρᾶξιν [15]) *αἰσθόμενος ὁ Ἀρκεσίλαος καὶ βουλόμενος δι' αὐτοῦ [αὑτοῦ] τὰς Ἑσπερίδας οἰκίσαι, πέμπει μὲν εἰς τὰς πανηγύρεις ἵππους ἀθλήσοντας Εὔφημον ἄγοντα· νικήσας δὲ τὰ Πύθια καὶ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα ἐστεφάνωσε καὶ ἐποίκους εἰς τὰς Ἑσπερίδας συνέλεγεν. Εὔφημος μὲν οὖν ἐτελεύτα· Κάρρωτος δὲ τῆς Ἀρκεσιλάου γυναικὸς ἀδελφὸς διεδέξατο τὴν τῶν ἐποίκων ἡγεμονίαν.“* Ad quem locum bene Böckhius (Explicc. p. 282): „Euphemus pompæ præfuit simulque milites collegit, quibuscum deinde Hesperides occupavit; Carrhotus autem aurigationi operam dedit, non ut mercenarius, sed liberali opera.“ Adde Heynium nott. critt. — *ὃς οὐ τὰν Ἐπιμαθέος ἄγων ὀψινόου θυγατέρα Πρόφασιν.* Schol. v. 35: *Ἐπιμηθέως λέγουσιν ὡς ἐπίπαν θυγατέρα τὴν Μεταμέλειαν καὶ τὰ παραπλήσια, καθάπερ καὶ Προμηθέως τὴν Προμήθειαν. νῦν οὖν ὁ Πίνδαρος τὴν Πρόφασιν αὐτὴν Ἐπιμηθέως εἶπε θυγατέρα. οὐκ ἐκόμισεν οὖν σοι, ὦ Ἀρκεσίλαε, φησίν, ὁ Κάρρωτος λόγους καὶ προφάσεις, ἀλλὰ τὴν νίκην. εἰώθασι γὰρ οἱ ἡττηθέντες σκήπτεσθαι ποριζόμενοι προφάσεις τῆς ἥττης.* [16]) — *ἀρισθάρμα-*

---

15) Quaenam haec fuerit, tacet mihi historia. An fuit *ξενολογία* adversus cives rebelles?

16) Ibidem: *Καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν τῷ Προμηθεῖ· Τοῦ Προμηθέως (θέλων λέγειν τῆς φρονήσεως) ἀντέχεσθαι καὶ μὴ τῆς Μεταμελείας.* Hunc locum ex Aeschyli Prome-

τον γέρας. Schol. v. 35: *Τὸν δὲ στέφανον ἀριστάρματον γέρας εἶπε, τὸν ἐπὶ τῇ τῶν ἵππων ἀριστείᾳ δοθέντα.* Idem v. 39: *Ἐξοχώτατον ἐκ τῶν ἁρμάτων γέρας.* — *ὕδατι Καστταλίας ξενωθείς.* Schol. v. 35: *Διὰ δὲ τῆς Καστταλίας ἐκ μέρους τὴν Πυθὼ δεδήλωκεν.* Idem v. 39: *Ἐν Πυθῶνι παραγεγονώς· ἀπὸ γὰρ τῆς πηγῆς τὸ χωρίον ἀκουστέον.* Eurip. Phön. 368. Matth.: *Δίρκης ὕδωρ: Thebas.* 613: *Λέρνης ὕδωρ: Lernam.* Anthol. Pal. IX, xx, 2 (Archias Mitylenæus): *Διψάων κηρυχθεὶς Καστταλίας πὰρ' ὕδωρ.* V. quoque ad Pyth. IV, 524. p. 741. — Deinde illud *ξενωθεὶς* noli pro singulari hospitio accipere. V. Olymp. I, 150. III, 30. Pyth. III, 48. VIII, 88. Nem. VII, 63., ubi hospitii notio latius patet. — *ἀμφέβαλε τεαῖσιν κόμαις.* Conf. Olymp. III, 22. Similis mihi alius locus dictione visus, de quo tamen aliter jam sentio. Est ille Ol. XIII, 53 (p. 450): *Ἐν Ἀθάναισι τρία μὲν ἔργα παδαρχὴς ἀμέρα θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις.* Ibi *ἔργα certamina* esse posse, clare docet Anthолog. Palat. Tom. II. pag. 728. epigr. CCCXXXVII, 5: *Πολλάκι χρᾶτα πύκασσε παντιμερίοισιν ἀέθλοις.* Ubi *ἀέθλα* necessario sunt *certamina.* — *ἀκηράτοις ἀνίαις. Habenis integris.* I. e. *Cum habenas integras retulerit.* Quare comma post

---

theo vincto v. 86. desumtum, dubium mihi cum Böckhio (ed. schol. p. 379). Verbum enim *ἀντέχεσθαι*, cujus simillimum usum iterum habes Nem. I, 50., (forsan et reliqua) grammatico deberi non potest. Deinde *ἐν τῷ Προμηθεῖ* vide ne idem sit quod *illo loco, qui agit de Prometheo*, sc. in fabula Sophoclis unâ alterâve. Prometheum enim non scripsisse videtur Sophocles. Alia v. apud Welckerum in libro: Die aeschyl. Trilogie Prometheus, p. 35., obloquente ejusdem libri censore Lipsiensi Ephem. 1825. p. 10.

χόμαις cum Romana, Böckhio Thierschioque delebis. V. quoque Böckhium Explicc. p. 286. Similima breviloquentia in dativo *ἵπποισι* Pyth. VI. in. Sæpius loris impliciti aurigæ certaminum, unde eorum strages. V. Markl. ad Eurip. Suppl. 699. Sed erant aliæ quoque calamitatis causæ, inter quas *ταράξιπποι*, quos illustravit Paus. VI, 20, 7 (de *ταραξίπποις* Olympico, Isthmio, Nemeatico), X, 37, 4 (de *ταραξίππῳ* Delphico), coll. Pottero ad Lyc. 43. De v. *ἀχήρατος* cfr. Timæi Lex. plat. p. 17. Ruhnk., Monk. ad Eurip. Hippol. 1114., Näk. ad Chör. Fragm. I, 2. — *ποδαρχέων* est genitivus pluralis a *ποδαρχής*. Ac *δρόμοι* (Ol. I, 152: *Τᾶν Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις*) *pedibus valent*, velut *δρόμος* est *λαιψηρὸς* Pyth. IX, 215., et *ἀγὼν* Delphicus dicitur *ὠκύπους* Soph. El. 692. Erf. Ubi schol. Ol. XII, 5: *Λαιψηροὶ πόλεμοι.* Ubi schol. v. 1: *Σφοδροὶ τὴν ὁρμὴν καὶ δραστήριοι.* Hermannus Böckhiusque afferunt Ol. XIII, 54 (*ποδαρκὴς ἁμέρα*), cujus tamen loci alium sensum ostendimus p. 450.-451. Jam schol. v. 39: *Φασὶ δέ τινες, ὅτι δώδεκα δρόμους ἀνύει τὸ τέλειον ἅρμα, τὸ δὲ πωλικὸν ὀκτώ.* Cf. quoque Ol. VI, 126. — *δώδεκα δρόμων τέμενος.* In his ne cum Romana jungas *δωδεκαδρόμων* (Ol. II, 92). Cursus enim ipsos *celeres* dici posse, exempla antecedentia docuerunt. Deinde *τέμενος* idem est quod *κατὰ τὸ τέμενος*, coll. schol. v. 43. Aesch. Ag. 176. Blomf.: *Δαιμόνων σέλμα σεμνὸν ἡμένων.* Ubi interprr. Böckhius tamen Thierschiusque malunt *δώδεκ' ἂν δρόμων τέμενος*, coll. Nem. VI, 70. Ingeniosâ conjectura non opus. Rarius quidem deest *κατὰ* loci, cum interrogatur *ubi?* Vide Aeschyl. modo cit. et VV. DD. ad Lamb. Bos. de ellips. gr. pag. 718. 19.

ed. Schæfer. Totum locum variis interpretationibus tentavi in Dilucc. pindd. Spec. I. p. 9. 10. Cf. quoque Heyn. et Böckhium in nott. critt. — *ἐντέων σθένος οὐδέν.* Schol. v. 45: *Οὐδὲν τῶν αὐτοῦ ἁρμάτων.* Ibidem: *Τῆς τοῦ ἅρματος σκευῆς οὐδέν.* De v. *σθένος* cum bestiis juncta v. nos ad Ol. VI. p. 194. Jam *ἔντεα* (de quibus v. p. 446) Nostro sunt *vasa* omnis generis, coll. indd., sed h. l. *currus*, coll. Nem. IX, 51: *Ἱππείοις τε σὺν ἔντεσιν.* Ad quem locum index Heynianus addit: „*Ἔντεα τὰ ἅρματα.* Eustath. p. 1350, 31." — *ἀλλὰ . . θεοῦ.* Construe cum Hermanno Böckhioque: *Ἀλλὰ κρέμαται πάντα χερ. τεκτ. δαίδαλα, ὅσα ἄγων ἐν (ἐς) κοιλόπ. νάπ. θεοῦ ἄμειψε Κρισαῖον λόφον.* De locorum istorum natura verissime Thierschius: „Die zur See nach den delphischen Spielen kamen, schifften durch den krisæischen Meerbusen, und zogen von Krisa nach dem Felsenthal von Delphi empor." Conferatur inprimis hymnus hom. I, 430—522. Strabo IX, 3. deinde citatus. Liv. XLII, 15: *Delphos ascensurum* (a Cirra). Ibidem: *Ascendentibus ad templum a Cirra.* Viam ipsam a Livio atque alibi accuratius descriptam non inveni, nisi quod *semitam* idem scriptor dicit, coll. Müll. Orchom. p. 494. Deinde *Κρισαῖος λόφος* (ne plura h. l. præsumamus) collis erit Crisæ propior quam Delphis. Est enim *ἄγων ἄμειψεν* pro *ἀμείψας ἦγεν.* Prius igitur vel superandus vel prætereundus ille *λόφος* erat, antequam in *νάπος κοιλ. θεοῦ* perveniretur. Crisam autem (de qua Müllerus Orchom. p. 495 sqq.) memorat, Carrhotum navi advenisse significans. Jam *λόφῳ* illi (s. colli s. monti) Crisam impositam suspicione haud levi motus arbitror. Ita enim Paus. X, 37, 4: *Ἐς δὲ Κίρ-*

ῥαν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν ὁδὸς μὲν σταδίων ἑξήκοντά ἐστιν ἐκ Δελφῶν, καταβάντι δὲ (ex urbe Cirrha s. Crisa) *ἐς τὸ πεδίον ἱππόδρομός τέ ἐστι, καὶ ἀγῶνα Πύθια ἄγουσιν ἐνταῦθα τὸν ἱππικόν.* Conspirat Noster Pyth. X, 23: *Ἔθηκε καὶ βαθυλείμων' ὑπὸ Κίῤῥας ἀγὼν πέτραν κρατησίποδα Φρικίαν.* Eandemque *πέτραν* repetere Lucanus videtur Pharsal. III, 172: *Scopulosaque Cirrha.*[17]) His positis *Κρισ. λοφ.* idem esse concedes, quod *Κρίσαν* (*colli impositam*), et *ἄμεινεν* proprie *superavit*, coll. Paus. X, 15, 2. Anthol. Pal. T. II. p. 694. nr. 227. Schneid. L. g. v. *ἀμεύω.* Deinde Crisæ propius quam Delphis certamina curulia habita, satis apertum e Pausania l. c.; unde pronum intellectu, quare Pindarus de Pythiis agens Cirrham (Crisam) memorare soleat. Ita Hieronis equus desultorius Cirrhæ vicit Pyth. III, 133., ibidem Xenocrates Agrigentinus quadrigis Pyth. VI, 18. Isthm. II, 26., ibidem Megacles Atheniensis ejusque majores (quadrigis puto) Pyth. VII, 14. Accedit Sophocles, qui El. 723. hippodromum Delphicum *Κρισαῖον πέδον* appellat. Deinde cursores, pugiles etc. in eodem campo concertarunt. V. Pyth. VIII, 26. X, 24. XI, 20. Barthelemius in tabula Delphorum imaginem referente (Reise d. jung. Anach. T. II. p. 316. cur. Biester.) Delphis propiorem hippodromum collocat. —

---

17) Cirrhae altiorem montem imminentem Strabo narrat IX, 3: *Πρόκειται δὲ τῆς πόλεως* (Delphorum) *ἡ Κίρφις ἐκ τοῦ νοτίου μέρους, ὄρος ἀπότομον, νάπην ἀπολιπὸν μεταξύ, δι' οὗ ὁ Πλεῖστος διαῤῥεῖ ὁ ποταμός. ὑποπέπτωκε δὲ τῇ Κίρφει πόλις ἀρχαία Κίῤῥα, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἱδρυμένη, ἀφ' ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς ὀγδοήκοντά που σταδίους.*

De *ἐν* pro *εἰς* v. Fischeri animadvv. ad Welleri gramm. III, 2, p. 146. ibique loca ex ipso Pindaro citata. — *χοιλόπεδον.* Est *χοῖλος* vallium etc. epitheton ornans. V. indd. pindd., inprimis Isthm. III, 19. Hymn. hom. I, 282 (de valle inter Delphos Crisamque sita): *Ἴκεο δ' ἐς Κρίσην ὑπὸ Παρνησὸν νιφόεντα, Κνημὸν πρὸς Ζέφυρον τετραμμένον, αὐτὰρ ὕπερθεν Πέτρη ἐπικρέμαται, κοίλη δ' ὑποδέδρομε βῆσσα Τρηχεῖα.* Sophocl. Oed. C. 371: *Τὸ κοῖλον Ἄργος.* Ubi videndi Musgravius et Hellerus. Eurip. Iph. A. 1576: *Αὐλίδος κοίλους μυχούς,* [18]) coll. Lyc. 1062. Deinde verissima schol. v. 50. annotatio: *Κατὰ σύγκρισιν δὲ τὴν πρὸς τὸ Παρνάσσιον ὄρος κοιλόπεδον εἶπε τὸ χωρίον.* — *νάπος.* Hoc ut *νάπη* proprie *silva* (Spanhem. ad Callim. Ap. 89), deinde *vallis,* coll. Schneid. L. g. v. *νάπη,* nec non Eurip. ind. Barnes., Schweigh. lex. herod. Sturz. lex. Xenoph. v. *νάπη.* Et Plisti fluvii vallem *νάπην* Strabo l. c. dixit. Alii utramque vocem distinguunt, ut sit *νάπη silva* (cfr. Lyc. ind. Reichard.), *νάπος vallis.* Jam si *νάπος* h. l. *silva* est, nihilominus ob vocem *κοῖλον* significatur *vallis,* utrumque vero idem quod Nostratium Waldthal. Et posita hæc vallis pro Delphis, cum in eam urbem duxerit. Aliter Böckhius Explicc. p. 287: „Primum ita explicueris: *Sed vicit illaeso curru, et dedicata et suspensa sunt omnia currus instrumenta artificiose facta, quae in mediam Pythonem adduxit, in convallem dei, certandi causa,*

18) Eurip. Iph. T. 9. pro *κλειναῖς ἐν πτυχαῖσιν Αὐλίδος* Elmsleius legere mavult *κοίλαις* etc. Sed Euripidem tuetur Pindarus Pyth. IX, 27: *Πίνδου κλεεννᾶς ἐν πτυχαῖς.*

causa, et quibuscum deinceps in campo Cirrhaeo decurrens propinquum praeteriit Crisaeum collem, qui campo imminet. In qua interpretatione ut illud commodum est, quod colle Crisæo prætereundo videtur vicisse, ita hoc minus habeo conveniens, quod Crisæum collem præteriisse dicitur *ἄγων τὸ ἅρμα ἐς νάπος θεοῦ*, quum potius deberet esse *ἀγαγών*, quia, priusquam certaret, Delphos profectus Carrhotus erat." Fallitur vir egregius non uno tantum titulo. Primo non loquitur Noster neque de certamine neque de victoria. Præterea, quod colle Crisæo prætereundo [superando] vicisse videtur, id nullius momenti esse mihi videtur, si Crisam alio consilio memoratam statuis, quam quod ibi in terram Carrhotus escenderat. Postremo quod incommodum in verbo *ἄγων* Böckhius vidit, profligatum id puto mea loci interpretatione, qua electa ne locum quidem *ἀγαγών* habuisset. Est enim *ἄγων ἅμιππεν* idem quod *ἀμείψας ἦγεν*, inversione tritissima. Jam aliam hanc sententiam Böckhius amplectitur: „*Suspensa sunt, quae in reditu ex Cirrhaeo hippodromo, superato,* qui inter Cirrham et Delphos est, [19]) *Crisaeo colle, in mediam Delphorum urbem deduxit, ut dedicarentur.* Hæc sola est recta interpretatio, quam omnia commendant: primum enim, quod integra currus instrumenta Delphos reportavit, in eo haud ambigua [?] victoriæ significatio inest; [20]) deinde in hoc sensu *ἄγων ἅμιππε* re-

19) *Per Plisti vallem* ex urbe Crisa venientes Delphos petiisse puto. Montem interjacentem, qui superandus fuerit, e monumentis veterum monstrare Böckhius debebat.

20) Noster non aliud dicit, nisi hoc: *Non fregit in hippodromo currum, quem Delphos ante attulerat; idem potius*

ctissime dicitur, quia, dum collis Crisæus superatur, currus Delphos advehitur; [22]) tum *χοιλόπεδον νάπος*, quo post Crisæum collem superatum pervenitur, atque quo Carrhotus tendit, ut currum suspendat, in fine orationis positum est: quod haud satis recte poeta instituisset, si post aditum *χοιλόπεδον νάπος* in Cirrhæo campo Carrhotus vicisse diceretur; [21]) postremo si in *νάπῃ* carmina cantata sunt, ex Cirrhæo campo redux Carrhotus eo currum advexit, ut

---

loco sacro suspensus est. Sola haec recta est interpretatio, Pindarique verbis conveniens.

21) Superfluum, immo frigidum in Böckhiana ratione, quod *victoriâ parta* montem illum superasse, Delphosque repetisse dicitur. Secus hoc e mea interpretatione, quae locum significari vult, *ubi Carrhotus Cyrenaicus in terram ascenderit, Delphos inde petens cum pompa quadam et magnificentia*, quod ultimum non admodum tecte P. dicit, praeter consuetudinem hoc loco satis verbosus.

22) Böckhio *νάπος θεοῦ* (duce schol. Pyth. VI, 9) idem est quod *νάπῃ* Delphorum (media urbis illius pars). Ita vero pro justo rei nomine (*νάπῃ*) minus accuratum posuit *νάπος*. Deinde non intelligo appositam vocem *θεοῦ*, quae non recabit, si *νάπος* erit vel lucus Apollinis, vel vallis subjecta Delphis, Phoeboque (ut omnis iste tractus) sacra. Obscurum quoque *χοιλόπεδον* de parte urbis *adverso clivo* (Paus. X, 8, 5) *aedificatae*. Postremo relinquamus Pindaro aliquam dicendi libertatem, neque singulas ejus voces ita rimemur excutiamusque, quasi fuerit chorographus, immo agrimensor, non poeta. Obiter noto, Pausaniam X, 6, 1. occasionem dare potuisse scholio Il. II, 519 (Böckh. Explicc. p. 286), ubi Pytho s. Delphi feruntur antea *Παρνασίας πέτρης* nomen habuisse. Ita nimirum Pausanias l. c.: *Καὶ ἀπὸ τούτου δὲ τοῦ Παρνασσοῦ* (heroe) *τῷ τε ὄρει τὸ ὄνομα τεθῆναι λέγουσι, καὶ Παρνασίαν ὀνομασθῆναι νάπην*. Scilicet

victoria ibi celebraretur, et currus in ædicula suspenderetur." — *τόσσ' ἔχει. Tam multa*, i. e. *omnia ista, revera non pauciora*. Graviter et quasi gloriabundus *repetit*, nil deesse ex his, quæ Delphos attulerit, instrumentis curulibus. Quod significat summum Carrhoti periculum (v. seqq.) ejusdemque artem aurigandi, nec non donarii oblati pulchritudinem. Fuit enim curruum Cyrenaicorum magna existimatio, coll. Antiphane Athenæi III, 58., ubi Casaub. Adde Thrige hist. Cyr. T. I. p. 271—274. Habet igitur *τόσ' ἔχε* (i. e. *τόσσ' ἔχει*) Aldinæ, quo se defendat, coll. quoque Erasm. Schmid. p. 244. Both. T. II. p. 127. Gurlitt. l. c. p. 8. Incommodum sane *τό σφ'* (i. e. *αὐτὰ*), quomodocunque interpreteris. Heynio est *τὸ* vel *καθ' ὅ*, vel pro *ὅ*, i. e. *ὃ* (*νάπος*) *ἔχει αὐτὰ κατὰ τὸ μέλαθρον*. Hermanno all. est *το* pro *διό* (*quare*). Ita moleste repetitur suspensio (*suspensa sunt..; ideo suspensa sunt*). Nec enim *proxime* antecessit, *integra Carrhotum currus instrumenta attulisse*. Nec melius ego jungebam *τὸ μέλαθρον* (Dilucc. pindd. Spec. I. p. 12). — *κυπαρίσσινον μέλαθρον*. Hoc *μέλ.* cum non aliud esse possit, quam *τέγους Παρν.* pars, necessario propriam tholi (Schneid. L. g.: der vorragende Querbalken der Stubendecke) significationem habebit, unde suspensus fuit currus ille triumphalis. Minus diligenter Böckhio Thierschioque (coll. Damm. Lex. p. 1365) *κυπ. μέλ.* est ædicula sive thesaurus Cretensium. Quid tum erit *τέγος*

---

ultima esse possunt: *Et Parnasium saltum vocatum*. In eo Delphi, unde his idem nomen extitit. Quid? quod primum templum delphicum *καλύβη* fuit, lauri frondibus constructa. Paus. X, 5, 5.

Παρνάσιον? Nimirum is ipse thesaurus. Jam e tholis varia suspensa constat, coll. Damm. et Schneid. L. g. Odyss. XI, 277: *Ἀψαμένη* (Jocaste) *βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου.* Apollon. Rhod. Argon. III, 789: *Λαιμὸν ἀναρτήσασα μελάθρου.* Ex eodem Vulcanus varia artificia s. suspendit s. imponit Odyss. VIII, 279. Dein aut tholus solus cupresseus fuit, aut cum ædificio suo; istoque ligno constitit, vel quia frequens in ea regione cupressus (Böckh. Explicc. p. 287), vel quia Cretenses thesauri statuæque conditores, quorum insula formosissimis cupressis inclaruit, coll. his Dilucc. p. 428. Forsan ejusdem ligni statua. — *ἄμφ' ἀνδριάντι σχεδόν.* Sufficere videbatur *ἀμφ' ἀνδριάντι.* Sed appositum *σχεδὸν* notat, nil interfuisse inter utrumque donarium, currumque proximum fuisse statuæ. Cf. Ol. I, 118: *Παρ' ποσὶ σχεδόν.* XI, 64: *Παρέσταν σχεδόν.* Opp. Hal. III, 364: *Παρασχεδόν.* Eadem particulæ *fere* vis cum præpositione *propter* junctæ Liv. XXI, 27 (equites *fere propter* equos nantes). Jam *ἀνδριάντα* signum Apollinis fuisse, Heynius narrat. Quod unde nactus sit, ego nondum exputavi. Errorem repetiit Meinekius ad Euphorionem p. 176. — *τέγει Παρνασίῳ.* Cum fuerint Delphis singularum civitatum thesauri, s. ornatum s. oneratum cave Phœbi templum his donariis existimes. Intellige cum Heynio, Böckhio Thierschioque ædiculam Cretensium, cui vir Cyrenaicus ob cognationem Battiadarum Cretensiumque [23]) vel aliam ob causam

23) Cretensis artifex Cyrenensium donarium Delphicum Pausaniae memoratum X, 15, 4 (*Βάττου ὑπὲ ἅρμασι* etc.) confecit.

(Böckh. Explicc. l. c.) currum suum intulit, quamquam Cyrenenses ut Olympiæ (Paus. VI, 20, 7), ita Delphis non caruisse thesauro suo suspicari licet. In voce *Παρν.* idem Böckhius nimis anxium se præbuit. Mihi *τέγος* non ideo *Παρνάσιον* dictum videtur, quod *περίβολος* in summo vertice Delphorum ad Parnassum fuit [Paus. X, 8, 5]. Intellige vocem sensu latiori, coll. Pyth. VIII, 28: *Πόᾳ Παρνασίᾳ* (Delphicâ). Ejusdem generis Ol. XIII, 150. Similiter Castaliam pro Delphis positam, supra vidimus. — *καθέσσαντο.* *Posuerunt, condiderunt.* Defendit hanc lectionem Hermannus ap. Heynium T. III. p. 341. Activum malunt Böckhius Ahlwardtiusque, et ille quidem *καθέσσαν, τὸν* legens, hic *καθέσσάν τοι.* Activum habes Pyth. IV, 486. et *εἶσα* (de monumento condito) Anthol. Palat. Tom. II. pag. 738. epigr. CCCLXXI, 6., p. 827. epigr. CCXXIV. Sed medio (in eadem re) nil vulgarius. Vide v. 363., monente Heynio. Adde Anth. Pal. VI, CXLIII, 3 (*καθέσσατο*). CCLXVIII, 1 (*εἵσατο*). CCLXXI, 1 (*εἵσατο*). CCLXXVIII, 1 (*εἵσατο*). CCCXLVII, 1 (*εἵσατο*). VII, LXXIV, 1 (*εἵσατο*). CCVIII, 1 (*εἵσατο*). IX, CCCXXVII, 2 (*εἵσατο*). CCCXXXII, 3 (*εἵσατο*). Hæc omnia de monumentis. DLIII, 5 (*εἵσατο* urbem), DCI, 2 (*εἵσατο*). XIII, XXV, 4 (*εἵσατο*). Ead. Anthol. T. II. p. 628. epigr. XI, 3., p. 704. epigr. CCLXI, 3., p. 758. epigr. XV, 1. Hæc quoque de monumentis. His adde, quæ habet Valck. ad Eurip. Hippol. 31. pag. 166. A. B. ed. Lugd., p. 128. ed. Lips. Ipso tono pronuntiatum fuit ..*τόμμο* .., quod utrique lectioni favet, coll. Heynio. — Deinde post *μονόδροπον* cum Böckhio pone comma, frustra obloquentibus Hermanno Ahlwardtioque. Namque hoc omisso erit *φυτὸν* substantivum

(*plantam μονόδροπον*). Sed omnis planta *μονόδροπος*. Ad sensum verissime Böckhius nott. critt. p. 476. (coll. Thiersch. T. I. p. 257): „Cretenses signum ligneum Delphos miserant, memorabile ob duas res, primum, quod ex una erat materia incompositum, ut truncus, caput, pedes, brachia cohærerent natura, non arte conglutinata essent [schol. v. 51: *Μονόξυλον*]; deinde, quod ipsum signum, humani corporis figuram repræsentans, sponte natum erat, non factum, nisi quod elaboratum fortasse arte fuit." — *ἐχόντι τοίνυν* etc. Altius pensitato carminis præstantissimi consilio poëtam videbimus id potissimum agere, ut regem admoneat post fatorum iniquitatem in clarissima luce positum, quantum non tam suæ virtuti, quam aliorum, sc. deorum Carrhotique beneficio debeat, cujus rei testimonium luculentissimum existat insignis Battiadarum fortuna, quæ Batto inprimis, gentis conditori, affuisset, deorum auspiciis Libyam petenti, eamque summa laude tenenti, relicta stirpe regia, haud ignobili, qua ortus Arcesilaus victor extiterit; quem carminis principio magis, si dicere fas est, ob ea, quæ facienda vel erant vel fuerant, quam quæ fecerat, prædicatum, ingenii, fortitudinis etc. laude ornat. Ne multa: pietatis in eos, quos victor ejusque gens auctores habebat beneficiorum plurimorum, sensus maxime vegetus carminis nostri membra permeat, totumque divina quadam dignitate perfundit. Et hoc quidem est, quare victoriam bis (vv. 25—28. 35—56) memoratam bis (vv. 29—34. 57—59) excipiat grati animi officium, regi gravissime commendatum, Carrhotumque, copiose laudatum, disertis posthac verbis alloquendo dicendi viam poëta aliquantulum deserat, regem sc. moniturus, quanti momenti sit amici victoria (v. 58), haud sine gravi

periculo (v. 45 sqq. 64—67) reportata. — *τὸν εὐεργέταν ὑπαντιάσαι.* Schol. v. 57: *Τὸν εὐεργέτην Κάρρωτον ἀμείψασθαι ἀνθ' ὧν εἰς σὲ διεπράξατο.* Remotius est, quod habet Böckhius Explicc. p. 282: „Sollemnibus affuisse Carrhotum, non est quod moneam: sed etiam Arcesilaum comissationi affore, aut pompæ obviam iturum, probabile erat: quo pertinent hæc v. 44. *τὸν εὐεργέταν ὑπαντιάσαι.*" Repetit Noster illud v. 34: *Φίλει δὲ Κάρρωτον ἕξοχ' ἑταίρων.* De verbo ὑπαντ. (coll. Pyth. VIII, 13) adi Heynium ad h. l. et Matthiæum ad Eurip. Iph. A. 148. T. VII. p. 336. — *ἠΰκομοι Χάριτες.* Nem. V, 99: *Ξανθαῖς Χαρίτεσσιν.* Q. Smyrn. V, 72: *Σὺν ἠϋκόμοις Χαρίτεσσιν.* Idem h. l. Gratiæ, quod Musæ, quas *ἠϋκόμους* habes Ol. VI, 154. Ipse poeta in seqq. (v. 63: *Λόγ. φερτ. μν.*) se interpretatur. Minus perspicuum est, quod habet schol. v. 59: *Σὲ δὲ αἱ εὔκομοι ἐκ τῆς μνήμης καταλαμβάνουσι Χάριτες.* Estne hoc *gratiarum actio*, an *laus poetica?* Posterius malim. Græcus enim v. 63. respexisse videtur. — *φλέγοντι. Illustrant.* Cf. Böckh. Explicc. p. 287. Maxime huc facit Nem. VI, 64: *Παρὰ Κασταλίᾳ τε Χαρίτων ἑσπέριος ὁμάδῳ φλέγεν.* Ubi præter nostrum locum Heynius scite affert Isthm. VII, 33: *φλέγεται Μοίσαις.* — *μαχάριος (εἰ).* Schol. v. 61: *Μαχάριος δὲ καὶ εὐδαίμων τυγχάνεις.* — *καί. Sane quidem*, i. e. *γε δή.* Cf. Herm. ad Vig. p. 501. not. 14. Böckhio est *licet*. De hoc v. Herm. ibid. p. 837. Utut statueris, *καὶ* a *π. μ. κ.* separari non potest.[24]) Deinde

24) Qui *ἔχεις καὶ* jungunt, iis *καὶ* erit *jam*, s. Nostrum denn nun etc., coll. ad Pyth. IV. p. 657.

χάματος velut *χάματοι* Nem. I, 107. Isthm. VIII, 2. universum quidem certamini impensum laborem, inprimis vero periculum deinde notatum significabit. V. quoque schol. v. 71. — *λόγων φερτάτων μναμήϊ'. Optimos sermones monumentorum vice fungentes.* Schol. v. 61: *Τῶν ὕμνων.* Cfr. Ol. X, 5. etc. — *ἐν τεσσαράχοντα γὰρ πετόντεσσιν ἀνιόχοις.* Quadraginta putem concertantes fuisse, quorum XXXIX dejecti, unus salvus evasit, Carrhotus. Probabile mihi hoc ob Ol. XI, 59., quem locum illustravi p. 402. V. quoque ad Pyth. IV, 115. p. 647. Exemplum talis ruinæ v. ap. Soph. El. 716 sqq. Lege quoque certamen curule Nonn. Dionys. XXXVII, 131—484. — *χομίξαις ἀταρβεῖ φρενί.* Ita jungendum esse, intellexit jam schol. v. 64: . . *ἤγαγες ἀταράχῳ διανοίᾳ.* Adde Hermannum. — *ἦλθες ἤδη.* Multo melius hoc chorus Cyrenensium dicit, quam poeta. V. ad v. 26. p. 759.

V. 71—96.

Labore mortalium nemo vacat. Nec tamen cessat Batti felicitas, in primitiis Cyrenes, opitulante Phoebo, maxime conspicua. Idem deus Dores in Peloponnesum misit. — *πόνων δ' οὔ τις ἀπόχλαρός ἐστιν, οὔτ' ἔσεται.* Male Heynius; „Nova sententia. Iterum attingit calamitatem temporum. V. ad v. 12." Neque aliter Thierschius l. c. p. 258. Respiciunt hæc proxime antecedentem narrationem de Carrhoti magno labore v. 62., ipso contextu monstrante. Verum vidit jam schol. v. 71: *Ἴσως δὲ τοῦτο εἶπεν, ὡς τοῦ Καρρώτου κεκμηκότος ἀβλαβὲς διασῶσαι τὸ ἅρμα.* Eadem Böckhii sen-

tentia. Neque tamen obest, quo minus simul ad Arcesilai Battiadarumque fata alludatur. Probabile hoc ob sequentia, in quibus Batti historia simili consilio tractatur, eum sc. post fatorum iniquitatem eorundem favorem expertum. Valde hoc commendatur sententiarum pindaricarum ambiguitate, antecedentia et sequentia mirifice copulantium. Quod statuentibus primo fit sermo ad Carrhótum: *Eadem, Carrhote, tua conditio, cui magno labore opus fuit ad victoriam adipiscendam.* Deinde ad regem: *Idem in te cadit, Arcesila, cum turbis civilibus conflictate.* Sed statim subjungit: *Ἕπεται* etc. Cum sententia h. l. cfr. Pyth. XII, 49 (de Midæ victoria): *Εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν, ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται.* Simonid. I (Gaisf. P. M. G. T. III. p. 159. Lips.): *Οὐδὲ γὰρ οἳ πρότερόν ποτ' ἐπέλοντο, Θεῶν δ' ἐξ ἀνάκτων ἐγένοντο υἷες Ἡμίθεοι, ἄπονον οὐδὲ ἄφθιτον Οὐδ' ἀκίνδυνον βίον ἐς γῆρας Ἔξίκοντο τελέσαντες.* Phocyl. 150: *Οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον.* Soph. El. 940: *Ὄρα, πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ.* Nonn. Dionys. XX, 94: *Νόσφι πόνων οὐκ ἔστιν ἀνέμβατον αἰθέρα ναίειν.* Menander sententt. singg. v. 58 (p. 314. Mein.): *Βιοῦν ἀλύπως θνητὸν ὄντ' οὐ ῥᾴδιον.* Ibidem v. 55 (p. 338. Mein.): *Οὐ γὰρ θέμις ζῆν πλὴν θεοῖς ἄνευ κακοῦ.* Orph. *Λιθ.* 87: *Οὐ γὰρ ἄτερ καμάτοιο τέλος μύθοισι καὶ ἔργοις Εὐρυόπα Κρονίδης ἐθέλει δόμεν.* V. quoque Bacchyl. Fragm. XIX. ed. Neue. — *ἕπεται.* *Carrhotum* (ut Battiadis cognatum) *teque, Arcesila.* Est h. l. ἕπ. non *evenire, obtingere*, sed *manere cum aliquo, non deserere.*[25]) — *παλαιὸς ὄλβος.*

25) Improprium ἕπεσθαι, ἕπεσθαι; ὁμιλεῖν, ὁπηδεῖν etc. est

Optime Heyn.: „Es tautem τοῦ Ὄλβου eadem notio, quæ Romanis: *Fortuna domus Augustae.*“ Idem ibidem: „Multa autem adversa evenerant Arcesilao, qui civium suorum odia in se concitaverat.“ Neque tamen ideo Ὄλβος scribo, sed ὄλβος. Sophocl. Oed. T. 1282: Ὁ πρὶν παλαιὸς ὄλβος. — ἔμπαν. *Tamen*. De hac voce

---

pro contextu modo *obtingere*, modo *possideri, haberi*. V. indd. pindd. Hymn. hom. II, 440: Ἥ σοί γ' ἐκ γενετῆς τάδ' ἅμ' ἕσπετο θαυμαστὰ ἔργα. XXX, 12: Ὄλβος δὲ πολὺς καὶ πλοῦτος ὀπηδεῖ. Theogn. 152: Ἡ δ' ἀρετὴ ὀλίγοις ἀνδράσι, Κύρν', ἕπεται. 155: Ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται. 317: Ἁμαρτωλαὶ γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἕπονται. 359: Γλώσσῃ δὲ τὸ μείλιχον αἰὲν ἑπεύθω. 389: Τοῦ δ' αὖ οὔτε κακοῖς ἕπεται νόος οὔτ' ἀγαθοῖσι. 402: Ἥ τ' (αἰδὼς) ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρν', ἕπεται. 404: Ὧΐ γνώμη θ' ἕπεται, Κύρνε, καὶ ᾧ δύναμις. 645: Ἀνδράσι τοῖς ἀγαθοῖς ἕπεται γνώμη τε καὶ αἰδώς. 673: Ἄφρονι δόξα Ἕσπετο. 913: Παύροις ἀνθρώπων ἀρετὴ καὶ πλοῦτος ὀπηδεῖ. Solon V, 13 (Πλοῦτος) ἕπεται. XI: Ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται. Phocylides III, 2: Οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ. Hes. O. et D. 141: Τίμη καὶ τοῖσιν ὀπιδεῖ. 193: Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὁμαρτήσει. 228: Μετ' ἀνδράσι λιμὸς ὀπηδεῖ etc. 311: Πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ. 324: Παῦρον δέ τ' ἐπὶ χρόνον ὄλβος ὀπηδεῖ. Poeta Diogenis La. III, 43: Καὶ φθόνος οὐχ ἕπεται. Jacobs. Anthol. Pal. T. II. p. 760: Οἷς φθόνος οὐχ ἕπεται. Ibid. p. 785: Σιμωνίδῃ ἕσπετο κῦδος. Orph. Λιθ. 66: Οὐδέ σφιν ὄλβος ὁμιλεῖ. Opp. Hal. II, 56: Νάρκῃ φάρμακον ἀλκῆς Ἕσπεται. 218: Ἄλγος ἀδηφάγοισιν ὀπηδεῖ. 640: Ἀρετὴ δὲ καὶ ὀλλυμένοισιν ὀπηδεῖ Καὶ κράτος. III, 87: Βαιῷ δὲ πόνῳ μέγα κέρδος ὀπηδεῖ. Idem Cyneg. II, 571: Ὅσοις μὴ κάρτος ὀπηδεῖ. Q. Smyrn. V, 265: Εἰ μή οἱ πιττὴ ἐπὶ μῆτις ἕπηται. VI, 206: Ἀλλά οἱ ἀλκὴ Ἕσπετ'. XI, 75: Οὐδέ οἱ ἀλκὴ Ἕσπεται. 78: Ἀτὰρ μένος οὐκέτ' ὀπηδεῖ.

et cognatis cfr. VV. DD. ad Eurip. Alc. 931., Blomf. Glossar. ad Aesch. Prom. 48. — *τὰ καὶ τὰ νέμων. Huec et alia praebens*, sc. *prospera*. Exclude *adversa*, quæ repugnante contextu quidam cum schol. v. 74. admiscent. Cf. Dilucc. pindd. Spec. I. p. 15. Böckh. Explicc. p. 288. Jam quæ ista prospera fuerint, in sequentibus ipse aperire videtur, quamquam alii *τὰ καὶ τὰ* h. l. variarum rerum pulchrarum opportunitatem esse statuunt. Est enim ὄλβος Battiadarum *πύργος ἄστεος ὄμμα τε φαεννότατον ξένοισι*. Quod prius attinet, felicitas Battiadarum defendit Cyrenen a variis calamitatibus, e. g. hostium incursionibus (cfr. Ol. II, 12. p. 77), Aegyptiorum, Persarum, Poenorum, Libyum. Eademque felicitas turbis civilibus finem imposuerat. Jam felicitas Battiadarum ὄμμα φαεννότατον est, *lumen splendidissimum* (Heynius male confert Ol. II, 96 sq., ubi *πλοῦτος* dicitur *ἀστὴρ* viri), quod peregrini, quasi lucernam conspicati alto loco positam, sequuntur, ac Cyrenen deveniunt. Istos peregrinos mercaturam Cyrenæorum [de qua Thrige l. c. p. 229 sqq.] spectare Böckhius putat, ob quam ibi posteriore ætate Iudæi habitarint, eo tamen consilio per omnem tum orbem diffusi. Mirum sane, quod V. D. multos illos regnante Batto II (Herodot. IV, 159) in Cyrenaicam delatos e Græcia colonos excludit, quodque potissimum est, colonos ab Euphemo nuper in Græcia collectos, a Carrhoto deductos (schol. v. 33) omittit. Adde varia hospitalitatis vincula inter Græcos ac Cyrenæos quaqua ex causa intercedentis. [26]) Postremo cives et pere-

---

26) Naumachii conjugg. praecc. v. 6 (Gnomm. Brunck.): *ψυχῆς ὄμμα φαεινὸν ὑπὲρ βιότοιο χέουσαν*: i. e. *quae animi oca-*

grinos jungit velut Pyth. III, 125. — *κεῖνον.* Junxi hoc cum *ὄλβῳ* in Dilucc. pindd. Spec. I. p. 16 sq., Heynium sequens, adstipulante libelli censore Heidelberg. ephemer. 1820. nr. 66. Aliud suadet totius loci genius, coll. schol. v. 76. — *βαρύχομποι λέοντες.* Fragm. pind. inc. CLXII (Böckh. II, 2, 681): *Βαρυφθεγκτᾶν λεόντων.* Ol. X, 21: *Ἐρίβρομοι λέοντες.* Isthm. IV, 78: *Ἐριβρεμετᾶν θηρῶν λεόντων.* Hymn. hom. III, 160: *Βαρυφθόγγων τε λεόντων.* Nicandri Ther. 171: *Βαρυφθόγγων λεόντων.* — *περὶ δείματι. Prae terrore.* Conf. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 544. — Quæ bestiæ quare Battum timuerint, aperit Aristarchus schol. v. 76: *Ἀρίσταρχος κατὰ τὸν τόπον φησὶ τοῦτον, καθ' ὃν ἔκτισται ἡ Κυρήνη, λέοντας διατρίβειν πολλούς, τῷ δὲ Βάττῳ τὸν Ἀπόλλωνα δοῦναί τινας ἐπῳδάς, δι' ὧν αὐτοὺς ἔμελλεν ἀποσοβήσειν καὶ τὸν τόπον ἡμερώσειν.* Antiquitatis id ingenio maxime respondet, nec cum Thierschio hæc Aristarchum excogitasse putem. Thierschius Battum litori Libyco appropinquantem leonibus vocem suam, cum ante balbutisset, jam sanatam intulisse, ferasque fugasse statuit. Idem nos de *ὄλβῳ* Batti finximus l. c. p. 17. Poeticum hoc, nec tamen verum simplexque. Terram Cyrenaicam Battus mitigavit. Signum hujus rei leonum ejectio. Factum

---

lum lucidum, quasi lumen effundendum, vitae intendit. Sed fac, *ψ. ὄ. φ.* esse *animi splendorem lucidum (animum lucidum)*, quod regulam supra positam impugnat: aevo maxime sero (quod totum Naumachii poema spirat) haec dictio vindicanda est, non antiquiori, quod usum illum (quantum ego scio) constantem tenuit. Facile haec anomalia ab iis veterum locis manare potuit, ubi sermo est de *oculo lunae* etc., coll. pag. 148.

hoc ejusdem dei ope, quo tanquam totius expeditionis ἀρχαγέτᾳ usi Battus ac Theræi. Hinc a Phöbo concessæ ἐπῳδαὶ regis jam non balbutientis, cujus incommodi sanationem (Apollineam puto) deinde Noster subnectit. Pausanias X, 15, 4. aliam habet narrationem. Regem, ait, leone conspecto perterritum vocis compotem factum. Simile hoc narrationi de Croesi filio, cui terror vocem sanavit (Herodot I, 85). Nostri poetæ alius sensus, in eo sibi bene constantis, quod Apollini hoc quoque beneficium relatum significat. — γλῶσσαν ὑπερποντίαν. Ipse ὑπερπόντιος (*per mare*) in Libyam venerat. Pro eo γλῶσσα ejus dicitur ὑπερποντία, cujus in ea re partes principes fuisse apparet. V. ad v. 136. Græcis γλῶττα male est oraculum delphicum. Et bene peregrinus ille locorum Libycorum incolis (leonibus) opponitur. Jam ὑπὲρ ἅλὸς habemus Pyth. II, 126., ὑπὲρ πόντου Pyth. IX, 90., ὑπὲρ πόντιον Ἕλλας πόρον Fragm. inc. CLV (Heyne III, 150. Böckh. II, 2, 658). Aesch. Agam. 404. Blomf.: Πόθῳ δ' ὑπερποντίας φάσμα δόξει δόμων ἀνάσσειν. Soph. Antig. 781: Φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος (Amor). Vix diversum διαπόντιος Aesch. Choeph. 346., ad quem locum v. Blomf. glossar. — ἀπένειχεν. Præpositio locum denotat, unde venerat, verbum vero idem quod ἐπένειχεν (*intulit*). Dein γλῶσσα Nostro semper *lingua* est, non id, quod lingua profert (verba). V. indices pindaricos. Jamque ex iis locis ea potissimum, quibus γλ. est arcus vel hasta, ad rem nostram facere, facile concedes. Maximeque nostræ formulæ convenit Ol. IX, 62 sq.: Φέροις δὲ Πρωτογενείας ἄστει γλῶσσαν, i. e. *fer, admove linguam urbi, dirige linguam adversus urbem*, h. e. *linguae arcum intende urbi*, vel *hastam linguae*

vibra adversus urbem (laudis causa), i. e. *lauda urbem*. Vide hujus libri p. 344. Idem verbi φέρω h. l. sensus erit, nisi quod lingua leonibus terrendis pellendisque intentata videtur. Et hæc formulæ *poeticae* interpretatio. Prosâ oratione sensus est: *Cum eos allocutus esset*, i. e. ἐπαοιδὰς illis immisisset. — ὁ δ' ἀρχαγέτας. In his δ' vel explicationi inservit, vel causam reddit. Deinde ἀρχαγέτας (sc. coloniæ istius jussor ac dux) Apollo dicitur, ut Theræ (Böckh. Explicc. p. 288), Megaris (Paus. I, 42, 5), Ennæ (Eckhel. D. V. N. T. I. p. 206), Naxi Siculæ (Thucyd. VI, 3), Tauromenii (Eckh. ibid. p. 248. Museum Wiczay T. I. p. 65), Hierapoli Phrygiæ (Eckh. ibid. T. III. p. 154), Cyzici (Aristid. panegyr. Cyz. opp. T. I. p. 237., referente Eckh. l. c. T. IV. p. 345). V. quoque Spanhem. ad Callim. Ap. 55. 57. De eodem nomine aliter Creuz. Mythol. Ed. II. T. II. p. 660. Eodem pertinere Ἀρτέμιδος ἡγεμόνης cognomen videtur, de quo Spanh. ad Callim. Dian. 227. — ἔδωκ' . . αἰνῷ φόβῳ. *Perterrefecit*. Exemplis illustrabo hunc v. δίδωμι usum. Isthm. VIII, 131: Ὕμνοις θεᾶν διδόμεν. Hom. Il. V, 397: Ὀδύνῃσιν ἔδωκεν. Eandem formulam Plato repetit Phædr. 35. ed. Ast. Alia homerica v. ap. Damm. p. 489 sqq. Eurip. Suppl. 1109: Σκότῳ δὲ δώσετ'. Tro. 97: Ἐρημίᾳ δούς. 1166: Φιλήμασίν τ' ἔδωκεν. Jon. 577: Χρόνῳ δὲ δόντες. Herc. fur. 332: Λώαων χθονί. Iph. T. 1006: Λώσῳ φόνῳ. Nonn. Dionys. XXX, 63: Λῶκεν ὀλέθρῳ. Idem Conv. Evang. Joh. XIX, 83: Παρέδωκεν ὀλέθρῳ. Merobaudes ed. Nieb. II. p. 20: *Hostium partem improvisus, ut solet, neci dedit*. V. quoque Creuz. ad Cic. legg. p. 223. b. — ταμίᾳ Κυράνας. *Domino Cyrenes futuro*. Similem

usum propheticum habes Ol. IX, 98. — *ἀτελὴς γένοιτο μαντεύμασιν. Irritus quoad vaticinia.* Vide Matth. Ausf. gr. Gr. p. 548. Idem erat *μαντευμάτων*, coll. *irritus legationis, consilii*. V. Vellei. Pat. II, 63. Tac. Hist. IV, 32. Postremo cum plurali *μαντ.* cfr. Pyth. VIII, 86. Isthm. VII, 22. — *ὃ καὶ βαρειᾶν νόσων ἀκέσματ' ἄνδρεσσι καὶ γυναιξὶ νέμει.* Optime schol. v. 85: *Καὶ γὰρ ταῦτα διὰ χρησμῶν θεραπεύει.* Et vide, quomodo hæc cum antecedenti narratione cohæreant. Incantationes Arcesilao deus præstiterat, quibus leones fugaret. Verum iis uti non potuisset, ni linguæ vitium idem deus ante sanasset. De Apolline *ἰατρομάντει* adeatur omnino Spanh. ad Callim. Ap. 46. Creuz. Mythol. Ed. II. T. II. p. 159. 392. 737. Apollinem Cyrenensium medicum illustrat Böckh. Explicc. p. 288. Deinde Phöbi munera fere ut Noster enumerat Callim. Ap. 42—46. V. quoque Aesch. Eum. 62 sq. Jam *ἄνδρεσσι καὶ γυναιξὶ* dicit pro *omnibus hominibus.* Alcæus Plutarchi de cup. divit. 5. Hutt.: *Τὰς ἐπιθυμίας, ἃς μήτ' ἄνδρα φησὶν Ἀλκαῖος διαφυγεῖν, μήτε γυναῖκα.* Habet hoc fragm. Stangius, non Gaisfordius P. M. G. Tom. 3. Empedocl. 371. Sturz.: *Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι.* Dio Chrys. Or. I. T. I. p. 48. Reiske: *Οὐδ' ἂν πάντες φῶσιν Ἕλληνες καὶ βάρβαροι, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες.* [27]) — *πόρεν τε χίθαριν.* Schol. v. 87:

---

27) Mulieres alii positas dicent ob laser Cyrenaicum. Censor itinerarii Della-Cellae (Literar. Conversat. Blatt. 1822 nro. 101. 1 Mai): „Der Saft, laser Cyrenaicum, übertraf an Güte jeden andern aus Persien, Medien etc., und scheint vorzüglich in weiblichen Krankheiten, gegen Migräne, Hy-

Τὴν κιθαριστικὴν ἐμπειρίαν. Ὅμηρος (Il. II. 827)· *Ὡϊ τόξον Ἀπόλλωνι, ἀντὶ τοῦ τὴν τοξικήν.* Hoc, ut Musæ concessio, quamquam generaliter pronuntiatum, iterum ut antecedens medicina, regem spectare videtur. Eo ducit sequens *εὐνομία*, et laus regis ut poetæ v. 152. — *ἀπόλεμον ἀγαγὼν ἐς πραπίδας εὐνομίαν.* Participium *ἀγαγὼν* (i. e. *ἄγων*, coll. schol. v. 87) cum reliquis significat, *εὐνομίαν* musices poeseosque inprimis ope in hominum animos induci. Eadem Maximi Tyrii sententia Or. XXXII. T. II. p. 117. Reiske: *Τὰ δὲ Μουσῶν καὶ Ἀπόλλωνος διδάγματα οὐδὲ τὴν ἀρχὴν θέμις ἄλλο τι ὑπολαβεῖν, ἢ ἀφ' ὧν ψυχὴ εἰς κόσμον καθίσταται.* Adde Polyb. IV, 20. 21. Jam *εὐνομία* schol. cit. idem est quod *δικαιοσύνη*. Quidni *κόσμος*, coll. Max. Tyr. cit.? Poesis cum musica animos humanos in ordinem redigit pacatque. V. quoque Heyn. Böckhiumque. Et *στάσιν πραπίδων* habes Fragm. inc. VII (Böckh. II, 2, 669). — *μυχόν τ' ἀμφέπει μαντήϊον. Habet, tenet antrum fatidicum.* Idem *διανέμειν* de Apolline templum Delphicum tenente Pyth. VIII, 89. Et *μυχὸν νομίζειν* Aesch. Choe. 788. Blomf. Dein cum *μυχῷ* h. l. cfr. Aesch. Eum. 39. 170. — *τῷ* (*ἐν ᾧ*). Consuluerant de Peloponneso Dorienses. Max. Tyr. Or. XLI. T. II. pag. 274: *Δωριεῖς περὶ Πελοποννήσου μαντευόμενοι.* — *Λακεδαίμονι ἐν Ἄργει τε.* I. e. *ἐν Λακ.* etc. — *ἔνασσεν. Habitare fecit.* Hes. O. et D. 167. Theog. 329. 620. *Κατένασσε*: eodem sensu. Non diversum

ἐπένασσε

---

sterie etc. mit Erfolg gebraucht worden zu seyn." V. quoque, quae ex Hippocraticis habet Sprengel. Pragm. Gesch. d. Arzneikunde. T. I. ed. III. p. 518.

ἐπέναοσε Tryphiod. 640. De hoc verbo imprimis consulatur Elmsleius ad Eurip. Med. 163., ubi, quod vir doctus de Atticis monet ἐνάσσατο pro ἔνασσε usurpantibus, verum est, me addente Apollonii Rhodii eundem usum Argon. IV, 274: *Μυρία δ' ἄστη Νάσσατ'* (condidit). 567: *Ἔνθα Ποσειδάων Ἀσωπίδα νάσσατο κούρην* (habitare fecit). Quæ autem super dorica Pyli possessione dicuntur, de his v. Müllerum Dor. I, p. 98.

V. 97—118.

Subjungit chorus Cyrenaicus suam Carneorumque ab Aegidis Spartanis Theræisque ortum. Deinde ad Battum, unde desciverat, oratio recurrit. τὸ δ' ἐμὸν etc. Schol. v. 96: *Ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ χοροῦ τῶν Λιβύων, ἢ ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ.* Illud elige, eodemque trahe ἐμοὶ πατέρες v. 101. et σεβίζομεν v. 105. Primo chorus loquitur ut unus, deinde ut multi, quam numerorum variationem systemata Græcorum chorica haud raro uno eodemque nexu grammatico habent.[28]) — γαρύοντ'

28) Aesch. Eum. 798: *Στενάζω. τί φέξω, γένωμαι; δύσοιστα πολίταις ἔπαθον. ἰώ, μεγάλα τοι κόραι δυστυχεῖς Νυκτὸς ἀτιμοπενθεῖς.* 824: *Οὐκ ἔστ' ἄτιμος,... σὺ δ' εὐπειθὴς ἐμοὶ γλώσσης ματαίας μὴ 'κβάλῃς* etc. Soph. El. 245: *Ἐγὼ μέν, ὦ παῖ, καὶ τὸ σὸν σπεύδουσ' ἅμα Καὶ τὸ ἐμὸν αὐτῆς, ἦλθον· εἰ δὲ μὴ καλῶς λέγω, σὺ νίκα. σοὶ γὰρ ἑψόμεσθ' ἅμα.* Eur. Hec. 707. Matth.: *Ἀλλ'* (εἰσορῶ γὰρ τοῦδε δεσπότου δέμας *Ἀγαμέμνονος*) *τοὐνθένδε σιγῶμεν, φίλαι.* Hippol. 1114: *Οὐκέτι γὰρ καθαρὰν φρέν' ἔχω, παρὰ δ' ἐλπίδα λεύσσω, Ἐπεὶ τὸν Ἑλλανίας φανερώτατον ἁγνὸν Ἀθάνας Εἶδομεν, εἶδομεν ἐκ πατρὸς ὀργᾶς Ἄλλαν ἐπ' αἶαν ἰέμενον.* Alc. 216: *Ἢ τεμῶ*

ἀπὸ Σπάρτας ἐπήρατον κλέος. Dicit chorus Libyum, se a Spartanis ortum, quod ipsi valde honorificum

---

τρίχα, Καὶ μέλανα στολμὸν πέπλων Ἀμφιβαλώμεθα δή; Andr. 142: Δεσποτῶν δ' ἐμῶν φόβῳ Ἡσυχίαν ἄγομεν. Iph. A. 589: Στῶμεν, Χαλκίδος ἔκγονα θρέμματα, τὴν βασίλειαν Δεξώμεθ' ὄχων ἄπο, μὴ σφαλερῶς [ἐπὶ τὴν γαῖαν], Ἀγανῶς δέ, χεροῖν μαλακῇ γνώμῃ, Μὴ ταρβήσῃ μοι νεοστὶ μολὼν Τὸ κλεινὸν τέκνον Ἀγαμεμνόνιον. Μὴ δὴ θόρυβον, μήδ' ἔκπληξιν [Ταῖς Ἀργείαις] ξεῖναι ξείναισιν παρέχωμεν. Iph. T. 433: Ἤδιστ' ἂν τήνδ' ἀγγελίαν Δεξαίμεθ', Ἑλλάδος ἐκ Γᾶς πλωτήρων εἴ τις ἔβα, Δουλείας ἐμέθεν διλαίας πανσιπόνος. 1458: Ἀλλ', ὦ σεμνὴ παρά τ' ἀθανάτοις Καὶ παρὰ θνητοῖς, Παλλὰς Ἀθάνα, Δράσομεν οὕτως, ὡς σὺ κελεύεις. Μάλα γὰρ τερπνὸν κἀνέλπιστον Φήμην ἀκοαῖσι δέδεγμαι. [Ὦ μέγα σεμνὴ Νίκα, τὸν ἐμὸν Βίοτον κατέχοις, Καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα]. Tro. 210: Τὰν κλεινὰν εἴθ' ἔλθοιμεν Θησέως εὐδαίμονα χώραν. Μὴ γὰρ δὴ δίναν γ' Εὐρώτα, Τὰν ἐχθίστων θεράπναν Ἑλένας, Ἔνθ' ἀντάσω Μενέλᾳ δούλα. Cycl. 463: Ἰού, ἰού. γέγηθα, μαινόμεσθα τοῖς εὑρήμασιν. 636: Ὁτιὴ τὸ νῶτον τὴν φάχιν τ' οἰκτείρομεν, Καὶ τοὺς ὀδόντας ἐκβαλεῖν οὐ βούλομαι Τυπτόμενος, αὕτη γίγνεται πονηρία. Bacch. 564: Ὦ φάος μέγιστον ἡμῖν Εὐίου βακχεύματος, Ὡς ἑσεῖδον, ἀσμένη σε, μονάδ' ἔχουσ' ἐρημίαν. 1106—1118: Ἀναχορεύσωμεν Βακχεῖον . . Ἀλλ' εἰσορῶ γάρ etc. Heracl. 754: Δεινὸν μέν, πόλιν, ὡς Μυκήνας, Εὐδαίμονα καὶ δορὸς Πολυαίνετον ἀλκᾷ Μῆνιν ἐμᾷ χθονὶ κεύθειν· Κακὸν δ', ὦ πόλις, εἰ ξένοις Ἱκτῆρας παραδώσομεν Κελεύσμασιν Ἀργοῦς. Ζεύς μοι ξύμμαχος, οὐ φοβοῦμαι etc. 1048: Ταῦτα δοκεῖ μοι, στείχετ', ὀπαδοί. Τὰ γὰρ ἐξ ἡμῶν Καθαρῶς ἔσται βασιλεῦσιν. Hel. 1639: Κτεῖνε· σύγγονον δὲ σὴν Οὐ κτενεῖς, ἡμῶν ἐχόντων, ἀλλ' ἔμ'. Ion. 231: Ἔχω μαθοῦσα· θεοῖ δὲ νόμον Οὐ παραβαίνομεν. 568: Κοιναὶ μὲν ἡμῖν δυμάτων

sit. Ea sententia lyrice ita exprimitur: *Sonant, narrant e Sparta amabile meum decus.* Cum ἐπήρ. κλ. cfr. δόξαν ἐπήρατον Isthm. VI, 17. — ὅθεν. Sc. ἐξ ἧς (Σπάρτης). *Locum* haec particula designat Ol. I, 13. II, 82 (cujus loci particula maxime huc facit). IX, 30. Nem. II, 1., *causam* Pyth. II, 116. Fragm. inc. XLIII, 3 (Heyne III, 103. Böckh. II, 2, 631). Schol. v. 96: *Τὸ δὲ ἐμὸν κλέος καυχᾶται εἶναι ἀπὸ Σπάρτης, ὅπου γεγεννημένοι οἱ πρόγονοι ἡμῶν οἱ Αἰγεῖδαι εἰς τὴν Θήραν ἀφίκοντο. ἐκ Λακεδαίμονος γὰρ εἰς Θήραν ἡ ἀποικία ἐγένετο, ἐκ δὲ Θήρας εἰς Κυρήνην. Αἰγείδας οὖν κέκληκε τοὺς Λακεδαιμονίους διὰ τὸ κατοικισθῆναι τοὺς παρὰ Θηβαίοις καλουμένους Αἰγείδας ἐν Λακεδαίμονι.* Ibidem: *Συνῴκησαν γὰρ οἱ Θηβαῖοι τοῖς Λακεδαιμονίοις. χρόνῳ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι συνεξῆλθον τοῖς εἰς Θήραν ἀπῳκηκόσι, φημὶ δὲ τοῖς ἀπὸ τῶν Λημνιάδων καὶ τῶν Ἀργοναυτῶν.* Schol. v. 99: *Ἐπεὶ ἐκ Λακωνικῆς ἐλθόντες οἱ περὶ Θήραν Καλλίστην ᾤκησαν. Καλ-*

εὐπραξίας. Ὅμως δὲ καὶ δίσποιναν ἐς τέκν' εὐτυχεῖν Ἐβουλόμην ἄν. 755: *Ἀλλ' ἦ τι θεσφάτοισι δεσποτῶν νοσῶ; Εἶεν, τί δρῶμεν* etc. 1119: *Ἀντιάζω σ' ἱκέτις ἐξειπεῖν τάδε. Πεπυσμέναι γάρ, εἰ θανεῖν χρεών, Ἥδιον ἂν θάνοιμεν.* Ibidem 1235. 38. 46. Herc. f. 267: *Ἐπεὶ σ' ἔπαυσ' ἂν δοῦλον ἐντέποντά με, Καὶ τάσδε Θήβας εὐκλεῶς ᾠκήσαμεν.* 309: *Εἰ μέν, σθενόντων τῶν ἐμῶν βραχιόνων, Ἦν τίς σ' ὑβρίζων, ῥᾳδίως ἐπαύσατ' ἄν· Νῦν δ' οὐδέν ἐσμεν.* 673: *Οὔπω καταπαύσομεν Μούσας, αἳ μ' ἐχόρευσαν.* 798: *Ἆρ' ἐς τὸν αὐτὸν πίνλον ἥξομεν φόβον, Γέροντες; οἷον φάσμ' ὑπὲρ δόμων ὁρῶ; Φυχῇ, φυχῇ Νωθὲς πέδαιρε κῶλον, ἐκποδὼν ἔλα. Ὦ ἄναξ Παιάν, Ἀπότροπος γένοιό μοι τῶν πημάτων.*

λίμαχος (Ap. 74)· Ἐκ μέν σε Σπάρτης ἕκτον γένος. Schol. v. 101: Θέλει δεῖξαι τὸν Ἀρκεσίλαον (immo se, chorum, cum Arcesilao) τὸ γένος κατάγοντα ἀπὸ τῶν Ἡρακλειδῶν. διτταὶ δὲ αἱ τῶν Θήβηθεν Αἰγειδῶν εἰς Σπάρτην ἀφίξεις· προτέρα μὲν ἡ σὺν τοῖς Δωριεῦσι καὶ Ἀριστοδήμῳ, ἧς μέμνηται Ἔφορος ἐν τῇ πρώτῃ λέγων, „Ὕλλον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἀποτυχόντας τῆς ἐπὶ τὴν Σπάρτην στρατείας ἐπιρωτᾶν τὸν θεόν, τίνας τῶν Ἑλλήνων ποιήσονται πρὸς τὴν κάθοδον συμμάχους· τὸν δὲ ἀνελεῖν, τοὺς ὑπὸ Ἡρακλέους εὐεργετηθέντας, πρώτους δὲ τούτους κελεῦσαι Αἰγείδας παρακαλεῖν· ὑπολαμβάνοντας δὲ ταῦτα εὐλόγως προστεταχέναι τὸν θεόν, ἐλθεῖν εἰς τὰς Ἀθήνας πρῶτον, εἰδότας Θησέα τὸν Αἰγέως μέγιστα πάντων ὑφ' Ἡρακλέους εὐεργετημένον, εὖ δὲ ἔχειν τὴν μαντείαν νομίζοντας, καὶ πρώτους τοὺς Θησέως τοῦ Αἰγέως ἀπογόνους ἐκάλουν, τοῦ τῆς καθόδου μὴ διαμαρτεῖν. ἔπειτά φασι τὸν Ἀριστόδημον διὰ τῆς Βοιωτίας πορευόμενον καταλαβεῖν θύοντάς τινας τῶν Θηβαίων παρὰ τὴν ὁδόν, καὶ τοῦ κήρυκος ἀκούσαντα τοῖς Αἰγείδαις εὐχομένου τὰ ἀγαθά, λαβεῖν περὶ τῆς μαντείας ἔννοιαν, καὶ νομίσαντα δεῖν, ἐπειδὴ τοὺς Ἀθήνηθεν Αἰγείδας πρώτους παρακαλοῦντες διημάρτανον, τοὺς ἐκ τῶν Θηβῶν συμμάχους μετελθεῖν προτέρους. κατὰ τύχην δὲ ταύτῃ τῇ στρατείᾳ τῶν Ἡρακλειδῶν τὴν Πελοπόννησον κατασχόντων, ἡγοῦντο, τὸ μαντεῖον εἰρῆσθαι περὶ τῶν ἐν Θήβαις Αἰγειδῶν." ἑτέρα δὲ ἡ σὺν Τιμομάχῳ, ἐν ᾧ πρὸς Ἀμυκλαεῖς Λακεδαιμονίοις καθειστήκει πόλεμος. De ultimis agit Isthm. VII, 20. Ubi interprr. Aegidas Spartanos, Theræos, Cyrenenses noster locus memorat. — φῶτες Αἰγεῖδαι, ἐμοὶ πατέρες. Aegidisne solis hic Cyrenensium chorus constitit? Ceterum

loci sensus hic est: *Unde orti Aegidae, mei patres (majores)*. Descendit igitur, qui verba facit, ab Aegidis Spartanis, Theram obsidentibus ac Cyrenen condentibus. Ea qui poetae de se loquenti tribuunt, in difficultates incidunt mihi quidem inextricabiles. Est enim ἐμοὶ πατέρες *isti homines, a quibus ego originem repeto*. Jam cum iidem (Aegidae ἐκ Σπάρτης γεγεννημένοι) Theram venerint, ab his Aegidis se ortum Pindarus profitebitur. Verum is (quantum ego quidem cum aliis scio) non a Theraeorum Aegidis descendit, sed ab iis, qui Thebis manserant. Quod ultimum Böckhius quoque perspiciens (Explicc. p. 289) loci sensum ita constituit: „*Ego Aegida sum* [non dicit hoc Pindarus]; *Aegidae Spartâ in Theram venerunt; igitur majores mei sunt illi, qui Theram condidérant*, quippe ex ea, qua ego, stirpe." Hoc est locum scriptoris sanum perspicuumque in gratiam commenti alicujus torquere, non interpretari. Quisquis ἐμοὶ πατέρες dicit, is ab his iisdem se ortum luculente profitetur. Nulla hoc disputandi ars evertet. Verum Spartanorum Theraeorumque Aegidae non erant Pindari *majores*, sed ut ipse *posteri* eorum Aegidarum, unde omnes omnino Aegidae, sc. Thebanorum. Deinde eorum, quae Böckhius quasi pindarica subnectit (*quippe ex ea, qua ego, stirpe*) ne minimum quidem in Pindari oratione vestigium. Dixerat in antecedentibus chorus, *Heraclidas ac Dorienses vaticinante Phöbo Peloponnesum ingressos, Lacedaemonem, Argos, Pylum occupasse*. Jam Lacedaemonis mentio facit, ut chorus civitatis suae ortum cum Spartae historia copulatum ostendat, *Factum hoc* inquit, *iis intercedentibus, qui Spartâ egressi Theram (Carnea afferentes) incoluerunt, unde patria mea Cy-*

rene condita. In hac narratione obiter tantum Aegidæ memorantur, qui salvo sensu omnino abesse poterant. Sed adjiciuntur, primo, ut chorus (arbitror) gentem suam significet, deinde, quod potissimum in hac re, in Thebanorum Nostri popularium honorem. Horum enim civitas omnium Aegidarum fons primitivus, etiam Libycorum. Deinde Müllerus olim (Orchom. p. 330. not.) *ἐμοὶ* quidem ad poetam, *σεβίζομεν* ad chorum retulit, jure notatus a Böckhio Explicc. p. 289. Nunc eum Böckhii signa sequi suspicor. Universum locum (*τὸ δ' — πόλιν*) de choro Thierschius verissime intelligit, quem virum ideo tantum reprehendo, quod sententiam suam ad verba citata restringit. Quo enim jure et proxime antecedentia et subsequentia excluduntur? Tu carmen universum choro Libyum tribue, a quo longe aptissime cantatum video. Cui sententiæ quid refragetur, multum inquirens nondum exputavi. — *οὐ θεῶν ἄτερ*. Non sine Dīs. Idem sequens *μοῖρα* etc. De formulis *οὐκ ἄνευ θεῶν τινος, οὐκ ἄ. θ-τον* v. Elmsl. ad Eurip. Med. 93. not. i. — *ἀλλὰ μοῖράτις ἄγεν πολύθυτον ἔρανον*. Melius hæc jungi, quam *ἄγεν· πολύθ. ἔρ. ἔνθεν* etc., alii viderunt. Namque *ἔνθεν* principem locum requirit, coll. indd. pindd. Eadem particularum *ἔνθα* et *ὅθεν* ratio, coll. iisdem indd. Jam *πολύθυτον ἔρανον* dicitur, pro *αὐτούς, τὸ πολύθυτον ἔρανον φέροντας*. Poeta vel cultum divinum pro hominibus eumdem Theræ inferentibus ponit, vel more suo, quod primo loco cum alia re junctum collocare debebat, secundo collocat, variationis causa. Similiter epuli nomen h. l. nondum auditur, sed deinde. Cum v. *πολύθυτος* cfr. Nem. VII, 68: *Πομπαῖς πολυθύτοις*. Eur. Iph. A. 183: *Πολύθυτον*

ἄλσος. Heracl. 772: *Πολύθυτος τιμά.* — *ἔνθεν.* Schol. v. 104: *Ὄθεν, ἀπὸ τῆς Θήρας.* Est *ἔνθεν* ap. Nostrum semper loci particula, nunquam causæ rationisque, coll. inidd. — *ἀναδεξάμενοι.* Sc. *πολύθυτον ἔρανον.* Qui *τεὰ Καρνεῖα* (*Καρνήι'*) legunt, has voces cum *ἀναδ.* jungunt, sensu non diverso. Böckhius jungit *Κυράνας ἀγαχτιμέναν πόλιν*: „*unde, ex Thera ab Aegidis condita, Cyrenas recepimus in Carneorum carmina.* Cyrenas Thera Thebanis quasi tradit, quod Theræis Cyrenæ originem debent." In his parum ego perspicio, quid sit: *Cyrenas e Thera recipimus.* Si Thebani (ex interpretum mente) Cyrenas divino cultu apud ipsos prosequendas inter sacra sua receperunt, non video, quid sibi velit locus, unde recepere, memoratus. Sed memora locum: tum erunt ipsæ Cyrenæ, non Thera. Quisquis enim alium recipit, is eum e loco recipit, quem tenet recipiendus, non ex alieno, quamvis ex hoc ultimo originem duxerit recipiendus. Rem illustrabit exempli gratia factum commentum. Pelasgi, si dis placet, urbem Romam in sacra sua recipiunt. *Εἶεν.* Dein urbis Romæ mater Etrusca sit Cære. Quis jam dicet: *Pelasgi Romam ex urbe Caere in sacra sua receperunt?* Immo *Romam* simpliciter. Aliud erit: *Pelasgi Romam propter urbem Caere receperunt.* Tum vero (ut Nostro hoc applicemus) *ἔνθεν* erit *quare*, quod tamen usui pindarico refragatur. Deinde non ob solam Theram Cyrenes matrem Thebani Cyrenen in sacra sua (si verum hoc) receperunt, sed ob *Aegidas suos* Spartam delatos, dein Theram, postremo in Africam. — *Ἄπολλον, τεᾷ, Καρνήι', ἐν δαιτί. In tua, Apollo Carnee, comissatione.* In his pro vulgato *τεὰ* quinque

codd. Böckhiani præstant τᾷ. Ita metro quoque consulitur, quod longam ultimam requirit ob versus respondentes 7 (*χλυτᾶς*). 21 (*συγγενὶς*). 63 (*φερτάτων*). 91 (*ἀμφέπει*). 133 (*μαλθακᾷ*). 147 (*φέρβεται*). Refragatur v. 49., cui medeberis inserto post *λόφον* fulcro *γ'*. Dein minus bene *δαιτὶ* adjectivo carebat, quod nova lectio præstat. Accedit, quod magis jam perspicuum factum est, quænam illa *δαὶς* sit? Est nimirum Apollinis Carnei, i. e. *Carneorum* comissatio. Formam *Καρνήϊ'* a Böckhio et Hermanno (viam monstrantibus codd. et schol.) receptam tum similes formulæ tuentur (cfr. v. 64. 92), tum inscriptio Theræa, quæ habet *Ἀπόλλωνος Καρνηΐου* (Böckh. Explicc. p. 289). — *σεβίζομεν Κυράνας ἀγαπτιμέναν πόλιν*. Cyrenensium chorus, qui (per patres suos, coll. Pyth. I, 121 — 129) sacra Phöbi Carnea ex insula Thera, civitatis suæ métropoli, recepisse, ante dixit, jam Cyrenes urbis cultum cum Carneis junctum testatur. Urbis putes *extractae* memoriam copulatam cum festo Apollinis, quo jussore et auspice Cyrene condita fuit. Similiter alii civitatum suarum conditarum festa celebrarunt. Hinc non solam *Κυράναν* (nympham) posuit, sed *Κυράνας πόλιν ἀγαπτιμέναν*. Alibi quoque (Pyth. IV, 465) ab eâdem Nympha urbem suam distinctam vidimus. Dein vocem *σεβίζειν* monstrante Böckhio Isthm. V, 37. de cultu divino habemus. Eadem verbi *σέβω* vis Ol. XIV, 7. Pyth. VI, 25. Cf. tamen not. 29. De Cyrenes urbis magnificentia, quo ducit *ἀγαπτιμέναν*, cf. Böckh. Explicc. p. 290. Ritteri Erdk. l. c. p. 946 seq. His expositis de Hermanni interpretatione videndum. Jungit Herm. *ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν πολύθυτον ἔρανον (ἐς) Κυράνας ἀγαπτιμέναν πόλιν*. Tum *ἔνθεν*

ipsi ἔρανον spectat, ἐν δαιτὶ pro δαιτὲ dictum, et σεβίζομεν cum τεὰ Καρνήι' jungitur. Sed Böckhius (nott. critt. p. 480) σεβίζειν [29]) de festis agendis dici posse negavit, atque alia monuit, quæ Hermannianæ rationi me quoque judice adversantur. Unum ego adjiciam, quod in hac tractatione potissimum judico. Primo Noster dixit: *Spartâ oriundi majores nostri Aegidae Theram non sine diis venerunt*. Jam ita pergentem fac poetam, qui manifesto est Hermannianæ interpretationis sensus: *sed fatum istud ἔρανον Cyrenas deduxit*. Quæ quis tolerabit? Nonne pro Cyrenis *Theram* exspectabas, monitus, immo coactus particulâ ἀλλά? Non perspexit Vir egregius, vv. ἀλλὰ . . ἔρανον antecedentium (ἴσχοντο . . ἄτερ) variationem quandam et repetitionem esse, eo consilio electam, ut non semel tantum graviterque doceretur, non casu fortuitoque deductam Spartanorum coloniam theræam, unde tantæ res pependerint, sc. Cyrenæ in Libya conditæ eodemque translata Carnea. Ahlwardtius ἀναδεξάμενοι τεὰ Καρνεῖα jungit, deinde σεβίζομεν K. ἀ. π. Quæ ratio cum nostra interpretatione consentit; verum hiatus in voce Καρνεῖα mihi quoque molestus videtur. Adde, quæ de τεὰ monita sunt. Postremo epularum notionem ter expressam habes, primo sc. ἔρανον, deinde Καρνεῖα, quod festum apud Theræos ac Cyrenenses (cfr. Callim. Ap. 78. 79) comissatione

29) Aesch. Eum. 702. habet πράγματα σέβεις *curas negotia*. Cf. Schneid. L. g. v. Deinde in Euripide legitur λίχη, σὺν νὰς σεβίζειν, θυσίας σεβίζειν (*colere*, i. e. *habere, agere*) etc. Cfr. Eurip. ind. Barn. Simili sensu νομίζειν dicitur. Aesch. Choe. 788: *Μυχὸν νομίζετε*: *recessum incolitis*. Adi eund. ind. eurip. et Schweigh. lex. herodot. v. Vides, nostro quoque loco σεβίζ. esse posse *habemus, incolimus*.

non caruisse nullus dubito, denique *δαῖτα*. — *ἔχοντι τὰν χαλκοχάρμαι ξένοι, Τρῶες Ἀντανορίδαι. Quam tenent Antenoridae.* Est *ἔχοντι* cum similibus de diis et heroibus locum numine suo tenentibus ibique sacra habentibus. Utrumque habes Nem. IV, 75 sq.: *Οἰνώνᾳ τε καὶ Κύπρῳ, ἔνθα Τεῦχρος ἀπάρχει ὁ Τελαμωνιάδας· ἀτὰρ Αἴας Σαλαμῖν' ἔχει πατρώαν· ἐν δὲ Εὐξένῳ πελάγει φαεννὰν Ἀχιλεὺς νᾶσον· Θέτις δὲ κρατεῖ Φθίᾳ, Νεοπτόλεμος δ' Ἀπείρῳ διαπρυσίᾳ.* Hos igitur Troas ibidem sepultos verisimile est, cum eum locum *ἔχειν* dicantur. Cf. l. modo cit. Cum *χαλκοχ.* cfr. Isthm. VI, 39: *Τὸν χαλκοχάρμαν ἐς πόλεμον.* Post *ξένοι* fige comma. De filiis Antenoris Troiani (coll. Heyn. Excurs. ad Virg. Aen. I, 242. Nitsch. N. myth. Wörterb. Ed. II) ita schol. v. 108: *Οἱ Ἀντήνορος παῖδες ζωγρηθέντες τρεῖς ὄντες ἦλθον εἰς Λιβύην καὶ ᾤκησαν* (Böckh. *ᾤκισαν.* Sed vide eundem schol. infra)· *εἰσὶ δὲ Γλαῦκος, Ἀκάμας, Ἱππόλοχος.* Ibidem: *Περὶ δὲ τῆς εἰς Κυρήνην ἀφίξεως τῶν Ἀντηνοριδῶν Δυσίμαχος* (cfr. de hoc scriptore Müllerum ad Lyc. p. 852. nec non indicem Müllerianum p. 151. a. b.) *ἐν πρώτῳ τῶν νόστων ἱστορεῖ, παρ' Ἄμμωνι βασιλεῖ Λιβύων αὐτοὺς ᾠκηκέναι μὴ βουλομένους συνοικεῖν τοῖς τὸ Ἴλιον πεπορθηκόσι, καὶ ὅτι ἔκτισε* (Böckh. verissime *ἔκτισαν*) *μετ' ἰκανὸν χρόνον τὸν μεταξὺ Κυρήνης καὶ τῆς θαλάττης κείμενον λόφον Ἀντηνοριδῶν ἐπικεκλημένον.* V. quoque Tzetz. Lyc. 874., quem locum Heynius excitavit. De portu Menelai Cyrenaico v. interprr. Addam memorabilem Herodoti locum IV, 191. de Troum in Libya posteris: *Τὸ δὲ πρὸς ἑσπέρης*, ait, *τοῦ Τρίτωνος ποταμοῦ Αὐσέων ἔχονται ἀροτῆρες ἤδη Λίβυες καὶ οἰκίας νομίζοντες ἐκτῆσθαι, τοῖσι*

οὔνομα κέκτηαι Μάξυες· οἱ τὰ ἐπιδέξια τῶν κεφαλέων κομόωσι, τὰ δ' ἐπαρίστερα κείρουσι, τὸ δὲ σῶμα μίλτῳ χρίονται. φασὶ δὲ οὗτοι εἶναι τῶν ἐκ Τροίης ἀνδρῶν. — κατανωθεῖσαν πάτραν. Incensam patriam. Eurip. Tro. 7 (de eadem urbe): *Φρυγῶν πόλει, Ἣ νῦν καπνοῦται.* 588: *Πόλεος, ἃ καπνοῦται.* Suppl. 496: *Καπανέως Δέμας καπνοῦται: incenditur.* Simile nostrum: Im Rauch aufgehen. — *ἐν Ἄρει. Bello.* V. Isthm. V, 60. — *τὸ δ' ἐλάσιππον ἔθνος.* Bene Heynius: „*Hos Antenoridas*, tanquam *ἥρωας ἐγχωρίους*, *colunt coloni cum Batto Therá profecti.*“ Scholiastis est *ἐλ. ἔθν.* nominativus (Cyrenenses); tum vero *δέχονται* accusativo caret. Quare Antenoridæ Libyci *equestres* dicantur, causa latet. Böckhius: „*Antenoridas*, qui et Troiæ tales fuerant, ut nobiles, et maxime in Libya equis præstante curulibus indulserant studiis: quos eodem studio sequuntur Battiadæ.“ Antenor Homero *ἱππόδαμος* (Damm. v. *ἱππόδαμος*), Troes *ἱππόδαμοι* (Damm. ibid.), Phryges *αἰολόπωλοι* (Damm. v.), all. — *ἐνδυκέως. Diligenter.* Cf. H. hom. XXVI, 4. Hes. Sc. 427. Anth. Pal. XV, XXIII, 3. Ead. Anth. T. II. p. 874. ep. CCCLXXV. Schneid. Lex. g. v. — *δέχονται.* Præsens historicum, coll. *ἔδεγε.* An cultum Antenoridarum Cyrenaicum poetæ quoque aevo mansisse tempus illud significat? Prius præfero, quæ et schol. v. 113. sententia. Mox *δέχεσθαι* de cultu deorum ad sacrificium quasi adventantium. Nem. V, 68: *Ὃς* (Neptunus) *Αἰγᾶθεν ποτὶ κλειτὰν θαμὰ νίσεται Ἰσθμὸν Δωρίαν, ἔνθα μιν εὔφρονες ἵλαι σὺν καλάμοιο βοᾷ θεὸν δέχονται καὶ σθένει γυίων ἐρίζοντι θρασεῖ. — οἰχνέοντές σφε. Adeuntes eos* (*prosequentes*). Ita cum codd., Beckio, all. scribendum pro

ἐχνίοντες. [30]) Utrumque confundi docent Müll. ad Lyc. 10. p. 5. Blomf. ad Aesch. Prom. 122. Simile vero *ἐποίχεσθαι* et *ποτνίσσεσθαι* item de diis. Ol. III, 71: *Ὅτι πλείσταισι βροτῶν ξεινίαις αὐτοὺς ἐποίχονται τραπέζαις.* Aesch. Prom. 549. Blomf.: *Θεοὺς ὁσίαις θοίναις ποτινισσομένα βουφόνοις.* Ad sensum schol. v. 113: *Δεξιοῦνται θυσίαις, παραγίνονται δὲ μετὰ δώρων καὶ ἐπαγισμάτων.* — *ἄγαγε ναυσὶ θοαῖς.* Ita jungo propter Pyth. IV, 98: *Νάεσσι πολεῖς ἀγαγέν.* V. nos p. 642. Non aliter Thierschius in sua loci conversione, licet signum post *ἄγαγε* non delens. Romana nec post *ἄγαγε* distinguit, nec post *θοαῖς.* — *ἁλὸς βαθεῖαν κέλευθον.* L. e. *Profandum mare pernavigandum.* Schol. v. 113: *Τῆς πλατείας* [?] *θαλάττης τὴν ὁδόν.* De *κελεύθοις πόντου* v. ad Pyth. IV, 347. p. 691. — *ἀνοίγων.* Schol. v. 113: *Σχίζων διὰ τὸν πλοῦν, ἢ ἀντὶ τοῦ συνήθη ποιῶν· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον οὐκ ἐπλεῖτο, ὡς ἂν τῆς Κυρηναϊκῆς ἐρημίας οὔσης· ὅτε δὲ ᾤκισεν αὐτήν, πλωΐμη ἐγένετο διὰ τὰς ἐπιμιξίας.* Idem repetit schol. v. 117. Similem sententiam amplexi Böckhius Thierschiusque, et hic quidem afferens Herodot. IV, 150 (de Theræis Phöbum consulentibus): *Μετὰ δὲ ἀπελθόντες, ἀλογίην εἶχον τοῦ χρηστηρίου, οὔτε Λιβύην εἰδότες, ὅκου*

---

30) Hymn. hom. VIII, 10: *Ἄλλοτε δ' αὖ πέτρῃσιν ἐν ἠλιβάτοισι διοιχνεῖ* (Pan). Aesch. Prom. 121: *Ὁπόσοι τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνοῦσιν.* Ubi Blomf. glossar., coll. ibidem Elmsl. in censura Promethei Blomfieldiani p. 178. Lips. Posidippus Anthol. Pal. XII, CXXXI, 1: *Ἃ Κύπρον, ἃ τε Κύθηρα, καὶ ἃ Μίλητον ἐποιχνεῖς* (Venus).

γῆς εἴη. Compara Latinorum *viam aperire* etc. Adde Gurlitt. l. c. p. 15.

V. 119—143.

Battus igitur (ad quem oratio redit) *Cyrenas variis operibus ornavit. Defunctus heroicis colitur honoribus. Deinde nec reliqui reges mortui laudibus carent, quarum pars in Arcesilaum redundat.* Κτίσεν δ' ἄλσεα μείζονα θεῶν. Sc. majora iis, quæ in patria Thera reliquerat. Ea enim, ut ipsa Thera, exilia puto fuisse comparata cum Cyrenaicis, inprimis his, quæ ad conditorem urbis Cyrenenses referebant. Böckhius hæc ἄλσεα cum Antenoridarum ἄλσεσι comparata suspicatur, rem non dubiam (Batti ἄλσεα) rei dubiæ applicans. Poterant quidem in colle Antenoridarum vel quinque seculis elapsis Troum monumenta qualiacunque manere; quid vero impedit, quo minus a solis indigenis Battum certiorem de Troianis factum statuas, qui antiquissimis temporibus istam regionem tenuerant? Erantque teste Herodoto l. c. Troum in illis oris posteri. Male vero schol. v. 117: Τὸ δὲ μείζονα ἀντὶ τοῦ μεγάλα ἁπλῶς, οὐ πρὸς ἄλλα συγκρίνων. — εὐθύτομον. *Recta sectam, rectam.* De viis faciendis τέμνω cum derivatis sollemne. Empedocles 253. Sturz.: Αἰθέρι δ' εὐπορίαν διόδοισι τετμῆσθαι. Nonn. Dionys. V, 282: Ἰθυτμῆτες ἀγυιαί. Paus. X, 8, 5: Τέτμηνται δὲ ἔξοδοι δι' αὐτοῦ συνεχεῖς. Liban. Or. XI. T. I. p. 300. Reiske: Στοῶν καὶ στενωπῶν μῆκός τε καὶ εὖρος τεμνόμενος. Alia congessit Böckhius Explicc. p. 291., qui simul *saxis incisam* viam putat. Tum erat viæ istius munitio διαχοπὴ χειρότμη-

τος, ut Strabonis formulâ utar I, 3. Ego in usu Græcorum circa verbum *τέμνω* acquiesco. — *κατέθηκεν.* Num pro simplici *ἔθηκεν* (*fecit*)? Vacat enim ista præpositio quibusdam verbis juncta. An verbum electum ob viam (si quidem fuit) deorsum ductam, cum Cyrene in *μαστῷ* sita fuerit Pyth. IV, 14? Idem scholiastæ v. 120. obversatum puto. Habet enim: *Κάθοδον δ' ἐποίησεν εὐθυτενῆ καὶ λείαν· τῶν γὰρ χωρίων τραχυτάτων ὄντων, λείαν ἀπειργάσατο τὴν ὁδόν.* Böckhius: „*Fecit ponendo, struendo*, ita tamen, ut via excisis, quæ altius exstabant, saxis structa dicatur ac proinde quasi deposita." Hæc apponenti subit nostrum einen Weg *anlegen*, quod fieri solet *ponendis sternendisque* iis, quæ muniendo inserviunt. — *Ἀπολλωνίαις* cum dativis suis ne cum solo *πεδιάδα* jungas, quod fecit schol. v. 121.; sunt hæc verba totius sententiæ, inprimis verbi *κατέθηκεν.* — *ἀλεξιμβρότοις.* Si prima verbi *ἀλέξω* notio, quod Buttmanno videtur (Lexil. II, 251), in *adjuvando* cernitur, *ἀλεξίμβροτος* erit *homines adjuvans, tuens, hominibus salutifer*. Nec video, quid canoni Buttmanniano adversetur. Jam hac posita interpretatione, non opus erit, alteri loco Pindarico, ubi *ἀλεξίμβροτος* repetitur (Nem. VIII, 51: *Ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ*) aliam significationem ingerere, ut *ἀλ.* sit *homines arcens*. Est *ἀλεξ.* utroque loco *homines adjuvans, tuens*, quod ipsum Buttmanni regulæ aliquid fidei conciliat. [31]) Eæ pompæ *ἀλεξιμβρ.*

31) Schol. v. 121: *Ταῖς ἀπαλεξούσαις τὰ τῶν ἀνθρώπων φαῦλα.* Ibidem: *Ἐπεὶ εἰς ἀλέξησιν τῶν κακῶν ὑπὸ* (Böckh. bene *ἀπό*) *τῶν βροτῶν γίνονται.* Quae ratio ab ea, quam supra posuimus, non multum quidem discrepat, minus tamen diligens

dicuntur ob Apollinem medicum, qui gentis conditorem sanaverat, aliisque ægris opem præstabat, coll. ad v. 85 sq. p. 787. — *πεδιάδα*. Cave pro substantivo habeas. Est non aliter vocis *ὁδὸν* adjectivum, quam *ἁμαξιτοῦ* apud Inc. Rhes. 279. Matth. — *ἔμμεν*. I. e. *ἐπὶ τὸ εἶναι, ὥστε εἶναι*. An vacat hic infinitivus ut alibi? Cf. Viger. p. 238. 744. 750. 888. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 392. Abesse quidem vox poterat. Si tamen ponere lubebat, a verbo *κατέθ.* removenda erat. *Planam* viam dicit, non ut in planitie munitam, sed quod loca ante *τραχέα* fuisse videntur, coll. schol. v. 120., cujus vox *λείαν* nostram *πεδιάδα* illustrat. — *ἱππόκροτον*. *Equis strepentem, resonantem*. In istis pompis Cyrenæos equis curribusque transvectos, mihi probabile. Artem suam in illis festis studiumque cum opibus ostendebant. De certaminibus equestribus et curulibus cave cogites. Ea non in viis stratis instituebantur; et pompæ sacræ non proprie erant ludi concertantium. Cf. quoque Böckh. Explicc. p. 292. supr. [32]) — *σκυρωτὰν ὁδόν*. *Stratam*

---

mihi videtur. Verbum enim *ἀλέξω*, ubi est *arceo*, rem habet expressam, quae alicujus commodo arcetur (Buttm. l. c.), quod secus in scholiastae etymologia, cui docto posterior vocis pars est *βροτὸς* (mortalis). Alii dicent, *ἀλεξίμβρ.* esse *mortem arcens*, coll. *ἄμβροτος* (*morte carens*), de qua v. cfr. Buttm. Lexil. I, 131 sqq. Tum idem erit quod *ἀλεξίμορος* (*mortem arcens*). Est hoc Apollinis aliorumque Deorum praedicatum Soph. Oed. T. 163., ubi schol., coll. Schneid. I. g. v. *ἀλεξίμορος*.

32) Eurip. Hippol. 228: *Γυμνασίων τῶν ἱπποκρότων*. Hel. 207: *Ἱππόκροτα δάπεδα γυμνάσιά τε*. Posidippus Anthol. Pal. XII, CXXXI, 2: *Συρίης ἱπποκρότου δάπεδον*. Eunapius Maximo (opp.

viam. Schol. v. 174: *Ἀντὶ τοῦ λιθόστρωτον· σκῦρον γὰρ λέγουσι τὴν λατύπην τὴν ἀπὸ τῆς κατεργασίας τῶν λίθων ἀποπίπτουσαν.* Est quidem hæc vox ut antecedentia *ὁδοῦ* adjectivum, proprie conditionem ejus significans; simul vero (cujus rei Cyrenæos sonus admonebat) nomen proprium ejus *ὁδοῦ* (s. viæ s. plateæ), quam Scyrotam Cyrenis dictam e scholiastis discimus, qui hoc fingere non potuerunt. Ita Græci, et quidem ad v. 117: *Ὁ* (Battus) *καὶ τὴν λεγομένην Σκυρωτὴν αὐτοῖς κατασκευάσας.* Ad v. 121: *Τὴν Σκυρωτὴν οὖν, φησίν, ὁδὸν κατεσκεύασεν ὁ Βάττος, δι' ἧς αἱ τῷ Ἀπόλλωνι γινόμεναι πομπαὶ κομίζονται εἰς τὸ ἱερόν.* Ibidem: *Οὕτω καλεῖται πλατεῖα Σκυρωτὴ ἐπὶ τῆς Κυρήνης· λέγεται δὲ καὶ τὸ ἱερὸν τῶν Διοσκούρων ἐν ἐκείνῃ τῇ πλατείᾳ εἶναι.* Non aliter Böckhius Explicc. p. 291: „Estque ea via *πεδιάς*, *plana* ut *πεδίον*; vocabatur autem *Σκυρωτὴ πλατεῖα*, quod schol. non comminiscitur, sed ex historiæ notitia traditum accepit, eamque denominationem inde illa meruit, quod revera *σκυρωτὴ* fuit. Neque sane apud Pindarum *σκυρωτὴ* proprium nomen habendum, sed adjectivum ejus viæ conditionem designans.“ Hæc bene. Idem vero alia addit, quæ solida ratione destituta videntur. „Quodsi,“ inquit, „*σκυρωτὴ* sit *λιθόστρωτος*, ceteras putaveris Cyrenarum vias non stratas: quod nemini probabitur. Stratæ omnes fuerunt, [33]) sed *σκυρωτὴ*

p. 53. ed. Boiss.): *Διὰ σταδίου καὶ ἱπποκρότου πεδίου τρίχων.*

33) Tempora Böckhius non distinxit. Namque Cyrenae si quando totae stratae fuere (ad manum erat larga sternendi

τὴ ὁδὸς *via* est *pavimento planissimo strata*: quo ipsum etymon deducit a schol. explicitum [34]) et additum πε-

copia): inde non sequitur, stratas fuisse totas Batto I regnante. Urbium Europae recentioris plateas non multis abhinc seculis sterni coeptas, nota res. Roma vias non stratas satis diu habuit. Liv. XLI, 27, 5 (ubi Dukerus T. XI. p. 915. ed. novae Drakenb.): *Censores vias sternendas silice in urbe, glarea extra urbem substruendas marginandasque primi omnium locaverunt*. Factum hoc inter bellum punicum secundum tertiumque (A. U. IↃLXXIX). Ibidem 7: *Et clivum Capitolinum silice sternendum curaverunt*. His locis cave *silicem saxo* oppositum putes, quo Roma ante silicis usum strata fuerit. Artes a minori procedunt ad majus, Romaque ante illud tempus omnino non strata fuit, non obstante Livio VIII, 15, 8., ubi *dextra via strata* (quae erat intra urbem) ex suis addidit Livius. Nonne vero, inquies, Romani multo ante vias stratas habuere? Habuerunt, sed extra urbem suam. Liv. X, 23, 12: *Semitamque saxo quadrato a Capena porta ad Martis straverunt*. Ibidem 47, 4: *Eodem anno . . via a Martis silice ad Bovillas perstrata est*. XXXVIII, 28, 3: (Censores) *viam silice sternendam a porta Capena ad Martis locaverunt*. Accedunt viae Appia et Flaminia. Non aliter Cyrenis Batto I regnante fuisse, ipsa vox στρωτὰν mihi satis persuadet. Unam quandam viam Battus stravit, in usus puto pomparum, coll. Livii locis de via inter urbem Martisque templum strata. Cfr. quoque viam Alabandensem ad Mylasa (Strab. XIV. p. 974 A), referente Heynio. Reliquae viae initio non stratae. Ab his stratam vere distinxit στρωτῆς nomen. Postea et reliquae stratae. Nihilominus (ut in talibus fit) illa via στρωτῆς nomen retinuit in memoriam ejus viri, qui et urbem et viam condiderat. Quid? quod Romanorum *strata* (sc. via) seriori tempore *viam* simpliciter significavit, coll. Lexx. v. *sterno*.

34) Quod Böckhius de scholiaste vocem στρωτ. interpretante

διάς." 35) Idem deinde locum affert ex itinerario Petri Della-Cella, unde consequi vult, viam, de qua agitur, in urbe fuisse. „Erat autem saxo incisa, atque, ut Della-Cella ait, maxime videtur conspicua fuisse. Vix dubito, hanc esse *Σκυρωτὴν ὁδὸν* a Batto aedificatam. Nam eximium apud Pindarum opus significari ipsa verba docent: 36)

---

refert, falsum est. Inspice quaeso scholia! *Ὁδὸς σκυρωτὴ* nil est nisi *λιθόστρωτος*. Phavorinus p. 1663, 35: *Σκύρος γὰρ ἡ λατύπη. Σκύρος πόρος παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Σκυρωθεῖσι λιθοθῶσι* [*λιθωθεῖσι*?]. *Σκυρωτὴ ὁδὸς ἡ ἀκόχροτος* [*trita*]. V. quoque Hesych. v. *σκίρος* et *σκυρωτὴ ὁδός*. Ibique interprr.

35) *Πεδιὰς* supra Böckhio ut mihi fuit *plana*, et plana est omnis via strata, iis praeserstim locis imposita, quae ante aspera fuerunt. Scilicet Pindari oratio bono ordine ita procedit. Primo viam illam rectam dicit, dein planam, quod ulterius illustratur voce *σκυρωτάν*.

36) Ne hoc quidem e Nostro consequitur. Describit *viam sacram, Batti I opus*, cui decus e vetustate et religione. Fuit ea via *recta, plana, pompis inserviens, strata*. Magis speciosae aliae Cyrenes viae esse poterant, nimirum postea munitae aedificiisque pulchrioribus ornatae. Nec formosa urbium rudimenta esse solent. Neque omnino magnifica putes Batti conditoris res! V. Herodot. IV, 153: *Οὗτοι δὴ στέλλουσι* (Theraei) *δύο πεντηκοντέρους ἐς τὴν Λιβύην.* Idem repetitur c. 156. En pristinorum colonorum numerum! Jam idem Herodot. c. 159. regnantibus Batto I atque Arcesilao I *οἴκιστον*, inquit, *οἱ Κυρηναῖοι, ἐόντες τοσοῦτοι, ὅσοι ἀρχὴν ἐς τὴν ἀποικίην ἐστάλησαν.* His non adversatur Pindarus, cujus *πολεῖς* Pyth. IV, 98. tempus inter Arcesilaum I et IV intercedens spectare quivis concedet. Debetur haec vox Pindaro, non Pythiae. Deinde nec hoc omnino contemnendum. Pla-

atqui si *Σκυρωτὴ ὁδὸς* saxo incisa erat, intelligis, cur hujus viæ ædificatæ honore Battus ornetur. Nam etiamsi, ut supra dixi, pompa Apollinea, in qua hoc carmen cantatum est, in illâ est viâ deducta, hinc tamen nondum liquet, cur tot et tantis verbis et via et Batti in ea condenda meritum celebretur: sed debet ipsa via admirabile quiddam habuisse. Jam credo senties etiam vim vocis *εὐθύτομον, viam rectâ sectam per ipsa saxa, iisque incisam*; jam cur *σκυρωτὴ* et fuerit et vocata sit, perspicitur. Nam ex *λατύπῃ* sive *σκύρῳ* saxis ibi perruptis deciso pavimentum planissimum inductum reliquo saxo est. [37]) Et nota quoque verba *ἔμμεν ἱππόκροτον*: antequam enim Battus saxa amolitus erat, ille locus equis pervius esse

---

team insulam in Libyae conspectu sitam primo Theraei incoluerunt (ibid. c. 156), non Libyam, deo delphico non obsecuti. Quare hoc fecisse putas? Opibus suis, inquam, diffidentes. Tandem altero post anno Apolline iterum jubente Libyae oram Plateae oppositam obsident (c. 157), ibique septem annos habitant (c. 157). Jam barbari vicini eos in eum locum *abducunt*, ubi postea Cyrenaé conditae. Mira vero ejusdem itineris ratio. *Noctu* eos ad novam sedem deducunt, ne regionem pulcherrimam Graeci viderent. Ita sc. inviti, ne dicam captivi proficiscuntur. Vidimus Cyrenensium ante conditam urbem res. Jamque ei non admodum refragabor, qui sola Scyrota via nascentem Cyrenem constitisse contenderit. Quid multa? Barbaris indulgentibus exigua Theraeorum manus primo tempore ibi habitavit, urbisque vel unius Scyrotae magnificentia isti aevo deberi vix potest.

37) Saxo exciso, quod viae arte factae munere fungi constat, stratum imponi inauditum est. Ipsum saxum pro strato est, atque usu corruptum denuo excisum quasi emendatur.

non poterat." [38]) — *ἔνθα*. Ergo urbana fuit *ὁδός*, s. platea, ducebatque (sic videtur) e foro ad Apollinis templum, coll. schol. v. 121. Quod in quanam urbis parte fuerit, nunc nescimus. Dices, prope fontem illum Phœbi limpidissimum, si quidem is intra urbem fuit, de quo v. Ritteri Erdk. Ed. II. T. I. p. 947. — *πρυμνοῖς ἀγορᾶς ἔπι*. Schol. v. 124: *Ἐπὶ τοῖς τῆς ἀγορᾶς ὁρίοις*. In foro Battus sepultus, quo honore urbium conditores ornatos constat. Ea monumenta *ἡρῷα* dicta. Schol. Ol. I, 149: *Οἱ γὰρ οἰκισταὶ ἐν μέσαις ταῖς πόλεσιν ἐθάπτοντο ἐξ ἔθους*. Strabo VIII, 6: *Ἔστι δὲ καὶ τάφος αὐτοῦ* (Danai) *κατὰ μέσην τὴν τῶν Ἀργείων ἀγοράν*. Paus. VII, 20, 2: *Ἔστι δ' ἐν ὑπαίθρῳ τῆς ἀγορᾶς* (Patrensium) *ἄγαλμά τε Ἀθηνᾶς, καὶ πρὸ αὐτοῦ Πατρέως τάφος*. Eodem loco sepulti Brasidas Timoleoque (quasi *κτισταὶ* Amphipoleos et Syracusarum) Thuc. V, 11. Plut. Timol. 39. Germanici Cæsaris sepulchro (cenotaphio) destinatum forum Antiochensium refert Tac. Ann. II, 73. coll. 83. Alia v. ap. Dion. ed. Reim. ind. v. *heroum*. Batti sepulchrum Cæsaris ævo adhuc extitisse testis est Catullus carm. VII. — *δίχα κεῖται θανών*. Schol. v. 124: *Δίχα τῶν ἄλλων ἡρώων*. — *μάχαρ*. Hujus dicti causa ex antecedentibus elucet. Modicæ, sed tranquillæ regum I. et II. res. Vide quæ dicta sunt not. 36., coll. Thrige loco cit. pag. 121. 22. — *ἥρως δ' ἔπειτα λαοσεβής*. *Post mortem heros populo cultus*, ob beneficia in populum suum collata, de quibus v. Thrige l. c. p. 123. De tempore post mortem *ἐς τὸν λοιπὸν χρόνον* est Fragm. thren. IV. (Heyn. III, 37. Böckh. II,

38) Quare *ἱππόκροτος* via dicatur, de eo meliora praecepisse nobis videmur.

2, p. 623). Ceterum nostri loci sententia maximopere respondet doctrinæ Pindaricæ l. modo cit. (de defunctis Persephonæ se probantibus atque in terram redeuntibus): *Ἐκ τᾶν βασιλῆες ἀγανοὶ καὶ σθένει κραιπνοὶ σοφίᾳ τε μέγιστοι ἄνδρες αὔξονται. ἐς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἥρωες ἁγνοὶ πρὸς ἀνθρώπων καλεῦνται. — ἄτερθε δὲ πρὸ δώματων ἕτεροι λαχόντες ἀΐδαν βασιλέες ἱεροὶ ἐντί.* Quænam *δώματα* fuerint, de eo ambigunt scholl. et interprr. Ego putaverim domum Battiadarum regiam. Plurima enim sepulchra intra urbem fuisse, Itali Della-Cella sententia est, coll. Böckh. Expl. p. 292. V. quoque Catullum supra citatum. Qui mos si Cyrenis obtinuit, non video, quare non pro suis quisque ædibus (si per locorum rationem licuit) sepultus sit. Quod ut amplectar, multum facit Euripidis locus nostro admodum similis de Proteo rege pro ædibus sepulto Hel. 466., coll. 1165. atque Aesch. Choe. in., quod non e solis rationibus scenicis profectum putem. Deinde Pyth. IV, 201. IX, 98. X, 51. pluralis *δώματα* loco singularis positus est. Idem aliorum scriptorum usus. Jam reges illos suas quemque ædes habuisse non est quod statuamus. — *λαχόντες Ἀΐδαν. Nacti sepulchrum, sepulti.* Idem in hac re *δέξασθαι.* Isthm. VI, 21: *Ἀΐδαν δέξασθαι.* Et *Ἀΐδης* pro sepulchro. Vide Huschk. An. crit. p. 126 sq. Gurl. l. c. p. 16. Monk. et Wüstemann. ad Eurip. Alc. 13. — *βασιλέες ἱεροί.* Cf. *βασιλεῦς ἀγαυοὺς* Fragm. supra allato. — *ἐντί.* Ibi quasi *habitant*, coll. Ol. I, 146 sqq. Magis hoc deinde exponitur. — Sequitur locus corruptelâ et criticorum artibus famosus. Ejus plurima cum Hermanno quidem scribo, sed paulo aliter interpretor. — *μεγαλᾶν δ' ἀ-*

ρετᾶν δρόσῳ μαλθακᾷ ῥανθεῖσι κώμων ὑπὸ χεύμασιν ἀκούοντί ποι χθονίᾳ φρενὶ σφὸν ὄλβον. Hæc ita construe: Ὑπὸ δὲ χεύμασι κώμων, δρόσῳ μαλθακᾷ ἀρετᾶν μεγαλᾶν ῥανθεῖσι, ἀκούοντί π. χ. φ. σφ. ὄ. I. e.: *Et sub carminum undis, magnorum encomiorum liquore molli adspersis, audiunt suam felicitatem* etc. Dices, non esse, quod carmina alio quasi fluctu adspergantur; habere ut fluctus (coll. Ol. XI, in. ibique notata p. 388 sq.) suum liquorem. Verum hoc; sed verum et hoc, quod nos dicemus. Non omne carmen encomiasticum est; aliud aliam sibi materiam sumit. Jam quid mirum, si carminum (*per se spectatorum*) undis aliæ (*laudis*) undæ affusæ accesserint? Canitur carmen. Huic inseruntur laudes. Planum hoc nec sensui communi refragans. Sed fac, κώμους h. l. laudem Apollinis, Arcesilai victoris, all. complexos: non tamen ideo laudem complexos dices regum; horum laus illorum carminum χεύμασιν accedebat ut singulare χεῦμα, i. e. regum laus Phöbi Arcesilaique laudi miscebatur. [39]) Jam

39) Κώμων pro spurio ὕμνων receptum, ϑ' post ὕμνων (κώμων) eodem jure expulsum Hermanno Böckhioque debetur. Jamque hic pro μεγαλαν αρεταν legit μεγάλα ἀρετά, et ῥανθεῖσα pro ῥανθεισαν (ex antecedentibus repetens ἑντί), ὑπὸ χεύμασιν pro ὑποχεύμασιν, et post χεύμ. punctum figit. Sed ῥανθεῖσα ἑατὶ pro ῥαίνεται forsan pindaricum (v. p. 104), tali vero contextu insolitum, cum ἑντί, quod in antecedentibus plurale fuit, hoc loco repetitum singulare fiat; deinde post χεύμ. durissime abrumpitur oratio, quod maximum Böckhianæ rationis incommodum. Hermannus ῥανθεῖσι legit, ὑποχεύμ. retinet, post ὑποχεύμ. non distinguit. Bonum ex his primum et tertium. Durum secundum. „*Magnarum*," inquit Her-

digrediendum ad singula. Primo *μεγάλαι ἀρεταὶ* esse possunt *magnae laudes*, coll. Ol. VIII, 7: *Μεγάλαν ἀρετὰν λαβεῖν: magnam laudem consequi*. Idem nunc statuo de *μεγάλαις ἀρεταῖς* eorum locorum, quos habes hujus libri p. 377. Quibus addo Fragm. inc. XXIII (Heyne III, p. 91. Böckh. II, 2, p. 666): *Ἀρχὰ μεγάλας ἀρετᾶς, ὤνασσ' Ἀλάθεια: principium, fons magnae laudis, Veritas*. Similis puto *magnarum* Hermanni *virtutum roris* sensus (*virtutum laudes*). Eum vero nos sine ambagibus assecuti nobis videmur. — Eæ laudes *roris* (*liquoris*, coll. ad Ol. VII, init. p. 236) nomine significantur. Nem. VII, 90: *Ὕδατος ἅτε ῥοᾶς φίλον ἐς ἄνδρ' ἄγων κλέος ἐτήτυμον, αἰνέσω* (*αὐτόν*).

---

mannus, „*virtutum tenero rore tincta per carminum libamina audiunt orcinâ mente suam felicitatem* etc.“ In his non satis perspicuae *magnae virtutes*, et multo leniorem sermonem facit illud *ὑπὸ χεύμασι*, quam nudus dativus *ὑποχεύμασι*, quae vox praeterquam *ἅπαξ λεγόμενον* mihi videtur, cum *χεῦμα* nec per se sit infrequens, et in designandis carminibus passim occurrat, coll. p. 388 sq. Ahlwardtius Hermannum secutus post *ὑποχεύμασιν* punctum exprimit, cujus ego sensum non assequor. Nos olim (Diluce. pindd. Spec. I. p. 24) cum Böckhio *μεγάλα ἀρετὰ ῥανθεῖσα* legentes nominativum absolutum statuebamus, ut sensus esset: *Magnaque Vīrtus* (absolute intelligenda) *quoties rore molli rigatur carminum inter fluctus, inferna eorum audit mens* etc. Jam ad eam rationem inclinamus, quae leniore medela locum male affectum sanat. Thierschius retinet *μεγάλαν δ' ἀρετάν*, deinde *ῥανθεῖσαν ὕμνων θ' ὑπὸ χεύμασιν ἀκούοντί ποι* etc. Nec tamen, quaenam inter *ἀρετὰν* et *ὄλβον* etc. ratio intercedat, satis docuisse videtur. V. Ejus not. 14.

Isthm. VI, 29: *Τάνδ' ἐπιστιχοντα νᾶσον ῥαινέμεν ὐλογίαις.* Eundem vero liquorem *μαλθακοῦ* nomine bene oppositum vides *fluctibus laudum*. — *ῥανθεῖσι.* Hoc ab iis, qui sensum nexumque loci non assequebantur, primum ob appositum *δρόσῳ μαλθακᾷ* mutatum puto in *ρανθισᾳ*, deinde ob *αρεταν μεγαλαν* in *ρανθισαν.* Aut scribarum vitio *ρανθεισι* abiit in *ρανθισα*, confusione facillima. — *ὑπό.* Hoc erit *sub*, cum fuerint *χθονίοι* reges. Melius tamen videtur *inter*, quo sensu præpositio dativo juncta instrumentorum musicorum concentum designat, velut *ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύειν* etc., coll. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 872. Cum genitivo junctæ vis eadem Ol. IV, 4. p. 165., coll. Böckh. nott. critt. p. 481. Postremo Hermannus in suis ad Pindarum notis (Heyn. ed. ult. T. III. p. 342. lin. ult.) *θ'* delere debebat. — *ἀκούοντί ποι.* *Audiunt puto.* Fortius *τοι* (*revera*) sine codd. elegit Böckhius (loci nexum a se interruptum aliquantisper hoc modo resarciens), qui idem Ol. III, 7. cum uno cod. et Hermanno *ποι* Pindari in *τοι* mutavit. Verum Græci multa, quæ confidenter enuntiare possunt, cum dubio enuntiant, coll. his Diluce. p. 16. Similiter locale *που* modestiæ et cautioni dicentis servit, coll. Zeun. ad Vig. p. 446. — *χθονίᾳ φρενί.* Schol. v. 132: *Χθονίᾳ δὲ φρενὶ φησι, παρόσον τεθνήκασι, καὶ ἐν τῇ γῇ κεῖνται.* Cf. *γλῶσσαν ὑπερποντίαν* v. 78. — *σφὸν ὄλβον υἱῷ τε κοινὰν χάριν ἔνδικόν τ' Ἀρκεσίλᾳ.* Hæc ita construit Heynius; *σφὸν ὄλβον χάριν τε κοινὰν υἱῷ Ἀρκεσίλᾳ ἔνδικάν τε. Suam felicitatem et gloriam* (cfr. indd. pindd. v. *χάρις*) *communem cum filio Arcesila debitamque.* In his nolim *ἔνδικον* ut *κοινὰν* cum *Ἀρκεσ.* construere. Languebit aliquantisper hæc vox post *κοινάν.*

Justam habebant felicitatem et gloriam, filio Arcesilao communem. Cum priori sententiæ parte cfr. Julian. Aegypt. Anthol. Pal. IX, CCCCXLV, 5: *Λίξων σῶν προγόνων κτέρας ἔνδιχον.* Non indigni felicitate et gloria primi Battiadæ, Battus I., Arcesilaus I., Battus II., quorum ultimum adeo *εὐδαίμονος* nomine insignitum refert Herodot. IV, 159. In reliquos idem transfertur, ut quibus regnantibus Cyrenarum opes non decrevere. Accedit regni sanctitas (*βασιλέες ἱεροί*). In Arcesilaum IV. ut successorem et filium eadem cum laude felicitas redundabat, velut Noster Pyth. I, 114. a Dinomene non alienum esse patris Hieronis gaudium dixit. Deinde qui ad inferos pertinere sensum rerum genti gratarum ex hoc loco coll. Ol. VIII, 102. adstruere conantur, vim ii Pindaro inferunt. Non dicit Noster: *Virtutis laudes communes cum majoribus Arcesilao sunt, quia et ipse vir magnus* (Böckh. nott. critt. p. 481). Hoc dicit: *Virtutis laudes communes cum Arcesilao regibus ejusdem majoribus sunt*, i. e. *eorum laudis pars ad Arcesilaum utpote nepotem redundat*. Arcesilai prædicatio deinde sequitur. Similis dictione, non sensu, alius locus, Pyth. VI, 15., quem Böckhius affert nott. critt. l. c. [40]) — Post *Ἀρκεσίλᾳ* kolon

---

40) *Ἔνδικος* non passivam solummodo vim habet (quod statuere videtur Karstenius Spec. pind. p. 169), sed et activam. Antipater Sidonius Anthol. Pal. VII, CCCCXXV, 6: *Κολάστειραν δ' ἔνδικον ἀμπλακίας.* Julianus Aegyptius ibid. DXC, 3: *Βίον ἔνδικος.* V. quoque Schneid. L. g. v. *ἔνδικος.* Alibi vox passiva est. Videatur Juliani Aegyptii locus ex Anthol. Pal. supra citatus. Callimachus ejusd. Anthol. IX, DLXVI, 5: *Τῷ μερμηρίξαντι τὰ μήνδικα.* Macedonius XI, CCCLXXIV, 2: *Λαοῖς ἔνδικα νεννμένη.* Adde Schneid. L. g. l. c.

fige, — *ἀοιδᾷ νέων*. I. e, Concinentium choris, qui junioribus constare solebant, coll. Nem. III, 8. 116. Isthm. VIII, 2.; bene vero juvenes memorantur, cum ipse deus celebrandus juvenilis fuerit. Ad res Cyrenaicas nimis anxie locum restringit Böckhius Expl. p. 293: „*Νέοι* sunt lecti adolescentes, qui Apollinem celebrant præsente Arcesilao: haud dubie ex ephebis trecentis, qui, ut Spartæ, ita Cyrenis in regis erant comitatu: v. Hesych. v. *τριακάτιοι*. Eustath. ad Hom. p. 727, 18. p. 1592, 57., coll. Schneider. ad Xenoph. Rempubl. Laced. c. 11." Melius, si certus aliquis chorus eligendus videbitur, eundem chorum eliges, qui totum carmen canit, coll. nobis ad v. 27. 59. p. 768. 780. Is regem, Phœbo gratias agentem, jure meritoque hoc facere testatur, ea repetens, quæ supra v. 29 sqq. regi præcepit. Et dignus uterque locus, qui diligenter comparetur. — *χρυσάορα Φοῖβον*. Prior vox trisyllaba, monente Böckhio (p. 690) contra Ahlwardtium *χρυσάορα θεὸν ἀπύειν* scribentem, vel *χρυσάορ' ἀπύειν θεόν*. De v. *χρυσάωρ* alii aliter. Vide Schneid. L. g. v. *ἄορ* et *χρυσάορος*. Böckh. Explicc. p. 293. Creuzer. Mythol. Ed. II. T. II. p. 433 sq. 719. T. IV. p. 65. 295 sq. Schwenck. Etym. myth. Andeut. p. 232 (*χρυσάωρ* pro *χρυσήρης*). Bekker. Anecdd. gr. 413, 28. 1095 (*Ἀρκάδων ἄορ ξίφος*). Schwenckiana ratio habet, quo se commendet. — *καλλίνικον*. *Victoriam decorans*, coll. Nem. IV, 26: *Ὕμνον καλλίνικον*. Eodem trahes Nem. III, 31. Isthm. I, 13. V, 69., coll. ibid. Diss. Habet hæc vox suum substantivum, quod deest Ol. IX, 3. p. 329 sq., ubi vide, quibus hanc vocem illustravimus. Iterum deest Nem. III, 31. Ubi Dissen. coll. nobis p. 330. Passivam vocis vim vidimus Pyth.

I, 64. — *λυτήριον δαπανᾶν.* Adjectivum esse *λυτ.* cum *μέλος* jungendum, monuit Hermannus. Non aliter libri veteres, referente Böckhio. Nondum tamen veteris interpretationis pœnitet, quam habet schol. v. 138: *Τὸ μέλος, ὅ ἐστι λυτήριον τῶν δαπανῶν.* Ibidem: *Παραμυθίαν τῶν δαπανῶν.* Ibidem: *Ἀμοιβὴν τῆς δαπάνης.* Ut cum schol. faciam, non leviter movet Isthm. VIII, 1: *Λύτρον εὔδοξον, κῶμον.* Accedunt substantiva similia, in eadem re occurentia, coll. Heyn. ad h. l. Et Pindarus incisa non respuit, nostro simillima, V. nos p. 59. 242. 555. Fragm. dithyr. X (Heyne III, p. 74. Böckh. II, 2, p. 579): *Λιταραὶ καὶ ἀοίδιμοι, Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθῆναι.* Hæc si concesseris, comma pones post *καλλίνικον.* Comma vero post *δαπανᾶν* Romana habet, cum vulgata puto interpretatione conspirans. Jam *δαπανᾶν* dicens chorus initium carminis repetit, ubi regem laudavit ob divitias studiis curulibus liberaliter prospereque insumtas. Cum his sumtibus confer, quæ ex Nostro Heynius laudavit ad Ol. V, 34.

V. 143—168.

Sequuntur laudes regis, deinde variæ pro eodem preces. *ἄνδρα κεῖνον ἐπαινέοντι συνετοὶ* etc. In laudando rege ad judicium aliorum provocat. Similiter experientiæ testimonio nititur Ol. IV, 29. Et *λεγόμενον* id est, quod *συνετοὶ* dicunt, non formula quædam poetæ, vel proverbialis, coll. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 293. 834. Boisson. ad Aristæn. Epist. I, 12. p. 396. — *χρέσσονα μὲν ἁλικίας νόον φέρβεται.* Ergo juvenis rex ut Demophilus, coll. iis, quæ de simili formula congessimus

ad Pyth. IV, 501 sq. p. 735. Dein *φέρβεται* (pro *φέρβει*) est *habet*, velut Eurip. Med. 822. Matth.: *Ἀποφερβόμενοι κλεινοτάταν σοφίαν.* Adde Schneid. Lex. græc. v. [41]) — *γλῶσσαν τε θάρσος τε ταν-υπτερος ἐν ὄρνιξιν αἰετὸς ἔπλετο.* In his mihi etiamnunc obscurum, quid sibi velit reglæ linguæ cum aquila comparatio. Non linguæ puto conferuntur (conf. Dilucc. pindd. Spec. I. p. 25), licet vocis amœnitatem aquilæ tribuunt Tzetzæ ad Lyc. 264. p. 513. Müll. Dices, cum aquila ut *ταννπτέρῳ* comparari linguam regis ob agilitatem motumque promtum, nec non ob istam quasi expansionem, quæ propria eloquentiæ. Is vero, qui civibus præest, *λόγου δύναμιν* habere debet, monente Menandro Fragm. inc. LII. p. 215. Mein. Tum *θάρσος* promtum regis animum confidentiamque in rebus agendis designabit, exclusa eloquentia, quæ *γλώσσῃ* inest, nec non bellicâ fortitudine, quæ deinde laudatur. Hendiadys mihi statuenda olim videbatur (l. c. p. 25), quasi *γλώσσης τε θάρσος*, coll. Pyth. I, 71. — *τανύπτερος.* Photii Lex. p. 491. Lips.: *Τανύπτερος: παρατεταμένα πτερὰ ἔχουσα.* Hesiod. theog. 523: *Αἰετὸν τανύπτερον.* 525:

41) Similiter *ἄρδειν, βοηλατεῖν, βόσκειν, ποιμαίνειν, τρέφειν* etc. V. p. 182 sq. 378. 423. 678. Soph. Ai. 615: *Φρενὸς οἰοβότας.* Ubi scholl. Ibid. 1113: *Θυμὸν τρέφει.* Antig. 1076: *Τρέφειν τὴν γλῶσσαν, Τὸν νοῦν τ'.* Eurip. Hippol. 150. Matth.: *Ἢ πόσιν, τὸν Ἐρεχθειδᾶν ἀρχηγόν, τὸν εὐπατρίδαν ποιμαίνει πως* (habet, fovet quaedam) *ἐν οἴκοις;* ubi cogitandum de Phaedrae zelotypia, coll. ibid. Monk. Alia vide in ind. Eurip. Barnes. v. *τρέφω.* Orph. fragm. p. 507. Herm.: *Ποιμαίνειν ἔρωτα.* Nonn. Dionys. III, 359: *Ἐλπίδα βόσκω.* Diog. La. VII, 173: *Οὗς ἡ Κλεάνθους μωρία βοηλατεῖ.*

Ταννσίπτερος ὄρνις. Orph. *Λιθ.* 124: *Τανύπτερον αἰετόν.* [42]) De præpositione *ἐν* schol. v. 146: *Ὅσος ὁ ἀετὸς πρὸς τοὺς ἄλλους ὄρνεις συγκρινόμενος. — ἀγωνίας δ' ἔρκος οἷον σθένος.* Construe: *Σθένος (αὐτοῦ) οἷον ἔρκος (τῆς) ἀγωνίας (ἔπλετο).* Dicunt Græci *ἕρκος πολέμου, id, quo bellum defenditur*, Cf. homerica ap. Damm. p. 807. Addo Anthol. Pal. XIV, XXXVII, 3: *Ἕρκος ἀγώνων.* Q. Smyrn. V, 423: *Ἕρκος πολέμοιο.* XI, 387: *Πολέμοιο ἕρκος.* 406: *Ἔρυμα πτολέμοιο.* [43]) Idem *moles belli* Valer. Flacc. VI, 104. Oppositum *κέντρα πολέμοιο* Hom. et Hes. cert. p. 495 (Hes. ed. Lösn.). Schneid. L. g. v. *κέντρον.* Hermannus *σθένος ἀγωνίας* jungit. Ego usu defendor. Spectatur bellum domesticum,

---

42) Avium, deorum, heroum etc. epitheton vulgare. Homerica v. Damm. p. 2006. 7. Addo hymn. hom. II, 213: *Οἰωνὸν ταννσίπτερον.* IV, 89: *Τανύπτεροι οἰωνοί.* XXXII, 1: *Μήνην ταννσίπτερον.* Hes. O. et D. 210: *Ἶρηξ, ταννσίπτερος ὄρνις.* Alcaeus fragm. XXI. Gaisford.: *Πανέλοπες ταννσίπτεροι.* Simonid. II, 4. Gaisford.: *Ταννπτερύγου μυίας.* Antipater Anthol. Pal. IX, LIX, 1: *Ταννπτερύγων νώτων.* Metrodorus ibidem XIV, CXXXV, 3: *Ταννπτερύγων ταρσῶν.* Q. Smyrn. VIII, 387: *Ψῆρες ταννσίπτεροι.* Orph. hymn. LXXXVI, Herm.: *Ταννσίπτερε, οὖλε Ὄνειρε.* Nonn. Dionys. III, 379. XXVI, 283: *Ταννύπτερον υἱέα Μαίης.* 449. de eodem: *Ἄγγελος ἀθανάτων ταννσίπτερος.* VII, 149: *Ταννσίπτερος ὄρνις.* X, 314: *Ζεῦ πάτερ, ταννσίπτερε.* XXIV, 86: *Ταννύπτερος Ἑρμῆς.* XXXVII, 266: *Ταννύπτερος Πήγασος.*

43) Obiter interpretor Aesch. Suppl. 80: *Βωμὸς Ἄρης φυγάσι, ῥῦμα, δαιμόνων σέβας: Bello attritos is ipse deus, qui eos attriverat, defendit, ad quem confugiunt quasi ad aram supplicationis, ad propugnaculum, quod dii quoque reverentur.* Est Mars h. l. quasi φύξιος et ἱκέσιος ut alii dii. Comma post φυγ. noli omittere.

quo cives regem petiverant. In eo Arcesilai robur valli instar hostibus restiterat. Aliisne bellis rex juvenis inclaruerit, ego ignoro. — *ἔν τε Μοίσαισι (ἔπλετο) ἀπὸ ματρὸς φίλας.* Alii ex subsequentibus supplent *πέφανται.* Illud commoditus, cum dicatur *ἐν Μούσαις εἶναι.* Deinde cave jungas *ποτανὸς ἐν Μούσαις.* Bonum hoc, si *ποτανὸς* actum significaret, non habitum. Quod sequi. Est *ποτανὸς volutidi facultate praeditus*, i. e. *ulatus* (v. indd. pindd. et Eurip. ind. Barnes.), non *volans*. Quis vero dicet: *Alas habet inter Musas?* Jamque illud *ἐν Μοίσ.* est quidem h. l. proprie *inter Musas versatur*, quo ducit sequens *ποτανὸς* etc. Utetur enim alarum beneficio in consortio quodam, quod erit Musarum, quibus ipsis alas passim antiquitas tribuit. [44]) Verum *sensus* est: *In literis est.* V. Eurip. Hippol. 451. Matth.: *"Οσοι μὲν οὖν γραφάς τε τῶν παλαιτέρων Ἔχουσιν, αὐτοί τ' εἰσὶν ἐν μούσαις.* Quem locum (monente ibidem Monkio) Eustathius respicit ad Il. II. p. 262, 2 (198, 30): *Ὥστε ἐν τῷ Μῆνιν ἄειδε θεὰ προσυπακουστέον τὸ δι' ἐμοῦ, ὃς ἀεὶ ἐν μούσαις εἰμί· ὃ δὴ περὶ τῶν ποιητῶν ἢ τῶν ἁπλῶς λογίων Εὐριπίδης φησί.* De sola poesi musicaque nolis in Pindari loco cogitare, quanquam istas Cyrenis floruisse constat, coll. Demophili exemplo Pyth. IV, fin. et Böckh. Explicc. p. 294. Jam de ultimis schol. v. 152: *Οὐ νεοσσός, ἀλλὰ πτηνός* (a matre). Verissi-

---

44) Creuzer. Mythol. Ed. II. T. III. p. 286: „Kunstvorstellungen der Musen. Ihre Attribute: beflügelt, aber nicht beständig (Winkelm. Monum. I, 2, sq. 1. Voss. Mytholog. Briefe. II. p. 38). Federn auf dem Kopfe (Winkelm. a. a. O., vergl. Museum Florentin. Tom. I. p. 143)."

rirum hoc. Laudi enim priori aliam Noster subnectit, velut ejus causam ac fundamentum. *Nec mirum hoc. Fuit enim ex eo tempore, quo natus est, volandi facultate ornatus*, i. e. præcox regis ingenium, coll. iis, quæ ad v. 7. p. 748 sq. annotavimus. Formulam *ἐκ μητρὸς* eodem sensu habes Aesch. Chde. 416., ubi conferendum Blomfieldii glossarium. Post *φίλας* kolon pone. — *ἁρματηλάτας σοφός. Auriga sapiens.* Ars hæc inter *καλὰ* Cyrenensium *ἐπιχώρια* (v. 155). Paus. VI, 12, 3: *Θεόχρηστον δὲ Κυρηναῖον, ἱπποτροφήσαντα κατὰ τὸ ἐπιχώριον Λίβυσι.* Maximus Tyrius Or. XIII. T. I. p. 440. Reiske: *Παιδεύματα τὰ Κυρηναϊκὰ διαφεῖται.* — *ὅσαι τ' εἰσὶν ἐπιχωρίων καλῶν ἔσοδοι. Et quicunque sunt domesticorum laudum introitus.* Cum antecedentes laudes (e. g. in Musis esse, cum arte curuli) in Cyrenensium *καλοῖς ἐπιχωρίοις* fuisse nullus dubitem, post *ὅσαι τ'* supplendum erit *ἄλλαι*, velut Pyth. IX, 178 (*ἀέθλοις πάντεσσ' ἐπιχωρίοις*, sc. *ἄλλοις*). Quæres, quænam alia significentur? Certe paucissima eorum, quæ Heynius enumeravit, utpote plurimorum Græcorum communia. Doctiores alia invenient. An gloriabundus loquitur chorus? Unde non anxie rimandum videbitur, quænam reliqua illa fuerint? Idem tene Pyth. IX, 178. Deinde *καλὰ* velut ars curulis Pyth. VI, 50. introitus habent quasi ædificia magnifica, quæ animosi aperiant, unde *τετόλμακε, ausus est*, sc. *aperire, intrare*. Ornatum hoc pro simplici *καλὰ τετόλμακε*, cui simile Nem. VII, 87: *Τόλμαν ἀράμενος καλῶν.* — *δύνασιν. Vim, robur*. Eandem regis *ἔργοις καὶ βουλαῖς* adesse postero quoque tempore poeta vult. Hinc non meram regis victoriam vox designat, sed est *eventus* omnis generis, quod

synonymo quoque *κράτος* applicare licet, quo usus Noster in victoria Hieronis Ol. I, 34. Male *potentiam* alii. Dein *τελεῖ* est *praestat*, coll. Isthm. I, 99. — Post *καὶ τὸ λοιπὸν* metrum laborare constat. Lacunam alii aliter explerunt. Pauwius inserit *ἀεί γ'*, ubi si fulcrum alicui languere videbitur, leget *ἐσαεί* (Dilucc. pindd. Spec. I. p. 28), deleto *ὦ*, quam voculam vocativo jungi solitam librarius intrusit. Alterutram conjecturam tueri videtur *λοιπὸν αἰεὶ* Pyth. IV, 456., ubi *λοιπὸν* nolis cum *γένος* copulare. Ahlwardtius ex *ὦ πλεῖστα* duorum codd. extundit *ἃ πλεῖστα*: *Et in posterum, quae sunt maxima, Saturnidae, detis precor*. Parenthesis scriptore pedestri digna, coll. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 393. Neque in aperto, quænam ista sint *maxima*? Cui codicum vestigia sequi animus, is cum Hermanno leget *λοιπὸν ἔπεται*. — *Κρονίδαι*. *Dii*. V. Pyth. II, 46. p. 543. — *ἐπ' ἔργοισιν ἀμφίτα βουλαῖς*. De hoc præpositionum usu cfr. nos ad v. 30. Et *ἔργα* cum *βουλαῖς* junguntur velut Pyth. III, 54. Mox *χεῖρας ἢ βουλὰς* habes Pyth. IV, 128., *χεῖρας καὶ βουλὰς* Nem. VIII, 13. — *ἔχειν*. Sc. *δύνασιν*. — Post *ἔχειν* kolon vel comma ponunt editores. Tum erit *μὴ* conjunctio *ne*. *Et postero quoque tempore ἔργων καὶ βουλῶν δύνασιν illi praestate, ne qua tempestas hiemalis vitam ejus insequentem debilitet*. Quarum sententiarum nexus neque satis perspicuus, neque omnino necessarius videtur. Fige punctum post *ἔχειν*. Est *μὴ* h. l. deprecandi particula. Poeta eodem modo, quo victori *ἔργ. κ. β. δύν.* deos præstituros sperat, vitæ quoque insequentis incolumitatem eidem apprecatur. V. Dilucc. pindd. Spec. I. p. 29. — *δαμαλίζοι*. *Sternat, evertat, absumat*. Idem *δαμᾷν*

in

in simili re Isthm. VIII, 154: *Ἦβαν γὰρ οὐκ ἄπειρον ὑπὸ χειᾷ καλῶν δάμασεν.* — *χρόνον* (*αὐτοῦ*, quod supra quoque defuit v. 151). *Vitam ejus.* Schol. v. 155: *Τὸν βίον αὐτοῦ.* Idem minus bene ibidem: *Τὰ πράγματα αὐτοῦ.* V. Ol. I. fin. Ubi *χρόνον* erit *vitam*, proprie intelligendam, *τοῦτον* i. q. *τοῦτον ὄντα.* Alia dedimus p. 70. Nem. VII, 99. est *λοιπὸς χρόνος reliqua vita*. Hermanno est *χρόνος vitae rationes*. Quidni vita physica? Erat, quod vitæ incolumitatem ei apprecaretur, quem turbæ civiles in discrimen vitæ adduxerant. Et metuebatur in hoc Arcesilao finis imperii, coll. Böckh. Explicc. p. 266. 294. Necatum vero Arcesilaum, cum Böckhio (p. 266) mihi verisimile. De filii nece conf. Böckh. p. 266. Thrige Hist. Cyr. I, 211. — *Διὸς τοι νόος μέγας κυβερνᾷ δαίμονʼ ἀνδρῶν φίλων.* Schol. v. 164: *Τὴν τύχην.* Ol. XIII, 38. p. 488. idem Jupiter *δαίμονος οὖρον* Xenophontis regere dicitur. Sperat fore, ut Arcesilai, cui faveat, fortunam regat. Cum *ἀνδρῶν φίλων* cfr. Isthm. VI, 26. 96. coll. 19. Sententiam antecedentia et sequentia spectare, non est quod moneam. — *εὔχομαί νιν Ὀλυμπίᾳ τοῦτο δόμεν γέρας ἔπι Βάττου γένει.* Junge *ἐπιδόμεν* cum Bothio, quem sequitur Ahlwardtius Böckhiusque. His est *ἐπιδ. addere*. Quamquam alibi est simpliciter *dare*, s. *tradere*, coll. Schneid. Lex. græc. v. *Addendi* notio h. l. contextui inest. E scholiis nil sequi videtur ad firmandum Heynii *ἔτι*. Cf. omnino Gurlitt. l. c. p. 18. — *Βάττου γένει.* Schol. v. 166: *Τῷ Ἀρκεσιλάῳ, ὅστις ἐστὶ Βάττου γένος.* Conf. Pyth. IV, 219. 242. Quidni Battiadis, Arcesilao non excluso? Neque ir-

ritæ preces. Schol. inscript. Pyth. IV: *Ἀλλ' οὐκ ἔγραψεν* (Pindarus) *εἰς τὴν ὀλυμπιακὴν αὐτοῦ νίκην, καίτοι μετὰ τὴν Πυθικὴν γενομένην, ἀλλ' εἰς τὰ Πύθια μόνον.*

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ ΣΤ'

ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΩΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΙ

ΑΡΜΑΤΙ.

V. 1—18.

Thrasybuli victoria pythica immortali hymnorum monumento digna est. ἀκούσατ'. Schol. v. 1: *Ὁ δὲ λόγος ἐκ τῶν χορευτῶν ἤτοι πρὸς ἀλλήλους διαλεγομένων ἢ πρὸς τοὺς ἀναληψομένους τὸ ποίημα.* Posterius elige, coll. Ol. XI. init. p. 384. Et chorum, non poetam loqui, docent quoque seqq. plurales. Bene vero Böckhius, coll. Gurlitt. Pind. pyth. Siegsges. VI, VII. p. 5: „Voce ἀκούσατε poeta ex more præconis utitur exclamantis illud ἀκούετε λεώς." — ἦ γάρ. *Revera enim.* Schol. v. 1: *Ὁ δὲ ἦ [ἦ] σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ δὴ κεῖται.* De ἦ γὰρ cf. Viger. p. 409. 10. ibique Zeunium. Languidum, ἤ pro ἦ scribere. — ἑλικώπιδος. Fragm. Scol. III (Heyne III. p. 25. Böckh. II, 2, 611 seqq.): *Ἀφροδίτας ἑλικοβλεφάρου.* — *Ἀφροδίτας ἢ Χαρίτων.* Est h. l. ἤ pro καί, velut Pyth. IV, 455. all. Venerem et Gratias iterum jungit Fragm. inc. LXXXVI (Heyne III, 123. Böckh. II, 2, 589), qui locus nec in reliquis nostro absimilis. Jam Veneris Gratiarumque

arvum idem quod Musarum, coll. v. 49. Nem. VI, 56. X, 59., coll. Heyn. et Gurlitt. ad l. Schol. v. 1: *Ἔνιοι δὲ ἄρουραν Χαρίτων καὶ Ἀφροδίτης τὴν ποίησιν ἤκουσαν, ἀφ' ἧς δρέπεται τὰ μέλη ὁ Πίνδαρος.* Scilicet Ol. XIV. omnis decoris etc. auctores Gratias dicit; ponuntur igitur pro Musis, quibuscum confundi, nota res. Sed qui reconditiora sectantur, Venerem appositam dicent ob Thrasybuli, quem v. 15. alloquitur, juventutem. Eundem juvenem *ἐρωτικῶς* spectat Isthm. II. Cf. quoque Fragm. scol. III (Heyne III, 25. Böckh. II, 2, 614). Arvum Gratiarum illustravimus ad Ol. IX. p. 340. Et *λόγων κῆπον* habet Manuel Philа ap. Thorlac. proluss. neadd. T. III. p. 63. — *ὀμφαλὸν χθονός.* *Umbilicum terrae*, Delphos, ob *μυχὸν μαντήϊον* Pyth. V, 91. V. nos ad Pyth. IV. p. 653. Blomf. glossar. Aesch. VII Th. 744. Boissonad. ad Max. Plan. convers. gr. Ovid. metam. p. 430. 689. Utque Græcis Delphi, ita Judæis Hierosolyma medium terræ fuit, Arabibus Mecca, Neopersis urbs sancta Tauris, coll. Janberti *voyage* pag. 156. — *ἐριβρόμου.* Heynius: „*Ἐρίβρομος χθών* dictum putabam eodem modo, quo *Ποσειδὼν ἐνοσίχθων, ἐννοσίγαιος, concussor terrae*, propter motus sive ex subterraneis aquis, sive quatenus mare ambit terram fluctibus adstrepentibus littori; ut *ἁλίπλαγκτος γαῖα.*" Quærimus terræ prædicatum, quod vocant *immanens*, non *transiens*. Hinc terra dicitur *ἐρίβρομος*, sc. ob Neptunum, concussorem ejus indefessum. Nec male hoc epitheton Græci a sedibus suis prope insularibus in terram ipsam transtulerunt. Böckhius terram *ἐρίβρομον* dictam statuit ob subterranea tonitrua, coll. interprr. Eurip. Hippol. 1201. — *ἀέννααν προσοιχόμενοι.* Ita Herm.

pro ἐς νεὼν πρ. Ahlw. ἐς νεὼν ἱερὸν οἰχ. legens templum umbilico languide apponere videtur. Cf. quoque Böckh. Append. p. 690. Deinde προσοίχ. iter poeticum designat. Chorus locum petit, ubi victoria parta est, ibique canit, i. e. *ob victoriam sibi partam canit*. Cf. inprimis Ol. VIII, 74. XIII, 138. Pyth. I, 147. V. quoque p. 194. 241. 522. Neque aliter interpretare ἐγκατείχιασται. Fictum et hoc, nec inde consequi puta, carmen Delphis cantatum. Quodsi (ut hoc unum subjungam) carmen Delphis cantatum P. significare voluisset, dixisset opinor τειχίζομεν s. τειχίουμεν, non κατείχιασται. *Est* enim Delphis *hymnorum gaza*, ut *hymnus ipse* Olympiae Ol. I. in. — Πυθιονίκας. *Victoriam pythicam ornans*. Cf. quae de καλλίνικος observavimus pag. 329. 814. — Ἐμμενίδαις. Schol. v. A: Οὐκ ἀπὸ φυλῆς, ὁ Ἀρίσταρχος· τοῦ γὰρ ἥρωος Ἐμμενίδου, οὐκ ἂν γένοιτο Ἐμμενίδαι· ἡ δὲ ποιητικὴ παρέκτασις καὶ οἱ σχηματισμοὶ ἐπὶ τῶν κυρίων πατρωνυμικῶν ἐπὶ τὰ αὐτῶν τρεπόμενα ὀνόματα, οἷον Ἡρακλείδης καὶ Ἀσκληπιάδης ἐστὶ μὲν σχήματι πατρωνυμικά, κύρια δέ τινων· εἴ τις οὖν τὸν τοῦ Ἡρακλείδου υἱὸν πατρωνυμικῶς βούλοιτο σημῆναι, ὁμωνύμως ἂν πάλιν πατρὸς Ἡρακλείδην καλοίη. Cf. ad Ol. VII. p. 281 sq. Non egit de hac forma Matth. Ausf. gr. Gr. T. I. p. 212 sqq. ed. II. De Emmenidis eorumque rebus cfr. schol. v. 4., inprimis Böckh. Explicc. Ol. II. introd. — ποταμίᾳ τ' Ἀχαράγαντα. Schol. v. 4: Ποταμίαν εἶπε τὴν Ἀχάραντα διὰ τὸ ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ. V. Olymp. II, 17. Pyth. XII, 5. Cluverii Sicil. ant. p. 248 sq. Eckhel. D. V. N. T. I. p. 191. Idem flumen in numis civitatis, coll. Eckh. l. c. T. I. p. 193. Museum Wiczay Tom. I. p.

48. — *καὶ μάν.* *Et vero*, vel simpliciter *et*. V. ad Pyth. I. p. 515 sq. — *ἑτοῖμος.* Hymnorum vides thesaurum, ex quo, quæ libuerit, deprómere possis. Multas igitur quasi opes gazophylacium habet. V. ad Ol. VI. p. 188. Ol. X. p. 377. De tropo v. ad Ol. VI. p. 185. 194. Pyth. IV. pag. 672. Cf. quoque Isthm. V, 57. Euripid. Suppl. 999. Matth.: *Ἀοιδὰς εὐδαιμονίας ἐπύργωσε.* Callim. fragm. CXCVI (T. I. p. 514. Ern.): *Γάμου καταβάλλομ' ἀείδειν.* Alia congessit Boissonadius ad Max. Plan. conv. gr. Ovid. metam. p. 701. — *ὕμνων θησαυρός.* Pindari poesis, quatenus victores pythicos spectat. Ex hoc thesauro (ut tropum rite absolvamus) unus depromitur hymnus, qui victoriam Thrasybuli hominibus nuntiet. Hac æqualitate repudiata ipse thesaurus victoriæ nuntius dicitur. Quo minus *ὕμνων θησ.* hic noster hymnus sit, ipsa dictio obstare videtur. Est enim *hymnorum* thesaurus *paratus*. Similiter Ol. I. init. hymnus ipse Olympiæ est, a sapientibus inde disseminandus. — *ἐν πολυχρύσῳ Ἀπολλωνίᾳ νάπᾳ. In auri pleno Apollineo luco*, i. e. *Delphis*. V. scholl. v. 4. De singulari urbis parte cave cogites. Quod neque necessarium, et poeticam loci venustatem infringit, coll. ad Pyth. V, 50. p. 774. not. 22. Deinde si P. thesaurum suum hymnorum in certa Delphorum parte collocare voluit, cur non intra *περίβολον*, ubi veri thesauri, collocavit? Et *νάπη* dicitur h. l. *πολύχρυσος*, quod epitheton, si partes urbis distinguere velis, minus urbi ipsi, quam *περιβόλῳ* templisque conveniet. Mittamus igitur schol. v. 4. extrem., quod aliis placuisse video: *Τινές φασιν, εἰς τρεῖς μοίρας διῃρῆσθαι τοὺς Δελφούς· καὶ τούτων ἡ μὲν λέγεται ὑπάτη, ἡ δὲ μέση, ἐν ᾗ καὶ αὕτη ἡ καλουμένη νάπη* (forsan veteris

cujusdam lucī reliquiæ, coll. Esquiliis romanis). Delphi Ἀπολλωνία νάπη eodem jure dici poterant, quo Παρνασία νάπη (Schol.Il. II, 519. supra cit. p. 774). Deinde si Ἀπολλ. νάπη *lucus Apollinaris*, non *vallis Ap.* est, non aliter hoc intelligendum erit quam ἄλσος, quod primo *lucus* est, deinde *locus sacer*, vel absentibus arboribus, coll. inprimis Ol. III, 30. VII, 89. ibique interprr. Mox Apollinis τέμενος s. Delphi *auro plenum* dicitur ob templa sua cum donariis, civitatum græcarum thesauros, civium opulentiam, de qua ultima v. Müllerī Dor. II, 419. Primum et secundum illustravit Spanhem. ad Callim. Apoll. 35., me addente (de templo Delphorum apollineo) Eurip. Androm. 1069: Θεοῦ χρυσοῦ γέμοντα γύαλα, θησαυροὺς βροτῶν. 1075: Θεοῦ χρημάτων. Jon. 155: Χρυσήρεις οἴκους. Vides, verissime huc trahi posse Soph. Oed. T. 151: Τᾶς πολυχρύσου Πυθῶνος.[1]) — ἑπακτός. *Procul veniens*. Cf. Ol. XI, 106. Schneid. L. g. v. Blomf. gloss. Aesch. VII Th. 680. Böckhius: *Coactus*. Is vero imber *nubis exercitus* dicitur, velut Pyth. IV, 373. *ventorum agmina* habuimus. — μυχοὺς ἁλός. *Profunda maris*. Heynius affert Eurip. Herc. f. 397. Matth.: Ἁλὸς μυχούς. V. quoque Lycophr. 44: Θαλάττης μυχούς. 753: Πόντου μυχοῖς. 823: Θαλάσσης μυχούς. 1244: Μυχὸν ἁλός. Anthol. Pal. XV, xxiv, 11: Θαλάσσης τε μυχός. Oppian. Hal. IV, 597: Μυχὸν ἅλμης. Orph. Argon. 85: Πόντοια μυχούς. 750:

---

1) Mirum, quod Elmsleius habet ad Eurip. Bacch. 13: „Nemo, quod sciam, πολύχρυσα πεδία aut tale quid dixit.“ Vide, quae supra apposita sunt, nec non Anthol. Pal. IX, 66, 5. Ibidem T. II. p. 794.

Μυχὸν πόντου. Liban. Or. XXIV (T. II. p. 71. Reiske): *Θαλάττης μυχοί.* Noli cum Pottero ad Lycophr. 44. de maris *specubus* cogitare. Est formula maris circumscriptio. [2]) Mare memoratur ob sinum Crisæ propinquum. Heynius v. 10 — 14. divitias navi advectas respici temere judicat. V. quoque Böckh. Explicc. pag. 298. — *χεράδι.* Schol. v. 10: *Χεράς δὲ ὁ μετὰ ἰλύος καὶ λίθων συρφετός.* Schol. Apoll. Rh. I, 1123: *Χερὰς δὲ λέγεται ἡ τῶν μικρῶν λίθων συλλογὴ τῶν καθ' ἓν χειρὶ ληφθῆναι δυναμένων.* — *τυπτόμενος.* *Verberans*, medium pro activo, conferente Gurlittio *φέρεσθαι* Pyth. VII, 23. Et Pyth. V, 147. *φέρβεται* pro *φέρβει.* Schol. Pyth. VIII, 111. *παρέχεται* pro *παρέχει.* Activum *τύπτων* in eadem re Heynius affert ex Il. XI, 306. Idem *προσκόπτω* in loco plane parili Evang. Matth. VII, 27. Scholiastis quoque (*ἄνεμοι* et *πτόμενοι* legentibus) est hæc forma pro activo. Qui *πτόμενος* retinent, nolint interpretari: *conflictans cum* (Damm. Lex. p. 2397. all.). Quod non græcum, coll. nott. Ahlwardtii. Nec melius *τυπτόμενος* passive: *illisus suo impetu.* Desunt hujus quoque significationis exempla. Böckhius cum scholl. quidem *τυπτόμενοι* legit, sed rationem interpretandi modo memoratam init. Hermannus conjicit *τυπτόμενον*, *verberatum*, eleganter, sed præter necessitatem. Postremo nostri loci sententiam Horatium exprimere Od. III, 30., alii viderunt. De ædificio proprie intelligendo similiter epigrammatarius lo-

2) Aesch. Prom. 864. Blomf. *πάντιος μυχὸς* esse videtur *sinus maris*. Male vero inter *μυχὸν* et *μυχοὺς* Marklandus distinguit ad Eurip. Suppl. 545. Vide, quae supra dedimus, nec non Spanhem. ad Callim. Del. 161. et Müllerum in Addend. ad Lycophr. T. III. p. 293.

quitur Anthol. Pal. I, v, 3. V. quoque eandem Anthol. VIII, cxv, 1. — *φάει ἐν καθαρῷ. Luce pura.* Cf. Pyth. IX, 159. Fragm. inc. XCVIII (Heyne III, 129. Böckh. II, 2, 626). Arati Dios. 231: *Καθαρὸν φάος.* Opponitur hæc lux aëri, quem obscurum reddunt nubes, imber ventusque glaream volutantes. V. quoque schol. v. 13. deinde citandum, et Ol. VI, 4. 5. Alii thesauro nion per se splendidam faciem tribui volunt, sed ob hilaritatem encomii. — *προσώπου.* Schol. v. 13: *Ἔξωθεν προσληπτέον εἰς τὸν πλήρη λόγον τὸ ἔχων, ἵν' ᾖ ἔχων τὸ πρόσωπον ἐν φωτὶ καθαρῷ, τουτέστι λελαμπρυσμένος τῷ προσώπῳ καὶ ἐπιφανὴς ὢν ὁ θησαυρός.* Thesaurus personam induit, coll. *πρόσ.* et *ἀπαγγελεῖ.* V. quoque Ol. VI, 4. 5. Impropprium v. *εὐπρόσωπος* usum habes ap. Eunap. T. I. pag. 458. ed. Boissonad., ubi doctus editor alia annotavit. Jam totum locum sic construe: *Φ. δ. π. ἐν καθ., εὔδοξον νίκην ἅρματι, Κρίσ. ἐν πτ. (γενομένην), κοινάν, Θρ., πατρὶ τ. γεν. τ., ἀπαγγελεῖ λόγ. θν.* Dubium, quæ sit sententia schol. v. 13: *Τῷ σῷ πατρὶ Ξενοκράτει, ὦ Θρασύβουλε, καὶ τῷ γένει σου κοινὴν τοῖς πολυθρυλλήτοις τῶν ἀνδρῶν λόγοις ἀπαγγελεῖ τὴν ἐπίδοξον τοῦ ἅρματος νίκην τὴν εὐτυχηθεῖσαν ἐν Δελφοῖς.* In his *κοινὴν* jungi poterit cum dativis vel antecedentibus, vel sequentibus. Ut jungas cum illis, maxime suadet Pyth. V, 136. Et *λόγ. θν.* ut verum dativum pendere ab *ἀπαγγ.*, docet locus simillimus Pyth. I, 179: *Ὀπιθόμβροτον αὔχημα δόξας οἷον ἀπαιχομένων ἀνδρῶν δίκαιαν μανύειν καὶ λογίοις καὶ ἀοιδοῖς.* Ibidem (p. 531) alia comparavimus. Victoria sermonibus mortalium nuntiatur commendaturque, qui eam ulterius disseminare debent. Et con-

virae vicem agunt (γυμνάται), coll. Isthm. II, 30., monente Böckhio. Adde nos ad Pyth. VIII, 41. — Κρᾶ. πτυχαὶ proprie sunt *plicae* Caesarr., dein *convallet.* Videatur Pyth. IX, 28: *Πτυχὰς χλωρὰς Ἴσθμου.* Nem. II, 33: *Πίλοισιν πτυχαῖς.* Alias erant montium *prominentiae et curvaturae*, quo πτυχὰς modo dixit. Cf. Photii Lexicon v. πτυχαί. Tum *ἐν* erit *ad*. De Cras v. ad Pyth. V, 42. p. 770 sq. [3]) A vestium petita distinctione, coll. ad κόλπους Ol. XIII. p. 466. et Damm. Lex. v. πτύξ. — *ἀπαγγελεῖ.* Ex hoc verbo Böckhius recte tum victoriam fuisse suspicatur. Sed *λόγοις* mortalium proprie praeco victoriam nuntiabat, deinde hominum ex omni Graecia praesentium frequentia, qui in suam quisque patriam victorum nomina carmine ciffus ferebant.

---

3) De vv. πτύξ, πτύσσω, πτυχὴ cf. Schneid. L. gr. Alia v. in ind. Eurip. Barnes. vv. ἀναπτυχή, διαπτυχή, περιπτυχή, παλίπτυχος, πτύξ, πτυχή. Damm. Lex. v. παλίπτυχος et πτύξ. Formam πτυχὰς pro πτύχας Euripidi vindicat Elmsl. ad Eurip. Med. 1264., ad ejusd. Bacch. 62. Non malum hoc, ubi sermo de aëre; si de montibus etc., nolim. Ibi enim promiscuum πτύχες et πτυχαί, quorum prius sequentibus locis docebo. Nic. Ther. 804: *Κίσσοιο κατὰ πτύχας.* Opp. Cyn. IV, 317: *Κιθαιρῶνος κατὰ πτύχας.* Q. Smyrn. II, 282: *Πτύχας οὔρεος.* III, 304: *Ἴδης πτύχας.* Rhianus Fragm. VI, 1 (Galsf. P. M. G. T. III. p. 275. Lips.): *Οὔρεος πτύχας.* Apoll. Rhod. III, 113: *Οὐλύμποιο πτύχας.* Homerica v. ap. Damm. v. cit. Noto quoque, illa euripidea *ἡλίου ἀναπτυχαὶ* et *περιπτυχαὶ* non diversa mihi videri a simplici ἡ. πτυχαί, quod cum *ἄέρι* jungit idem usus euripideus. Est enim *δέλτου πτυχαὶ* et *διαπτυχαὶ* idem apud Eurip. Cf. ind. ejus Barnes. vv. citt.

Hoc apertum. Poeta, cujus *ἐπινίκια* paucos spectabant, victoriam posteris maxime immortalitatique commendabat. Ita velim intelligas locos, ubi Noster *κήρυκα* se et *ἄγγελον* victoriarum dicit. Eodem spectat in nostro hymno thesauri *immortalitas*. Restat, ut de titulo hymni breviter dicam, quod sentio. Is *Θρασυβούλῳ* cum Gurl. et Ahlw. esse debet, non *Ξενοκράτει*. Hunc enim obiter memorat poeta, illum alloquitur, ut victorem, s. suo nomine proclamatum, s. patri decus cedentem, de quo v. ad v. 19 sqq. Et Thrasybulum reliqua carminis spectant, quod est totum in laude ejus. Hoc si concesseris, eandem mutationem subibit Isthm. II. titulus, quo carmine bis Thrasybulum alloquitur, non patrem licet victorem, unde gratulationem dixeris Thrasybulo oblatam ob patris (jam mortui) victoriam, coll. scholl. introd. Mutarunt hoc librarii, ut fieret carminis titulus reliquorum titulis conformis. Postremo catalogos hieronicarum non prorsus accuratos fuisse, de hoc v. Dissen. ad Nem. VIII, 16. Isthm. I, 1., monente Böckhio.

V. 19—54.

Laudatur singularis Thrasybuli, quasi alterius Antilochi, in patrem patruumque pietas, divitiarum usus probus, juventus ab injustitia atque arrogantia abhorrens, studia poetica et equestria, mores cum sodalibus conversantis amoenissimi. *σύ τοι . . νιν.* Cf. has voculas Pyth. V, 7. p. 745. Jam quærenti, quo trahendum sit *νιν*, proximum occurrit *νίκαν*. Et *σχέθειν νίκαν* dicitur, velut de eadem re *ἔχειν κῦδος* Pyth. V, 21. VIII, 112. et *σχέθειν κῦδος* Ol. IX, 132. Adde *φέρει νίκαν* Isthm.

VII, 28. *Tu, victor.* Durum, *νιν* ad *πατρὶ* admodum remotum referre. Contextui nostra ratio magis consulit. — *ἐπιδέξια χειρὸς ἄγεις ὀρθὰν ἐφημοσύναν.* Hæc junge cum schol. v. 19., non *σχέθων νιν χειρὸς ἐπιδέξια*, quæ posterior junctura multo magis vacare videtur, quam prior. Laudatur enim h. versu et seqq. Thrasybulus ob summam pietatem patri præstitam, qua Chironis præcepto obsequebatur. Quare non solum *ἄγεις ὀ. ἐφ.* dicitur, sed adjicitur *ἐπιδέξια χειρός*, i. e. *δεξιᾷ χειρί*, s. quod melius (sensu non mutato) *ἐπιδέξιος ἄγεις χειρός*; *dextrâ duces, manum* (ejus) *tenens*. In dextra Thrasybuli est *ἐφημοσύνη*, sc. in loco maxime honorifico, de quo v. omnino Knappii scripta variis argumenti T. I. p. 39 sqq. ed. II. Deinde *ἄγειν ἐφ.* non durius dicitur, quam *πλοῦτον ἄγειν* v. 47. coll. Pyth. V, 7 sq., et *ἀρετὴν ἄγειν* Isthm. VII, 31. Nec vacat *χειρός* (de quo genitivo cfr. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 492), quod potius istam quasi familiaritatem auget, quæ inter Thrasybulum et *ἐφ.* intercedebat. *Summo honore habes praeceptum.* In reliquis *ὀρθὰν* est *rectum, probum, justum*, quæ vulgaris voculæ significatio, coll. indd. pindd. Soph. Oed. T. 506: *Ὀρθὸν ἔπος.* Eurip. fragm. Antiop. XLII: *Ὀρθὸν λόγον.* Id. Alc. 810. Matth.: *Ὀρθὰ λέγειν.* Jam si, quo consilio hæc dicta sint, anquiris, occurrit interpretum in eo consensus, *Thrasybulum victorem parentis victoris nomen a praecone pronuntiari jussisse. Patris autem curru velut Antilochum Nestoris victoriam parenti parasse. Utque Antilochus Nestori vitam, ita Thrasybulum Xenocrati gloriam suam sacrificasse.* Horum ne levissimum quidem in hymno scholiisque vestigium, nec puto hanc opinionem docti conce-

pissent, si titulus carminis *Θρασυβούλῳ* haberet, non *Ξενοκράτει*. Sed facilis erat ejusmodi error. Pythia vicerat Xenocrates, Theronis regis frater (Ol. II, 88 seqq. Schol. Pyth. VI. princ. Schol. Isthm. II, princ.). Huic igitur, nobili viro, carmen inscribebatur, ut haberet encomium suum, velut Isthm. II., quamquam hujus quoque carminis titulus ipsi non debetur. Sed videndum, quid in nostro carmine vulgatæ sententiæ non tantum non faveat, sed adversetur. Primum est v. 15: *Πατρὶ τεῷ, Θρασύβουλε, κοινάν τε γενεᾷ .. νίκαν*. Quis quæso hæc dicet in victoria non vero victori, sed alii adscripta? Victori, patri, familiæ, genti communis erat victoria; trita hæc in Pindaro sententia ineptissime ei carmini inseritur, quæ victoriam canit ad alium translatam. Minoris vero momenti Antilochi Nestoridæ exemplum, quod tum quoque bene electum concedes, quum solummodo Thrasybuli in patrem pietati, quæ insignis fuisse videtur, illustrandæ inservire statueris. Sunt enim carminis partes tres. Primum laudatur victoria Thrasybuli (v. 1—18), deinde pietas ejusdem in patrem (patruumque) insignis (v. 19—46), tum aliæ ejus virtutes (v. 47—54). De sensu consilioque exemplorum pindaricorum Into v. ad Ol. IV. p. 173. Thiersch. T. I. p. 268 sq. Aliter Böckh. Expl. p. 299. [4]) — *τά*. I. e. *ἦν*. Cf. schol. v. 19., Herm. ap. Heyn. T. III. p. 344., has dilucc. p. 14. 567., ad Pyth. VIII, 98. — *ἐν οὔρεσι*. *Pelio*. V. p. 584. — *Φη-*

4) Verborum *σχίθων νιν* cum reliquis nexus (ut nec hoc praetermittam) quid ad vulgatam sententiam stabiliendam conferat, ego non perspicio. Faciunt haec verba transitum ad reliquas laudes.

λύρας υἱόν. *Chironem.* V. p. 583. — ὀρφανιζομένῳ. Schol. v. 19: *Μονωθέντι.* Educandum Chironi natum Peleus tradiderat, Nitsch. neu. myth. Wörterb. v. Achilles. Achilli pater superstes, coll. pag. 612. — βαρυόπαν. Schol. v. 19: *Μεγαλόφωνον.* Idem βαρύγδουπος et βαρυσφάραγος in eodem Ol. VI, 138. VIII, 58. — Hesiodi ferebantur Χείρωνος ὑποθῆκαι (schol. v. 19). Eorum fragmentum, quod scholiastes servavit, est XXXIII. Gaisf. (P. M. G. T. I. p. 184. Lips.), qui editor retinuit πευκαλίμοισι cod. — πρύτανιν. *Dominum.* Pyth. II, 106. Anthol. Pal. T. II. p. 824: Ἡρόδοτον, ἱστορίης πρύτανιν. — ταύτας τιμᾶς. Schol. v. 19: *Τῆς πρὸς τοὺς θεούς. Divini honoris.* De honore parentibus habendo v. Aesch. Eum. 540., notante Heynio. V. quoque Stob. Florileg. (edit. Gesn.) indicem vv. *parentibus* etc., inprimis exempla de divino parentum honore, coll. γνώμ. μονόστ. in Gnomm. Brunck. vv. εἰς γονεῖς. Böckhio (Explicc. pag. 299) est τ. τιμ. *honor* τοῦ σέβεσθαι, quod, si vocis σέβ. vim spectas, eodem redit. — βίον πεπρωμένον. *Vitam fato praestitutam.* Aesch. Ag. 234: Ἐπεὶ (*quomodo.* V. Ol. II, 178. ibique nott. pag. 128) πολλάκις πατρὸς κατ' ἀνδρῶνας εὐτραπέζους ἔμελψεν (ita legendum ob sequens αὐδᾷ), ἁγνὰ δ' ἀταύρωτος αὐδᾷ πατρὸς φίλου τριτόσπονδον εὔποτμόν τ' αἰῶνα φίλως ἑτίμα: i. e. *patrem beate viventem.* Libera dictio nostra aliis videtur pro (*parentes*), *quousque vitam ipsis fatum praestet.* Chironis præceptum Achillis exemplo firmari non potuit, quippe a Peleo tum et postea separati. Eligitur alius heros juvenis patri junctus. Sensum comparationis ita exponit schol. v. 19: Οὕτω καὶ σύ, Θρασύβουλε, περὶ

τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς γονῆς φυλάττεις τὴν εὐσέβειαν. Solam posteriorem finitâ narratione v. 44. Pindarus memorat, et quidem, quod non nullius momenti in nostra de nomine victoris disceptatione, perquam generaliter, sc. *ad patris exemplar se filium effingere*, quæ optima gratiarum actio, coll. Ol. VII. p. 281., cujus loci tertiæ interpretationi, quæ nunc mihi maxime placet, subjungo Democritum Stobæi serm. V. p. 66. Gesn. (T. I. pag. 131. Gaisf. ed. Lips.): *Πατρὸς σωφροσύνη μέγιστον τέκνοις παράγγελμα.* — καὶ πρότερον junge, ut hoc Thrasybulo seriori opponatur. Eandem ἀντίθεσιν clarius expressit v. 43 sqq. Schol. v. 28: *Τοπαλαιόν.* Cf. Ol. XIII, 44. Isthm. V, 47. — νόημα τοῦτο φέρων. Schol. v. 28: *Τὸ περὶ τοὺς γονέας εὐσεβὲς καὶ δίκαιον. Sensum animumque isti praecepto convenientem.* Isthm. I, 57: *Προμάθειαν φέρει.* — ὃς ὑπερέφθιτο πατρός. Anthol. Pal. T. II. p. 751: Ὅς (Antilochus) θάνεν ἐν Τροίῃ ῥυσάμενος πατέρα. Q. Smyrn. VII, 47 (de Antilocho Nestor): Οὐδέ τις ἄλλος Αἰζηῶν φιλέεσκεν ἑὸν πατέρ', ὡς ἐμὲ κεῖνος· Κάτθανε δ' εἵνεκ' ἐμεῖο, σαωσέμεναι μενεαίνων Ὃν πατέρ'. Theophyl. Bulgari Epist. 29 (Opp. ed. Venet. 1758. T. III. p. 665): Τὸν Ἀντίλοχον οἶσθα, ὦ παῖ ἱερώτατε, τοῦ πατρὸς ὑπερκινδυνεύσαντα Νέστορος, ὅτε πρὸς τὰς [προστὰς recte Boissonad. ad Max. Plan. conv. gr. Ovid. metam. p. 173] ἐκείνου τὴν τοῦ Αἰθίοπος λόγχην αὐτὸς ἐδέξατο. Idem spectare sententia videtur (Gnomm. Brunck. vv. εἰς γονεῖς): Γεννητόρων ἔκατι κατθανεῖν καλόν. V. quoque de liberis parentes servantibus Sen. Benef. III, 32. 33. 34. — ἀναμείναις. *Sustinens impetum.* Cf. μένων v. 38. et nott. ad Ol. IX. p. 366. — ὃ δ' ἔφεπε κρα-

τάιὸν ἔγχος. Schol. v. 33: *Ὁ δὲ Μίμνων ἐπιδίωκε καὶ μεθ' ὁρμῆς διέξινει τὸ δόρυ.* Ex his elige posterius, coll. exemplis p. 504. allatis. V. quoque Anthol. Palat. VII, ccxcvi, 2 (Simonides Ceus): *Ἡόλεμον Ἄρης ἐφίπτει.* — *δοναθεῖσα. Concussa*: Nem. VI, 96: *δονεῖν θυμόν.* — *φρὴν βόασεν.* Horat. Sat. I, 2, 31: *Intulit sententia dia Catonis.* Ubi Heindorf., coll. Lambin. ad Ejusd. Od. III, 5, 13. — *χαμαιπετὲς ἔπος.* Schol. v. 37: *Εὐτελὲς καὶ μάταιον.* Ol. IX, 19: *Χαμαιπετέων λόγων.* Ubi v. nott. p. 334. Nem. IV, 65: *Γνώμαν χαμαιπετοῦσαν.* Aesch. Agam. 893: *Χαμαιπετὲς βόαμα: vanum clamorem; non clamorem barbarum in morem in terram prostratorum* (Blomf. glossar.) Propria vocis significatio est Aesch. Choe. 951. Blomf. — *ἀπέριψεν* (Nestor). *Dixit*; Idem *βαλεῖν, ἐκβαλεῖν ἔπη* etc., quod illustratur his, quæ collecta sunt p. 572. Nostra quoque formula in tragicis trita. V. Eurip. ind. Barnes. v. *ῥίπτειν* Elmsl. ad Eur. Med. 1731. Blomf. gloss. Aesch. Prom. 320. Idem *ἐκρίπτειν ἔπη* Aeschyl. Prom. 968. Menandr. rell. ed. Meineke p. 338: *Ῥῖψαι λόγον* etc. — *πρίατο μὲν θανάτοιο κομιδὰν πατρός.* Schol. v. 39: *Ἀντίλοχος ἠγόρασε τῷ μὲν ἰδίῳ θανάτῳ τὴν τοῦ πατρὸς ἀναχομιδὴν καὶ ζωήν.* Similiter *κομίζω* pro *ἀναχομίζω* Ol. XIII. p. 460. Pyth. III, 99. IV. p. 678. Thierschius: „Und mit dem Tode bezahlet' er des Vaters Pfleg'." Sed *πρίασθαι* est *emere*, non *solvere*. De *μὲν . . τε* v. ind. Böckh. et Herm. ad Vig. p. 836. all. — *ἐδόκησέν τε τῶν πάλαι γενεᾷ ὁπλοτέροισιν, ἔργον πελώριον τελέσαις, ὕπατος ἀμφὶ τοκεῦσιν ἔμμεν πρὸς ἀρετάν.* Heynius jungit *ἐν* (coll. schol. v. 39) *τοῖς ὁπλοτέροις γενεᾷ*

τῶν

τῶν πάλαι (τῶν πάλαι γεγονότων, *ex priscis aetatibus*) ἴμεναι ὕπατος etc. Eadem Thierschii sententia, cujus notam apponam: „Die That, welche er gethan, war so schön und glänzend, dafs sie als ein grofses Beyspiel der Nachahmung für die spätern Geschlechter gleich damals betrachtet wurde.“ Böckhio (coll. Gurlitt. l. cit. pag. 11) ἐδόχησε τοῖς ὁπλ. etc. construenti ὁπλ. γεν. parum probabiliter sunt Antilochi sodales et æquales, a quibus laudatus fuerit. Popularibus suis et coætaneis placuit, coll. Xenoph. de Venat. I, 14 (Heyne nott. critt.). Postremo vide, ne cum alio schol. v. 39. jungendum sit ὕπατος τῶν πάλαι. Ita τῶν πάλαι sequentibus τῶν νῦν δέ bene respondebit. — τὰ μὲν π. *Haec praeterierunt* (Das ist vorüber). *Haec sunt aevi pristini*. Similium antitheseon logicarum usum ad Ol. XIII. p. 469. illustravimus. — τῶν νῦν δέ. Opponitur hoc non solum proxime antecedentibus τὰ μ. π., sed etiam remotioribus τῶν πάλαι. Noli hanc sententiam a superioribus cum Heyn. sejungere. Adde Gurl. l. c. p. 12. — καὶ ambiguum inter δὲ et Θρασύβουλος. — πατρῴαν μάλιστα πρὸς στάθμαν ἔβα. *Ad paternam maxime normam incedit*. Debebat post Antilochi pietatem patri præstitam eadem Thrasybuli laus sequi. Hujus loco juvenis ad parentis virtutem maxime se componere dicitur, sensu non diverso; est enim prima et vera liberorum in parentes probos pietas, eorum vestigia premere. Vides, a vero non aberrasse schol. v. 44: Τὸν ἑαυτοῦ πατέρα τιμᾷ. Cf. quoque Gurlitt. l. c. p. 12. De v. στάθμ. v. ad Pyth. II. p. 579 sq. — πάτρῳ τ' ἐπερχόμενος ἀγλαΐαν ἔδειξεν. Repetitur antecedens sententia, paululum mutata. *Accedens ad patruum,*

eum imitans, splendorem ostendit, i. e. *insignem se praestitit*. Male schol. v. 44: *Ἐπερχόμενος πρὸς τὴν τοῦ θείου ἀγλαΐαν καὶ κατὰ τὸν κόσμον, ἴσον ἑαυτὸν ἀπέδειξεν.* Commodius *ἔδειξεν* accusativum expressum habebit. Tum noli *αὐτοῦ* post *ἀγλ.* supplere. Magis planum *ἀγλ.* nude positum, *splendorem*, qui duce contextu erit virtutis, sc. ob patrui (Theronis, de quo Ol. II. III.) probi æmulationem. Similiter Gurlittius Böckhiusque. Thierschius: „Er zeiget, kommend zu dem Ohme, die Siegesfreude." Sed contextus prædicata Thrasybuli requirit, quæ vocant *immanentia*, non *transeuntia*. Est *ἐπέρχομαι* h. l. i. q. *ἔρχ.* Pyth. V, 17. — *νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει.* Schol. v. 47: *Μετὰ λογισμοῦ πλουτεῖ.* Ibidem: *Οὐχ ὑπὸ τοῦ πλούτου εἰς ἀκρασίαν τρέπεται τὸν νοῦν, ἀλλὰ λογισμῷ κατέχει τὸν πλοῦτον ἐφ' ᾧ δεῖ.* De v. *ἄγειν* cfr. v. 20., inprimis Pyth. V. init., ubi alius juvenis eodem nomine laudatur. — *ἄδικον* etc. Hæc cum antecedenti sententia arctius cohærere, monstrare videtur participium *δρέπων*. Sc. juvenes, opibus insignes, his ipsis atque ætate sua ad injustitiam arrogantiamque abuti possunt. Quod secus in Thrasybulo, qui juste et modeste agebat. De *οὐ* h. l. schol. Aristidis p. 334. Frommel.: *Οὐ μόνον ἡ ἄρνησις ἐν ἀρχῇ τιθεμένη ἰσχὺν ἔχει κἂν τοῖς εἰσέπειτα, ἀλλὰ καὶ ὕστερον τιθεμένη ἰσχὺν ἔχει ἐν [κἂν?] τῇ ἀρχῇ, ὥσπερ κἀνταῦθα· οὐ γὰρ εἶπε, καὶ οὐ πρόσαντες, οὐδ' ἄβατον ἦν αὐτῷ· φησὶ δὲ καὶ Πίνδαρος· Ἄδικον* etc. — *σοφίαν δ' ἐν μυχοῖσι Πιερίδων* (*δρέπων*). Junge *μ. Π.*, non *σ. Π.* cum schol. v. 47. Et *μυχ. Π.* similes *ἀρούρᾳ Πιερ.* esse, ad v. 2. vidimus. Ob studia poetica Demophilus quoque atque Arcesilaus Cyrenenses laudati Pyth. IV. V. —

τίν τ', Ἐλέλιχθον, ὅς θ' εὕρες ἱππίας ἐσόδους, μάλα ἀδόντι νόῳ, Ποσειδᾶν, προσέχεται. De h. l. lectione videndus omnino Thierschius. Genuinum procul dubio εὑρές, cui quoque schol. v. 49. patrocinatur. Maxime languebit μάλ. ἀδ. ν., si ὀργαῖς legeris loco ὅς θ' εὕρες. Particulam θ' agnoscit codex Par. 2834 (Böckh. Explicc. p. 300). Unde Oxoniensibus fides, qui θ' ex Bodl. γ. se reposuisse dixerunt. Dein ἱππ. ἔσ. sunt ἱππιχαὶ ἅμιλλαι, coll. eodem schol. Formulam εἴσ. illustravimus ad Pyth. V, 156. p. 819. V. quoque Heyn. in nott. critt. Et Paus. VI, 15, 3. habet ἐσελθεῖν τὴν πυγμὴν καὶ ἐς τὸ παγκράτιον. Schol. προσέρχεται legens pro προσέχεται, antecedenti ἐπερχόμενος deceptus videtur. Nec tamen respuendum ejusdem interpretamentum προσοικειοῦται. Sententia similis Ol V, 49. — γλυκεῖα δὲ φρὴν καὶ συμπόταισιν ὁμιλεῖν μελισσᾶν ἀμείβεται τρητὸν πόνον. Schol. v. 49: Ἡ δὲ φρὴν αὐτοῦ κατὰ τὴν πρὸς τοὺς συμπότας ὁμιλίαν γλυκεῖά ἐστιν, ὥστε τὰ χηρία παραλλάσσειν καὶ παραπορεύεσθαι τῇ γλυκύτητι τῶν φρενῶν, ἀντὶ τοῦ νικᾷν τὸ μέλι. Non seria tantum Thr. sectatur et callet, sed etiam ludicra, in quibus singularem morum amoenitatem ostendit. Convivandi vero festivitatem non ultimam hominis liberaliter educati laudem fuisse constat. V. Theophr. Char. XV. fin. ibique Casaub. Böckhius hanc laudem ad comissationem trahit, cui carmen destinatum fuerit. Mihi hoc cum aliis laudibus solos mores juvenis Thrasybuli ingeniumque spectare videtur. Eadem Demophili laus Pyth. IV, 501. coll. 524 sq. Cum τρητὸν cfr. Nonn. Dionys. V, 227: Πολλὴν δὲ σοφῆς ἐκόμισσε μελίσσης Δαιδαλέην ὠδῖνα πολυτρήτοιο λοχείης. XIII, 255: Μέλιτος γλυκεροῖο πολυτρήτων ἀπὸ σίμβλων. V. quoque Anthol. gr. Lips. T. XIII. ind. p. 414. v. πολύτρητος.

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ Ζ'

ΜΕΓΑΚΛΕΙ ΑΘΗΝΑΙΩΙ

ΤΕΘΡΙΠΠΩΙ.

V. 1—23.

Alcmaeonidarum victoriae optimum prooemium Athenae, nobilissima Graecorum civitas, ut Alcmaeonidarum gens nobilissima, quae templi delphici exstructione et victoriis inclaruit. Gaudeo recenti tuo decore, Alcmaeonida, doleo, quam expertus cum tuis es, invidia, quamquam hoc ipsum, malorum sc. admixtionem, humanae felicitatis conditioni respondere video. Κάλλιστον εἰ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι προοίμιον Ἀλκμανιδᾶν εὐρυσθενεῖ γενεᾷ κρηπῖδ' ἀοιδᾶν ἵπποισι βαλέσθαι. *Pulcherrimum magna urbs Athenae prooemium Alcmaeonidarum late potenti generi fundamentum carminum equis jacere.* I. e. *Pulcherrimum magna urbs Athenae prooemium carminum, late potenti Alcmaeonidarum generi ob equestrem victoriam debitorum.* Sed dispescit Alcmæonidas equosque, et *initium carminis* bis exprimens primo dicit *initium Alcmaeonidis*, deinde *initium equis* (eorum) *facere*. Similiterque alii

ui singulari laude ornantur Nem. I, 6. Adde p. 133.
e Athenarum tum temporis magnitudine v. p. 637., coll.
ckh. Explicc. p. 306. Vocem *μεγαλόπολις* illustravi-
ns p. 534. Et *Ἀλκμανιδᾶν γενεά*, de qua v. Böckh.
plicc. p. 300—303., non est cum Heynio *Alcmaeoni-
rum unus*, sed *Alcm. gens*. Eadem enim v. 5. dici-
r *οἶκος*. De *χρηπ. ἀοιδ.* v. p. 672. — *ἐπεὶ τίνα
ἄτραν, τίνα δ' οἶκον ναίοντ' ἀνυμάξομαι
ιφανέστερον Ἑλλάδι πυθέσθαι*; Schol. v. 4:
*πεὶ τίνα πατρίδα, τίνα τε οἶκον ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐπιφα-
στερον τῶν Ἀλκμαιωνιδῶν εἰπεῖν δυνήσομαι*; Vides,
ræcum (v. *ναίοντα* non interpretantem) accepisse pro
ιόμενον, quæ Hermanni quoque sententia, conferentis
. II, 626. Et hæc melior quibusdam interpretatio alterâ
debitur, quam ibidem legimus: *Τίνα ἀχηχοέναι ἐπὶ τῇ
λλάδι περιφανέστερον οἶκον οἰκοῦντα εἴπω*; Non enim
itur de cive urbis cujusdam, sed de urbe (patriâ) civis,
ia velut fundamento carminis istum spectantis utitur.
erum hoc; sed reliquis omnibus locis pindaricis (sunt
tem XV numero) *ναίω* est activum; dicendique con-
nitas et æqualitas non prima pindaricæ interpretationis
rma. Eligenda igitur altera ratio. Deinde unicum
τραν dicere debebat, non *οἶκον*. Nam *πάτρᾳ* utitur
ndamento carminis *οἴχῳ* offerendi, non eodem *οἴχῳ*
uod absonum per se); sed jungit utrumque ob gloriam
riusque puto et salutem arcte cohærentem, et more suo
æparat ea, quæ in subsequentibus proprie de eodem *οἴ-*
agunt. De *πυθ.* cfr. Heyn. Gurl. et Böckh. *Cele-
iorem auditu*. Similis abundantia Ol. VII, 48., ubi v.
t. p. 249. — *πάσαισι γὰρ πολίεσσι λόγος ὁμι-
ιῖ Ἐρεχθέος ἀστῶν, Ἄπολλον, οἵ τεόν γε δῶ-*

μον Πυθῶνι δίᾳ θαητὸν ἔτευξαν. Erechthei cives non Athenienses indistincte esse, sed Alcmæonidas docet οἵ sqq. Cum *δόμ. ἔτευξαν* cfr. Eurip. Iph. T. 1419: *Τεύξας ναόν.* Ubi Marklandus. — *ἄγοντι δι με . . νῖκαι.* Schol. v. 11: *Προτρέπουσιν ἐπὶ τὸν ἀγῶνον.* Cf. ad Pyth. II. p. 540. Alii minus bene interpretabuntur: *Ducunt me ad se* (victorias), ziehen mich an. Nec hoc placet: *Ducunt me ad te s. in loca victoriarum*, itinere sc. poetico. — *ὑμαί τε καὶ προγόνων.* Unam victoriam Delphicam, quam hic hymnus prædicat, noster Megacles reportavit (Böckh. Explicc. p. 304), alteram gentilium aliquis, s. remotior s. æqualis. De victoria Olympica schol. v. 11: *Οὐκ ἐνίκησεν αὐτὸς Ὀλύμπια, ἀλλὰ ἄλλοι ὁμώνυμοι τούτῳ. ἕνεκα δὲ τοῦ ἐπολαμπρῦναι αὐτὸν καὶ τὴν προγονικὴν τούτῳ ἀνατιθέσι νίκην.* Quot fuerint olympicæ Alcmæonidarum victoriæ, de eo cfr. Böckh. Explicc. p. 303., inprimis p. 305.– *νέᾳ δ' εὐπραγίᾳ χαίρω τι· τὸ δ' ἄχνυμαι, φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα. Et novâ quidem felicitate gaudeo, sed hoc doleo, invidiam superare praeclare facta.* Schol. v. 17: *Ἐπὶ τῇ νῦν εὐτυχηθείσῃ νίκῃ χαίρω.* Est hæc nostra victoria, Delphicarum altera, recens parta. De v. *νέος* cfr. not. p. 677. Ad sensum Herm. p. 347: „Non semper *τὶ* minuit [ad Viger. p. 731 etc.]. Hic positum est propter *τὸ δέ.* Sensus est enim: *partim gaudeo, partim doleo.* Quod Böckhius dedit, *χαίρω. τί τόδ' ἄχνυμαι;* tum dici potuisset, si poeta jam significasset, se dolere. Aliter, si talem sententiam inferre voluisset, necessario conjunctivum adhibere debebat." Ultimis vere quidem obloqui Böckhium puto Explicc. p. 306. Sed contextum (mea hæc opinio) male interrumpit

interrogatio, et hac posita, post τί adversativa particula nequaquam abesse poterat. Dices quoque, interrogationis emphasin minus respondere genio universi carminis leniori. Ceterum post τὸ (τοῦτο, coll. Ol. VII. p. 239 sq.) ut epexegesis sequitur φθόνον etc. Cf. Thucyd. II, 11. fin.: *Κάλλιστον γὰρ τόδε καὶ ἀσφαλέστατον, πολλοὺς ὄντας ἑνὶ κόσμῳ χρωμένους φαίνεσθαι.* Ael. V. H. XIV, 1: *Τὸ μὲν γὰρ οὐδὲν μέγα, τὸ μὴ τυχεῖν· τὸ δὲ ἀλγεινόν, τὸ τυχόντα εἶτα ἀποστερηθῆναι.* Et ἀμειβόμενον est mihi *superantem*, coll. Pyth. VI, fin. Invidia vero in veterum civitatibus non mediocre malum, de quo passim Noster agit. Illâ gentem Alcmæonidarum eodem tempore, quo Megacles Pythia vicit, laborasse, contextus docet. Sed quænam fuerit, minus id apertum videtur, quamquam reliquis melior Böckhii suspicio, huc trahentis Herodot. VI, 115 sqq. — φαντί γε μάν, οὕτω κεν ἀνδρὶ παρμονίμαν θάλλοισαν εὐδαιμονίαν τὰ καὶ τὰ φέρεσθαι. Solatur victorem, hac non solum, dicens, iniquitate premi, sed omnes omnino felices; quæ veteris poetæ sententia esse potest, coll. Pyth. IV, 511. p. 738. Simile solatium Pyth. III. p. 604 sq. De γε μὴν (*certe vero*) cfr. Herm. ad Vig. p. 828. — οὕτω. *Sic ut tibi*. Böckh. Explicc. p. 306 (coll. scholl. v. 17. 23. Thiersch. T. I. p. 279): *Sic ubi invidia sequatur*. Facilior nostra ratio. — κεν. *Forte*. Conf. Herm. ad Viger. pag. 903. An jungendum cum παρμ. θάλλ.? Tum erit *licet*, coll. ad Pyth. IV. p. 722. — παρμονίμαν. *Firmam*. Nem. VIII, 28: Σὺν θεῷ γάρ τοι φυτευθεὶς ὄλβος ἀνθρώποισι παρμονώτερος. Theogn. 198. Bekker.: Χρήματα δ' ᾧ Διόθεν καὶ σὺν δίκῃ ἀνδρὶ γένηται Καὶ καθαρῶς, αἰεὶ παρμόνιμον τε-

λέθει. Eandem ob causam Alcmæonidarum felicitas (hanc spectat sententia) *παρμονίμη* dici videtur, quocum cfr. *ὑγίεντα ὄλβον* Ol. V, 53. p. 183. Aliud igitur hoc solatium. *Felicitatis vestrae stabilitas ea est, ut vel ea, quae sortis humanae naturam sequens varii generis incommoda juncta habet, tolerare ac superare possit. Manet παρμονίμη et θάλλουσα, licet cum invidia collaetans.* Cum *εὐδαιμονίᾳ θαλλοίσᾳ* cfr. Pyth. XI, 79: *Ὄλβῳ τεθαλότα.* Fragm. thren. I (Heyne III, 31 seq. Böckh. II, 2, 619 sq.): *Τέθαλεν ὄλβος. — τὰ καὶ τά. Haec et illa.* Euphemistice pro *varii generis incommoda.* Alibi hæc formula ambigua de solis bonis dicitur. V. Ol. II, 78. Ubi Heynius. Pyth. V, 74. — *φέρεσθαι* est activâ significatione, velut *τυπτόμενος* Pyth. VI, 13. all. Schol. Pyth. VI, 47: *Τρέπεται τὸν νοῦν* pro *τρέπει.* V. quoque ad schol. Pyth. VIII, 111.

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ Η'

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΕΙ ΑΙΓΙΝΗΤΙΙΙ

ΠΑΛΑΙΣΤΗΙ.

V. 1—29.

Utinam Aristomenes victoriâ tranquille in patria frui possit! Φιλόφρον Ἀσυχία. Mitis Tranquillitas. Persona non mythologica, sed poetica, monente Böckhio Explicc. p. 309. Estque cum terrestris (*ὦ μεγ.—δέχευ*), tum coelestis (*τὰν—Ἀπόλλωνος*), quo duplici sensu paci belloque præsidet (*βουλᾶν—Ἀπόλλωνος*). Singulariter vero mixtæ *status* et *personae* notiones. Statum spectat, quod dicitur *Δίκας* filia *μεγιστόπολις*, et quod debeat *τιμ. Ἄριστ.* excipere, de quo v. p. 847. Personam reliqua spectant, belli pacisque moderamen, beneficiorum conferendorum accipiendorumque, nec non insolentiæ et ferociæ puniendæ studium, quod posterius cœlitum exemplo illustratur. Vides providentiam divinam, quatenus omnis generis ordinem, moderationem, tranquillitatem vel servat, vel restituit, ipsa turbis omnibus excelsior. Hujus deæ ministri quidam Jupiter et Apollo in turbulentorum supplicio v. 23 sqq. Similiter de hac dea Bothius T. II. p. 147. — *Δίκας ὦ μεγιστόπολι θύγατερ.* Schol.

v. 1: *Δύναται δὲ καὶ ἁπλῶς λέγειν ὁ Πίνδαρος ὡς περὶ εὐνομουμένων τῶν Αἰγινητῶν· καὶ ἐπαινεῖ τὴν Ἡσυχίαν ὡς μεγιστόπολιν· ὅπου γὰρ ἡσυχία, καὶ εἰρήνη. Εἰρήνη δ' ἀνὰ γῆν κουροτρόφος* (Hes. O. et D. 226). Filia *Δίκης* Tranquillitas, quod justitiæ amor statum singulorum civitatumque tranquillum æquabilemque parit. Erasmus Schmidius bene ad h. l.: *Ubi justitia, ibi pax*. Mox *μεγιστόπολις* dicitur, velut *ἀσυχία* Ol. IV, 26. *φιλόπολις*, coll. Fragm. inc. VII (Heyne III, 84 sq. Böckh. II, 2, 669): *Τὸ κοινόν τις ἀστῶν ἐν εὐδίᾳ τιθεὶς* (*positurus*) *ἐρευνασάτω μεγαλάνορος* (*magnanimae? magnos facientis?*) *ἀσυχίας τὸ φαιδρὸν φάος*. Quod vero de *ἀσυχ.* Noster h. l. prædicat, hoc de *εὐνομίᾳ*, *δίκῃ* et *εἰρήνῃ* effatur Ol. XIII, 6 sqq. Aeginetarum *εὐνομίαν* justitiamque alii illustrarunt. V. Müll. Aegin. p. 131. Heyn. ad h. l. Böckh. Expl. ad Ol. VIII, 29 sqq. Hss Dilucidd. pag. 296. Carmine Ol. VIII. laudatur Aeginetica civitatis in singulos exterorum (mercatorum) justitia, hoc carmine (si consilium ejus spectes) ejusdem civitatis in alias civitates justitia. — *βουλᾶν τε καὶ πολέμων κλαΐδας*.[1]) *Consiliorum et bellorum claves.* Schol. v. 3:

---

1) Breve *ι κλαΐς* habet Pyth. IX, 69. Idem esse volunt fragm. incerti auctoris (Heyne III, 105). Quare Ahlwardt. legit *κἀς κλᾶδας*. Conf. Callim. Cer. 45: *Ἔχε κλαῖδα*. Sed tenendum *κλαϊδας* ex usu homerico (Damm. p. 1234), coll. Callim. Ap. 7. Dian. 82. Nicandri Ther. 478. Orph. Arg. 1380. Idem hymn. XVIII, 4. XXV, 1. LVIII, 4. LXXIII, 6. Herm. Procli h. in Solem v. 3., coll. ad eum locum Jacobs. Anthol. gr. Lips. T. X. p. 274. Nonn. Dionys. XX, 104. Vide quoque Böckh. in Memor. acad. Berol. 1822. 23.

Εἰρήνης μὲν κατὰ τὸ φυλακτικόν, ἐν ᾗ καὶ βουλαί εἰσι, πολέμων δέ, ἵνα διακλείῃ αὐτοὺς καὶ ἀπείργῃ. Non æqualius Noster *bella et fora* juxta ponit Ol. XII, 5: *Λαιψηροὶ πόλεμοι κἀγοραὶ βουλαφόροι.* Alii *consilia* et *bella* posita putabunt pro *consiliis bellorum*. Minus bene. *Claves* (*potestatem*) *bellorum* paulo aliter Böckhius intelligit Explicc. l. c.: „Cur tamen non modo consiliorum, sed etiam *bellorum* tenet? Nempe quod bella concedit et quasi emittit, quum primum ea concludere desierit, quodque eos punit, qui ipsam tumultu excitando lacessiverint.“ Clavigera hæc dea, ut deorum alii, coll. locis in antecedenti nota citatis. A sacerdotissis clavigeris (Spanhem. ad Callim. Cer. 45. Markl. ad Eurip. Iph. T. 132. 1463) ad earundem numina translata s. vox sola (ad designandam potestatem), s. gestatio. Vide Markl. ad Eurip. Iph. T. 137. ibique cit. Wesseling. Observat. I, 3. Adi quoque interprr. D. Matth. XVI, 19. et interprr. Cic. Phil. II, 28. T. I. p. 448 sq. Wernsd. — *πυθιόνικον τιμὰν Ἀριστομένει δέκευ.* In his est *τιμὰ πυθ. honor e victoria pythica profectus*. Vide ad Ol. III. p. 132. Minus diligenter schol. v. 3: *Τὴν πυθικὴν νίκην αὐτοῦ.* Honorem suum triumphalem Tranquillitatis deæ pius sacrat Aristomenes, quod similiter intelligere poteris atque Olymp. V. init., ubi victoriæ decora nymphæ Camarinæ Psaumis offert. Quare vero huic potissimum, non Aeginæ nymphæ Aristomenis honor offertur? Vult poeta, victorem gloriâ sua (si Numini placeat) in pacato tranquilloque patriæ statu frui. Böckh-

---

class. histor. phil. p. 339 sq. Qui liber his demum diebus ad nos delatus est.

ius Explicc. p. 309: *Utinam pacatam civitatem victor inveniat!* Adeone tum in extremo periculi limine Aegina fuit, ut tales preces poeta fundendas putaret? Deinde nil in toto carmine deprehendo, quod Aristomenem nondum ad lares reversum ostendat. Dativum personæ cum verbo *δέχομαι* junctum, pro *παρ' Ἀριστομ.*, illustratum vides p. 448. — *τὺ γὰρ* etc. Precum antecedentium ratio redditur. *Neque irritae erunt preces meae. Blanda et praestare gestis et accipere. Μαλθαχὸν tibi praestat Aristomenes, sacrando honore triumphali: quare tu quoque μαλθαχὸν illi praestes. Accipe Aristomenis sacrificium, votisque ejus responde.* Böckhius l. c.: „Ea novit bene facere et bene facta accipere; hoc est, in pace et quiete, ubi populi sibi invicem bene volunt, beneficiorum conferendorum et accipiendorum auctor fit; quod non semper quidem facit, sed *justo* tempore, *καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ*: nam eadem, ubi tempus bene faciendo non opportunum est, ubi quis jam bene facere et vicissim beneficiis affici non vult, sed atroci animo odia concepit, belli monstris emissis ulciscitur superbos." Contextum proxime antecedentium ea interpretatio turbare videtur. Aristomenis gratia dictum *τὺ γὰρ — ἀτρεκεῖ.* Vide particulam *γάρ.* Nec tamen obsto, quo minus simul populares Aristomenis nostri loci sententiæ inclusos statuas. Hos enim Aristomenis votum implicite comprehendit. *Pacis tranquillitatisque ut Aristomenes studiosi Aeginetae*, i. e. *hi quoque numen tuum venerantur: quare nec horum desiderio desis, eorumque adversariis resiste, quemadmodum tuis olim* (*τὰν οὐδὲ — Ἀπόλλων*) *restitisti.* Mox *μαλθαχὸν* respondet Tranquillitatis prædicato *φιλόφρον*, quod ita magis exponitur. — *καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ.*

Tempore justo, proprie *stabilito*, coll. de h. v. p. 389. Schol. v. 3: *Εὐκαίρως. Non promisse beneficia et praestare vis et accipere, sed tempore justo.* Non obscurum, quid sit hoc: *Blanda justo tempore praestas, Tranquillitas.* Præstat dea, quando beneficio (tranquillitatis) digni sunt ii, quibus præstare vult (e. g. Aristomeni popularibusque). Sed quid est: *Blanda justo tempore tibi praestari vis?* Tranquillitati non semper studendum, sed justo tempore. Quod cadit in Aristomenem. Tranquillum victoriæ fructum talis victor jure meritoque appetebat. Quod non secus in popularibus ejus, quorum civitas ultimo tempore non mediocriter ab Atheniensibus agitata statu tranquillo quam maxime indigebat. Heynius de sensu loci non decernit. Böckhii interpretationem supra vidimus. Sensum dubii Heyniani non assecutum video Gurlittium (Pind. pyth. Siegsges. VIII. p. 5 sq.). Mox σὺν positum velut ἐν v. 20: Ἐν χρόνῳ. Eurip. Jon. 1582: Σὺν χρόνῳ. Nec rarum in Polybio σὺν καιρῷ. Cf. Lex. Schweigh. v. καιρός.[2])— τὺ δ', ὁπόταν τις ἀμείλιχον καρδίᾳ κότον ἐνείλάσῃ, s. *contra te*, coll. δυσμενέων. Optime schol. v. 10: Ὁπόταν τις ἀπροσηνῆ καὶ ἰταμωτάτην ὀργὴν καὶ ὕβριν ἐνθῇ τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ. Neque aliter Damm. Lex. p. 603: *Infixit cordi iram manentem.* Est hoc ἐν-

---

2) Polyb. VI, 43, 3: Ἀλλ' ὥσπερ ἐκ προσπαίου τινὸς τύχης σὺν καιρῷ λάμψαντας (Thebanos), τὸ δὴ λεγόμενον, ἔτι δοκοῦντας ἀκμὴν καὶ μέλλοντας εὐτυχεῖν κ. τ. λ. Prior loci pars Schweighäusero jambici scriptoris esse videtur, nobis lyrici vel tragici. Idem τὸ δὴ λεγ. sequentia spectare dicit, quod dubium, coll. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 393.

ἑλάσαι i. q. ἐμβάλλειν, Latinorumque *incutere*, e. g. *metum*, all. Alii *induserit* (coll. Abresch. ap. Böckh. Explicc. p. 310., Gurlitt. l. c. p. 6., Thiersch. T. I. p. 282). Verum tales iram exserunt, non includunt. Sensum κότου aperuit schol. modo cit. Addo aliud: Ἐάν τις ταραχώδης καὶ ὑβριστὴς γένηται. Implacabilis Gigantum in deos ira dici poterat, implacabilis Atheniensium in Aeginetas inimicitia. Diique victores, ut non multo ante hoc carmen Aeginetæ (Böckh. Expl. p. 308. 10). Nostri vero poetæ consilium non aliud est, quam hoc, ut turbulentorum ac violentorum conamina non semper bono eventu ornari ostendat. Docet hoc exemplo terrestri (ἄντλῳ) ac cœlesti. — τραχεῖα δυσμενέων ὑπαντιάξαισα κράτει τιθεῖς ὕβριν ἐν ἄντλῳ. Mirifice schol. v. 10: Ἀπαντήσασα, τραχεῖα τῷ τῶν πολεμίων κράτει, ὅ ἐστι πολέμους ἐπιστήσασα. Est igitur Græco κράτει pro ablativo. Böckhius Expl. l. c.: Τραχεῖα ὑπαντιάξαισα κράτει δυσμενέων τιθεῖς τὴν ὕβριν αὐτῶν ἐν ἄντλῳ. Neque aliter verbum ὑπαντ. construit aliud schol. v. 10: Τῇ τῶν δυσμενῶν καὶ ἀπηνῶν ἀπαντήσασα κεφαλῇ [legit igitur κρατεῖ]. Sed ὑπαντιᾷν accusativum regit, coll. Pyth. V, 57: Ἐχόντι τοίνυν πρέπει νόῳ τὸν εὐεργέταν ὑπαντιάσαι. Et melius deæ κράτος tribuitur (*valide*, *fortiter ponis*), quam adversariis. Construe δυσμενέων ὕβριν. Absolute positum ὑπαντιάξαισα, et κράτει pro κρατερῶς. De plurali δυσμενέων post τις ita schol. v. 10: Ἔθος δὲ Πινδάρῳ, ἀπὸ ἑνικοῦ εἰς πληθυντικὸν καταφέρεσθαι, ὡς κἀνταῦθα· ὅταν τις, εἶτα δυσμενέων. Iisdem Græcis ἄντλῳ est pro ἀφανείᾳ. *In profundo ponis*, i. e. *demergis*, *evertis*, *deles*. Ingeniose vero Böckhius monet,

translationem petitam a pugna navali, qua nuper Aeginetae hostes vicerant. De v. ἄντλον v. p. 350. — τὰν οὐδὲ Πορφυρίων μάθεν παρ' αἶσαν ἐξερεθίζων. Pronominis personâ secundâ relictâ, eligit relativum τάν, velut Pyth. I, 4. ex antiqua loci distinctione. Schol. v. 15: *Ἦν οὐδὲ ὁ Πορφυρίων γίγας ᾔσθετο παρὰ τὸ καθῆκον ἐξερεθίζων.* Participium ἐξερεθίζων pro infinitivo, coll. Böckh. Expl. p. 310. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 789. infr. Mox οὐδὲ antecedentes δυσμενεῖς spectat, vel sequens οὐ (v. 21). Sensus est: *Hanc irritans Porphyrio nescivit, quam irritaret. Namque oppressus est.* Schol. v. 15: *Διὸ καὶ ἀπώλετο.* Quomodo deam lacessiverit, de eo recte Heynius: „Turbavit statum pacatum, dum inter Gigantes cœlum oppugnavit.“ Et παρ' αἶσαν est *praeter jus.* Schol. v. 15: *Παρὰ τὸ καθῆκον, τὸ δέον.* — κέρδος δὲ φίλτατον, ἐχόντος εἴ τις ἐκ δόμων φέροι. *Lucrum carissimum (ei, qui acceperit, non modo non improsperum, sed fautum) id est, quod alio volente quis obtinuit.* Cum φίλτ. conf. Ol. IX, 57: *Ἔνθρὰ σοφία: Infausta sapientia.* Deinde εἰ pro ὅ. Simlis anomalia Pyth. III, 36 (ἔστι — ὅστις). Sententiose exprimit, quod sic enuntiare poterat: *Quod illi improspere cessit. Nam regnum nolenti abstrahere voluit.* — βία δὲ etc. Nolis ob aoristum ἔσφαλε de Porphyrionis victi historia continuata cogitare. Huic interpretationi obest ἐν χρόνῳ. Est *sententia*, qua antecedens continuatur. *Vis etiam superbum prosternit aliquando.* Schol. v. 19: *Ἡ δὲ τοῦ σώματος ἰσχὺς τὸν μεγαλαυχήσαντα ἐπὶ τῇ ῥώμῃ σφάλλει τῷ χρόνῳ.* Idem vero addit: *Ὑποδείγμασι δὲ τῷ Τυφῶνι ἐχρήσατο καὶ τοῖς ἑξῆς.* Eadem Heynii sententia. Perversum hoc. Porphyrionis stragem alius strage illustrare,

supervacuum erat. Non vidit Grascus, *sententiam* poni pro *narratione*. Illud κ. φίλτ. e contrario illustratur: *Cujus conaminis poenas luit, cum licet superbo suum ipsi robur exitiosum fuerit.* — *Τυφὼς Κίλιξ οὔ μιν ἄλυξεν.* Pronomen μιν ad *βίαν* referri, quidam volunt: *violentiam non vitavit, et quae inde sequuntur.* Sed *βία* neque h. l. neque alibi in Pindaro est *violentia*, sed *vis, robur*. Hinc ad *Ἀσυχίαν* recurrit poeta, quam suo damno irritavit Porphyrio, ita et Typho Cilix. *Non vitavit*, i. e. *non effugit eam deam, sed ipse quoque occubuit, quod eam ut Porphyrio irritavit.* V. quoque Erasm. Schmid. p. 298. Damm. Lex. p. 674: *Non eam effugit*, sc. *ἡσυχίαν ultricem.* Non aliter Heynius Gurlittiusque. — *οὐδὲ μὰν βασιλεὺς Γιγάντων· δμᾶθεν δὲ χεραυνῷ* etc. Schol. v. 23: *Παλιν συλληπτικῶς· οὔτε γὰρ ὁ Τυφὼς καὶ ὁ Πορφυρίων ἐκφανωθησαν καὶ ὑπ' Ἀπόλλωνος ἐτοξεύθησαν, ἀλλ' ὁ μὲν Τυφὼς διοβλὴς γέγονεν, ὁ δὲ Πορφυρίων ὑπ' Ἀπόλλωνος ἐτοξεύθη.* V. Pyth. III, 160. ibique scholiasten, quem repetii p. 609. De οὐδὲ post οὐ v. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 888. — *ὃς εὐμενεῖ νόῳ Ξενάρκειον ἔδεκτο Κίρραθεν ἐστεφανωμένον υἱὸν ποίᾳ Παρνασίδι Δωριεῖ τε κώμῳ.* Schol. v. 25: *Κίρραθεν εἴρηται, οὗ συντελεῖται ὁ ἀγὼν ὁ ἱππικὸς ὑπὸ Δελφῶν.* V. ad Pyth. V. p. 770 sq. Idem schol. ibidem: *Ἐστεφανωμένον τῇ δάφνῃ.* Ibidem (ad vv. *Δ. τε κώμῳ*): *Τῷ τῶν Αἰγινητῶν ὕμνῳ· Δωριεῖς γὰρ ἀπὸ Ἄργους εἰς Αἴγιναν κατῴκησαν.* Heynius (coll. Böckh. Explicc. p. 310): „Ductus *κῶμος*, pompa victoris, ad templum delphicum (ut supra VI. pr.) a popularibus Aeginetis, doricæ stirpis." Aliud suadet contextus se-

quen-

quentium. Sermo ibi de Aegina. Hujus insulæ Apollo Aristomenis reversi amicorumque supplicationem propitius excepisse videtur. Nec mirum, quod in patriam redux illud numen primum adlit, quod delphicorum ludorum præses victoriam ipsi præstiterat. Aeginæ Apollo valde colebatur, ut scholiastæ ad v. 88. verbis utar. Atque in ejusdem dei Delphiniis æginèticis Aristomenes ante hanc victoriam vicerat v. 94 sqq. Magis igitur attinebat, supplicationem æginèticam quam delphicam (satis puto vulgarem) memorare. Neque omnino huc trahendum Pyth. VI. pr., ubi iter poeticum habes, non verum. Similiter vero perfectum *δέδεξαι* Pyth. V, 27. p. 759. victorem ad lares reversum spectat. — Ubinam in insula Aegina nostrum carmen cantatum sit, non patet. Forsan in Aeginæ nymphæ templo, quam in fine carminis alloquitur.

V. 30—39.

Laudatur Aegina ob heroum hominumque virtutes. *Ἔπεσε δ' οὐ Χαρίτων ἑκάς.* Schol. v. 29: *Οὐκ ἔξω δὲ Χαρίτων ἡ Αἴγινα, οὐκ ἄχαρις, ἀλλὰ τελείαν ἔχει τὴν δόξαν ἐξ ἀρχῆς καὶ οὐ νῦν μόνον.* Laudem significari, non est, quod moneam. V. proxime sequentia (*τελέαν δ'* etc.). Hanc vero laudem poeticam fuisse, docet *ἀείδεται* v. 35. Mox *ἔπεσε* i. q. *ἐγένετο*, coll. Isthm. VIII, 14: *Μή τ' ἐν ὀρφανίᾳ πίσωμεν στεφάνωμα.* Gurl. confert *spe excidere*. Manavit hic verbi π. usus a talorum jactu? V. ad Ol. VII, 126. p. 271. — *ἁ δικαιόπολις ἀρεταῖς κλειναῖσιν Αἰακιδᾶν θίγοισα νᾶσος.* Junge *ἁ δικαιόπολις, ἀρεταῖς κλειναῖς θίγοισα, Αἰακιδᾶν νᾶσος.* Laudatur Aegina ut *justa civitas*, ob

justam (aristocraticam) imperii formam, ob justitiam singulis exterorum (mercatoribus, all.) nec non aliis civitatibus præstitam. Ultimum Böckhio quoque placet: „Aeginæ justitia extollitur epitheto *δικαιόπολις*, ut Aeginetæ injustis opponantur adversariis.“ Aeginam vero Aeacidarum insulam dici, ne mireris. Hi majorum celebrimi, versibus insequentibus heroes dicti, et in fine carminis post Aeginam nympham Jovemque Aeacus cum posteris invocatur. Accedit, quod *Αἰακιδᾶν ἄλσος* Olymp. XIII. fin. de Aegina insula dictum quidam Græcorum putant. V. p. 472. Nem. IV, 18: *Αἰακιδᾶν ἡγήτορ' ἔδος*: *Aegina*. VII, 13: *Πόλιν Αἰακιδᾶν*: *Aeginam civitatem*. V. quoque Nem. VI, 31: *Αἰακίδαις*: *Aeginetis*. Unde hoc quoque loco *Αἰακιδᾶν νᾶσος Aeginetarum insula* esse poterit. Noster enim, ut vidimus, Aeacidarum nomine modo latius, modo strictius utitur. In reliquis sunt mihi *ἀρεταὶ* abstracte positæ, i. q. virtutes s. earum laudes. V. Ol. I, 145: *Ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς*: *strenuos*. VI, 122: *Τιμῶντες δ' ἀρετάς*: *strenui*. Pyth. IV, 308: *Αἰδεσθέντες ἀλκάν*: idem. Similiter *ἀρεταῖς θίγουσα* (*quae accessit ad virtutes, potita est ἀρεταῖς*) i. q. *strenua, bona, laudata*. De eius verbi *θίγω* egimus ad Pyth. IV, 528. p. 741., de *ἀρεταῖς* ad Pyth. V, 132. p. 807. Longe aliter schol. v. 34, adstipulantibus Benedicto (p. 418) Böckhioque: *Θίγουσα ταῖς τῶν Αἰακιδῶν ἀρεταῖς*: *nacta Aeacidarum virtutes, iis potita, earum compos et particeps facta*. Commendari hæc interpretatio videtur loco simili Nem. VI, 74. Sed videtur tantummodo. Erasm. Schmidius, all.: *Virtutibus inclytis Aeacidas attingens*. Heynius (præeunte Melanchthone, coll. Schmid. p. 300) *Θίγουσα* (*ὕμνον*)

ρεταῖς (δι' ἀρετῶν) Αἰακιδᾶν. Quidni αὐτῶν sc. *Gratiarum?* De substantivo et adjectivo valde disjunctis libi egimus. V. p. 59: 242. etc. — τελέων δ' ἔχει ὀξαν ἀπ' ἀρχᾶς. Repetitur antecedens sententia, si quidem ibi ἀρεταὶ tibi pro *laudibus* sunt. Sed præstare videntur *virtutes*. Tum δ' est *sed, potius*. *Non Gratiarum expers est insula Aeacidarum justa, strenua, sed stis, s. gloria gaudet ub initio.* — πολλοῖσι μὲν γὰρ ἀείδεται νικαφόροις ἐν ἀέθλοις θρέψαι- να καὶ θοαῖς ὑπερτάτους ἥρωας ἐν μάχαις. Optimo jure schol. v. 35. jungit πολλοῖς ἀέθλ. Disjungit Noster substantiva et adjectiva, coll. his, quæ modo adnotavimus. Quæ junctura cur quibusdam (ὑπὸ πολλῶν interpretantibus) displiceat, id nondum perspexi. Ceterum hæc sententia illustrat voces ἀπ' ἀρχᾶς (sc. *usque ad Aristomenis aevum*). Invicem opponitur insulæ ævum mythicum et historicum, s. heroes (πολλοῖσι — μάχαις) hominesque (τὰ — ἐμπρέπει), coll. Böckh. nott. critt. p. 490. V. Ol. II. in.: *Τίν' ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδήσομεν;* Aeacidasque ἥρωας dicit Nem. V, 12 sqq. Heroes vero (Aeacus cum posteris) propter certaminum ludos pugnasque laudantur, velut Thersander Polynicis filius Olymp. II, 76 sqq. Nimirum inter hæc fere heroum vita divisa fuit. Cf. nos p. 98. Duplici hac laude floruit Aeacus cum posteris, quorum nomina finis hymni habet. Conferatur singulorum Aeacidarum encomium Isthm. VI, 27 sqq., coll. Nem. III, 112. Adde Heyn. ad Isthm. V, 23., et Benedictum ad nostrum locum. — θοαῖς μάχαις. Olymp. XII, 5: *Λαιψηροὶ πόλεμοι.* — τὰ καὶ ἐν ἀνδράσιν ἐμπρέπει. Schol. γ. 35: *Διαπρέπει δὲ καὶ ἐν ἀνδράσιν εὐβουλίας ἕνεκεν καὶ γνώ-*

μης. Non melius alii: *Quare* (τὰ) *inter homines claret*. V. antecedentem observationem. Est Heynio ἐν ἀνδράσιν i. q. δι' ἀνδρῶν. Melius tamen erit *in* ἀνδρ. *inter homines*, i. e. *inclaruit Aeg.* (*Aeginetae*) *aevo heroum* (inter her.), *nec non hominum* (inter hom.). Laudem hoc bellicam Aeginetarum heroibus posteriorem spectat, bonam civitatis formam, mercaturam, artes, all.

V. 40—61.

Accedit ad Aristomenis laudem. Eum cognatorum vestigia honorifice prementem dicto dignum dicit, quod in Epigonos filiumque Alcmæonem Amphiaraus cecinit. *Εἰμὶ δ' ἄσχολος ἀναθέμεν πᾶσαν μαχραγορίαν λύρᾳ τε καὶ φθέγματι μαλθακῷ*. Schol. v. 40. (adstipulantibus omnibus, quos novi, interpretibus): *Οὐκ εὐκαιρῶ, ὥστε πᾶσαν τὴν τῆς Αἰγίνης μαχρηγορίαν ἀναθεῖναι τῇ λύρᾳ καὶ τῷ ἡδεῖ φθέγματι, οἱονεὶ τῇ ψδῇ*. Oblitos video interpretes, esse *μαχρηγορίαν nimis longum sermonem* (Pyth. I, 86. p. 508. Aesch. VII Th. 1054. cum Blomf. glossar., Aristæn. epist. I, 25. ibique Boisson. p. 566), inesse igitur voci *reprehensionem*. Jam vide, quinam e vulgari interpretatione sensus emergat: *Non vaco, lyrae cantuique μαχρηγορίαν tradere*, commendare, *mandare*. Nimirum alio tempore vacavit! Bellum hoc et humanum, nugas, quas ipse asperneris, socio mandare. Tentemus aliam viam. Est *ἄσχολος occupatus, totus in re*, coll. *ἀσχολία* Isthm. I, 2.; *ἀναθέμεν* non *mandare* (cujus usus exempla non vidi), sed *differre, rejicere*, ut *ἀναθέσθαι λόγους* est *irritos facere sermones, revocare* (Menandr. p. 32., ubi Meinekius Böckhium citat nott. critt. Ol. VII, 61. p. 387). Scilicet eorum quædam, quæ in altiorem locum evehuntur, e conspectu

nostro abeunt, differuntur, rejiciuntur. V. Schneid. L. g. v. *ἀνατίθημι*. Idem prorsus verbi *ἀναβάλλομαι* sensus Nem. IX, 69. Neque alia schol. v. 43. sententia: *Ὑπερθέμενος (differens, rejiciens), φησί, τὸ παρεκβάσει περὶ Αἰγίνης τι εἰπεῖν.* Et nota activum *ἀναθέμεν*. Est hoc *auditorum commodo rejicere*. Nam *χόρος* eorum animos *ἔκνισεν ἄν*, si *μαχρηγορίαν* Pindarus admisisset. De medii et activi in h. v. discrimine cfr. Böckh. l. c. p. 387. In reliquis junge *μαχραγορίαν λίρᾳ τε καὶ φ. μ.*, i. e. *λύρας* etc., coll. de hoc dativo p. 829. 30. Jam nec *πᾶσαν* vacabit, quod in vulgata vacabat. — *μὴ χόρος ἐλθὼν κνίσῃ*. Schol. v. 43: *Μὴ χόρος ἐπιδράμῃ μοι, ὃ νῦν ἐξείληφα, ἔργον.* De *auditoribus* P. loquitur, quibus nauseam movere non vult. Ita bene alii interpretes, qui conferri jubent Pyth. I, 160 (p. 524 sq.). Nem. VII, 76. — *τὸ δ' ἐν ποσί μοι. Quod praesto mihi est.* Proverbialiter hoc dictum oppositumque remotis illis, quæ digressionum *μαχρηγορίᾳ* continentur. Similia adnotavimus ad Pyth. III. p. 598., quibus adde Soph. Antig. 1309: *Τὰν ποσὶν χαχά.* Eurip. Alc. 705: *Τὸν ποσὶν χαχόν.* Ubi cfr. virorum doctorum locos parallelos. V. quoque Q. Smyrn. I, 424: *Παραὶ ποσὶν ἄλγεα.* VI, 436: *Παρὰ ποσσὶν ὄλεθρος.* — *τεὸν χρέος. Tua res.* Est h. l. *χρέος* i. q. *χρῆμα* in loco simillimo Isthm. VIII, 26: *Τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον αἰεὶ χρῆμα πᾶν. Quod praesto est, nunc procedat*, sc. *tua res*. Conf. Hemsterhus. ad Callim. Del. 128., monentibus interprr. Olim *χρ.* mihi *debitum* fuit (carmen). Tum conferri poterit Ol. III, 12. pag. 135. Olymp. XI, 11. pag. 386. — *τρέχον ἴτω. Currens eat, properet, expediatur*. Eurip. Jon. 531: *Τρέχων ὁ μῦθος.* Idem Phaeth. 56: *Ἴτω τε-*

λεία γάμων ἀοιδά. Adde Hemsterh. l. c. Sed obest videtur νεώτατον καλῶν (*novissima victoria*). Durius dicitur: *Hymnus tibi debitus procedat, tua victoria*. Quanto lenior est æquabiliorque hæc dictio: *Tua res agitur*, sc. *tua victoria* (*per me canenda*). Sic νεώτ. καὶ interpretatio est antecedentis τεὸν χρέος, ut τεὸν χρέος antecedentis τὸ ἐν ποσί. Comma igitur fige post ἔπι. Cum νεώτατον καλῶν cfr. v. 126: Καλόν τι νέον. Pyth. VII, 17: Νέᾳ εὐπραγίᾳ. Schol. v. 43: Πρόσφατον ὑπέγγυος γὰρ ἡ νίκη. — ἐμᾷ ποτανὸν ἀμφὶ μαχανᾷ. Aristomenis victoria alata fieri debet poetæ arte, velut Pindari hymnus per omnes terras et maria volans dicitur Nem. V, 4 sq. *Decus tuum per orbem terrarum divulgetur*. *Fiet hoc mea arte, quae instruit alis canenda*, velut μαχανὰ Homeri ipsa Nem. VII, 32. alata est, i. e. *alis instruit*. — παλαισμάτεσσι γὰρ etc. Schol. v. 48: Τοῖς γὰρ παλαίσμασι τοὺς πρὸς μητρὸς σου θείους μεταδιώκων καὶ ζηλῶν (jungit igitur παλ. ἀ ἰχν., Heyn. post γὰρ comma figit) οὔτε τὸν Ὀλυμπίᾳ Θεόγνητον νικήσαντα καταισχύνεις οὔτε τὴν Κλειτομάχου ἐν Ἰσθμοῖ νίκην, ἀπὸ κοινοῦ τὸ κατελέγχεις. De formula οὐ κατελέγχεις v. has Dilucc. p. 295. Heyn. in nott. exegg. p. 350. Böckh. Explicc. p. 310. Adde Q. Smyrn. VII, 701: Οὔτι καταισχύνοντα βίην πατρός. — XIV, 530: Οὔτε καταισχύνεσκε βίην πατρός: *referebat patris robur*. Luctam spectare v. θρασύγ., acute monuit Böckh. Latius tamen γνῖον patere poterit, coll. VV. DD. ad Ol. VIII. (p. 314. 15. hujus libri). Et victoria est θρασύγνιος, velut Nem. V, 72. membrorum robur θρασὺ dicitur. Post θρασ. kolou pone cum Böckhio. — αὔξων δὲ etc. Schol. v. 43: Φατρία ἐν Λίγ-

νῃ Μιδυλιδᾶν ἀπὸ Μιδύλου προγόνου ἐπιδόξων γεγονότος. αὐτὸς δ' ἐν ἄλλοις Ἀ Μιδύλου δ' αὐτῷ γένναν φησί [Fragm. inc. CLXXVII. Heyne III, 156, Böckh. II, 2, 659]. De formula *αὔξειν πόλιν* etc. v. p. 175. 718. — *λόγον φέρεις. Auferes dictum*, i. e. *in te cadit illud dictum*. Simile *πάρεστι* cum dativo personae Ol. VI, 29. Ibidemque v. 18. *τὶν δ' αἶνος ἑτοῖμος, ὃν* etc. Ubi aliud vetustatis dictum victori applicatur. Cfr. quoque Böckhium Expl. p. 312., qui tamen vix recte affert Pyth. VI, 19., quem locum p. 838. illustravimus. Alienum quoque Isthm. VIII, 133: *Τὸ καὶ νῦν φέρει λόγον*. Est enim *λόγος* ibi *analogia*, coll. Pyth. I, 79: *Ὁ δὲ λόγος ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν φέρει*. Et *φέρω* in utroque loco est *affero*, non *aufero*. — *τόν, ὑπερ* etc. Schol. v. 55: *Τοῦτον τὸν λόγον εἶπεν Ἀμφιάραος κάτω εἰς τὸν Ἅιδην ὤν· ὡς γὰρ μάντις ἠπίστατο κατὰ τὸν μῦθον τὰ ἐν τῇ γῇ γινόμενα, οὗτος ἐν τῇ πρώτῃ ἐκστρατείᾳ τῇ κατὰ τῶν Θηβῶν τοῦ Ἀδράστου καὶ αὐτὸς παρών, τῶν ἄλλων πάντων παγολεθρίᾳ παραδοθέντων αὐτὸν μόνον σχισθεῖσα ἐδέξατο ἡ γῆ εἰς μάντιν τῶν ἐν τῷ Ἅιδει ψυχῶν. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἐκστρατεύσει τῇ κατὰ τῶν Θηβῶν τῶν ἀπογόνων τῶν πρώην ἐκεῖσε θανατωθέντων ἰδὼν τούτους ἐκεῖσε ὢν κατὰ τὸν Ἅιδην Ἀμφιάραος ὑπεραπεδέξατο τούτους καὶ ἐνεκωμίασεν ὡς σώζοντας τὴν τῶν πατέρων αὐτῶν ἀνδρείαν καὶ εὐγένειαν, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ [αὑτοῦ?] Ἀλκμᾶνα*. De loco editi vaticinii schol. v. 56: *Πῶς δὲ ταῦτά φησιν ὁ Ἀμφιάραος, εἰ μὴ ὅτι, ὅπου ζῶν κατεπόθη, κατά τινα θείαν ἐπίνοιαν* [*ἐπίπνοιαν* Heyn.] *προσδιελέγετο τοῖς Ἐπιγόνοις*. Ad Thebas igitur oraculum editum Græco videtur, quod tamen e nostro certe loco non consequitur, ubi jungendum

esse ἐν Ἐπταπύλοισι Θήβαις παρμένοντας αἰχμᾷ optime Böckhius monuit, quæ scholiastæ quoque sententia ad v. 53: Ὅθ' εἶπεν ὁ Ἀμφιάραος ἰδὼν θαρσαλέως πολεμοῦντας τοὺς Ἐπιγόνους κατὰ τῶν Θηβαίων. De loco oraculi editi Noster tacet, nec tamen Oropiorum tum böotiorum (Pausan. I, 34, 1) narrationi adversatum putem, qui vatem priori bello mortuum non ad Thebas, sed ad Oropum cecinisse tradiderunt. Paus. I, 34 (coll. Strab. IX, 1, 22): Ἀπέχει δὲ δώδεκα τῆς πόλεως (Oropi) σταδίους μάλιστα ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου. λέγεται δὲ Ἀμφιαράῳ φεύγοντι ἐκ Θηβῶν διαστῆναι τὴν γῆν, καὶ ὡς αὐτὸν ὁμοῦ καὶ τὸ ἅρμα ὑπεδέξατο. Οἱ δὲ οὐ ταύτῃ (Oropi) συμβῆναί φασιν· ἀλλά ἐστιν ἐκ Θηβῶν ἰοῦσιν ἐς Χαλκίδα Ἅρμα καλούμενον. Ibidem paulo post: Ἔστι δὲ Ὠρωπίοις πηγὴ πλησίον τοῦ ναοῦ, ἣν Ἀμφιαράου καλοῦσιν, . . ταύτῃ γὰρ ἀνελθεῖν τὸν Ἀμφιάραον λέγουσιν ἤδη θεόν. Ἰοφῶν δὲ Κνώσιος, τῶν ἐξηγητῶν, χρησμοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ παρείχετο, Ἀμφιάραον χρῆσαι φάμενος τοῖς ἐς Θήβας σταλεῖσιν Ἀργείων ταῦτα τὰ ἔπη· τὸ δὲ ἐς τοὺς πολλοὺς ἐπαγωγὸν ἀκρατῶς εἶχε. [3])

---

3) Ταῦτα τὰ ἔπη non esse nisi antecedentium χρησμοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ repetitionem, monuit Facius. Tum nil deerit post ταῦτα τὰ ἔπη. Verum hæc verba, oraculum in Pausaniæ contextu olim expressum fuisse, mihi quoque non recte significant, atque Aldinae illud signum lacunae *ΔΕΙΠΕΙ* dubium etiamnunc mihi de loci integritate movet. In sequentium sensu laboratur. Locum communem esse volunt: *Sed nimirum, quod vulgi opinione receptum est, pervicaciter defenditur.* Ea interpretatio varia habet, quae maximopere offendant. Abest δὲ post τά, ad quod VV. DD. non at-

Cum Οἰχλέος παῖς cfr. Eurip. Suppl. 926. Matth.: Τὸν Οἰχλέους γε γενναῖον τόχον: Amphiaraum. — ἐπτά-

tendisse semper miratus sum. Dein τὸ ἐς τοὺς πολλοὺς ἐπαγωγὸν non esse potest *id, quod vulgi opinione defenditur*, sed *id, quod multitudinem allicit permulcetque*. Atque imperfectum εἶχε quomodo post κατείχετο loco temporis praesentis positum dici possit, ego non perspicio. Accedit, quod ἀκρατῶς εἶχε junctum multo melius erit pro ἀκρατὴς ἦν, quam pro ἀκρατῶς κατεῖχε (*mirifice obtinebat*), quod ultimum verbum in interpretatione, quam supra repetii, est *defenditur*. Quod inauditum. Est κατέχω *obtinere*, non *obtineri*, *defendi*. Ceterum Siebelisius in commentario suo p. 127. haec habet: „Τὸ ἐς — εἶχε continet, quod jam Amasaeus vidit, locum communem: *quod multitudinem allicit, mirum in modum obtinebat.*“ Debebat dicere *obtinet*. Est enim, ut ipse perhibet, locus communis. His explosis aliam viam ingrediamur. Est τὸ pro ὃ (*id, quod Jophon profere-*

bat). Convenit hoc Pausaniae stilo poetico et ionizanti. Jam ita construe: Ὃ εἶχεν ἀκρατῶς ἐπαγωγὸν (τι) ἐς τοὺς πολλούς; *quae Jophontis narratio habebat, quod multitudinem mirifice alliceret*, i. e. *quod immane quantum ei se probaret, eamque ad credendum invitaret*. Alii post τὸ excidisse δ' statuent, quod facile post lacunam evenichat. *Atque id* (in Jophontis narratione), *quod multitudinem alliciebat, ingens erat mirificumque* (ἀκρατῶς εἶχε), i. e. *Jophontis narratio multitudinem immane quantum alliciebat, illi maximopere se probabat, ideoque firmiter ab illa credebatur*. Jam sequentis sententiae δὲ erit *vero*, non *enim*, quod interpretibus visum. Dum haec scribo, affertur mihi ingeniosa Prosseliі mei conjectura, legentis: „... Ἀργείων. Ταῦτα τὰ ἔπη τὸ etc. De sensu v. ἐπαγωγὸς (anziehend) v. Siebel. ad Paus. l. c. p. 127., Stallbaum. ad Plat. Phileb. 96. p. 134. Addo Nostri scholiasten ad Ol. XI, 113: Ἐκστάζει χάριν, ἀντὶ τοῦ μέλος χάρεεν, ἤγουν τὸ ἐπαγωγὸν ἔχον.

πύλ. Θήβ. V. p. 608. — *ἠνίξατο.* Schol. v. 56: *Ἀπεφθέγξατο* [coll. v. 78: *Ἐφθέγξατο*]. *οὐ γὰρ αἰνιγματωδῶς εἶπε. καὶ παρ' Ὁμήρῳ* (Il. XIII, 374): *Ὄθρυονεῦ, πέρι δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων.* Ubi tamen *αἰν.* est *laudo*. Quod alii Græcorum nostro loco applicuerunt. Damm. Lex. p. 76. de re futurâ prædictâ, et per consequens obscuriore, sermonem esse ait. De *παρ. αἰχμ.* v. p. 366. De *ἐν* p. 190. Mox *ἰδών* est *animo videns*, et quidem *praevidens*, velut Fragm. thren. II (Heyne III, 35. Böckh. II, 2, 621) *δείκνυσι χρίσιν* de futuro judicio intelligendum puto. Posterius istud mihi clarissimum e verbis: *ὁπόθ' ἀπ' Ἄργεος ἦλυθον δευτέραν ὁδὸν Ἐπίγονοι*, quae non minus tempus editi oraculi spectant, quam tempus prœlii commissi. Quippe Epigonos, inter quos Amphiarai quoque defuncti filius, Peloponneso egressos Bœotiamque hostili agmine petentes, priusquam Thebas ipsas adorirentur, fatidicum Amphiaraum (Oropi) consuluisse, e rerum ipsa natura conjicere licebit, neque opus est Jophontis apud Pausaniam narratione, quamquam ea nostram de tempore editi oraculi sententiam aliquantisper confirmat, quam Dilucc. pindd. l. c. propositam etiamnunc amplectimur. Oraculum ante pugnam editum statuimus. Hoc circumspecta puto interpretatio efflagitat, hoc usus veterum circa talia vulgaris. Vatum effata requirimus ante rerum eventus, non in ipsis eventibus. Supervacua in prœliorum impetu oracula. Deinde si Oropi, ubi Amphiaraum cecinisse constans veterum fama tulisse videtur (Mein. ad Euphor. p. 139., coll. tamen Böckh. Expl. p. 314. infr., Osann. Sylloge inscriptt. antiquu. Sect. I. [Fasc. 5] p. 213.), oraculum *incubantibus* (Paus. I, xxxiv, 3) durante pugna editum

fuit, quomodo ante proelii finem vatis sententia Thebas perferri potuit? Verum interpretationem nostræ oppositam ab aliis quoque rebus pendere scio. Quare ad sequentia veniendum.

V. 61—87.

Sequitur Amphiarai oraculum Epigonis editum, in quo Alcmæon, vatis filius, laudatur, Adrastoque victoria promittitur. Subjungit chorus, se quoque Alcmæonem laudare. *Ὧδ' εἶπε· μαρναμένων φυᾷ τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παισὶν λῆμα. Sic dixit: In pugnantium staturâ (corpore) ingenita eminet e patribus audacia.* Hanc interpretationem in Dilucidd. pindd. Spec. I. p. 31. propositam benevolis lectoribus iterum propono, dubiis contra motis ad aliam rationem ineundam nondum permotus. Primo vocem *μαρναμένων* cum sequentibus multo mollius jungi, quam cum antecedentibus (*ὧδ' εἶπε, μαρναμένων*, ut jam schol. v. 53), pronum mihi et apertum. Deinde *γνωμολογίας* molestiam Böckhius, scholiastæ vestigia premens, non removebit, licet *παισὶν* de Epigonis intellexerit. Restat enim *φυᾷ* (*naturae convenienter*), quod ipsum vel in hac interpretatione *sententiam* involvit. Ceterum illud meum *in pugnantium corpore, statura* (Pyth. IV, 416. Isthm. VI, 68. VII, 32) nemini mirum videbitur ad lyricorum dictionem attendenti. Est *μαρναμένων φυᾷ* i. q. *pugnantibus*, velut dicitur *σῶμα, δέμας* etc. *τινὸς* pro illo, cujus *σῶμα*. Cfr. Eurip. Hec. 707. Matth. supra (p. 789. not.) cit. Adde Eurip. ind. Barnes. vv. *δέμας, σῶμα* etc. Et versu 117. h. carminis dicuntur *σώματα* pro *pugnantibus aemulis*. Sed proprie sumas *μαρναμένων φυᾷ*: quid

tum incommodi in nostra interpretatione? De iis loquitur Amphiaraus, quæ *videt*. Hinc pugnantium formam patrum fortitudinem referre dicit. Ordinem vero vaticinii l. c. p. 33. hunc esse monui, quod nunc paullisper mutatum repetere libet: „Amphiarai oculis pugnæ quasi præsentis imago obversatur. Sed varia sunt nec distincta, quæ vates primo conspicatur. Eam ob causam plurali numero μαρναμένων primo species memoratur. Simul movet ista species gratam quodammodo prioris belli Thebani memoriam, quo Epigonorum fortes patres, Adrasto excepto, occubuerant. *Fortium patrum natos video, honesto certamine cum hostibus conflictantes.* Jamque ista minus distincta conspicato victoriamque prævidenti Amphiarao e dimicantium turba duo se offerunt μαρνάμενοι, quorum fortunâ haud mediocriter motum videmus, filius alter, alter vatis priore bello socius. *En recta ad victoriam via Alcmaeon filius vadit. Atque illi, qui priori bello solus ducum, amisso exercitu, evasit, Adrasto laetior nuntius obtingit (obtinget), quamvis luctu mixtus. Exercitum victorem Argos reducet, filio orbatus.*" Veniamus ad reliqua. Est γενναῖον *ingenitum* (συγγενές), quæ vocis, si dativo juncta est, primitiva mihi significatio videtur. Il. V, 253: Οὐ γάρ μοι γενναῖον, ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι. Ad quem locum (a schol. v. 53. citatum) videndus Damm. Lex. p. 342. Quodsi γενναῖον dativo personæ caret, tum ea v. vis obtinebit, quam tanquam primitivam ex Aristotele H. A. I, 1. Böckhius (coll. Schneid. L. g.) excitat, me addente Eiusd. rhetor. II, 25. Casaub.: Ἔστι δὲ εὐγενὲς μὲν κατὰ τὴν τοῦ γένους ἀρετήν, γενναῖον δὲ κατὰ τὸ μὴ ἐξίστασθαι ἐκ τῆς φύσεως. Sed vel posita Aristotelis significatione, sensus

non mutabitur. Tum enim παισὶ epenthetice sequitur voces μαρναμένων φυᾷ, utque hæ a verbo ἐπιπρέπει pendet. Sed malo γενναῖον παισὶ jungere, quod omnino simplicissimum videtur, pro γενν. αὐτοῖς. Ornate positum παισὶ ob v. πατέρων, amoremque Amphiarai vivide significat, qui deinde filium suum conspicatus eundem maximopere laudat. Similiter poeta ipse Epigonos nude υἱοὺς dicit, quod inter eos vaticinantis filius erat, Alcmæon. Deinde nec Plutarchus, qui in Arati vita c. 1. scholiastæ v. 53. rationem habet, a proposita interpretatione nos deterret. Ejus enim auctoris non adeo magna mihi fides in sensu locorum antiquiorum reddendo. Cf. hujus libri p. 270. 429. 494. Polybiumque in sensu alius loci pind. falsum, ipse suspicatur Böckh. Fragm. p. 669. Plutarcho vero alium Græcum opponam. Ita schollastarum unus v. 55 (supra cit. pag. 860), cujus ultima repetam: Ἀμφιάραος ὑπεραπεδέξατο τοίτους (filios priori bello mortuorum) καὶ ἐνεκωμίασεν ὡς σώζοντας τὴν τῶν πατέρων αὐτῶν ἀνδρείαν καὶ εὐγένειαν, καὶ μάλιστα τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀλκμᾶνα. Magis hoc nostræ interpretationi favet, quam illi, quæ sententiam loco poetæ infert. His profligatis ad reliqua veniendum. — θαέομαι. Cf. de h. forma Spanhem. ad Callim. Cer. 3. 55. Matth. Ausf. gr. Gramm. T. I. ed. II. p. 463. Mirabundus hæc pater dicit. Cui fini verbum electum, Heynius: *Praevidet*. — δράκοντα. Schol. v. 64: Διατί δὲ ὁ Ἀλκμαίων εἶχεν ἐπὶ τῆς ἀσπίδος δράκοντα; ὅτι ἐπιτήδειον πρὸς οἰωνοὺς τὸ ζῶον καὶ καταδῦνον εἰς τὰς ὀπὰς τῆς γῆς, μάντις δὲ καὶ ὁ Ἀμφιάραος, καὶ κατέδυ καὶ αὐτὸς ὑπὸ γῆν· ὁ δὲ παῖς σημεῖον τῆς τοῦ πατρὸς ἔσωζε τέχνης. Ibidem: Ἢ καθὸ ἦν ἀπὸ Μελάμποδος. ἱστοροῦσι δέ, δύο δράκοντας διαλεῖξαι τὰς ἀκοὰς τοῦ

Μελάμποδος καὶ διατρῆσαι πρὸς ἄλληλα (ἀλλήλους? ita ut bestiae convenirent;)· διὸ καὶ δοκεῖ αἰσθάνεσθαι τῆς τῶν ἀλόγων ζώων φωνῆς. V. ad Ol. VI. p. 200 sqq. Ubi citt. adde Paus. VI, 20, 1—3. — *αἰθᾶς ἀπ' ἀσπίδος.* Schol. v. 64: *Τῆς λαμπρᾶς παρὰ τὸ αἴθειν.* — *Ἀλκμᾶν'.* De h. forma v. quoque Welck. ad Alcm. p. 2. 84. — *ἐνέχεται. Tenetur, particeps ejus fit, ἔνοχός ἐστι.* Cf. Schneid. L. g. v. Schol. v. 68: *Βελτίονος ἔχεται τύχης.* — *ὄρνιχος ἀγγελίᾳ. Oraculi nuntio.* Dictum hoc ob missos legatos, acute suspicatur Böckh. Explicc. p. 312. 14. Potest tamen ornate dictum esse pro simplici *ὄρνιχι.* Oraculorum enim effata hominibus deorum voluntatem *nuntiant*. Idem de volucribus fatidicis Eurip. Jon. 178: *Ὑμᾶς, Τοὺς θεῶν ἀγγέλλοντας φήμας Θνατοῖς.* Sed h. l. est *ὄρνις oraculum*, velut alibi. V. p. 628. Schol. v. 68. *ὄρνιθα* proprie intelligit: *Τῇ τοῦ ὄρνιθος ἀγγελίᾳ καὶ κληδόνι. μάντις γὰρ καὶ οἰωνιστὴς ὁ Ἀμφιάραος.* Vide tamen Pausaniam I, 34, 3: *Δοκῶ δ' Ἀμφιάραον ὀνειράτων διακρίσει μάλιστα προσκεῖσθαι· δῆλον δέ, ἡνίκα ἐνομίσθη θεὸς δι' ὀνειράτων μαντικὴν καταστησάμενος.* Observa quoque temporum discrepantiam. Primo præsentia, dein futura. Fausta *videt* Amphiaraus fatidicus, infausta *praevidet*. Quanquam alii non de industria variationem factam dicent. Böckhius p. 312. de pugna incepta, necdum peracta cogitat. De Adrasto posterius quoque bellum regente et filium amittente v. *Hellanicum* schol. v. 68 [*Ephorum*, quem in scholl. occurrere dicunt, ego non vidi]. — *τύχᾳ θεῶν. Diis annuentibus.* Eurip. Iph. A. 340. Matth.: *Τῇ τύχῃ τῇ τῶν θεῶν.* Nem. VI, 41: *Σὺν θεοῦ δὲ τύχᾳ.* V. quoque ad Ol. VIII. p. 314. — *Ἄβαντος εὐρυχόρους ἀγυιάς. Abantis*

spatiosas plateas, i. e. *Argos*. Nem. X, 97: *Εὐρυχόρου Σπάρτας*. Poeta Plutarchi Thes. 32: *Εὐρυχόρῳ ἐν Ἀφίδνῃ*. Anaxandrides Athenæi IV. p. 131 (Mein. ad Euphor. p. 83): *Σπάρτην τὴν εὐρύχορον*. Eurip. Bacch. 81. Matth.: *Ἑλλάδος εἰς εὐρυχόρους ἀγυιάς*. Apoll. Rh. Arg. IV, 48ε *Ἄστεος εὐρυχόροιο*. Anthol. Pal. VI, CXXXV, 1 (Anacreon): *Εὐρυχόροιο Κορίνθου*. CLIII, 2 (Anyte): *Εὐρύχορος Τεγέα*. CCCXLIV, 1 (Incertus): *Θεσπιαὶ εὐρύχοροι*. VII, XCIX, 5 (Plato): *Εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι* (Syracusis). CCCI, 2 (Simonides): *Σπάρτας εὐρυχόρου*. DXII, 2 (Idem): *Εὐρυχόρου Τεγέης*. XIV, XCVI, 1 (Oraculum): *Σπάρτης εὐρυχόροιο*. Ibid. T. II. p. 772. Epigr. I, 7 (Marcellus): *Εὐρυχόρους ἐς Ἀθήνας*. Ibid. p. 789. Epigr. XCIV, (Philiadas Megarensis): *Θεσπιαὶ εὐρύχοροι*. Ibid. p. 829. Epi. CCXXI, 1 (Incertus): *Πατρὶδ' ἐς εὐρύχορον*. Alia dedimus ad Ol. VII. p. 245. — *Ἀμφιάραος*. De scriptione nominis v. quoque Osann. Sylloge inscript. loc. cit. Restat, ut, quo consilio suam Noster de Adrasto filium amittente narrationem inseruerit, breviter exponam, præmissa Böckhii sententia. Is Doctus Expl. p. 311. poetam prudentissimum longius quam pro consilio egressum opinatur, quod ad ignotam quidem nobis rem, conjectura tamen supplendam alluserit. Idem ingeniose addit: „Etenim ut Aristomenes Xenarcis f. Alcmæoni comparatur, ita Adrasto confertur aliquis ex Midylidis, qui domestico afflictus luctu erat, ac cui filius, ni fallor, isque Aristomenis familiæ conjunctus, in navali nuper prœlio mortem occubuerat; Midylidas quidem aliquam tum calamitatem et gentilis mortem luxisse etiam aliunde colligitur. Nam v. 79—82. poeta ait, *deum alios extollere, alios deprimere*; quod etsi in alio sententiarum nexu dictum est, videtur ta-

men consolationem de aliquo infortunio continere: v. 96—100. autem *humanae sortis fragilitatem* commiseratur, mortis haud obscura significatione addita: *Ἐπάμεροι· τί δέ τις; τί δ' οὔ τις; σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος.*" Verum ipse Noster intelligendi loci ducem se præbet. Narratione finita laudandi officium his verbis iterum suscipit: *Τοιαῦτα μὲν ἐφθέγξατ' Ἀμφιάραος· χαίρων δὲ καὶ αὐτὸς Ἀλκμᾶνι στεφάνοισι βάλλω, ᾠδᾶν δὲ καὶ ὕμνῳ κ. τ. λ.* Vides, quid in historia interjecta primas quasi partes agat, quid secundas. Potissimum Alcmanis encomium, multo minoris momenti adjecta de Aegialei morte oraculi pars. Scilicet Noster in thebanæ antiquitatis mythos lubenter excurrens, h. l. Amphiarai oraculum, vel cyclicorum poetarum vel Oropiorum auctoritate nisus, non valde mutatum reddidisse putari potest. Quidque attinebat, altera parte curtatum oraculum pulcherrimum repetere, si vel istud a carminis consilio alienum erat? Similiter Ol. VI. Amphiarai obitum præter consuetudinem satis verbose narrat, nil aliud agens, quam ut victoris sui laudem exemplo mythico illustret, de significanda simul cognatorum Agesiæ morte vel similibus plane ibi alienus. In reliquis quoque Pindari narrationibus non omnia ad amussim exigenda esse, notatu res est. Ceterum si ad Midylidarum alicujus obitum Noster alludere voluit, quare id tam spissis tenebris obseptum enuntiavit? Apertius agebat in simili re Ol. VIII. fin., apertius in aliis carminibus, ubi aliarum familiarum luctus tangit. Sed fac, de industria hanc oraculi partem a Pindaro non exclusam fuisse: tum alia intelligendi via se aperit. Quædam præter singularem sublimitatem moestitiæ cujusdam vestigia nostrum carmen præ se ferre, nec ego infitior. Hujus generis initium finisque hymni, ubi ad res Aeginæ maximopere

:um dubias respicitur, quibus poeta ipse non valde confi-
sus videtur; hujus generis duo loci, quos Böckhius suæ sententiæ injuste accommodat. Ibi enim quod mortis vestigium? Humanarum rerum vanitatem describit, sc. de infirmitate communi ut alibi victorem admoniturus. De morte solatioque altum silentium. Dejicit victoris animum, non erigit. Ut tandem desinam, hoc unicum subjungo: Ipsum per se carminis exordium monstrare videtur, quo deinde animo Aristomenis victoriam Pindarus celebraturus sit. Hinc laudis Aristomeneæ gratia oraculum eligitur, quod adversa lætis mixta continet. — *χαίρων δὲ καὶ αὐτὸς Ἀλκμᾶνα στεφάνοισι βάλλω, ῥαίνω δὲ καὶ ὕμνῳ. Laetans vero et ipse Alcmaeona coronis peto, spargoque etiam hymno.* Primo στεφ. *βάλλ.* morem *φυλλοβολίας* etc. spectat, de quo v. ad Pyth. IV. p. 705., ad Pyth. IX. fin. Schol. v. 79: *Στεφανῶ τῇ ᾠδῇ.* Dö-
derlinus ad Soph. Oed. C. 468. *βάλλ.* h. l. idem esse quod *περιβάλλω* judicat, quod falsum esse, ex Pyth. IX. fin. apparet. Mox cum *ῥαίν. ὕμν.* cfr. Pyth. V, 133 sqq. pag. 811 seq. Personam loquentis et consilium oraculi ita definit schol. v. 79: *Ὡς ἀπὸ τοῦ χοροῦ, τὸ πρόσωπον μιμουμένου τοῦ νενικηκότος· ταῦτα δὲ εἴρηκεν ὡς ὑπάρχοντος ἥρωος καὶ γειτνιῶντος τῇ τοῦ νικηφόρου οἰκίᾳ, προσυποτίθεται δέ, ὅτι καὶ ὑπήντησε πορευομένῳ εἰς τὸν ἀγῶνα καὶ τῆς μαντείας ἐφήψατο καὶ αὐτὸς ὢν μάντις· ἐμφαίνει δὲ διὰ τούτων, ὅτι ἐγεγόνει τις μαντεία περὶ τῆς νίκης αὐτοῦ.* Ibidem: *Τῇ Ἀριστομένους οἰκίᾳ παρίδρυτο Ἀλκμάονος ἡρῷον, ἴσως δὲ καὶ τῇ αὐτοῦ μαντείᾳ χρησάμενος ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἐπορεύθη καὶ ἐνίκησεν.* Ibidem: *Ἐπεὶ οἱ ἀπὸ τοῦ χοροῦ Αἰγινῆταί εἰσιν.* In his (si quid video) verissimum, quod de choro Ari-

stomenis popularium oraculique consilio Græci habent. Probabile hoc per se, et antiquiorum Pindari ævo propiorum interpretum auctoritate nixa puto, quæcunque pindarici scholiastæ, qui nobis præsto sunt, de choro proferunt. Serum talia ævum excogitare non potuit. Böckhius tamen, *nec chorus*, inquit, *unquam ex sua persona, poetâ exclu-so, loquitur, semper chorus cum poeta et poeta per chorum: rem anquisivi et mihi persuasi*. Rem et ego anquisivi, et nonnunquam aliter se habere, firmiter mihi persuasi. Habes luculentum exemplum Pyth. V, 96. p. 789 sqq. Idem ibidem: *Sed cur tandem chorus, cur non ipse Aristomenes oraculum consuluerit?* Oraculum qualecunque Aristomenem certaturum consuluisse puto, popularium religioni in his obsecutum. Id mihi tam vulgare tritumque fuisse videtur, ut eam ipsam ob causam in nullo carminum expressis id verbis de singulis victoribus Pindarum attigisse suspicer. V. nos ad Ol. V. p. 176., ad Ol. VIII. p. 292. Quare vero popularium amicorum s. cohors s. unus oraculum adierit, ejus rei unam alteramve sibi quisque causam effingere poterit. Narravitque hoc poeta, quod non tam tritum fuit, quod oraculo eventus mirifice respondit etc. Deinde Alcmæonis oraculum electum, non aliud, quod is heros agrorum ejus, qui verba facit, vicinus tutorque erat. Hæc veri vestigia in Græcorum commentariis deprehendi. Antiquitatem id refert, quod de choro Aeginetarum oraculique aditi [4]) consilio narrant; fals

---

4) Non multum tamen iis refragabor, qui Alcmaeonis oraculum ob eo, qui verba facit, non consultum esse statuentes, rem ita sibi effingunt. Ante iter delphicum, vel, quod melius ob verba poetae, in ipso itinere per quietem nocturnam

depravataque reliqua. Nunquam chorus (quam Böckhii quoque sententiam video) ejus, qui canitur, personam simulat. Contrarium sentientes argumenta indubia afferre debebant. Qui Pindarum sua persona loqui statuunt, ii *vicinitatem illam herois opumque tutelam* in poetæ patriam Thebasque simplicius ablegabunt, quam aliorsum. Ibi sacra quidam Alcmæonis privata Pindari ædibus agrisve vicinus habere poterat. Tacet quidem historia de hoc herois cultu, tacet de ejusdem apud Thebanos Bœotiosque cultu publico, ob eam puto causam, quod patris oraculum majore honore habitum fuerit quam filii. Verisimile tamen, Alcmæonem in ea terra, ubi ut pater inclaruit, non secus cultum ac patrem. Ceterum alibi quoque honorem habuisse, nota res est. V. Böckh. Expl. p. 315. Aegina quoque, utpote cum Argivis, unde herois pater, cognata (scholl. vv. 29. 113. Müll. Aegin. p. 43 sq.) Alcmæonem colere potuit. Verum ut ad Alcmæonis sedem recurram, ipsa Pindari verba eam mihi significare videntur. Dicit Noster *γείτων ὅτι μοι καὶ κτεάνων φύλαξ*. Nonne hinc firmam alterius fixamque sedem suspicari licet? Cfr. Pyth. I, 127: *Λευκοπώλων Τυνδα-*

Alcmaeonis speciem ille obviam habuit, victoriam praenuntiantis. Hoc est illud *ὑπάντασε*, haec sunt illa *μαντεύματα*, quibus *ἐφάψατο συγγόνοισι τέχναις*. Patrem enim Amphiaraum *ὀνειρόμαντιν* fuisse, supra vidimus p. 864. Unde tamen chorum in aliquo Alcmaeonis sacello incubasse, vix consequi putem. Sunt h. l. *τέχναι σύγγονοι vaticinandi ars, s. vaticinandi per somnia ars*, non *vaticinandi per incubationem*. Ejusdem generis aliorum deorum vaticinantium occursus viatici.

φιδᾶν βαθύδοξοι γείτονες. Ubi nos p. 517. Heynius vero optime citat Nem. VII, 127 sqq. Aesch. VII Th. 503. Böckhius Explicc. p. 315: „Jam vero in eo itinere sive alio ex loco, ubi tum versatus est, Delphos facto poeta *forte devenit* ad Alcmæonis statuam vel delubrum aliquod; cogitaveris de sepulchro ejus, quod Psophide Arcadiæ fuit Paus. VIII, 25, 4. In ejus vicinia habitaverit, fortasse in luco pecunias asservandas deposuerit; hinc illi Alcmæon oblatus est proficiscenti, *ὑπάντασεν ἰόντι γᾶς ὀμφαλὸν π. ἀ.*, illic illi *γείτων* fuit et *κτεάνων φύλαξ*." Pindarum Delphos petentem per mediam Peloponnesum iter fecisse, non credo. Ex nostra loci interpretatione verba *γείτων . . . φύλαξ* alium sensum habent. Non domi tantummodo Alcmæonis vicini præsens numen sensit is, qui hæc dixit, sed etiam iter faciens. — Terræ umbilicum illustravimus ad Pyth. IV. p. 653. Addere licet Blomf. gloss. in Aesch. VII Th. 744. In reliquis jungo ut scriptum est: *Μαντευμάτων τ' ἐφάψατο συγγόνοισι τέχναις: vaticinia attigit, vaticinia exercuit, vaticinari incepit, duce ingenitâ arte*. Ol. IX, 18: *Οὗτοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψῃ*. Schol. v. 79: *Καὶ τῆς μαντείας ἐφήψατο καὶ αὐτὸς ὢν μάντις*. V. quoque Ahlwardt. ap. Gurl. l. c. p. 13. Et dativum *τέχναις* instrumenti sensu habuimus Pyth. IV, 443. Alii aliter jungunt, coll. Heyn., Böckh. Expl., Schneid. L. g. v. Mox *συγγ.* dicitur, ob patrem majoresque fatidicos, coll. schol. cit. et Böckh. Expl. l. c. Hinc draco in herois, dum viveret, clypeo v. 65.

V. 88—111.

De Aristomenis victoria pythica atque æginetica. Dein chorus carmen suum Xenarcisque res, qui victoris pater, diis commendat. *Τὸ δὲ κ. τ. λ.* Spectat hoc proxime antecedentia. Aristomenis popularibus Alcmæon victoriam promiserat. Addixit huic vaticinio Pythonis ludorumque pythicorum præses, Apollo, luctâ victorem Aristomenem faciendo. — *πάνδοκον* [rectius *πανδόκον*: *omnes excipientem*, coll. schol. v. 88) *ναόν*. Ol. III, 30: *Διὸς πανδόχῳ ἄλσει*. Vocem *πανδ.* illustrat Blomf. gloss. Aesch. VII Th. 858. — *διανέμων*. Pyth. IV, 464: *Ἄστυ διανέμειν*. Quod Heynius i. q. *διοικεῖν* esse dicit. Minus recte. Est non diversum a *νέμων*: *incolens*. — *Πυθῶνος ἐν γυάλοις*. *Pythonis in cavo*, quod ornatum h. l. pro *Pythone*, alibi proprie intelligendum. Hymn. hom. I, 393: *Γυάλων ὕπο Παρνησσοῖο*. XXVI, 5: *Νύσης ἐν γυάλοισιν*. Eurip. Iph. T. 1202. Matth.: *Δηλιάσιν καρποφόροις γυάλοισι*. Ion Anthol. Pal. VII, XLIII, 1: *Ἐν γυάλοισιν Πιερίας*. Nonn. Dionys. XXXIV, 232: *Φρέατος ἐν γυάλοισιν*. V. quoque Nem. X, 106. et Schneid. L. g. v. — *τὸ μὲν μέγιστον*. Verissime Böckh. Expl. p. 316: „Pythia victoria vocatur *μέγιστον χαρμάτων*, non absolute: majus est enim Olympia vicisse: sed inter ceteras Aristomenis victorias.“ Addere libet, luctam Aristomenis cum quinquertio ejusdem comparari, quod minus nobile visum, quam simplex aliquod certamen. Cfr. Schneid. L. g. v. *πένταθλον*. Mox *χάρματα* pro *victoriis*, velut Nem. III, 116. — *τόθι*. *Ibi*. Schol. v. 88: *Ἐν τῷ Πυθῶνι*. Non igitur Delphis hic hymnus cantatus est. — *οἴκοι*

δέ. Schol. v. 88: *Ἐν Αἰγίνῃ δὲ πρὸ τούτων ἐνίκησε τὰ Δελφίνια, Ἀπόλλωνος ἀγῶνα. — ἁρπαλέαν δόσιν πενταθλίου. Raptum (raptim captum) quinquertii donum, sc. victoriam. Ἁρπαλέα* hæc dicitur, velut victoria ipsa *velox* Horat. Epist. I, 18, 64. Ubi cum interpr. nolim de alis deæ cogitare. Potest enim victoria per se spectata *velox* dici, cum brevi virium contentione ad illam reportandam opus esse soleat. His adde quinquertii rationem, in quo qui certabant, magis puto quam simplici ludo tempori parcebant. Infra vero v. 104. Noster agit de bono, quod brevi quis labore consequatur. Nostrum hoc locum respicit. Alii *cupide arrepti et grati* notionem adjungi volunt, non refragante vocis natura. Est enim *ἁρπαλίζω avide recipio* Aesch. VII Theb. 229. ubi Blomf. gloss. Cfr. quoque N. Foederis Lexica v. *ἁρπαγμός*. Simplicior tamen prior ratio, coll. his, quæ ad Pyth. V. p. 769. notavimus. Hermannus *πενταέθλου* legit, ut hoc sit antecedentis *ἁρπαλέαν δόσιν* appositio, s. epexegesis. Amplectitur hoc Ahlwardtius, in sequentibus (quod fieri debebat) *σὺν* mutans in *ξύν*. Veteri lectioni magis quam hermannianæ favet Ol. XI, 68: *Τὰν πολίμοιο δόσιν, Ἀχρόθινα*. Ubi nos p. 405 sq. V. quoque Böckh. Expl. p. 317. Et quinquertium dici posse *ἁρπαλέαν δόσιν*, vehementer dubito. Ea *δόσις* est quinquertii prosper eventus, s. victoria. — *σὺν ἑορταῖς ὑμαῖς. Cum festis vestris.* Habes pluralitatis pronomen loco pronominis *τεαῖς*, coll. schol. v. 88: *Τὸ δὲ ὑμαῖς ἀντὶ τοῦ ταῖς σαῖς, καὶ πλεονάζει τούτῳ ὁ Πίνδαρος.* Formula magnificentiæ, velut Pyth. VII, 15. pag. 842. Alloquitur Apolliuem Aeginetarum ob acta inter hos Delphinia. Olim (Dilucc. pindd. Spec. I. p. 34) Apollinem

jusque sororem Dianam spectari putabam, tum ob similem pronominis usum v. 102 (*ὑμετέραις τύχαις, tuo tuorumque fato*), tum ob schol. v. 88: *Τιμᾶται δὲ σφόδρα ἐν Αἰγίνῃ Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις*, quod mihi significare videbatur, hunc scholiasten similem meæ interpretationem amplexum. Et hos *ἀδελφούς* spectare potuit festi nomen *Ἀδελφίνια*, coll. iis, quæ de Delphorum nomine Schwenckius similiter suspicatur Etymol. mytholog. Andeutungen p. 36. Adde Spanhem. ad Callim. Dian. 169. Böckhius Thierschiusque vocem *ἄναξ* cum sequentibus copulant. — *ἐχόντι δ' εὔχομαι νόῳ κάτα τιν ἁρμονίαν βλέπειν.* Junge *κατεύχομαί τιν. Precor tibi*, coll. Schneid. L. g. v. Tum *τιν* ut alibi dativus doricus erit, de quo v. Buttm. Ausf. gr. Sprachl. T. I. p. 295. Matth. Ausf. gr. Gr. Edit. II. T. I. p. 271. Non mediocre hoc nostræ interpretationis commodum. Rarissime enim *τὶν* accusativus est, cujus exempla, quæ extare videntur, Hermannus enotavit ap. Heyn. T. III. p. 263. Et pindaricum hujus usus exemplum cum Böckh. (nott. critt. p. 493) desidero. Ceterum Hermanni constructio l. c. hæc est: *Εὔχομαι, ἐχόντι νόῳ σὲ καταβλέπειν ἁρμονίαν: Cantum tu mihi, precor, inspires.* Sed *καταβλέπειν* est *respicere*, chorusque *cantum suum a Phöbo benigne audiri, excipi* vult. Qui *τὶν* pro vere dativo habentes *κατὰ* cum *ἁρμονίαν* jungunt, iis opitulatur Aeschylus Prom. 700.: *Δεδορκὼς τοὺς ἐμοὺς κατὰ στίβους.* Id. Ag. 459: *Βίον κατίδοιμι*, i. e. *β. ἴδοιμι.* Böckh. dativum *τὶν* pro *σοῦ* (*ἁρμ. σου*) positum statuit, ad ea provocans, quæ in nott. critt. ad Ol. II, 16. disputavit. Sed exspectabas *ἁρμονίαν μου.* Deinde quæ nos hujus libri p. 38. 82. 323. 491. circa hunc pronominis usum adnotavimus, ea

firmiter etiamnunc amplectimur. — *ἁρμονίαν. Carmen (meum).* V. Nem. IV, 73. Schol. v. 95: *Σοὶ δέ, ὦ Ἄπολλον, εὔχομαι, ἐφορᾷν σε ἕκαστον τῶν ποιημάτων, ὅσα κατά τινα ἁρμονίαν ἐπέρχομαι καὶ γράφω.* Quidni vero *ἁρμονία* ipsa *carmen* erit, coll. Nem. l. c.? — *ἀμφ' ἕκαστον, ὅσα.* Pro *ἀμφ' ἕκαστον, ἀμφ' ὅσον (καθ' ὅσον).* Hanc numerorum anomaliam illustravimus ad Ol. I, 24. p. 14., ad Pyth. VI. p. 833. *Quotiescunque.* Magis tamen contextui conveniet: *quoad singula ista, quibuscum venio, i. e. quaecunque affero, carmen hoc omnesque ejus partes.* Significatur Aristomeni dicatum hoc carmen, non chori carmina precesque indistincte. — *νέομαι. Venio (ad te).* Chorus carmen in victoris gratiam factum Phöbo ab omni parte probari vult. Jungendum igitur . . *βλέπειν ἀμφ' ἕκαστον, ὅσα νέομαι.* Böckhio (*βλέπειν, ἀμφ'* distinguenti) Thierschioque *ἕκαστον* masculinum est. Et hic quidem *νέομαι* in *νέμομαι* extra necessitatem mutat. — *κώμῳ μὲν ἀδυμελεῖ Δίκα παρέστακε.* Redditur antecedentium ratio. *Totum hunc hymnum meum benevole respice, cum a vero non recedat.* Similis sententia Ol. XI, 4 sqq. Cum formula hujus loci compara Nem. III, 50: *Ἕπεται λόγῳ δίκας ἄωτος.* Theogn. 1227. Bekk. (coll. Mein. ad Menandr. p. 305): *Ἀληθείη δὲ παρέστω Σοὶ καὶ ἐμοί.* De persona loquentis sensuque dicti verissime schol. v. 99: *Τῷ μὲν χορῷ ἡμῶν δικαιοσύνη παρέστηκε, τουτέστιν οὐ ψευδόμεθα οἷς λέγομεν περὶ τοῦ Ἀριστομένους. ἤτοι δικαίως κωμάζεται ὁ Ἀριστομένης καὶ ἐπιτηδείως ἀγαθὸς γάρ ἐστι.* — *θεῶν δ' ὅπιν.* E particula *δ'* nolis conjicere, aliam antecedentium precum rationem reddi. Sequuntur post preces chori ad Apollinem fusae

quibus Aristomenis laudes junctas vidimus, aliæ preces pro incolumitate patris. De vv. *θεῶν ὄπιν* ita schol. v. 99: *Τὴν δὲ τῶν μετὰ ταῦτα ἐπιστροφὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔχομαι* etc. Similis interpretatio schol. Pyth. IV, 152. p. 657. not. Schol. Theog. hes. 222 (*χαχὴν ὄπιν*): *Τὴν ἐξ' ἐπιστροφῆς γινομένην ἀπόδοσιν.* Convenit hoc nostro loco. Est enim *ὄπις θεῶν* (velut Isthm. V, 74. coll. ibid. Dissen. Explicc. p. 520) *respectus*, i. e. *cura*, *providentia divina*. Ceterum harum Dilucidd. p. 76. a loco nostro non excludere debebam Isthm. cit. et Hes. Opp. et D. 185. Gaisf.: *Οὐδὲ θεῶν ὄπιν εἰδότες.* Ubi tamen *ὄ. θ.* esse poterit vel *deorum habita ratio*, vel *divina providentia*, coll. ibidem Tzetza et Moschopulo (Gaisf. P. M. G. T. II. p. 148. ed. Lips.). — *Ξέναρχες.* Schol. v. 99: *Ὁ δὲ Ξενάρχης πατὴρ τοῦ νικηφόρου.* Alii *Ξενάρχει'* (Aristomenes) legere malunt. Quod veri specie non caret. Statim enim Aristomenem chorus alloquitur, et illud *μὴ σὺν μαχρῷ πόνῳ* puerum Aristomenem spectat, non patrem. Sed parendum scholiastæ codicibusque. Neque ineptum, quod preces pro felicitatis incolumitate non ad puerum victoris dirigit, sed ad patrem victoris. Puer enim victor prius bearat parentem. Mox *ἄφθιτον* bonorum humanorum conditioni egregie opponitur. — *ὑμετέραις τύχαις. Tuis tuorumque rebus, Xenarces.* — *εἰ γὰρ* etc. *Felicissimus quidem, Xenarces, diceris, cum filius tuus victor extiterit brevi labore. Scilicet hujus honoris causa virtuti ingenioque victoris tribuitur, cujus laudis pars ad te patrem redundat. Verum a diis pendet victoria, qui alium erigunt, alium dejiciunt.* Vanitatis rerum humanarum pater Xenarces cum suis admonetur, ut alii, quos hic poe-

ta laudat. Dicit enim Pindarus: *Quemadmodum filius tuus victoriam diis debet, ita tu stabilitatem felicitatis tuae, cujus magna et novissima pars filii decus. Faxint dii, ut teneas, quod nunc cum tuis habes.* Quae preces in isto rerum Aegineticarum statu non vanae. Paucis annis post Aeginam eversam constat. Hoc igitur contrarium est consolationis, de qua Böckhius cogitavit, coll. iis, quae supra adnotavimus p. 868. — *μὴ σὺν μακρῷ πόνῳ. Brevi labore.* Aesch. Prom. 75. Blomf.: *Οὐ μακρῷ πόνῳ.* Eurip. Alc. 1054. Monck.: *Σὺν πόνῳ λαβών.* Longus eorum labor, qui certamini se praeparant (Isthm. V, 72. 73: *Μακρὸς μόχθος ἀνδρῶν*, sc. *virorum victoriam appetentium*), brevis eorum, qui certant. *Certaminis donum* (v. 93), s. *victoria, rapitur* quodammodo (v. 93), eamque ipsam ob causam humani ingenii magnae ibi partes vulgo videntur, quod falsum esse pius poeta statuit. Ibi enim ut alibi vim suam dii rebus humanis multo majorem exercent. Victoria ut vitae humanae alia decora diis debetur, non humanae prudentiae. Eorundem beneficio gratiaque opus, ut, quae prospera nobis acciderunt, in statu suo serventur. Ceterum *πόνῳ* an *χρόνῳ* (quod aliis placuit) legas, nil facit ad sensum. Vide Dilucc. pindarr. Spec. I. p. 36. Böckh. in Abhandl. der kön. Akad. der Wissensch. zu Berlin. 1822—23. Histor. philol. Klasse. p. 390. Lectio *χρόνος* iis deberi videtur, quibus displicebat Aristomenes cum adversariis invalidis conflictans. Antiquum *μ. πόνῳ* defendunt quoque scholl. v. 103., quamquam minus bene interpretantes *μὴ σὺν πολλῷ πόνῳ, ἀλλὰ ῥᾳδίως.* Ibidem: *Ἄνευ πόνου.* Confundi in codd. *πόνοι* et *χρόνοι*, nota res. V. Blomf. nott. ad Aesch. Prom. 75. Brunck. et Elmsl. ad Eurip.

Bacch. 818. Döderl. ad Soph. Oed. C. 1335.—In reliquis Böckhius jungit *σοφὸς πεδ' ἀφρόνων* (*ἐν ἄφροσιν, prudens apud eos, qui stulti sunt:* stulti autem sunt illi *πολλοί*, qui de eo falso judicant). Similiter schol. v. 103: *Σοφὸς ὢν ἐν ἄφροσι.* Ego ut olim (l. c. p. 36) *πολλοῖς πεδ' ἀφρόνων* jungo, quod mihi idem est quod *πολλοῖς ἀφρόνων*, s. *πολλοῖς ἄφροσι.* Conferatur Pyth. V, 30: *Κυράνᾳ, γλυκὺν ἀμφὶ κἄπον Ἀφροδίτας.* I. e. *Κυράνᾳ, γλυκεῖ κάπῳ Ἀφροδίτας.* Cfr. ibi nostram animadversionem p. 764. Eadem alius schol. v. 103. ratio: *Τοῦτον οἱ πολλοὶ τῶν ἀφρόνων* (Böckh. cod. Gott. sequitur, qui habet *ἀνθρώπων*) *δοκοῦσι σοφὸν εἶναι, καὶ τοῦτο ἐκ τῆς σοφίας δοκεῖ οὕτω περιπεποιῆσθαι.*—*βίον χορυσσέμεν ὀρθοβούλοισι μαχαναῖς.* I. e. *ὥστε, ἐπὶ τὸ κ. τ. λ.* Est h. l. *β. χορ.* i. q. *ἁρμόζειν βίον* Nem. VII, 135. *Vitam instruere.* Schol. v. 103. minus diligenter *αὔξειν.* Eandem sententiam habuimus Ol. V, 37., ubi v. quæ congessimus p. 180. — *τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται.* Cfr. formulam *θεῶν ἐπὶ γούνασι κεῖται.* Schol. v. 103: *Ἐγὼ δέ φημι, τοῦτο ἐν θεῷ εἶναι καὶ ἔστι τὸ δαιμόνιον αἴτιον τῆς κτήσεως* [sc. *τῶν ἐσλῶν* v. 103]. Male schol. v. 107. interpretatur: *Τὸ ἐκ περινοίας κτήσασθαι.* Immo simpliciter *τὸ κτήσασθαι* (*τὰ ἐσλά*).—*παρίσχει.* Noli cum schol. v. 109. *πάντα* supplere, sed *ταῦτα* (*τοῦτο*, sc. *πάσασθαι τὰ ἐσλὰ*) cum Böckh. Expl. p. 317. Cum h. verbo conf. *παρέχω* in re simili Ol. VI, 175.—*ἄλλοτ' ἄλλον. Modo hunc, modo illam.* Cf. Vig. p. 76. Sequitur tertium subjectum *ἄλλον δ'*; namque *ἄλλοτ' ἄλλον* duo subjecta continet. — *ὕπερθε βάλλων. Sublime jacit.* Schol. v. 109: *Ὑψηλὸν ποιῶν.* Heyn. confert *ἀνέχει* Pyth. II, 163. Ceterum nostræ formulæ color bene significat dei vim irresistibilem, hominum

imbecillitatem. — *ὑπὸ χειρῶν μέτρῳ.* Schol. v. 109: *Ἄλλοτε ἄλλον ὑψηλὸν ποιῶν, ἄλλοτε δὲ ὑποχείριον καὶ οἰκτρὸν καὶ ταπεινόν.* Quæritur diligentior interpretatio minus sensus, quam verborum. Olim (Dilucc. pindd. Spec. I. p. 36) *ὑ. χ. μ.* idem esse putabam quod *ὑπὸ χερσὶ μετρούσαις, sub manibus mensuram constituentibus*, i. e. *manuum vi, manibus*. Conferre licet illud *ἐν χειρῶν νόμῳ, χειρῶν δίκῃ* (*ubi manus legem ferunt, jus exercent*, i. e. *manibus*), coll. Viger. p. 155. Schneid. Lex. gr. v. *χείρ.* Eurip. Bacch. 694. Matth.: *Ἐν χεροῖν δίκᾳ.* Ubi cum Brunckio Matthiæus legit *δίκα.* Sed conf. ibid. Elmsleium. Iph. A. 591: *Χερῶν μαλακῇ γνώμῃ: manibus mollibus.* Solon. XXVIII, 1: *Ἐν δίκῃ χρόνου: tempore.* Tales sc. dictiones principio non abundantes paulatim quandam abundantiam experta sunt. Similiter alibi *μέτρον* ut h. l. abundat, de quo v. Jacobs. ad Anth. gr. Lips. T. XII. p. 229. Boiss. ad Eunap. T. I. p. 253. Addo hymn. hom. IV, 166: *Ἥβης μέτρον.* Oppian. Hal. I, 222: *Ἁλὸς μέτρα.* 630: *Μέτρα ὀπώρης.* III, 319: *Καμάτων μέτρα.* V. quoque Schneid. L. g. v. *μέτρον.* Eadem schol. v. 111. sententia, cui pristinam lectionem reddemus: *Ὑπὸ χειρῶν μέτρα ποιῶν, περιφραστικῶς· περὶ τὰς χεῖρας ποιεῖ. ἀπὸ τοῦ τῇ χειρὶ αὐτοῦ* (*αὐτοῦ*) *καὶ ἐξουσίᾳ.* Male Böckhius delevit *ποιῶν* et *ποιεῖ.* Primæ sententiæ hic est sensus: *Sub manuum* (suarum) *mensuris ponens* (Il. XIII, 53: *Ἐν φρεσὶ ποιήσειε*, i. e. *τιθείη*, coll. Schneid. L. g. v. *ποιέω*), i. e. *manibus suis subjiciens.* Dein post v. *περιφραστικῶς* kolon fige. Nam sequentia (*περὶ — ποιεῖ*) antecedentem sententiam illustrant: *Ad manus* (suas) facit, i. e. *facit, ut sit ipsi ad manus*, *ὑπὸ χεῖρα* (Herm. ad Vig.

p. 732), *ὑποχείριον ποιεῖ*, coll. schol. supra allat. Mox post *ποιεῖ* punctum ponendum. Nam sequitur ab antecedentibus diversa interpretatio, quam nos amplexi sumus: *suâ manu et potestate* (dejicit). Restat ibidem aliud scholion, sôlâ interpretatione indigens: *Μεμετρημένα ἑκάστῳ τὰ κακὰ καὶ τὰ ἀγαθὰ παρέχεται, οὔποτε τῶν ἐν μονίμῳ τύχῃ κρατῶν.* In his *παρέχεται* (*δαίμων*) pro *παρέχει* (Paus. I, 34, 3. supra cit. p. 860., coll. Eurip. ind. Barn. et Schneider. Lex. græc. v. *παρέχω*), post *τύχῃ* supple *ὄντων*: *demensa cuicunque mala et bona tribuit (deus), nequaquam positis in stabili fortunâ imperans.* Vides, de uno eodemque virum doctum cogitasse, cui bona malaque deus tribuat, quod secus in Pindari loco. Vix est, quod moneam, vel totum hoc scholium e poeta aliquo desumtum, vel saltem partem posteriorem. Neque enim pedestris loci dictio est. [5])

---

5) Totum Pindari locum (v. 88—112 sq.) ita interpretatus sum in Dilucc. pindd. spec. cit. p. 35: *Non semel tantum Aristomeni affuisti, Apollo rex; Delphis Aeginaeque victorem fecisti. Te auctorem spectat Aristomenis felicitas, sed spectat te quoque auctorem carmen quodcunque, tuae victorumque laudi oblatum, quod propitius velis respicere, cum sit neque suavitatis, neque veritatis expers. Me velis respicere, quotiescunque poetae munere fungar. Neque vero mea tantum, sed tua quoque tuorumque causa, Aristomenes victor, deorum favorem perpetuum imploro, secus ac mortalium impius mos est, ea ipsa, quae brevi labore brevique certamine adepti fuerint, non divinae, sed suae sapientiae falso adjudicantium, quum ista quoque auctores spectent deos, qui, quoscunque voluerint, vel sublime ferunt, vel deiiciunt. Deorum itaque favorem, licet haud semel modo*

V. 112—125.

Laudantur Aristomenis victoriæ Megarensis, Marathonia, Aeginetica, Pythica. *ἔχεις γέρας.* Putes, statuam ibi victorem puerum nactum. Conf. Ol. XIII, 50: *Πυθοῖ δ' ἔχει σταδίου τιμὰν διαύλου ϑ'.* Ubi nos p. 450. — *μυχῷ τ' ἐν Μαραθῶνος.* De ludis Marathoniis v. p. 365. Schol. v. 113: *Ἀντὶ τοῦ ἔχεις γέρας, ἀπὸ κοινοῦ.* Primam vocem et secundam delevit Böckhius. — *Ἥρας τ' ἀγῶν' ἐπιχώριον.* Schol. v. 113: *Ὡς καὶ ἐν Αἰγίνῃ Ἡραίων ἀγομένων κατὰ μίμησιν τοῦ ἐν Ἄργει ἀγῶνος· ἄποικοι γὰρ Ἀργείων Αἰγινῆται. Δίδυμος δέ φησι, τὰ Ἑκατόμβαια αὐτὸν νῦν λέγειν ἐπιχώριον ἀγῶνα Αἰγινητῶν διὰ τὴν συγγένειαν.* Eadem Heraea et *Hecatombaea*, coll. interprr. — *νίκαις τριοσαῖς.* Has victorias ad sola Heræa pertinere, monuit Böckhius. — *δάμασσας.* Sc. *τοὺς ἐναντίους.* Similiter

---

expertum, postero quoque tempore adesse tibi volo, ut iterum atque iterum victor evadas, quod non Delphis tantum atque Aeginae, sed Marathone quoque etc. tibi contigit. Böckhius Expl. p. 316: *Apollo tibi, Aristomenes, binas victorias dedit, Apollo mihi quoque colendus est: diis enim omnia debentur. Igitur licet nulla causa sit, cur de perpetuitate tuae felicitatis dubitem, quum nihil injusti, quod ultricem deorum manum provocet, fortunae tuae admistum sit: tamen quod sine diis felicitas stabilis non est, deorum curam tibi expeto perpetuam (ἄφθιτον). Etenim stultum est in felicitate breviter parta, ut tu brevi tempore tot victorias parasti puer, suis hoc consiliis, suis conatibus tribuere: eventuum sortes apud deos sunt, qui alios beatos reddunt, alios de magna fortuna dejiciunt. Tibi tamen, qui tot victoriis insignis es, dii sunt propitii.*

ρατεῖν absolute ponitur. — Noli ἀγῶνα ἐδάμασσας ungere. Est ἀγῶνα pro κατ' ἀγῶνα, velut ἔργον Ol. IX, 126. — ἔργῳ. *In certamine.* Non diversus accusativus ejusdem vocis Ol. IX, 126 (p. 364): *Κράτησαν ἔργον.* Male schol. v. 115: *Μετ' ἔργου καὶ ἐνεργείας πολλῆς.* Est ἀγὼν h. l. *festi certaminisque totius institutum, ἔργον certamen singulorum.* — τέτρασι. Recurrit numerus quaternarius, quem in alio puero παλαιστῇ Ol. VIII, 90. habuimus, ubi (p. 315) hæc adnotavimus: „Quatuor pueros vicit. Non aliud expressum neque h. l., neque Pyth. VIII, 117. Et si quatuor pueros Pyth. VIII. recurrere miraberis, hoc erit nil aliud, nisi summus æmulorum numerus, quem singulis pueris concessum opinor." Eadem hodie nostra sententia. Numerus ille bis obvius non casui deberi videtur. Plures æmulos adulti sibi sumere poterant, coll. Luciani loco ap. Böckh. Explicc. p. 318. Hoc secus in pueris, quorum teneritati parcebatur. Jam schol. v. 117: *Ὡς ἄνευ κλήρου τέσσαρας παῖδας προκαλεσαμένου καὶ νικήσαντος.* Ita cum quatuor illis pueris non ut ἔφεδρος Aristomenes pugnavit, coll. de ἐφέδρου notione Spanhem. ad Callim. Del. 125. Wyttenb. ad Plut. de S. N. V. p. 63. Schneid. Lex. g. v. ἐφεδρεύω et ἔφεδρος. Blomf. gloss. Aesch. Choe. 853. Böckh. Expl. l. c. 318. Mein. ad Menandr. et Philem. p. 365. Jam Böckhius l. c. contra schol.: „Sed hoc licuisse, nemo, quantum scio, tradidit, neque omnino verisimile est." Scholiastæ verba ex eorum genere esse videntur, quæ Græcus comminisci omnino non potuit. Quodsi enim nunquam apud Græcos absque sorte paria componebantur, quî factum dices, ut in suam Græcus sententiam incideret? Id ipsum, inquam, quod Græcus hoc narravit, antiquitus ipsi traditum fuisse,

satis firmiter mihi persuadet. [6]) Aliaque plane singularia et ἅπαξ quasi λεγόμενα scholiastae narrant. Neque omnino improbabile, quod interpres tradit. Rigida certandi regula, adultos maximopere spectans, in tenera aetate deserebatur. Quod non mirum. Fuit puerorum concertatio majorum graviorumque certaminum praeparatio. — De ἐφεδρείας ratione v. Böckhium acute disserentem Explicc. p. 318 sq. — ὑψόθεν. Egregie electa vox pueri s. magnitudinem, s. robur vigoremque spectat. Conferatur de Aiace παλαιοντι Q. Smyrn. IV, 253: Τὸν δ' Αἴας, καθύπερθεν ἐπεσσύμενος, ποτὶ γαῖαν Ἐξ ὤμων ἐτίνασσε, κατὰ χθονὸς οὖδας ἐρείδων. — σωμάτεσσι. De simili formula v. nos ad Ol. VIII. p. 314. Gurlitt. ad nostrum locum l. c. p. 17. Orph. hymn. XXIV, 5. Herm.: Ὧν βόσχει σώματα πόντος: quos (Tritonas). — κακὰ φρονέων. Mirifice schol. v. 115: Ἧττον αὐτῶν φροντίζων. Est formula homerica (Damm. v. φρον.), neque aliud denotat nisi *infesto animo, mala moliens*, ut recte interpretatur Ahlwardtius ap. Gurlitt. l. c. — ὁμῶς. *Pariter, ac tibi, victor*. V. Heyn., Gurlitt. et Böckh. — κρίθη. *Iudicatus, adjudicatus in Pythiorum festo*, i. e. *praestitus, datus*. Cfr. ἀπεθήκατο in loco simillimo Ol. VIII, 90. Fuit hoc *judicium* non Amphictyonum (coll. Heyn.), sed certaminum. Eorum eventus de νόστῳ concertantium in patriam decrevit.

---

6) Schol. Aristoph. Ran. 803: Ἔφεδρος ὁ μὴ πλανώμενος ἐν τοῖς ἀγῶσιν εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι τοῖς νικῶσιν. Ergo fuere quidam in certaminibus, qui ἐπλανῶντο ad quaerendum aemulum? Cfr. ad h. schol. Blomf. supra cit., qui tamen doctus scholiastae locum mutare non debebat.

vit. V. quoque Böckhium. Certaminum magis propriam *χρίσιν* habes Ol. III, 37. p. 149. — *μελόντων παρ' ματέρ' . .* Jam in patriam reversos vides. V. ad Ol. VIII. p. 315. infr. — *ἀμφί.* Schol. v. 119: *Περὶ τὴν μητέρα καὶ τοὺς γονεῖς γέλως γλυκὺς χάριν ἐκίνησε τὴν ἐκ τῆς νίκης.* Cum Schneidero Böckhius *περὶ* scholiastæ in *παρὰ* mutavit. Græco non *παρὰ ματέρα* puto repetenti, sed *ἀμφὶ* interpretanti adverbiale *ἀμφὶ* idem erat, quod *ἀμφ' αὐτήν.* Quod falsum quidem. Sed tenendum, quod genuinum est. Junge *ἀμφὶ* cum *ὦρσεν*, ut sit mere adverbiale *circa*, coll. nostratium illo ringsum. — Ad matrem veniunt, non ad patrem. Redeunt imbelles, et matrem mitiorem exspectantes quam patrem. V. quoque ad Ol. I. p. 31. — *ἐχθρῶν ἀπάορoι.* Optime schol. v. 124: *Ἀφωρισμένοι, κεχωρισμένοι.* Schneidero (L. g. v.) est *ἀπάορoι, angore, pudore pleni*, vel *remoti.* Quorum prius improbo. Respice quæso genitivum appositum *ἐχθρῶν.* V. quoque Ahlwardt, ap. Gurlitt. l. c. — *δεδαγμένοι. Morsi.* Ita ego cum schol. v. 124. et Ahlw. pro *δεδαϊγμένοι* (*δεδαιγμένοι*) aliorum.

V. 126—139.

Aristomenes victoriâ lætissimus de fragilitate sortis humanæ admonetur. — *ὁ δὲ καλόν τι νέον λαχών.* Schol. v. 126. verissime: *Ὁ δὲ νεωστὶ καλὸν καταπραξάμενος καὶ νικήσας.* Sermo de eventu (victoria), quem quis *recens*, *nuper* expertus est. V. ad Pyth. IV. p. 677. et Heyn. ad nostrum locum. Idem ibidem: „Subjungit gnomice, quod pro monito victori esse poterat, ne fortunæ secundæ nimium confisus efferretur animo aut fortuna abu-

teretur. Nexus sententiarum hic erat: victi dejecto animo redeunt domum: altera ex parte *victor exultat*." V. quoque schol. modo allatum, nec non Böckhium Expl. p. 319: „Aristomenes credo Olympicam cupiebat victoriam; poeta vero anxius est, ne ille ausis excidat, ideoque commode de fortunæ fragilitate admonet, quæ insuper nuperæ Midylidarum calamitate comprobata erat (v. ad v. 40 sqq.): unde tam diserte et tam lugubri sententia de imbecillitate generis humani loquitur." Verissima, quæ primo loco dicta sunt, ultima perquam dubia. Solum Aristomenem totus locus (*ὁ δὲ . . αἰών*) spectat. Ille victoriâ sua exultans majora (victoriam olympicam) expectabat. *Naturae hoc humanae convenit. Novissima quaeque felicitas animum mirifice evehit.* Eaque sententia in fine loci (*ἀλλ' — αἰών*) de industria repetitur. Nil enim summo poetæ antiquius, quam ut victores ab arrogantia revocet. Idem eorum consilium, quæ in medio posita legimus. Luctus in his nulla significatio. Sensus loci non alius est, quam hic latissime patens: *Exultant mortales, si fortuna arriserit. Quamquam id ipsum, quo exultant* (felicitas), *ut brevi crevit, ita brevi decrescit. Nihili enim homines eorumque res. Sed exultant, inquam, fortunae favorem experti.* — *ἁβρότατος ἔπι μεγάλας ἐξ ἐλπίδος πέταται ὑποπτέροις ἀνορέαις.* Hermannus hæc ita distinguit: *Ὁ δὲ χαλόν τι νέον λαχὼν ἁβρότατος ἔπι, μεγάλας ἐξ ἐλπίδος, πέταται ἀνορέαις ὑποπτ.* Secuti Böckhius Thierschiusque, et hic quidem ita locum interpretans: Doch wer zur Wonne des Schönen Theil Neu erloosete, der wie beschwingt Nach grofsen Hoffnungen fliegt Den Flug des mannebrenden Ruhms. Böckhius

in editionibus suis Hermanni distinctionem sequitur, in Explicc. p. 319. vulgarem his verbis: „Quod (*νέον καλὸν*) qui nactus fuerit, *animum extollit virtutum alis sublatus*, *πέταται ὑποπτέροις ἀνορέαις*, idque *quod ob florentes res magnam de se spem concepit*, *ἐκ μεγάλης ἐλπίδος ἐπὶ ἁβρότητος*, *ex magna spe florenti statu subnixa*.“ Neutrum probandum. Primo *ἐπὶ ἁβρότ.* cum aliis vocibus junctum minus vacabit, quam si Thierschii more construxeris, coll. sqq. Et *ἐπὶ ἁβρ.*, si usu vulgari præpositionis *ἐπὶ* servato esse poterit *in deliciis*, *in statu delicioso*, *deliciose*, alii hoc interpretationi præferendum esse concedes. Deinde Böckhiana loci constructio ei rationi postponenda erit, quæ sede verborum non mutata sensum loci recludit. Jam singula persequamur. Ille homo, quoniam *νέον καλὸν* sui juris fecit, *in deliciis est*, *deliciose*, *beatissime vivit*. Usus hic præpositionis *ἐπὶ* genitivo junctæ apud P. tritus. V. indices. Verum ille in eo non acquiescit, ut partis fruatur; *spem majoris boni concipit*, quæ spes facit, ut *vigore* quasi *alato* animus ejus alia bona petat. Im Wonnegefühl erhebt sich sein hoffender Geist voll Kraft. Est vero *ἐξ ἐλπίδος spe movente, instigante*. V. Matth. Ausf. gr. Gr. p. 839. Vel confer *ἐκ θυμοῦ* et similia, de quo Matth. l. c. Viger. p. 598. 99. all. Schol. v. 126: *Ὁ δὲ καλῶς πράξας ὑπὸ τῶν ἐλπίδων μετέωρος φέρεται.* Ceterum schol. v. 126. *ἁβρότατος ἐπὶ μεγάλας* jungit. Præstat, *μεγάλας ἐξ ἐλπ.* jungere. Pejus enim voce adjecta *ἐλπὶς* carebit, quam *ἁβρότης*. Jam *μεγ. ἐλπ.* statim repeti videtur his verbis: *Κρέσσονα πλούτου μέριμναν*. Scilicet *ἐλπὶς* animo ejus insidet, gignitque

quasi mater *μέριμναν* singula spectantem. 7) Mox *ἀνορέαις* pro *ἀνορέᾳ* est *robore, vigore*, velut Isthm. IV, 18. (ubi Heyn.) coll. Ol. VIII, 89. Atque alatæ *ἀνορέαι*, ut apud alios timor, cura, mens. 8) — *ἔχων χρέσσονα πλούτου μέριμναν. Habens fortiorem, altiorem divitiis curam.* Sc. qui bono potitus est, eo non satiatus majora appetit, quam per opum modum (si non calide judicare velit) appetere licet. Est hic plurimorum mortalium recenti bono ornatorum ardor cupiditasque. Ceterum *πλοῦτος* h. l. docet, sententiam nostram, si ad victoris rem applicare volueris, altiora studia agonistica, e. g. curulia spectare, quæ Böckhii quoque sententia Explicc. p. 320 (coll. his Dilucc. ad Ol. II. p. 102), quamquam is Doctus in sensu vocum *χρ. πλ.* paulo aliam rationem sequitur. „Qui recenti," inquit, „ornatus decore est, is magna elatus spe semper majora appetit, habetque studium et curam amplioris gloriæ divitias vincentem, ita ut ille opes, quibus tamen homines maxime ducuntur, posthabeat, neque acquirendis incumbat, sed ipsas potius in gloriam parandam eroget." Idem deinde varios enumerat studiorum curulium sumtus. Cum *χρέσσονα* præter ea, quæ Böckhius

---

7) Alius schol. ad v. 126: *Ἀπὸ μεγάλης ἀβρότητος καὶ εὐδαιμονίας ἐκ τῶν εὐτυχηθεισῶν ἐλπίδων ὕψοῦται.* In his ἀπὸ autum significat, unde profectum hominem illae spes prospero eventu ornatae sublime ferunt. Schneiderus *ἐπὶ* mavult.

8) Aesch. Choe. 223: *Ἀνεπτερώθης.* Ubi Blomf. gloss. Ibid. 594: *Πτόπτερος φροντίσιν.* Theogn. 707: *Φροντίδες ἀνθρώπων ἐλαχον πτερά.* Soph. Ant. 1292: *Πτερόεις θυμός.* Tryphiod. 361: *Πτερόεντος νόοιο.* Nonn. Dionys. XLII, 334: *Πτερόεντα νόον.* Idem Conv. Ev. Jo. VI, 82: *Νόος πτερόεις.*

congessit (Expl. p. 320), cfr. Paulum Silentiarium Anthol. Pal. VII, DCVI, 3: *Ἐλπίδι χρέσσονι μοίρης. — ἐν δ' ὀλίγῳ* etc. *Sed non minus vana est spes illa, rerum humanarum modum superans, quam ea, unde proficiscitur, felicitas. Haec enim, ut cito crevit, ita cito corruit.* Soph. Ai. 131. Lob.: *Ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν Ἅπαντα τἀνθρώπεια.* Menander Fragm. inc. II, 10 (Mein. p. 188): *Ἄνθρωπος εἶ, Οὗ μεταβολὴν θᾶττον πρὸς ὕψος καὶ πάλιν Ταπεινότητα ζῶον οὐδὲν λαμβάνει.* V. quoque Soph. Ant. 1142. Erf. Oed. C. 387., ubi Döderl., Philem. Fragm. inc. I (Men. et Phil. ed. Mein. p. 390). Q. Smyrn. XIII, 473 sqq. — *ἀποτρόπῳ γνώμᾳ σεσεισμένον. Averso consilio labefactatum.* Graviter is, cujus est *γνώμη*, tacetur. Similis ille *τὶς* Ol. II, 108. Est fortuna, fatum, deus. V. Gurlitt., Heyn., Böckh. Cognatum de diis infestis *ἀφίστασθαι* Pyth. IV, 258., *ἀποστρέφεσθαι* Eurip. Suppl. 158. Contrarium (deus) *ἐπίτροπος* (i. e. *ὁ ἐπιτρεπόμενος*) Olymp. I, 171. Scholiastes v. 131. haud male *ἀπότροπος* idem est quod *ἀηδύς, ἐχθρός.*[9]) Neque tamen cum eodem *γνώμην* sumas pro *προφάσει, πείρᾳ. — ἐπάμεροι,*[10]) *τί δέ τις,*

---

9) Nostro loco *ἀπότροπος* verbi medii vice fungi videtur, verbi passivi sequentibus. Soph. Ai. 607. Lob: *Τὸν ἀπότροπον ᾄδαν.* Ubi schol. Oed. T. 1313: *Νέφος ἀπότροπον.* Ad quem l. conferatur Hesychii lexicon v. *ἀπότροπον.* Oppian. Hal. V, 416: *Ἄγρη ἀπότροπος.* Est his locis *ἀπότρ.* i. q. *στυγτός.* Alia de h. v. ap. Schneid. Lex. g. v. et Blomf. nott. critt. ad Aesch. Choe. 148.

10) Graecorum quis primus non tantum hominem *ἐφήμερον* dixerit, sed pro *homine* v. *ἐφήμερος* usus sit, me latet. Quam-

τί δ' οὔ τις; Propter δὲ insequens, quod creberrimum post vocativos (p. 25 sq. p. 480), ἐπάμεροι mihi vocativus est cum schol. v. 135. all. Quare comma vel kolon eligendum, pro puncto exclamandi aliorum. Totius loci sensum verissime recludit schol. v. 135 (adstipulante Bothio Pind. T. I. p. 154): Ὦ ἄνθρωποι, τίς ἐστιν ὁ δοκῶν εἶναι καὶ μέγας καὶ πλούσιος, τίς δὲ ὁ νομιζόμενος οὐδεὶς καὶ εὐτελής; Est igitur τὶς *magni momenti homo*, οὔ τις *homo nauci*, coll. Nem. VI, 5: Ὡς τὸ μὲν οὐδέν. Conferantur de his formulis Matth. Ausf. gr. Gr. p. 674. Blomf. nott. critt. ad Aesch. Prom. 164. Heller. ad Sophocl. Oed. C. 914. Ceterum similiter nos dicere possumus: Was ist ein Etwas, was ein Nichts auf Erden? Alii: *Quid sumus, quid non?* Verum si quis interrogarit: *quid est homo?* responsumque tulerit, in eo id quoque comprehensum erit, *quod non est homo*. Quis vero interrogabit: Was ist ein Berg? was ist ein Berg nicht? Alius plane generis illud est, quod habet Eurip. Alc. 880. Monk.: *Τί λέγω; τί δὲ μή;* Duo subjecta habemus, *hominem magni momenti*, *hominem parvi*, *nullius momenti*, unum prædicatum τί, bis positum. —

---

quam ante Nostrum Aeschylumque neminem ita locutum novi. Pindarica praeter h. l. v. in indice. Aesch. Prom. 261. 561. 981. Blomf. Eurip. Or. 964. Matth. Ejusd. ind. Barnes. v. ἀμέριος. Empedocles 342. Sturz. Oppian. Cyneg. III, 249. Orph. Arg. 36. Herm. Ubi videndus Gesn. Anthol. Pal. V, CCLXXXIII, 5. VII, CCCXXVII, 2. CCCLXXII, 2. VIII, XXIV, 3. IX, DXXI, 5. DLXXVII, 1. Ibid. T. II. p. 715. ep. CCXCV, 8. Ibid. p. 813. ep. CCXXXIV, 10. Athenaeus XIII, 8., quem citavit Dorvill. ad Charit. p. 197. Lips.

σκιᾶς ὄναρ [11]) ἄνθρωποι. Ultimæ vocis pluralem tuetur schol. Aristidis p. 131. ed. Frommel.: *Οὐδὲν γὰρ ἐστι τὸ τῆς σκιᾶς ὄναρ. Λέγει δὲ τοῦτο ὁ Πίνδαρος περὶ τοῦ ἀνθρώπου Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι.* Legi quoque *ἄνθρωπε*, ibidem doctus editor adnotavit. Ceterum hominis rerumque ejus vanitas quomodo gravius quam h. l. et Nem. VI. init. significari possit, ego vix perspicio. Confer tamen Aesch. Prom. 563: (Hominium) *ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν, ἰσόνειρον.* Ubi videatur Blomf. glossar. Eurip. Med. 1214. Matth.: *Τὰ θνητὰ δ' οὐ νῦν πρῶτον ἡγοῦμαι σκιάν.* Gnomici Brunck. vv. *εἰς βίον*: *Ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον.* Anthol. Pal. X, LXXXII, 3 (Palladas): *Ὄνειρον εἰκάζοντες εἶναι τὸν βίον.* Incertus ibidem CXVIII, 4: *Οὐδὲν καὶ μηδὲν τὸ μερόπων τὸ γένος.* Glauco ibidem CXXIV, 1: *Πάντα τὸ μηδέν.* [12]) —

11) De similibus *καπνός, καπνοῦ σκιά, σκιᾶς εἴδωλον*, all. cfr. Monk. ad Eurip. Hippol. 958., VV. DD. ad Soph. Antig. 1155., ad Aristaen. Epist. II, 1. Similia in Judaeorum veterum libris. V. 1. Chron. XXX, 15. Job. VIII. 9. XIV, 2. XX, 8. Psalm. XXXVII, 20. XXXIX, 6. 12. LXII, 10. LXXIII, 20. CII, 4. 12. CIX, 23. CXLIV, 4. Eccles. VII, 1. Sap. II, 5. V, 9.

12) In sensu Aesch. Agam. 82. constituendo (senes *ὄναρ ἡμερόφαντον*), quem locum alii cum pindarica sententia contulerunt, noli canonem Blomfieldianum sequi, quem V. D. in glossar. ad v. *ἡμερόφ.* ita expressit: „Poetis autem mos est, quum tropum paullo audaciorem adhibent, epitheton statim adjungere, quod notionem ejus circumscribat ac definiat." Nimirum *ἡμερόφ.* a scribis petitum praedicatum putat Britannus, ad illustrandum molliendumque tropum *ὄναρ*. Falsum hoc, si quid intelligo. Res ita se habet. Somniorum alia nocturna, alia diurna. Horum diurna maxime vana sunt et futilia, illico evanescunt. Cum his senes comparantur.

ἀλλ' ὅταν αἴγλα διόσδοτος ἔλθῃ, λαμπρὸν φέγγος ἔπεστιν ἀνδρῶν καὶ μείλιχος αἰών. Schol. v. 136: *Ἡδὺς ὁ βίος γίνεται τοῖς ἀνθρώποις.* Ibidem: *Λαμπρὸν φέγγος ἔπεστι κατὰ τῶν ἀνθρώπων.* Græcus ab *ἔπεστι* genitivum *ἀνδρῶν* pendere putat, cujus usus exempla non vidi. Dativum regit *ἔπειμι*, coll. indd. pindd. Absolute positum *ἔπεστι* (*adest*), i. e. *ἔπεστιν αὐτοῖς*. Similis Archilochi sententia (Fragm. XXXVII. Liebel., XI Gaisf. P. M. G.): *Τοῖος ἀνθρώποισι θυμός, Γλαῦκε Λεπτίνεω πάϊ, Γίνεται θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει.* Ubi tenendum esse *ὁκοίην* pro *ὁκοῖον*, docet Sextus Empir. adv. Mathem. L. VII. p. 398., qui locum circumscribens *ὁποίην* habet. Adde Ciceronem ap. Augustin. de Civ. Dei V, 8 (Gaisf. ibid. T. III. p. 96. Lips.), qui locum homericum (Od. XVIII, 135), unde Archilochius, eodem plane modo interpretatus est. Serioris ævi scriptoribus, Stobæo et Theone, nititur *ὁκοῖον*. Ceterum a veteribus ob hanc sententiam notatum Pindarum testatur schol. v. 136. his verbis: *Ἐπιμέμφονται δέ τινες τῷ Πινδάρῳ, ὅτι ἐγκώμιον γράφων θρηνεῖ τὸν ἀνθρώπινον βίον.* Non cogitavit censor, in loco pindarico non potissimum esse illud *ἐπάμεροι — ἄνθρωποι*, sed eum locum, qui hominum lætitiam ab ultimo quoque eventu prospero pendere statuit. Hæc sententia bis exprimitur (*ὁ δὲ — μέριμναν, ἀλλ' — αἰών*); inseritur locus ille generalis de rerum humanarum vanitate, quo levitas illius lætitiæ magis illustretur. Ceterum particula *ἀλλ'* tum ultimam sententiam spectat, tum maximopere remotiorem (*οὕτω — σεσεισμένον*). Cum *μείλιχος αἰών* cfr. *τέρπνὸς αἰών* Fragm. epin. III. (Heyne III, 16. Böckh. II, 2, 617).

V. 140—145.

Desinit in precibus pro incolumitate insulæ Aeginæ, quae in antecedentibus bene præparatas vides. *Αἴγινα, φίλα μάτερ.* Schol. v. 140: *Τὸν λόγον πρὸς τὴν ἡρωΐδα ἀπέστρεψεν, ἀφ' ἧς καὶ ἡ νῆσος.* Ibidem verissime: *Τοῦτο ἐκ τοῦ χοροῦ λέγοιτο ἄν, ὥστε τὴν Αἴγιναν μητέρα τῶν χορευόντων λέγεσθαι.* Pindari mater Thebæ, Aeginetarum Aegina. Et Ol. IX, 31. Opus mater Locrorum dicitur. Non aliter intelligendum *τάνδε πόλιν* Isthm. VI, 96. — *ἐλευθέρῳ στόλῳ.* Schol. v. 140: *Σὺν ἐλευθερίᾳ.* Diligentior alia ibidem interpretatio: *Ἐλευθέρᾳ στάλσει ἢ στάσει καὶ σχήματι, μὴ ταραττομένῃ ὑπὸ ἄλλοις.* De sensu verbi *στέλλω* v. ad Ol. XIII. p. 455. Dictio de maritimis maxime rebus, quibus Aeginetæ studebant, desumpta Böckhio acute videtur, licet *στόλος* etiam de terrestri itinere dicatur. Confr. Eundem ad v. *ἄντλῳ* v. 14. — *κόμιζε.* Ob vocem *στόλος* (*iter*) *κόμ.* non erit sensu latiori *fove*, quod antecedens *mater* suadere videtur (coll. schol. v. 140., Heyn. nott. critt., Spanhem. ad Callim. Dian. 17., Monk. ad Eurip. Hippol. 467., Blomf. gloss. in Aesch. Choeph. 256.), sed *deduc, prosequere*, coll. Böckh. Explicc. p. 320.

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ Θ'

ΤΕΛΕΣΙΚΡΑΤΕΙ ΚΥΡΗΝΑΙΩΙ

ΟΠΛΙΤΟΔΡΟΜΩΙ.

V. 1—44.

Canam Telesicratem, armato cursu victorem, Cyrenae decus, quam olim e Pelio raptam in Libyam transtulit Apollo, venationis ante studiosissimam. Schol. princip.: *Γράφει ὁ Πίνδαρος τὴν ᾠδὴν Τελεσικράτει νικήσαντι τὴν εἰκοστὴν ὀγδόην Πυθιάδα. ἐνίκησε μέντοι καὶ στάδιον τὴν λ' Πυθιάδα· οὐ φαίνεται δὲ ὁ Πίνδαρος ταύτης τῆς νίκης μνημονεύων, ἴσως ὅτι προφθάσας τῆς εἰκοστῆς ὀγδόης ἔγραψεν.* Ibidem: *Γράφεται Τελεσικράτει Κυρηναίῳ ὁπλιτοδρόμῳ νικήσαντι τὴν κη' Πυθιάδα, τῇ δὲ λ' στάδιον· παρὸ δὴ οὐ μνημονεύει τῆς ἐν τῷ σταδίῳ νίκης. τούτου δὲ ἀνάκειται ἐν Δελφοῖς ἀνδριὰς ἔχων χράνος. ἐκ προγόνων δέ ἐστι δρομεύς· Ἀλεξίδαμον γάρ φησιν αὐτοῦ εἶναι πρόγονον Λίβυν, ἐλθόντα ἐπὶ τὴν Ἀνταίου θυγατέρα καὶ ἀγωνισάμενον* [de ultimis cfr. quoque scholl. v. 183. 214]. *πολλοὶ δὲ ταύτης μνηστῆρες.* Aetati heroicæ hoc certandi genus Noster tribuit

Ol. IV. fin., ut eidem alia alii, coll. Dissen. ad Isthm. I. Explicc. p. 486. Armatus cursus Olympiis accessit Ol. LXV., teste Paus. V, 8, 3. VI, 10, 2., Pythiis non multo ante nostri victoris tempora (Pyth. XXIII), quod idem refert X, 7, 3. — *ἐθέλω* rell. Similis dicendi color Isthm. I, 20: *Ἐθέλω ἢ Καστορείῳ ἢ Ἰολάου ἐναρμόξαι μιν ὕμνῳ.* — *χαλκάσπιδα.* Schol. v. 1: *Χαλκάσπιδά φησιν, ὅτι σὺν ἀσπίσι χαλκαῖς τὸν ὁπλίτην ἔτρεχον δρόμον.* Adde Böckh. Explicc. p. 321. Ergini Argonautæ eodem cursu victoris *arma aënea* (coll. Paus. VI, 10, 2) indistincte memorantur Ol. VI. fin. — *σὺν βαθυζώνοισιν .. Χαρίτεσσι. Gratiis juvantibus.* Ol. VIII, 18: *Σὺν θεοῖς: diis juvantibus.* Aesch. Agam. 886. Blomf.: *Σὺν θεοῖς.* Adde Böckh. Expl. p. 321. — *ἀγγέλλων γεγωνεῖν. Quasi praeco proclamare.* V. ad Ol. VII. p. 247. — *διωξίππου Κυράνας.* Studia Cyrenensium equestria illustravimus p. 621. all. Et vulgatum in numis civitatis nympha curru vecta. Idem Martis prædicatum apud Leonidam Tarentinum Anth. Pal. IX, CCCXXII, 9: *Ἄρευς δ' αἱματόεντα διώξιππος λάφυρα Νηὸν κοσμοίη.* Böckh. Expl. l. c. epitheton præterea venatrici nymphæ optime attemperatum dicit. — *στεφάνωμα.* Schol. v. 1: *Δόξαν.* Nem. XI, 24 sq.: *Ἀρισταγόραν νῖκαι πάτραν τ' ἐστεφάνωσαν.* Incertus Anth. Pal. XIII, XV, 3 (de victore certaminum publicorum): *Στεφανῶ δ' ἄστυ Συρακοσίων.* Ibidem T. II. p. 625 (Simonides de alio victore): *Ὃς πατέρων ἀγαθῶν ἐστεφάνωσε πόλιν.* De hac vocum notione cfr. quoque Eurip. ind. Barnes. vv. *στέφανος* et *στεφανοῦν*, nec non Harpocrationem in Menandri et Philem. reliquu. ed. Meineke p. 31. Recurrit ad h. sententiam v. 125 sq. —

παρθένον ἀγροτέραν. Virginem venatricem. Schol. v. 6: *Τὴν θηρευτικὴν καὶ ἀγρευτικὴν παρθένον.* De eâdem Phöboque Apoll. Rhod. II, 508 (citante Spanhem. ad Callim. Ap. 90): *Τὴν μὲν γὰρ φιλότητι θεὸς ποιήσατο νύμφην Αὐτοῦ μαχραίωνα καὶ ἀγρότιν.* Idem Cyrenes studium spectant, quæ narrat Callim. Dian. 206 sqq. More vero pind. vox *ἀγροτέραν* sequentem historiam venaticam præparat. — *τόθι νιν πολυμήλου καὶ πολυκαρποτάτας θῆκε δέσποιναν χθονός, ῥίζαν ἀπείρου τρίταν εὐήρατον, θάλλοισαν οἰκεῖν.* Erat, cum simplicius ita jungi verba putarem: *Τόθι νιν θῆκεν (ὡς) δέσποιναν οἰκεῖν ῥίζαν . . πολυμήλου καὶ πολυκ. χθονὸς ἀπείρου,* coll. schol. v. 11: *Τρίτην μοῖραν τῆς ἠπείρου γῆς.* Ita erit *χθ. ἄπ.* terra continens ipsa, et *οἰκεῖν* ut accusativus pendebit a *θῆκεν*, cujus regiminis exempla Euripides suppeditabit, coll. ind. Barnes. Verum in ea interpretatione maxime nunc displicet superlativus *πολυκαρποτ.*, qui certæ cuidam continentis parti melius conveniet, quam ipsi continenti. Sermo de Libya, inprimis Cyrene. Quare post *χθονὸς* distingue, ut jam Romana, quæ tamen punctum male elegit pro commate. Sequentia pendent ab antecedentibus, intellecto *ὥστε, ἐπὶ τό*; neque opus isto *καὶ (οἰκεῖν)* schol. v. 11. Ceterum verba *ῥίζαν — οἰκεῖν* abundantiæ quandam speciem habent, excepto illo novo de tertia terræ parte. In singulis *πολυμ.* quibusdam erit pro ubertate Libyæ pecuaria indistincte, velut Asiam *μηλοτρόφον* dicit Archilochus Fragm. LXXXV. Gaisf.; sed vide, ne sit de ovibus sermo, quibus a primo ævo Libyam claruisse constat· V. ad Pyth. IV. p. 627. Frugum istius continentis (inprimis Cyrenaicæ) ubertatem p. 624. coll. p. 764. illu-

stravimus. Postremo schol. v. 11: *Θάλλουσαν καὶ γαυριῶσαν τὴν ἐπέραστον τρίτην μοῖραν τῆς ἠπείρου γῆς.* Est igitur Græce v. *θάλλ.* prædicatum reliquorum *ἐπέραστον* etc. Melius *εὐήρατον* cum *θάλλ.* idem erit quod *εὐηρ. καὶ θάλλ.* Heynio Gurlittioque (Pind. pyth. Siegsges. IX. p. 6) *εὐηρ.* pro *εὐηράτως* est. Male. Iterum sermo de Libya, inprimis Cyrene, ut præstantissima ejus parte. Hinc laudum cumulus. Græcus dein interpres: *Ὅτι τὴν Λιβύην τρίτην εἶπε ῥίζαν γῆς διὰ τὸ διαιρεῖν τινας ὅλην τὴν οἰκουμένην εἰς Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην καὶ Λιβύην.* Jam *ῥίζαν* pro *μοῖραν* est schol. supra citato. Sc. tribus istis partibus continens quasi radicibus insistit. — *ὑπέδεκτο δ'* rell. schol. v. 16: *Ζητεῖται, διατί καὶ ἐνταῦθα ἡ Ἀφροδίτη εὑρίσκεται συμπροπέμπουσα τὸν Ἀπόλλωνα καὶ ἐφαπτομένη τοῦ δίφρου; καὶ ἤτοι ὅτι μετέρχεται τὰ γαμήλια ἔργα ἡ θεός.* Ὅμηρος (Il. V. 429)· *Ἀλλὰ σὺ γ' ἰμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.* ἢ ὅτι, *ὡς αὐτός φησι* (90), *κῆπος Ἀφροδίτης ἡ Λιβύη· καὶ ἴσως διὰ τὸ ἐπέραστον τῶν χωρίων· οὐκ ἔχομεν γὰρ ἐξ ἱστορίας δεῖξαι, ὅτι ἱερὰ ἦν ἡ Λιβύη τῇ θεῷ* [De Venere cyrenaica vide p. 765]. Conjungendum puto utrumque, coll. Gurlitt. l. c., utrumque, inquam; habemus enim duas interpretationes, non tres. Nimirum illud tertium est s. interpretatio s. emendatio proxime antecedentis rationis. Ceterum v. nos ad Pyth. V. p. 764 all. — *Δάλιον ξεῖνον.* Schol. v. 16: *Ξένον δὲ ἔφη τῇ Κυρήνῃ τὸν Ἀπόλλωνα διὰ τὸ νῦν πρῶτον ἐπιδημῆσαι. διὰ τιμῆς δὲ ἄγουσι τὸν θεόν.* — *ὀχέων ἐφαπτομένα.* Hæc bene jungit schol. v. 16: *Τῶν ὀχημάτων ἁπτομένη.* Non aliter Gedikius, obloquente Heynio: „Nam quorsum currum illa attingeret potius?“ Respondet Böckhius nott.

critt. p. 370: „Qui curru descendentem excipiunt, manum injicere solent." Qui currui manum injiciunt, subsistere eum volunt, cujus est currus. Ergo invitat Apollinem Cyrenenque Venus, ut velint ibi finem itineri imponere, suum offerens hospitium. De *ἐφάπτομαι* genitivum regente v. ad Pyth. VIII. p. 872. Et jungitur *χερὶ κούφᾳ*, velut *κούφοισιν ποσὶν* Ol. XIII, 163. Nem. VIII. 32. — *καί σφιν ἐπὶ γλυκεραῖς εὐναῖς ἐρατὰν βάλεν αἰδῶ*. Heynius: „*Verecundiam virginis*, voluptatis condimentum." Quidni dei nymphæque? Est *σφιν*, non *αὐτῇ*. Utrumque (si hanc omnino interpretationem eligas) verecunde amoris flore gavisum statues. Sed occurrit alia interpretatio. *Injecit dea lecto verecundiam eorum, ipsis* sc. *exutam*. Erant enim coituri. — *ξυνὸν γάμον*. *Commune connubium*, i. e. *connubium*. Hermannus confert Pyth. IV, 396: *Κοινὸν γάμον*. — *ἁρμόζουσα*. *Instruens, adornans*. Nonn. Dion. XLVIII, 822: *Εἷς δόλος ἀμφοτέραις γάμον ἥρμοσεν*. — *μιχθέντι*. Schol. v. 19. *μιχθέντα*. Quod reponit Herm. his verbis: „Quid enim *μιχθέντι* de Apolline, de quo et superfluum et falsum foret, quippe non præsens. Junxit, inquit, Venus connubium, de quo inter deum et Hypsei filiam convenerat." Confert deinde Pyth. IV, 395. Sed *μίγνυσθαι* et *γάμον μιγνῦναι* est *coire, nuptias agere*, nusquam *nuptias decernere*. Et Pyth. IV. cit. conveniendi decernendique notio verbo *χαταίν.* inest. Repone codicum lectionem difficiliorem *μιχθέντι*, quæ interpretatione indiget, non emendatione, coll. Pyth. IV, 362: *Ἔνθ' ἁγνὸν Ποσειδάωνος ἔσσαντ' εἰναλίου τέμενος* (*φοίνισσα δὲ Θρηϊκίων ἀγέλα ταύρων ὑπᾶρχεν*) *καὶ νεόκτιστον λίθων βωμοῖο θέναρ*: *condiderunt τέμ. et aram*, *quae*

eo ipso nova evadebat, i. e. *novam*. V. ibi nos p. 693. Eandem prolepseos formam nostro quidam loco applicabunt: *Venus nuptias adornavit, junxit, deo coëunti virginique*. Verum ne hac quidem arte opus. Aliud enim nuptiarum per Venerem facta adornatio, aliud ipsa dei nymphæque μίξις. Neque falsus aoristus. Est pro præsenti, coll. v. 65: *Τὸν δὲ Κένταυρος . . γελάσσαις . . ἀμείβετο*. I. e. *γελῶν*. V. 193: *Καρπὸν ἀνθήσαντ'*: *fructum floridum*. Ol. II, 106: *Τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ ἀλιτρὰ κατὰ γᾶς δικάζει τις ἐχθρᾷ λόγον φράσαις* (i. e. *φράζων*) *ἀνάγκᾳ*. Et simplex μίγνυσθαι nostri loci sensu habuimus Pyth. II, 84. — *κούρᾳ θ' Ὑψέος εὐρυβία*. *Cyrenae nymphae*. Nonn. Dionys. XXIX 184: *Θάρσος ἔχων ὑπέροπλον ὀϊστοβόλοιο τεκούσης Κυρήνης προτέρης Ὑψηΐδος*. — *Λαπιθᾶν ὑπερόπλων*. Schol. v. 24: *Τῶν ἀνδρειοτάτων*. De ea voce cfr. Schneiderum L. g. et Buttmannum Lexil. II, 215. Ubi quod de significatione vocis hesiodea Buttmannus dicit, minus rectum est meo judicio. Theog. 516: *Εἶνεκ' ἀτασθαλίης καὶ ἠνορέης ὑπερόπλου* (Menœtii). Ibi reprehensio inest voci *ἀτασθ.*, non voci *ὑπέροπλος*. 619: *Ἠνορέην ὑπέροπλον ἀγώμενος* etc. (Titanum). Non erat *nimia* eorum vis, sed *invidebat* illi Jupiter. Apud Nostrum *ὑπέροπλος* Pyth. VI, 47. vocabulo *ἄδικος* additum est; ubi vim suam (*efferus, insolens*) e vicina voce traxit. Quod secus et nostro loco et Ol. I, 90., coll. Buttm. l. c. p. 216. Est igitur vox media, modo laudem, modo reprehensionem duce contextu involvens. Linguæ græcæ ævis parum in hac re tribuo. Addo sequiorum scriptorum usum. Oppian. Hal. I, 103: *Βοῶν θ' ὑπέροπλα γένεθλα*. 182: *Ἠδ' ὑπέροπλος Ὀρχίνων γενεή*. V, 366: *Κυνῶν ὑπέρ-*

οπλα γένεθλα. Idem Cyneg. IV, 38: *Μένος οἶδεν ἐὼν ὑπέροπλον ὀδόντων.* Q. Smyrn. IV, 215: *Παλαισμοσύνης ὑπερόπλου.* Tryphiodorus 319: (*Ἵππος*) *κυδόων ὑπέροπλα.* 609: *Ὑπέροπλα κερήατα πυργώσαντες.* Nonn. Dionys. XXIX, 306. XXXVI, 334. XL, 72: *Δηριάδης ὑπέροπλος.* — *ἐξ Ὠκεανοῦ γένος ἦρος δεύτερος.* Schol. v. 24: *Ἐξ Ὠκεανοῦ γὰρ Πηνειὸς ὁ ποταμός, ἀφ' οὗ ἐγένετο ὁ Ὑψεύς.* — *Πίνδου κλεινὰς ἐν πτυχαῖς.* V. Eurip. Iph. T. 9. p. 772. citatum. In eo monte Penei fontes Noster collocat. V. quoque Müllerі Dor. I, 24., coll. tab. geogr. in Ejusd. Maced. — *Ναΐς Κρείοισ'.* Schol. v. 27: *Ναΐδος* [cujus?] *δὲ καὶ Πηνειοῦ τὸν Ὑψέα Φερεκύδης* [Sturz. ed. II. pag. 149], *Ἀκέσανδρος δὲ Φιλλύρας τῆς Ἀσωποῦ καὶ Πηνειοῦ ἱστορεῖ τὸν Ὑψέα.* — *ὁ δὲ τὰν εὐώλενον θρέψατο παῖδα Κυράναν.* Schol. v. 31: *Ἔσχε δὲ ταύτην ἐκ Χλιδανώπης· οὐ μόνον δὲ Κυρήνην ἔσχεν, ἀλλὰ καὶ Ἀλκαίαν.* — *ἱστῶν παλιμβάμους ὁδούς.* Cum Er. Schmidio Heynius (Gurlittiusque l. c. p. 8): „De *ἱστουργίᾳ*, cum radius itque reditque per tramam, ut interserat fila s. subtemen." Aliter schol. v. 33: *Ἀντὶ τοῦ παλιμπορεύτους. αἱ γὰρ ὀρθαὶ ὑφαίνουσαι προπορεύονται καὶ πάλιν τὸν αὐτὸν πορεύονται τόπον καὶ ὑποστρέφουσιν· ὡς καὶ Ὅμηρος* (Il. I, 31)· *Ἱστὸν ἐποιχομένην κἀὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν.* Adstipulatur Böckhius, addens Etymol. M. et Eustathii ad Il. locos. Et tueri hanc interpretationem videtur quaedam parallelismi inter *ὁδοὺς* et *τέρψιας* species. Utrumque enim personam bene spectabit. Ceterum scholiastae artículus *αἱ* ad alterum texendi morem (sedentium sc.) antithetice alludit. V. quoque Schneid. L. g. v. *ἱστός.* —

οἰκο-

οἰκουρίαν μεθ' ἑταιρᾶν. Recte hæ interpretibus (v. Erasm. Schmid. p. 335) *puellae domi manentes*, i. e. häusslich, quam vocem jam Schmidius scite comparavit. Erravit schol. v. 33. De eadem virgine Apoll. Rh. II, 501: *Ἔνθα γάρ οἱ Παρθενίη καὶ λέκτρον ἀκήρατον.* — παρασγάνῳ. *Gladio*, ut jam schol. v. 37. Heynius de venabulo male cogitat. Gladius ut hastarum variæ species inter veterum arma venatica. Videatur Oppian. Cyneg. I, 154. — χεροίϊζεν. *Conficiebat*. Falsum χεραΐζεν retinet Spanhem. ad Callim. Ap. 91., quamquam imperfectum in conversione loci nostri exprimens. Idem verbum Oppianus Cyneg. IV, 176. habet de leone venatorem trucidante. — τὸν δὲ σύγχοιτον γλυκὺν παῦρον ἐπὶ γλεφάροις ὕπνον ἀναλίσκουσα ῥέποντα πρὸς ἀῶ. Schol. v. 42: *Τοῦτό φησιν ὡς τὰς νύκτας ὅλας περὶ τὰ κυνηγέσια γινομένης αὐτῆς, πρὸς ὄρθρον δὲ κοιταζομένης· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ πρὸς τὴν ἕω ῥέπων ὕπνος. οἱ δὲ ἄτοπον εἶναι λέγουσι, δι' ὅλης νυκτὸς καὶ μέχρι τοῦ ἑωθινοῦ θηρᾶν αὐτήν· οὐ γὰρ οἷόν τε νυκτὸς σκότους ὄντος θηρᾶν, ἀλλ' ἢ ἄρα περὶ τὸν ὄρθρον.* Ultimis concinunt verba poetæ, et interdiu, non noctu, leoninas venationes institutas, testis est satis locuples Oppianus Cyneg. IV, 77—210. Non aliud sequentis venationis (v. 45 sqq.) tempus deprehendes. Vero propius alius schol. v. 42: *Οὕτως ἐμμανῶς εἶχε περὶ τὴν θήραν, ὡς καὶ πρὸ ἡμέρας θηρᾶν καὶ μὴ κοιμᾶσθαι τὸν ἑωθινὸν ὕπνον.* Sc. ultimo noctis termino expergefacta *primo mane venatum exire solebat*. Vide quoque Ahlwardtium apud Gurlitt. l. c. p. 9. Ordinem verborum alii aliter constituunt. Ego construo: *Τὸν δὲ σύγκοιτον γλυκὺν ἐπὶ γλεφάροις ὕπνον ῥέποντα πρὸς ἀῶ*

παῦρον ἀναλίσκουσα. Primo de dulci quodam concubitore sermo; sequitur ad eum significandum locus, quem idem occupat, palpebræ; succedit proprium concubitoris nomen, somnus, et quidem, ut ab aliis somnis discernatur, matutinus. Eum *raro* (*παῦρον* pro adverbio, ut alibi) *consumsisse* (debebat esse *cum eo concubuisse*) virgo narratur. Et somnus *ῥέπων* est (ad auroram), velut *serpente somno* (*ambulante*, per græcismum, i. e. *durante*) habemus Plin. H. N. VII, 24.

V. 45—116.

Apollo Cyrenen in Thessalia venantem conspicatus Chironem de ea rogat. Is respondet. *κίχε νιν.* Schol. v. 45: *Κατέλαβε δὲ ἐν τῷ Πηλίῳ ποτὲ τὴν Κυρήνην ὁ Ἀπόλλων τῷ ἰσχυρῷ ἄνευ δόρατος μόνην διαμαχομένην λέοντι. καὶ Καλλίμαχος* (Ap. 91)· *Ἔνθα λέοντα Ὑψῆς κατέπεφνε βοῶν σίνιν Εὐρυπύλοιο.* Böckhius Explicc. p. 322: „Narrationem de leone ad Thessaliam referunt Pindarus et Callimachus l. c. ap. Schol.; alii rem in Libya factam tradunt; v. Schol. Apollon. II, 498.“ Narrationem de leone ad Libyam refert Callimachus loco citato, quem totum legas velim, coll. ibidem Spanhemio: „Hic vero (apud Callimachum) de alia hujus Cyrenes venatione in Libya, quo nempe translata ab Apolline fuerat, agitur; quod tamen confundunt veteres ad Pindarum critici, a quibus hic Callimachi locus, quasi de eadem ageret *leonis* cæde, adducitur, et ubi pro *ἧκι λέοντα* legunt *ἔνθα λέοντα.*“ Cum Callimacho facit Apoll. Rh. II, 509., nec non Acestor ap. schol. ejusdem. Oves ante pascebat Cyrene in Thessalia, referente Apoll. Rh. II, 500.

Ejusdem scholiastes ad v. 498: *Περὶ δὲ τῆς Κυρήνης Πίνδαρος ἱστορεῖ ἐν Πυθιονίκαις, ὡς παρθένος οὖσα, μέχρι πολλοῦ συνεκυνήγει τῷ Ἀπόλλωνι* (non licit hoc Noster)· *διαπαλαίουσα δέ ποτε λέοντι, ἠγαπήθη ὑπὸ Ἀπόλλωνος κ. τ. λ.* — De leonibus in Europa v. Spanh. ad Callim. Del. 120. Cer. 52. Apollinem cum Cyrene venantem habet Nonn. Dionys. XVI, 85 sq. — Cyrenen *λεοντοφόνον* Nonn. Dionys. haud raro dicit, referente Spanhem. ad Callim. Ap. 91., cujus Docti locis Nonnianis addo V, 292. XV, 21. XLVI, 238. Eadem eidem XLIV, 317. *φιλοσκόπελος* (i. e. *venatrix*). — *ἐκ μεγάρων*. Benedicto male est *Chironis antrum*. Melius Böckhius Explicc. pag. 322: „Mihi Apollinis ædes Delphica intelligenda videtur, ubi etsi tum Apollo versari dicitur, tamen simul in Thessalia degentem Chironem alloquitur, quippe præsens ubicunque: qui Delphis audit, quæ in Thessalia geruntur (Pyth. III, 27), idem Chironem in Thessalia versantem alloqui ex Delphica æde potest." Non alia pridem mea fuit sententia. V. quoque, quæ de gradibus deorum annotavimus ad Pyth. III. pag. 593. — *θυμὸν γυναικὸς καὶ μεγάλαν δύνασιν θαύμασον.* Pyth. IV, 424: *Δύνασιν* (Jasonis) *Αἰήτας ἀγασθείς.* — *οἷον ἀταρβεῖ νεῖκος ἄγει κεφαλᾷ.* Construe cum schol. v. 50. *ἐπάγει κεφαλῇ νεῖκος.* De *νεῖκος* ita Benedictus: „*Νεῖκος* pro *νίκη* [Böckh. nott. critt. p. 496] sumit scholiastes. Male profecto. Nam agitur de pugna cum leone nondum devicto: et *νεῖκος* significat *concertationem, pugnandi ardorem*." Eodem redire videtur alius scholiastæ *φιλοτιμίαν*, sequente Böckhio. Quidni vero *certamen*, proprie intelligendum? Ita Er. Schmidius cum Stephano; quamquam his *κεφαλᾷ*

casus sextus est, et ἄγει *sustinet*, quæ Gurlittii quoque sententia. Falsum et hoc. Dicit Noster: *Certamen ducit (adducit, inducit) capiti suo.* H. e.: *Certamen obit.* Ol. XIII, 52: *Μηνός τέ οἱ τωὐτοῦ χρανααῖς ἐν Ἀθάναισι τρία μὲν ἔργα ποδαρκὴς ἀμέρα θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις*: i. e. *certamina*. Victoriæ notio inest voci κάλλιστ'. Est *certamine caput cingere, certamen capiti adducere, inducere* idem quod *in certamen descendere, certare.* Incert. Anth. Pal. T. II. p. 728. Ep. CCCXXXVII, 5: *Πολλάκι κρᾶτα πύκασσε πανημερίοισιν ἀέθλοις*: *toto die certavit.* Et κεφαλᾷ pro *sibi*. Schol. rec. Ol. VI, 95: Τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ, *περιφραστικῶς ἀντὶ τοῦ ἑαυτῷ.* Ad quem locum v. annotata p. 210. *Caput* alicujus pro *certo quodam* poni, tritum hoc. V. inprimis Euripidem ind. Barnes. v. κάρα. Atque Anthol. Pal. VI, CCCV, 2 (Leonidas): *Δεισόζου Δωριέως κεφαλή.* all. — ἀποσπασθεῖσα. *Avulsa*. Schol. v. 58: *Ἀποσπαρθεῖσα.* Alius ibidem: *Ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν κλάδων τῶν ἀποσπωμένων ἀπὸ τῶν φυτῶν.* Dixi alius. Nam qui ἀποσπωμένων interpretatur, is legit ἀποσπασθεῖσα, non ἀποσπαρθεῖσα. Moneo hoc adversus Böckhium nott. crit. p. 496. Post σχισέντων interrogandi signum repono. — ὁσία, κλυτὰν χέρα οἱ προσενεγκεῖν, ἤ ῥα κ. τ. λ. Retine signa post ὁσία et προσενεγκεῖν. De ὁσία (i. e. ὅσιον, *fas, licitum*, coll. schol. v. 61.) v. Gurlitt. ad h. l., Damm. L. hom. p. 1024., Passov. L. g. v., all. Cfr. quoque hymn. hom. Ap. 237. Merc. 130. 173. 470. Cer. 211. — ἤ ῥα. Schol. v. 61: *Καί.* Gurlittius l. c.: Und. Similiter Böckhius Expl. p. 322: „Noli premere particulam ἤ, quæ sequentia prioribus adjungit non ut opposita, sed ut explicantia et prægressam sententiam amplificantia."

Quidni vulgata vocis vis retinetur? Non enim paria *manum injicere* et *frui*. V. quoque Thierschium. — *ἐκ λεχέων χεῖραι μελιηδέα ποιαν*. Schol. v. 61: *Δρέψαι τὴν παρθενίαν αὐτῆς*. — *Κένταυρος ζαμενής*. Schol. v. 65: *Ζαμενὴς νῦν ὁ σεμνός, τινὲς δὲ ὁ ἰσχυρός*. Posterius elige, coll. Pyth. IV, 17. p. 625. Et vide, quam egregie sibi opponatur Centauri robur ejusque risus blandus. — *χλαρὸν* i. e. *χλωρὸν* nostro frisch, hell respondere videtur. Aliis est *dulce* etc. — *τὸν δὲ .. μῆτιν ἑὰν ἀμείβετο*. Schol. v. 65: *Κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν*. Melius erit *μῆτιν* objectum, materies respondendi, pro quo frequens apud Homerum dativus, coll. Damm. p. 295. Sensus est: *Illi sententiam suam, consilium suum, reposuit, reddidit*. — *χρυπταὶ χλαῖδες ἐντὶ σοφᾶς Πειθοῦς ἱερᾶν φιλοτάτων*. Ordo est: *Κλ. σοφ. Π. ἱ. φιλ. ἐντὶ χρ.* I. e.: *Claves Suadae amorum sunt clandestinae*. Suada amorum (s. *amores concilians*, coll. Böckh. Explicc. p. 323) dicitur *sapiens* (*Suada, si quidem sapiens est*), et *clavibus suis* (*potestate sua*, coll. Pyth. VIII. p. 846. 47) *clam* uti. I. e. *Si quis prudenter alium ad amoris fructum pellicere vult, clam id aggreditur, non palam. Non aliis id aperit*. Respondet autem *Πειθοῦς φιλοτ.* illi *χέρα προσενεγκεῖν*. Ceterum *amores* Heynio *sancti, reverendi* sunt propter *pudorem*. Sed *ἱερ.* esse poterit *eximius*, coll. ad Pyth. IV. p. 669. Pudorem in subsequenti sententia memorat. De Suada v. Gurlittium l. c. p. 13., Schneiderum Böckhiumque Expl. p. 322 sq. Adde has Dilucc. ad Pyth. IV. p. 698. — *καὶ ἔν τε θεοῖς τοῦτο κἀνθρώποις ὁμῶς αἰδέονται, ἀμφανδὸν ἀδείας τυχεῖν τοπρῶτον εὐνᾶς*. Sequitur alia sententia, a priori probe

discernenda. *Non solum conciliandi (χρυπταὶ — φιλοτήτων), sed et percipiendi amoris conscios habere non debemus. Prius repugnat prudentiae (σοφᾶς), posterius pudori (αἰδέονται).* Jam ἀμφανδὸν (i. e. φανερὸν schol. v. 68.) est *aliis consciis.* — *ἀδείας τυχεῖν εὐνᾶς.* Respondet hoc superioribus *ἐκ λεχέων χεῖραι μελ. ποίαν.* — *τοπρῶτον.* Verentur quoque Veneris ipsius mentionem V. antecedentem animadversionem. Et adjicitur *τοπρῶτον.* Primum enim Veneris fructum appetebat Apollo. Quod dictum contra Gurlittii quandam annotationem l. c. p. 13. Habet quoque Böckhii interpretatio, quae addubitari possint (Explicc. p. 323): „Quum nec dii, neque homines palam facere suos amores soleant, nec vi utendum sit, miror, te de ea me re interrogare atque adeo de manu inferenda dixisse; magis miror etiam, de virginis loco et parentibus te me consulere, qui omnia scias." Idem ibidem addit: „Ita in verbis *καὶ γὰρ σέ, τὸν οὐ θεμιτὸν ψευδὰ θιγεῖν* duplex inest reprehensio: altera, quod Apollo Chironem consulat de concubitu, qui celandus sit, et de vi molienda; altera, quod res sciscitetur, quas ipse optime norit; sed quoniam prior jam v. 40 — 42. occupata erat, alteram tantum Chiro accuratius persequitur v. 44 sqq. Sic prioribus recte connexa sunt verba *καὶ γὰρ σέ* etc. *Edico tibi, concubitum persuasione perficiendum et celandum esse; tu namque haud recte dicis, sed nunc peccas, quod de illa re me consulis, nec de persuadendo te cogitare simulas, sed de vi: tu, inquam, qui tamen veracissimus es, male et hoc quaeris et cetera, quae ipse scis; quod non pro tua sinceritate facis, ficta me oratione deludens.*" Primo *χεῖρα τινὶ προσενεγκεῖν* non ubique est *vim inferre cui;* et loco pindarico esse poterit *ampleeti.*

Deinde in v. *Πειθὼ* noli etymo plus justo tribuere, ut sit Suada ejus, qui non vi utitur, sed persuasione. Sermo est de eo, qui virginem ad amorem pellicere vult. Hinc brachiorum injectio. Sed elige propriam vocis significationem: eodem redit disputatio. Neque enim vi uti se velle Phöbus dicit. Parum igitur momenti in *Πειθοῦς* notione. De reliquis deinceps. — *καὶ γὰρ σέ* etc. *Hoc omnes norant, te non excepto. Id enim si ignorare te dicis (interrogas enim), et mentiri videris: jocaris ludisque, genio tuo indulgens.* Vides, non duplicem verbis *καὶ γὰρ—θιγεῖν* inesse dei reprehensionem (ea jam antecedentibus inest), sed simplicem, simul vero excusationem. Aliam similemque reprehensionem in sequentibus habemus, cum hac non confundendam. — *τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν.* Schol. v. 75: *Ἡ αἰδὼς ἐποίησέ σε τὸν μάντιν πυνθάνεσθαι, ὃν οὐδεμία διαφεύγει ἀλήθεια, πάντα δὲ τὰ μέλλοντα προγινώσκεις.* Nondum h. l. de omniscientia Phöbi divina sermo. Eam deinceps habemus. Loquitur Chiro de sensu deorum hominumque communi. Confer antecedentia. Alius ibidem interpres hæc habet: *Ὃν οὐ θεμιτὸν οὐδὲ δυνατὸν ψεύσασθαι.* Est igitur Græco *τὸν* accusativus objecti: *qui mendaciis tangi, decipi non potest.* Eadem Thierschii opinio. Adversatur hoc contextui loci cum antecedentibus. Vide quæ supra monuimus. *Apollinem dedecet simulatio, mendacium.* Utrumque Böckhius (coll. Heyn. p. 370) Explicc. p. 323 jungit: *Apollinem nec fallere, nec falli.* Quod quo jure factum sit, ego nescio. Certe Heyniani Böckhianique loci nil faciunt ad rem. V. nos ad Ol. VI. p. 210., ad Pyth. III. p. 591. Non dicit Chiro, se mentiri nolle; sed Apollinem in men-

dacii speciem incurrisse. V. quoque Heynium in Addendis p. 369. De casu verbi *θιγεῖν* egimus ad Pyth. IV. p. 741. — *μειλιχος ὀργά. Mite ingenium.* Idem *ὀργὰς ἠπίους* Eurip. Tro. 53. Böckhius Expl. p. 323: „Comitatis enim hoc est, quod ea ex Chirone quaerit: comis autem mitisque deus Apollo." Similiter Benedictus p. 439. An dictum pro *ingenio faceto?* Jocari enim (mea hæc opinio) Centauro deus videtur. Et ridentem Apollinem videmus Pyth. X, 55. Male scholiastæ v. 75. *μειλ. ὀργ.* est *αἰδώς.* Nec melius alii: Die schmeichelnde Leidenschaft, das süsse Gelüst. Rectius alius interpres: *Ὁ προσηνής σου τρόπος.* Er. Schmidio est *μ. ὀ. comitas et affectus dei.* — *παρφάμεν τοῦτον λόγον. Ut decipiendo (me) hoc diceres.* Simulaverat enim ignorantiam, coll. Heyn. p. 370. Simile, non idem, Nostratium sich versprechen, i. e. *dictionis errorem committere.* V. has Dilucc. ad Ol. VII. p. 269. Gurlitt. l. c. p. 13. Verbi praepositio aliis vacat, non mihi. Aliis est per *ambages loqui.* Sed v. Gurl. l. c. p. 13. sq. — *χούρας δ' ὁπόθεν* etc. Sequitur nova sententia, cum antecedenti non confundenda. Hoc docet quoque adversativum *δ'*. Respondet Chiro ad priorem Phœbi interrogationem (*τίς νιν — φύτλας*). Ad posteriorem prius respondit. — *κύριον πάντων τέλος.* l. c. *πάντα.* De h. vocis *τέλος* all. usu v. ad Ol. II. p. 83. Vel erit: *Omnia, quatenus perficiuntur.* Schol. v. 77: *Πάντων τῶν ὑπὸ τὸν βίον οἶδας τὸ τέλος.* Abesse quoque (si nostrum sensum consulimus) *κύριον* poterat, velut ap. Eurip. Heracl. 143. Matth: *Κυρίους χραιτω δίκας. — πάσας κελεύθους. Scis omnia, quomodo perficiantur.* Confer v. 119 sq. Nostrum locum et sqq.

ante oculos habuisse Galenus protrept. pr. [T. I. p. 2. Kühn.] Heynio videtur. Cfr. tamen Böckhium fragmm. p. 668. — In sequentibus (*χὠπόσαι — χλονέονται*) mihi verisimile videtur, obversatum Pindaro oraculum Pythicum Cröso editum (Herodot. I, 47), quod repetiit Heynius, qui de Maximo Tyrio XVII, 6 [ubi Reisk.] coll. IX, 1. idem suspicatur. — *ῥιπαῖς τ' ἀνέμων.* Heynius confert Pyth. IV, 346: *Κυμάτων ῥιπὰς ἀνέμων τ'.* V. ad istum locum hujus libri pag. 691. — *εἰ δὲ χρὴ καὶ πὰρ σοφὸν ἀμτιφερίξαι.* Schol. v. 88: *Εἰ δὲ χρὴ καὶ σοφῷ σοι ὄντι ἐξισωθῆναι, ἐρῶ.* Ibidem: *Εἰ δὲ χρὴ ἐξισωθῆναί σοι καὶ μαντεύεσθαι, ὡς σὺ μαντεύῃ, ἐρῶ.* — *βᾶσσαν τάνδε.* Schol. v. 89: *Σπήλαιον.* Rectius *convallem*, Pelio, ubi Chironis caverna, subjectam. Cf. v. 7. De v. *βᾶσσα* v. ad Pyth. III. p. 584. — *Διὸς πρὸς κᾶπον.* Schol. v. 89: *Λέγει δὲ τὴν Λιβύην Διὸς κῆπον διὰ τὸ πλησιάζειν τῇ Αἰγύπτῳ, ἣν Διὸς τέμενος οἱ ποιηταί φασιν* (Pyth. IV, 199., coll. hujus libri pag. 642)· *καὶ πάλιν Διὸς ἐν Ἄμμωνος θεμέθλοις* (Pyth. IV, 28. ubi v. nos p. 627). *Ἄμμωνος δὲ ἡ Λιβύη.* Ibidem: *Πῶς Διὸς κῆπος ἡ Λιβύη; ὅτι δοκεῖ ὡς Ζεὺς ἐν Λιβύῃ Ἄμμων τιμᾶσθαι· ὡς Φῆστος* (Φαῖστος Böckh.) *ὁ τὰ Μακεδονικὰ* (Böckh. *Λακεδαιμονικὰ*) *συγγράψας· Ζεῦ Λιβύης, Ἄμμων, κερατηφόρε, κέκλυθι, μάντι.* Böckhianum *Φαῖστε* firmatur fragmento anonymo, quod primus vulgavit Boissonadius ad Max. Plan. convers. gr. Metamorph. Ovid. p. 508. Ejus ultima haec sunt: *Καὶ ἀλλαχοῦ ἐν τῷ Φαίστῳ ἐν τῇ ἐξηγήσει τῶν Πυθίων τοῦ Πινδάρου, ἤγουν, Ζεῦ Λιβύης, Ἄμμων, κερατοφόρε, κέκλυθι, μάντι.* Ubi legenda editoris nota. *Veneris hortum* illustravimus ad Pyth. V. p. 764. — *ἀρχέπολιν,*

Civitatis dominam. An simul *civitatum dominam?* Facta enim Cyrene nympha (cum urbe sua) urbium istius tractus caput. Mirifica habet Schol. v. 92: *Ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν μέρος τῆς Λιβύης δέσποιναν ἀποδείξεις.* Legisse videtur *ἀκρόπολιν θήσεις ἔπι: Summitati Libyæ imponnes (ut dominam).* Herodot. IV, 199: *Ἡ Κυρηναίη χώρης ἐοῦσα ὑψηλοτάτη ταύτης τῆς Λιβύης, τὴν οἱ Νομάδες νέμονται. — λαὸν νασιώταν.* Schol. v. 92: *Τὸν ἐκ Θήρας.* V. ad Pyth. IV. p. 627. — *ὄχθον εἰς ἀμφίπεδον.* Schol. v. 92: *Ἀμφίπεδον δὲ ὄχθον εἶπε τὴν Κυρήνην διὰ τὸ αὐτὴν μὲν ἐπ' ὄχθου ἱδρύσθαι, περὶ αὐτὴν δὲ πεδιάδα εἶναι· ἀμφίπεδον δὲ λέγεται τὸ ἑκατέρωθεν πεδία ἔχον.* V. ad Pyth. IV. init. p. 625. — *νῦν δ'.* Böckh. Expl. p. 323: „*Νῦν* opponitur posteriori tempori, quo Theræa colonia condita est.“ V. quoque Gurl. l. c. p. 15. — *σοι.* I. e. *παρά σου.* V. ad Ol. XIII. p. 448. — *δώμασιν ἐν χρυσέοις.* Heyne: „Libya, tanquam dea, suam habet regiam, ad quam advenam Nympham ea deducit. Inf. 122. *θάλαμος.*“ Böckh Expl. l. c.: „Libyæ reginæ tribuitur regia auro ornata, ut v. 70. *θάλαμος πολύχρυσος*, utrumque propter opulentiam, maxime ex mercatura, de qua dixit Thrige [Historia Cyrenes I. p. 229 sqq.]“. Mihi cum schol. v. 95. est *χρυσ.* i. q. *τιμίοις.* Est enim *χρυσοῦς* de quovis præstantissimo, coll. Boiss. ad Aristæn. Epist. I, 1. p. 206. V. usum vocis latum in indd. pindd., coll. Dilucc. p. 488. Et datives rei locique, quo quis excipitur, vulgaris quidem; sed occurrunt ut h. l. *ἐν*, aliae formae, velut Nem. V, 70: *Ἔνθα μὴ εὔφρονες ἵλαι σὺν χαλάμοιο βοᾷ θεὸν δέχονται.* XI, 3: *Ἀριστα γόραν δέξαι ἐς θάλαμον.* Eurip. El. 162. Matth.: *Ἣν μίτραισι γυνὴ σε δέξατ' οὐδ' ἐπὶ στεφάνοις.* —

ἵνα οἱ χθονὸς αἶσαν αὐτίκα συντελέθειν ἔννομον δωρήσεται. Potissimum in h. l. verbum *συντελέθειν.* Schol. v. 100: "Ὥστε *συντελεῖν ἐννόμως αὐτῇ, ὥστε συνάπτεσθαι καὶ συμβάλλεσθαι πρὸς τὴν κατασκευήν.* Ibidem: *Συντελεῖν, κατασκευάζειν, ἢ οἰκονομεῖν.* Ibidem: *Συντελοῦσαν αὐτῇ ἐν ταῖς οἰκοδομαῖς καὶ ἐν τῇ νομῇ καὶ νεμήσει, συναύξουσαν αὐτῇ καὶ τὰς φυτείας καὶ τὰ κυνηγέσια. ἔνθηρος γὰρ ἡ Λιβύη.* Similiter Böckhius Expl. p. 323: *Ut cum ipsa unâ eam gubernet et augeat Cyrene.* Schneiderо quoque L. g. v. est *συντελέθω* i. q. *συντελέω.* Sed nunquam neque *τελέθω,* neque composita vim activam habent; semper idem sunt quod *εἶναι.* Contrarium statuentes exempla afferre debebant. Recte Dammio (L. p. 2334.) est *συντελέθω* i. q. *una versor, ejusdem fio juris.* Neque aliter Heynius (coll. Gurl. l. c. p. 15): „*Δωρήσεται* (*ὥστε*) *συντελέθειν* (*ut sit illi ea secum,* ut communem eam habeat Cyrene cum Libya dea: *τελέθειν* pro *εἶναι,* et *δωροῦμαι τελέθειν, ὥστε εἶναι,* simpl. pro *δωροῦμαι*)." — *χθονὸς αἶσαν* vix *terrae portionem,* sed *terram ut portionem ipsius.* V. nos ad Pyth. III. p. 610. — *παγχάρπων φυτῶν.* De fructibus Cyrenaicæ v. omnino Thrige Hist. Cyr. I. 231 sqq., coll. p. 104. sqq., de feris Libyes præter schol. v. 100. Herodot. IV, 180. 191. — *Ἑρμᾶς.* Böckh. Expl. p. 323: „*Mercurius* Aristæum nutricibus affert, quippe deorum minister, isque etiam Cyrenæarum haud dubie religionum particeps: certe in Thera cultum esse, inscriptio quaedam inedita docet. Similiter in signo Olympiae posito et in alio Spartae collocato Mercurius Bacchum parvulum portat (Paus. V, 17, 1. III, 11 extr.), quippe quem ad Inonem detulerit (Apollod. III, 4)." V.

quoque Creuzeri Mythol. Edit. II. T. III. p. 96 sq. 98. 245. — *Ὥραισι καὶ Γαίᾳ.* Schol. v. 105: *Καὶ τῇ Γῇ δίδωσιν, ἐπεὶ καὶ ἐκ Γῆς δίδωσι καταφίειν τὸ γένος· Γῆς γὰρ Κρέουσα, ἧς Ὑψεύς, οὗ Κυρήνη, ἧς Ἀρισταῖος.* Et agriculturam maximopere Aristæus amit, coll. Gurlit. l.c. p. 16. Quare Horis traditus sit Aristæus, de eo videantur Gedikius et Böckhius. Iisdem parvulus Bacchus traditus, coll. Creuz. Mythol. Ed. II. T. III. p. 105. De Aristæo adeatur Sprengel. pragm. Geschichte d. Arz. Kunde T. I. Ed. III. p. 154 sqq., Creuzer. l. c. T. III. p. 353 sq. T. IV. p. 371. — *νέκταρ ἐν χείλεσσι καὶ ἀμβροσίαν στάξοισι.* Distinguit puto utrumque ut cibum potumque, quod tum vulgare videtur, cum utraque vox juxta ponitur, velut Ol. I. 100. Et nota, Ol. cit. immortalitatem consecutam e nectare et ambrosia. Comma igitur veterum post *ἀθάνατον* repono. Alii vero *ἀθάν.* cum sequentibus jungunt. Q. Smyrn. VI, 422. Tychs.: *Ἀλλ' οὐ μὰν οὐδ' αὐτὸς ἀπ' ἠερόεντος Ὀλύμπου Σεῖο πατὴρ τεὸν ἦτορ ἔτ' ἐκ θανάτοιο σαώσει, Οὐδ' εἴ τοι νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ταχεύῃ.* Alibi ambrosia pro nectare, nectar pro ambrosia. Sappho Athenæi (Volg. p. 69 sq. Gaisf. P. M. G. T. III. p. 308. Lips.): *Κάδδ' ἀμβροσίας μὲν κρατῆρι ἐκέρασσε κρατο.* Et Alcmani (Welck. p. 33.) nectar est cibus. V. quoque Schneid. L. g. v. *ἀμβροσία.* Buttm. Lexil. I, 131. coll. II, 270. Boissonad. ad Max. Plan. Conv. gr. Metamorph. Ovidii p. 637. — *Ζῆνα καὶ ἁγνὸν Ἀπόλλωνα.* Male schol. v. 107: *Ἀθάνατον ὡς περ Ζῆνα καὶ Ἀπόλλωνα.* Immo pro Jove etc. colendum dicit Aristæum, coll. Böckh. Explicc. p. 324. Scilicet patrum nomina in ipsum transibant. — *ἀνδράσι χάρμα φίλοις ἄγ-*

χιστον. Hæc junge, non cum allis: *Ἀνδράσι χάρμα, φίλοις ἄγχιστον*; vel *ἄγχιστον ὀπάονα μάλων*, quod ultimum habet schol. v. 113. et Romana. Vide Pyth. V, 164: *Διός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ δαίμον' ἀνδρῶν φίλων.* Et bene respondet *ἄγχ.* voci *φίλοις.* Male vero schol. v. 113: *Θρέψουσι δὲ αὐτὸν τοῖς ἀνθρώποις χάριν καὶ ὄφελος, ἀκόλουθον ὄντα τῶν προβάτων.* Singularia Aristæi prædicata habemus. Estque hominum carorum *gaudium proximum*, s. *patronus*, *sospitator*. Ita insulam Ceon servavit. V. scholl. Apoll. Rhod. II, 500 sqq., coll. Creuz. Mythol. ed. II. T. IV. p. 381., cui V. Docto dei nomen idem est quod *optimus bellator*. Alii de miti ejusdem bonoque animo cogitabunt, quo plurima ejusdem prædicata spectant. — *Ἀγρέα καὶ Νόμιον, τοῖς δ' Ἀρισταῖον καλεῖν.* Böckhius Expl. p. 324: „Tria vero illa nomina [*Ἀγρέα καὶ Νόμιον, τοῖς δ' Ἀρισταῖον*, ccll. Böckh. paulo ante] Aristæo propria esse docent Diodorus IV, 81. Apollon. Rh. II, 509. Nonnus Dionys. V, 215. [Heyn. nott. critt.]." Verum hoc, si Diodorum spectas, cujus hæc verba: *Καλεῖν γὰρ αὐτὸν* (nymphas) *Νόμιον, Ἀρισταῖον, Ἀγρέα.* Aliter in Apoll. l. c.: *Ἔνθα δ' Ἀρισταῖον Φοίβῳ τέκεν, ὃν καλέουσιν Ἀγρέα καὶ Νόμιον.* Nonn. Dionys. l. c. *Δωροφόρος γὰρ Πρῶτος Ἀρισταῖος, νόμιος καὶ ἐπώνυμος ἀγρεύς.* H. ll. Aristæi nomen, Agrei vero et Nomii cognomina. Quod secus in Nostro Diodoroque. Aristæi cognomina citata iterum habet idem Nonnus Dionys. XVI, 107. XXIX, 180. Et vocem *Ἀγρ.* Aristæi præsidium venaticum, vocem *Νόμ.* ejusdem præsidium pecuarium (cum agricultura) spectare, testis est interpres non contemnendus Nonn. ll. cc. Vide quoque Eundem ibidem XXVII, 126. De Aristæo adeatur quoque

locus classicus Oppian. Cyneg. IV, 265 sqq. — τοῖς δ'. *Aliis vero.* Cfr. Heyn. nott. critt. Böckh. l. c. et Diodor. cit. Alius schol. ibidem: *Τινὲς δὲ αὐτὸν Ἀριστᾶιον καλεῖν, ἀπὸ τοινοῦ τὸ θήσονται Ἀγρέα καὶ Νόμιον.* Turbas interpretationis movere non debebant Heynius, Gurlittius, alii. — *καλεῖν.* Pro *καλεῖσθαι.* Abesse poterat, ut alii apud alios infinitivi. V. ad Ol. VII. p. 249. Eadem scholl. quorundam v. 107. 113. sententia esse videtur, qui reliqua interpretantes, hoc verbum omittunt.

V. 117—132.

Cyrenen Apollo in Libyam fert. Jam ad Telesicratis laudem poeta revertitur. *ἔντυεν.* Schol. v. 117: *Παρεσκεύαζε.* Ibidem: *Ἕτοιμον αὐτοῖς τόπον ἐποίει.* Ibidem: *Ἡντρεπίζετο αὐτοῖς τὰ πρὸς τὸν γάμον.* Quod absonum de Chirone, et *ἐντύω* cum *ἐντύνω* non solum *paro, orno,* sed etiam *impello,* velut Ol. III, 51. (quocum loco Schneid. L. g. v. *ἐντύνω* confert Theogn. 198.) et Pyth. IV, 322. Ubi v. has Dilucc. I. p. 685. Rectius alius ibidem: *Τοῖς λόγοις προετρά͂πη* (Phöbus), *ταχίως μιχθῆναι.* — *τερπνάν.* Phocyl. II, 8: *Γάμον ἱμερόεντα.* — *γάμου χραίνειν τελευτάν.* *Ut nuptias perficeret.* Pro quo simplicius Euripideum *γάμον χραίνειν* Suppl. 138. Bene confert Böckhius Aesch. Ag. 739: *Παραχλίνουσ' ἐπὶ χρανενδὲ γάμου πικρὰς τελευτάς.* Ubi *παρ.* est *concumbens,* coll. Aristoph. Pac. 981. Alia loci æschyl. interpretatio non habet, quo se commendet. Nec rarum apud veteres *γάμου τελευτὴ* s. *γ. τέλος* pro simplici *γάμος,* colore petito a *τελεταῖς* nuptialibus. Loco Böckhiano addo Eurip. Phaeth. 51. Herm.: *Γάμων τέλος.* Apollon. Rhod. IV, 1203:

Γάμου τέλος. Antipater Anthol. Pal. VI, CCLXXVI, 3: *Γάμου τέλος.* Oppian. Hal. I, 514: *Γάμου τέλος.* Vix diversum *τέλος εὐνῆς* ibidem 537. Similes formulæ *γάμου θεσμὸς* Nonn. Dionys. XXXII, 83. Et XLII, 509. *γάμου θεσμά.* Hesiodi theog. 607: *Γάμου μοῖρα.* Et *γάμον* dictum esse *τέλος*, testis est Julius Pollux III, 38., coll. interprr. ad Eurip. Iph. A. 433. Hinc *νυμφικὰ τέλη* pro *γάμος* Soph. Antig. 225. Herm., ubi Brunck. et Erf. De nostra dictione consulendus quoque Spanhem. ad Callim. Ap. 14., qui tamen *ἄνδρα τέλειον* Aesch. Ag. 981. male eodem trahit, quo Blomf. quoque inclinat in Gloss. ad eundem locum. Usum v. *τέλος* et *τελευτὴ* illustravimus ad Ol. II. p. 83. 94. Emendabo in transcursu schol. v. 117: *Ἢ ὁμιλήσας, ὅτι πολυομίλης γενηθήσεται ὁ Ἀρισταῖος καὶ ἀθάνατος παῖς.* Pro *πολυομίλης* non græco (coll. Schneid. L. g. v. *πολυομίλητος*) habet cod. Gotting. *ποιμενικός*, qui ante eam vocem addit *ἐκ Κυρήνης.* Repone *πολύμηλος*, cujus in *πολυομίλης* depravandi occasionem antecedens *ὁμιλήσας* scribæ neogræco dedit. Ita utraque lectio conspirabit. Neque omnino est, quod de loci sanitate dubitemus. Græcus interpres ex Aristæi prædicatis duo tantummodo expetens, ad explicationem vocis *ἔντυε* properat. Ceterum post *γάμον* ejusdem scholiastæ punctum fige. Sequitur enim aliud scholion, ab antecedenti prorsus diversum. Vide, quæ supra exposuimus. — *ὠκεῖα δ' ἐπειγομένων ἤδη θεῶν πρᾶξις ὁδοί τε βραχεῖαι.* Schol. v. 119: *Σπευδόντων δὲ τῶν θεῶν ταχεῖα καὶ ἡ πρᾶξις καὶ ἡ κατόρθωσις γίνεται.* De v. *ἤδη* Böckhius Explicc. p. 334: „*Ἤδη* pertinet ad *ἐπειγομένων*: ubi *jam* festinant illi, hoc est, *quando jam eo est perventum, ut festinare*

incipiant." Particula apud Nostrum non rara, coll. indicc. V. quoque Zeunium ad Vig. p. 413. De deorum in operando velocitate videatur Spanhem. ad Callim. Jov. 87., coll. Eod. ad Ejusd. Dian. 86. Eorundem in eundo videndoque celeritatem præter nostrum locum habuimus v. 48. Pyth. III, 75. coll. Il. XIII, 10. 17. sqq. Ceterum h. locus haud absimilis alii v. 80 sq. — *κεῖνο κεῖν' ἄμαρ διαίτασεν*. Construe cum Gurl. Böckhioque: *Ἄμαρ κεῖνο διαίτ. κεῖνο*. Exempla hujus pronominum copulationis suppeditavit Gurlitt. l. c. p. 20. Scholiastæ v. 121. *ἄμαρ* est accusativus: *Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐκεῖνο τὸ πρᾶγμα διετέλεσεν, ἐν ᾗ συνωμίλησεν αὐτῷ ὁ Χείρων*. Sæpe tamen dies perficere id fingitur, quod quis die quodam perficit. Postremo noli utrumque *κεῖνο* cum aliis pro nominativo habere. — *θαλάμῳ ἐν πολυχρύσῳ Λιβύας*. Miscetur nympha et terra. Illud spectat *θάλαμος*, hoc *ἄν*. Ceterum *θάλαμος*, inprimis *θάλαμοι* circumlocutioni in regionum descriptione inserviunt. Eur. Bacch. 560. Elmsl.: *Πολυδένδροισιν Ὀλύμπου θαλάμοις*. Philippus Anthol. Pal. VI, CCXV, 2: *Ἄρτεμις, ἣ θαλάμους τῶν ὀρέων ἔσχες*. Cfr. quoque Antipater Sidonius Anthol. Pal. VII, CCXLI, 6: *Καὶ πλατὺς Εὐρώπας ἐστονάχησε δόμος*. De v. *πολύχρ.* cfr. ad v. 98. pag. 910. — *μίγεν*. Nonn. Dionys. V, 513: *Φοῖβος, ἀδελφεὸς Ἰοχεαίρης, Κυρήνῃ παρίαυεν*. — *καλλίστην πόλιν*. Cyrenen. Pyth. V, 107: *Κυράνας ἀγαχτιμέναν πόλιν*. — *ἀμφέπει*. Male schol. v. 122: *Ὁ Ἀπόλλων*. Sermo de nympha Cyrene, quam habet cod. Gotting. (Schol. ed. Böckh. p. 408.). — *κλεινάν τ' ἀέθλοις*. Böckh. Explicc. p. 324: „K. e. Cyrenes urbem vocat partim ob ludos domesticos, partim ob victorias ex peregrinis ludis. Ita aditus paratur ad Te-

lesi-

lesicratis victoriam celebrandam." Redit Noster ad v. 5. Ceterum similiter laudat Opuntem Locrorum Ol. IX, 27 sqq. — *συνέμιξε τύχᾳ. Beatam reddidit.* Schol. v. 126: *Ἐπιφανῆ ἐποίησε.* Ol. I, 34: *Κράτει προσέμιξε: victorem fecit.* Ubi Heyn., coll. ad nostrum locum Gurlitt. l. c. p. 20. — *ἀνέφανε Κυράναν.* Illustratur antecedens *συνέμιξε τύχᾳ.* Ceterum vd. ad Ol. V. p. 177. — *δέξεται.* Böckh. Explicc. p. 331: „Victor, quo tempore Pindarus hanc odam scribebat, nondum Cyrenas redux factus erat; quod docet formula v. 76 [130]: *ἔ (Κυρήνη) νιν εὔφρων δέξεται,*" Quodsi hoc *δέξεται* chorus dicit, nostri carminis pompam alia sequi debebat, ab urbe victoris in honorem instituta. Vel erat hujus carminis decantatio privata majoris publicique honoris exordium, quo urbs victorem exceptura erat. Utut statuas: hic quidem locus non obstat, quominus carmen in Libya decantatum sit. — *καλλιγύναικι πάτρᾳ.* Verissime Böckhius Expl. p. 325: „Hoc quippe loco id [prædicatum] inprimis aptum fuit, quod in mulierum potissimum mentione facienda carmen versatur: dictum enim de Cyrena heroina est, dicetur de Antæi filia pulcherrima: dictum etiam v. 100 sqq. [172 sqq.] de virginibus mulieribusque Telesicratem admiratis." — *δόξαν ἱμερτάν. Gloriam amabilem.* Ol. VIII, 85: *Ποθεινοτάταν δόξαν.* Isthm. VI, 17: *Δόξαν ἐπήρατον.*

V. 133 – 179.

Memorata Telesicratis victoria pythica ad alias ejusdem victorias transgredi se velle poeta dicit, sed summo brevitatis studio. Recensentur viri victoriæ. *ἀρεταὶ δ'*

αἰεὶ μεγάλαι πολύμυθοι. Schol. v. 133: *Πολλὰν λόγων δίοντες πρὸς τὸ ἔγκαιρον.* Ibidem: *Περὶ δὲ τῶν μεγάλων ἀρετῶν πολλὰ ἔνεστιν εἰπεῖν.* — *βαιὰ δ' ἐν μαχροῖσι ποικίλλειν, ἐχοὶ σοφοῖς.* Schol. v. 134: *Ἐν μεγάλοις δὲ κατορθώμασιν ὀλίγα συντόνως καὶ λίαν, τοῖς σοφοῖς ἡ τοιαύτη ἄσκησις καὶ παίγνιον, οἰκείωσις.* Est *ποικίλλειν artificiose fingere*, velut ap. Menandr. incert. fab. XLII (Mein. p. 212): *Πολλὰ ποικίλλει χρόνος Παράδοξα καὶ θαυμαστὰ καὶ ζάντων τρόπον.* Locum Schneiderus quoque excitavit L. g. v. Adde v. *ποικίλος* in indd. pindd. — *ὁ δὲ καιρὸς ὁμοίως παντὸς ἔχει κορυφάν.* Schol. v. 134: *Δεῖ καὶ καιρὸν καὶ μεγάλα καὶ μικρὰ λέγειν.* Immo δεῖ τὸν καιρὸν μακρῶς ἢ βραχέως λέγειν. Est mihi δὲ idem quod γάρ. Ratio antecedentis sententiae redditur, coll. de καιροῦ vi ll. pindd. in indd. *Sapientes in narrandis laudibus brevitati maxime student, haud ignari, quae sit καιροῦ in omnibus rebus vis.* Junge *ὁμοίως ἔχει κορυφὰν παντός: in omnibus rebus, nulla excepta, primae καιροῦ partes.* Ceterum has sententias proxime antecedentia (Telesicratis laudem inchoatam), non de Cyrene longam digressionem spectare, rècte monuerunt Gurlitius Böckhiusque. Dicit Noster, in sequenti carminis parte, quae ad Telesicratem dirigitur, summae se brevitati velle studere. Quo tamen promisso non ita fideliter poetam stetisse, alii notarunt. — *ἔγνων ποτὲ κ. τ. λ.* Schol. v. 137: *Ὁ γὰρ Ἰόλαος τεθνηκὼς ἐπειδὴ ἔμαθεν Εὐρυσθέα ἐξαιτούμενον παρ' Ἀθηναίων τοὺς Ἡρακλείδας καὶ ἐπαπειλοῦντα πόλεμον, εἰ μὴ δώσουσιν, εὔξατο ἀναβιῶναι, καὶ ἀναβιοὺς ἀπέκτεινε τὸν Εὐρυσθέα καὶ πάλιν τέθνηκεν. οἱ δὲ* [Eurip. Heracl. 851. ubi Elmsl.] *πρὸς τὸ*

πιθανώτερον ἔλκουσι τὴν ἱστορίαν, ὅτι γέρων ὢν ἠύξατο ἀνηβῆσαι, καὶ τελέσας τὸν ἆθλον εὐθέως ἐτελεύτα. Unum diem reviviscere volebat heros, Jovi precans et Junoni, coll. Eurip. l. c. Ceterum Aldinæ post νιν punctum bene in comma mutavit Romana. — σάματι. *In sepulchro Amphitryonis*, secundum Nostrum et schol. v. 137. Aliter schol. v. 139: Παρὰ τῷ τάφῳ. Schol. v. 145: Ἐν τῇ ἁμαξιτῷ πλησίον τοῦ τάφου Ἀμφιτρύωνος. — λευκίπποισι Καδμείων ἀγυιαῖς. Schol. v. 145: Λευκίππους δὲ εἶπε διὰ Ζῆθον καὶ Ἀμφίονα. Illustravit hoc adjectivum Böckh. Explicc. p. 163. 273. — ἐν μόναις ὠδῖσιν. Schol. v. 149: Ἐν ἑνὶ τόκῳ καὶ μιᾷ ὠδῖνι. ἐν μιᾷ γὰρ νυκτὶ λέγεται καὶ τῇ αὐτῇ συνευνασθέντων Διὸς καὶ Ἀμφιτρύωνος τῇ Ἀλκμήνῃ γενέσθαι τοῦ μὲν Ἡρακλέα, τοῦ δὲ Ἰφικλέα. Est hoc loco ὠδὶν *partus* (coll. iis, quæ congessit Spanhem. ad Callim. Jov. 29), Ol. VI, 51. *fetus edendus*, ubi Böckh. Explicc. p. 156. Dilucc. pindd. I, 196. Alibi est *fetus editus, s. proles*. V. præter Blomf. gloss. Aesch. Ag. 1391. Anthol. Pal. VII, ccx, 4 (Antipater): Ὠδίνων: *pullorum hirundinis*. Nonn. Dionys. V, 227: Μελίσσης ὠδῖνα λοχείης: *mel*. VIII, 85: Ὠδῖνα καρήνου: *Minervam*. IX, 149. XX, 70: Ἀριστώδινι θεαίνῃ: *optimos liberos habenti deae*. X, 131: Ἐμῆς ὠδῖνα λοχείης: *meum partum*. XIII, 272: Ὠδῖνα τοκετοῖο. XIX, 37: Ὠδῖνας ὀπώρης: *uvas*. XXVII, 192: Θυγατέρος κεράσσαν ἐῆς ὠδῖνα. XXIX, 117 (coll. XLI, 219): Ὠδῖνα μελίσσης. V. Eundem ibidem XXXI, 55. XLIV, 91. 220. XLVI, 203. XLVII, 637. XLVIII, 895. Tryphiodorus 368: Ὠδῖνες ὀνείρων. 544: Γαστέρος ὠδῖνα. — χωρὸς ἀνήρ τις, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει.

Schol. v. 151: *Ἀπαίδευτος ἐκεῖνος ὁ ἀνήρ, ὅστις μὴ ἐγχωμιάζει τὸν Ἡρακλέα.* Ibidem: *Ὁ γὰρ μὴ ἀκούων οὐδὲ εἰπεῖν δύναται.* V. quoque Gurlitt. l. c. p. 22. – *Λιρχαίων ὑδάτων. Thebarum.* Aqua pro urbe, ut alibi. — *τοῖσι τέλειον ἐπ' εὐχᾷ κωμάσομαι τι παθὼν ἐσλόν.* Jungunt scholl. v. 156. *τέλειόν τι ἐσλόν.* Ita *τέλ.* erit s. *τελεσθέν, γενόμενον,* (*rem laetam, quae ἐπ' εὐχῇ, ex voto eventum habuit*), s. *perfectum, magnum.* Ego malim *τέλειον κωμ.* cum Gedikio jungere, nec tamen cum eodem interpretari *praeclarum carmen pangam.* Est *τέλειος* (i. e. *τέλ. ὕμνος*) *carmen, quod spectat τελείωσιν, eventum; carmen* vero cum hoc adjectivo expressum habes ap. Eurip. Phaëth. 56: *Ἰὼ τελεία γάμων ἀοιδά.* I. e. *ἀοιδὰ* propter *γάμων τέλος.* De ellipsi vocis *ὕμνος* v. pag. 330. Et vocis *τέλειος* alium usum ellipticum notarunt VV. DD. ad Lamb. B. Ellips. gr. pag. 207. Schæf. Jam quid sit *ἐσλόν τι* recte præcepisse videtur schol. v. 156: *Τί ἂν εἴη πεπονθώς;* Sermo igitur (ea scholiastæ sententia) de singulari quadam, quæ cuidam contigerit, felicitate, coll. Böckh. Explicc. p. 327., qui hæc addit: „*T. τ. ἐ. π.* non universim hoc significare, *Quoties bono aliquo ex voto afficior*, ipsa sententiæ ratio docet, quippe prorsus vacantis, ubi universe accipiatur." Jam schol. cit. felicitatem illam ita exponit: *Δηλαδὴ καὶ τὰ Ἰολάεια ἐνίκησεν ὁ νικηφόρος.* Alius ibidem: *Ὁ λόγος παρὰ τοῦ ὑμνουμένου* (idem repetit schol. v. 160) *πρὸς τὸν Ἡρακλέα καὶ Ἰφικλέα· τετυχηκὼς τῆς νίκης τῶν Ἡρακλείων κἀγὼ ἀντικωμάσω αὐτούς, φησί, καὶ ὑμνήσω.* Mea de his hæc sententia: Ultimæ sententiæ (*ἀρεταὶ — χορυφάν*), Telesicratis causa prolatæ, lo-

uenti occasionem præbuerant, in laudes Thebanorum xcurrendi, quibuscum cognati Cyrenenses Aegidæ, ele-to Jolai exemplo, qui opportunitate bene usus erat. Tum transit ad Herculem et Iphiclem Thebanos, singu-arem puto ob causam. Iis enim votum is, qui verba acit, nuncupaverat (*ἐπ' εὐχᾷ*). Addixerant heroes (*τέ-λειον*). Jam non dicit quidem poeta, de quanam re vo-um nuncupatum sit. Idem vero observavimus Pyth. VIII, 71 sqq., ubi scholl. rem aperuisse videntur. Et facit quædam loci modo citati nostrique similitudo, ut propter Telesicratis certamen (s. id, quod hic hymnus celebrat, s. aliud) votum susceptum putemus. Idem obversatum græcis interpretibus dices, qui de certis viri Cyrenæi cer-taminibus cogitant, s. id in veteribus legentes, s. ex suis promentes, quorum illud magis mihi probabile; quam-quam, si Thebis victor Telesicrates extitisset, non minus expressis id verbis poeta significasset, quam sequentes ejusdem victorias. An Telesicrates eo, quo hoc carmen scribebatur, tempore aliam victoriam appetebat, s. theba-nam, quo ducere videtur thebanorum heroum mentio, s. majorem, olympicam? Alterutrum suadet obscuritatis (quæ modestiæ convenit) in loco nostro color, et futu-rum *κωμάσομαι*, quod post longius incisum (137—148) non id significare videtur, quod modo contigerat, sed quod exspectabatur. In his nolit mihi quidam Nem. IX, 1. objicere. Ibi enim contextus victoriam partam præ-dicari monstrat. Quod secus nostro loco. Jam erit *πα-θὼν si expertus fuero*. Ceterum totum carmen Cyrenis a Cyrenæorum choro cantatum puto, de quo deinceps. Hoc unum subjungam: Thebarum *hanc* laudem a Cyre-næis multo magis proferri decebat, quam a poeta. —

Χαρίτων κελαδεννᾶν μή με λίποι καθαρὸν φάος. Incipit post incisum (137—157) id, cujus causa sententiæ (v. 133—136) præmissæ sunt. *Brevitati studebo in laude Telesicratis, in quo munere nolim Gratiarum auxilio carere.* Jam sequitur victoriarum Telesicratis enumeratio. Aliter Heynius: „Cohærent hæc cum antecedentibus: se Herculis laudes nunquam esse præteriturum in carmine, si modo ingenio et facultate non destituatur." Obest particula *γὰρ* v. 160., quæ locum *Χαρ. κ. τ. λ.* cum sequentibus jungit. Böckhius Expl. p. 325.: „Ut autem nunc felix fui in re ad victoriam Telesicratis pertinente, ex voto illo, cujus particeps factus sum, ita *utinam ne deficiat Gratiarum lumen*, quibus debentur victoriæ, quas ego cano. Quod lumen nunc quidem præsto est. *Aeginae enim* etc." Non præsto est hoc lumen, sed præsto esse vult, qui hæc dicit. Vult Gratias sibi adesse in canendis Telesicratis victoriis (*Αἰγίνᾳ* etc.), i. e. *bene decenterque* (schol. v. 158. optime *χαρίεντα*) cupit *Telesicratem celebrare*. Alii Græco v. 158. est Gratiarum lumen i. q. *παῤῥησία*. Male. Ibidem post *λίποι* punctum fige. Sequitur enim aliud, ab antecedenti diversum scholium: *Τουτέστι γένοιτό μοι χαρίεντα γράφειν.—Αἰγίνᾳ τι γὰρ φαμὶ Νίσου τ' ἐν λόφῳ τρὶς δὴ πόλιν τάνδ' εὐκλεΐξαι, σιγαλὸν ἀμαχανίαν ἔργῳ φυγών.* Schol. v. 160: *Διορίζομαι γάρ, τὸν νικηφόρον ἔν τι Αἰγίνῃ καὶ τρίτον ἐν Μεγάροισι νικήσαντα ταύτην τὴν πόλιν εὐκλέα* [hoc poetæ; prosarii scriptores *εὐκλεᾶ*] *κατασταῖσαι, ἔργῳ τὴν σιγηλὴν καὶ ἀπαῤῥησίαστον ἀμηχανίαν καὶ αἰσχύνην ἐκφυγών. οἱ γὰρ νικηθέντες ἀμηχανοῦντες καὶ αἰσχυνόμενοι σιωπῇ περιπατοῦσι, μὴ*

χοντες παῤῥησίαν μετὰ τινὸς διαλεχθῆναι. Et paulo ost: *Ὁ δὲ λόγος ἀπὸ τοῦ νικηφόρου.* Priorem choliastem (distinguo in hoc loco interpretes) osuisse uto, non considerate accusativum et nominativum copu- isse. Græci enim hujus poetæ interpretes, si in formas nusitatas incidunt, silere de his non solent. Quod- i vero utrumque, quem repetii, locum eidem interpreti tri- uis, tum erit alius causæ status. Victorem enim de se oqui Græcus putat, coll. ultimis. Quare victor, post- quam accusativum et articulum *τὸν* (quasi de alio loquens) ıdhibuit, in fine dicit *ἐκφυγών*, nimirum se spectans. Mo- ueo hæc adversus locum quendam in Böckhii notis criticis . 498. De Telesicrate per *ἀπιπτωσιν* interpretes anterio- es fere omnes acceperunt, quos v. ap. Ex. Schmidium p. 345. Neque aliter Benedictus p. 447. Idem vero ibidem nomaliam accusativi et nominativi egregie illustrat, coll. Matth. Ausf. gr. Gr. §. 355. nott. 3. y. V. Eundem ad Eurip. Iph. A. 1532. Est *φυγὼν* pro *φυγόντα* (Telesicratem); *φαμὶ* vero (ut ante monui) chori esse mihi videtur, non poetæ. Jam *ἔργῳ* vel erit *facto* (durch die That), vel *splendido facto, victoria*, coll. his, quæ Ol. XIII, 54. interpretationi addidimus in h. carminis commentario pag. 904. Ibidem alius Græcus: *Ἀμήχανον δὲ τὴν σιγὴν εἶπεν, ὅτι κατηφεῖς οἱ νικηθέντες. καὶ ἐτέρωθί πού φησι· Νικώμενοι δ' ἀχρυξίᾳ δέδενται* [Heyn. III, 93. Böckh. II, 2, 678. Plenius idem fragm. habet schol. Ol. VIII, 92]. — *τάνδε πόλιν.* *Cyrenas.* Böckhius Expl. pag. 321: „*Πόλιν τάνδε* de ea urbe, de qua agitur, non de ea, ubi chorus præsens canat, intelligendum.“ Idem nott. critt. ad Ol. VI. p. 301: „At *οἵδε* apud veteres dicuntur ii, de quibus agitur quodam loco,

quique modo proximi sunt, hoc est, in nostra ode, *Agesias cum familia*. Sic de Therone ejusque domo Ol. II, 39. *ἅ τε πατρώϊον τῶν δ' ἔχει τὸν εὔφρονα πότμον.* Sed de re, cujus obiter fit mentio, proprium est pronomen *οὗτος*; quemadmodum Thucydides bellum, quod narrat, Peloponnesiacum appellat *τόνδε τὸν πόλεμον*, Troianum vero, ubi ejus obiter mentionem facit, *τοῦτον τὸν πόλεμον*. Athenienses ubi Athenis sunt, urbem suam dicunt *τήνδε τὴν πόλιν*: ubi vero *ταύτην τὴν πόλιν* nominant, significatur urbs certa modo obiter memorata et ab aliis distinguenda aut opposita aliis; quae si memorabitur, dicetur *ἐκείνη*. Conf. Plat. Gorg. §. 54., quae verba non intellexerunt intpp." Loci thucydidei sunt I, 3. fin.: *Ταύτην τὴν στρατείαν*: *bellum Troianum*. Antecessit *πρὸ τῶν Τρωϊκῶν*. Sed 8: *Ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ*: *bello Peloponnesiaco*. Non secus 13: *Τοῦδε τοῦ πολέμου*. 18: *Τοῦδε τοῦ πολέμου*. 19: *Τόνδε τὸν πόλεμον*. Verum idem scriptor ibidem 23 habet: *Τούτου δὲ πολέμου* (belli Peloponnesiaci) *μῆκος* etc. Vides, labefactum canonem Böckhianum. Fortius monstrandi pronomen *ὅδε* quam *οὗτος* est *hicce*, s. cogitatione, s. tempore loco ve praesens. Ultima (praesentiae localis) significatio longe creberrima, coll. inprimis scriptoribus Graecorum scenicis dialogicisque. Idem de Pindaro valet, in quo raro *ὅδε* eum significat, de quo sermo habetur, s. qui cogitationi nostrae obversatur. V. ind. Böckhianum. Eligamus h. l. id, quod est usu magis tritum. Loquitur igitur Cyrenensium chorus in patria sua. — *οὔνεκεν, εἰ φίλος ἀστῶν, εἴ τις ἀντάσεις, τό γ' ἐν ξυνῷ πεπονημένον εὖ μὴ λόγον βλάπτων ἁλίοιο γέροντος κρυπτέτω.* Schol. v. 164:

Διὸ εἴτε τις αὐτῷ τῷ νικηφόρῳ φίλος τῶν πολιτῶν εἴτε ἐναντίος καὶ ἐχθρός ἐστι, τὸ ἐν τῷ κοινῷ πονηθὲν ἀγαθὸν ἀνυμνείτω κ. τ. λ. Böckhius Expl. p. 321: „Nec Cyrenis cantatum carmen esse, ex *ἀστῶν* v. 96. mentione colligi potest: nam etiam Delphis et in itinere Telesicrati aliquot affuisse populares pompam comitantes vix dubitem." Telesicrati Cyrenis comissationem agenti cives affuisse, certum, Delphis vel in itinere eosdem affuisse, vero haud absimile. Eligimus, quod certum est. Et melius omnino in patria victoris, quam extra patriam haec sententia edebatur. Ceterum invidiâ Telesicratem tum temporis laborasse, est quod ex h. l. coll. sequentibus suspicerís, non contendas. V. quoque ad Ol. VI. p. 193. Bene vero Benedictus confert Luciani locum Encom. Demosth. [Ed. Bip. T. IX. p. 160]: *Τὰ .. καλὰ καὶ παρ' ἐχθροῖς καλά, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς πανταχοῦ τίμιον.* De *ἀντάεις* ita Græcus quidam ad v. 164: *Ὁ ἔναντα δαεὶς* [*secus interpretans?*] *τὴν νίκην τοῦ νικηφόρου.* Junge utramque (latiorem et strictiorem) interpretationem. Telesicratis adversarii victorias ejus maligne (ut solet) interpretari poterant. De vv. *τό γ' ἐν ξυνῷ πεπονημένον* v. hoc Dilucidationum volumen p. 454. 55. ibique not. 6. In sequentibus Nerei dictum *ἐβλάπτετο* non habita ejus ratione. Cum *κρυπτέτω* vero cfr. locum simillimum Ol. II, 177: *Κρύφον τε θέμεν κ. τ. λ.* Bene facta tegit, occulit livor, calumnia, alia. — *παντὶ θυμῷ. Cum maxima benevolentia*, remoto livore. Nem. V, 57: *Παντὶ θυμῷ: enixe.* — *σύν τε δίκᾳ. Justitiae, veritati convenienter.* Schol. v. 164: *Ἔφη δεῖν τὸν καλῶς πράττοντα καὶ μετὰ δικαιοσύνης πάντα τρόπον καὶ παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνυμνεῖσθαι.* Putavit ergo *σύν τε*

δίκᾳ καλὰ ῥέζοντ' dictum pro *καλὰ ῥέζ. σύν τε δίκᾳ.* Quæ audens alia in rebus grammaticis magis etiam mira et violenta audebit. Et sane mirum, *παντὶ θυμῷ σύν τε δίκᾳ* a poeta junctum negare. Obsecutus tamen Böckhius nott. critt. p. 498: „In dictione *αἰνεῖν παντὶ θυμῷ σύν τε δίκᾳ, laudare ex animo et merito,* verba *σύν τε δίκᾳ* prorsus et frigent et vacant. Quis enim præcipit laudare inimicum, etiamsi non meritus sit? Nemo nisi qui mentiri nos jubeat et laudare falso fictaque oratione, non *παντὶ θυμῷ.* Sed si verba *σὺν δίκᾳ* jungantur dictioni *καλὰ ῥέζοντ',* optimus est sensus: *qui non solum gloriosas res fortiter gerit, sed etiam cum laude justitiæ.*" Idem V. D. in sua Pindari conversione p. 68 (coll. Thiersch. T. I. p. 308): „Ille laudare etiam inimicum toto animo præclara juste quidem gerentem edixit." Non viderunt Viri egregii, in laude inimici veritatem non secus lædi posse, atque in laude amici. Inimico minus laudis, quam convenit, tribui potest, amico plus. Ita erit *παντὶ θυμῷ σύν τε δίκᾳ ex animo quam maxime prono et juri veroque convenienter,* i. e. *non infra id, quod factum est.* Est enim singularis calumniæ species, inimici merita, cujus laudem detrectare omnino non possis, concedere quidem, sed variis artibus minuere. Idem vidit alius scholiastes sane acutus v. 164., quem supra dedimus. Lectionem *σύν τε δίκᾳ* loco Böckhianæ *σύν γε δίκᾳ* tuetur quoque Nem. IX, 105., contrarium statuente Böckhio Abhandll. etc. l. c. p. 390. Böckhianum *γε* non criticam originem habet, sed exegeticam. — *πλεῖστα νικάσαντά σε καὶ τελεταῖς ὡρίαις ἐν Παλλάδος εἶδον.* Schol. v. 172: *Πολλάκις σε νικήσαντα εἶδον τὰ Παναθήναια ἐν ταῖς ὡρισμέναις*

τελεταῖς τῆς Ἀθηνᾶς. Non malum in his, quod dictum est de τελ. ὡρ., quamquam ὥριον proprie id est, quod anni tempora, s. tempora (Ὧραι) adducunt, coll. Ol. IV. init. Falsum, quod idem habet de Panathenæis Atticis, nec non schol. v. 177. de ludis Olympiis et Telluriis item ut Atticis. Quamquam verum per se esse potest, quod ibidem interpres habet: *Τὸ δὲ Γῆς, ὅτι καὶ αὐτῆς ἀγὼν ἄγεται ἐν Ἀθήναις, ὡς φησι Δίδυμος.* Particula καὶ respicit victorias ejusdem ante memoratas. De Cyrenaicis ludis primus intellexit Heynius, primus docte acuteque demonstravit Böckhius Expl. p. 327: „Mire enim poeta Atticas inprimis mulieres, quæ gymnicos ludos ne spectabant quidem, Telesieratem diceret vel maritum vel filium sibi exoptasse; atque ubi ludorum locus non definitus est, proxime de patriis cogitandum: quo ducit etiam adjectivum *ἔν τε καὶ πᾶσιν ἐπιχωρίοις, et in reliquis quoque omnibus Cyrenaicis*, in quibus verbis vocabulo πᾶσιν summam inesse vim, tam numerus docet, quam præpositum καί; est igitur: *Et in illis Palladiis, Telluriis, Olympiis ludis, et in ceteris adeo omnibus domesticis.*“ His adde, quæ ejusdem viri doctrina de mulierum Cyrenaicarum ludis gymnicis, nec non de singulis hujus loci ludis ibidem p. 328. exposuit. — εἶδον. Verissime schol. v. 172: Ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ χοροῦ πρὸς τὸν νικήσαντα. Adstipulatur Thierschius, qui vero solum hunc locum (πλεῖστα — ἐπιχωρίοις) choro tribuit: nos totum carmen. Verbi εἶδον hanc interpretationem suadet primus loci adspectus, coll. Ahlwardtio ap. Gurlitt. l. c. p. 25. Ad Pindarum cave εἶδον trahas, coll. Thiersch. l. c. p. 309. nota 14. Heynio Böckhioque εἶδον est pluralis cum παρθενικαὶ jungendus. Quamquam difficile perspectu, quare so-

læ mulieres eum vidisse dicantur. Hæ bene quidem memorantur, ubi sermo de Telesicratis forma. Verum isti ludi erant virorum, mulieribus licet non exclusis. Dicit chorus: *Victorem te saepe in ludis patriis vidimus, ubi mulieres formam tuam admirabantur.* Qui totum locum mulieres spectare putant, Telesicratem ipsum caveant ne mulierosum faciant. — *ἄφωνοι.* Er. Schmidius: Id est *nihil quidem dicentes, sed tacite in corde suo optantes.* Similis v. *ἀφώνητος* usus Pyth. IV, 422. — *ὡς* (*ἅς* Romana, quæ post *εἶδον* non distinguit) alii cum *εὔχονθ'* jungunt (*et vidi, quomodo optarent*), alii cum *ἕκάστα*: *omnes mulieres viderunt, singulae, prout quaeque erat, aut virum aut filium expetebant.* Posterior ratio facilior. V. quoque Gurlitt. l. c. p. 25. Viger. p. 569. ibique Hermann. p. 853. Bene vero Böckh. l. c.: „*Ὡς ἕκάστα* dividit inter mulieres, *ut quaeque aut virgo erat aut nupta:* posterius *aut nupta* non expressum est, sed facile suppletur ob *υἱόν.*“ Ceterum ex nostra interpretatione verba *ἄφωνοι — ἔμμεν* parenthesin constituunt, quæ omnino isti sententiæ egregie convenit. — *βαθυχόλπου Γᾶς.* V. ad Pyth. IV, 46. p. 631., ubi nostrum locum omittere non debebam. — *ἔν τε καὶ πᾶσιν ἐπιχωρίοις.* Supplevi *ἄλλοις* ad Pyth. V. p. 819. An sunt ludi Libyum indigenarum, quibuscum Græci coaluisse videntur, de quo adeatur libri Thrigeani censor Ephemerr. Lipss. Litt. 1822. nr. 250. 51? Eo ducere videtur sequens historia de Antæi Libyis filia, quæ narratio voce *ἐπιχωρίοις* præparatur.

V. 179—220.

Desinit carmen in Alexidami, e Telesicratis majoribus, laude. *Ἐμὲ δ' ὧν τις ἀοιδᾶν δίψαν ἀχειόμενον πράσσει χρέος, αὖτις ἐγεῖραι καὶ παλαιῶν δόξαν τεῶν προγόνων.* Scholiastes v. 179: *Πράσσει τις ἐμὲ καὶ ἀναγκάζει, ἔτι τοῦτο ὑπομεῖναι, καὶ συμπεριλαβεῖν τὴν τῶν προγόνων ὑμῶν δόξαν.* Er. Schmidius: „Lego *δόξα τεῶν*, metro et sensu postulante.“ V. versus antistrophicos. Jam Ahlwardtius primo (Gurl. l. c. p. 26) *τῶν* legit, deinde in sua editione *τεῶν* (ut monosyllabum) retinet, secunda versus sede molossum poni potuisse pro jonico a majore dicens (ap. Gurl. l. c.). Quod si cui displicuerit, is legat, quod Oxoniensibus ante me placuisse nunc video, *δόξαν ἑῶν* (*HEΩN*, quod vitiatum in *TEΩN*); tum egregie convenient *τις* et *ἑῶν*, non jam diversa. Sunt enim majores illius *τις*, cujus nomen honorifice (coll. Ol. II, 107; ubi nos p. 106) tegitur quidem, nec tamen omnino latere videtur. Est enim Telesicrates, cognatus per unum majorum cum Antæi filia, coll. schol. inscript. et v. 183. Quodsi cum Ahlwardtio *δόξαν τεῶν* retines, tum erit *τις* alius quis (forsan rex Arcesilaus, vel alius), cujus certa notitia nobis intercidit, quod scholiastæ, qui nunc leguntur, nomen ejus tacent. Sed reliqua quoque curam nostram implorant. Est *δ' ὁ ὖν* quibusdam: *jam vero*, aliis *quidem*, *tandem*. Mihi conclusionem exprimit. V. antecedens *ἐπιχωρίοις*. Recte Gurlittius: Drum. Sensus nexusque is est: *Ludi ἐπιχώριοι te celebrem fecere, quorum mentio facit, ut quidam promissi (debiti) me admoneat* etc., s. *ut meminerim debiti*. Versatur enim sequens narratio in

certamine Libyum *ἐπιχωρίῳ*. — Sitim simili sensu iterum habes Nem. III, 10., monente Böckhio. Eandem docte illustrat Boissonadius ad Eunap. T. I. p. 215. — *πράσσει χρέος*. Bene conferunt Ol. III, 11. 12. Ubi nos p. 135. Potest *χρ.* h. l. esse *officium poeticum*. Et locus Ol. cit. iis favet, qui *πράσσει χρέος*, non iis, qui *πρ. χρέος ἐγεῖραι* jungunt. — Sequentibus (*αὖτις ἐγ. κ.*) *χρέος* illustratur. De *αὖτις ἐγ.* ita Böckhius: „Quum olim debitus illi gloriæ honos tributus fuerit, hic *rursus* suscitandus est.“ Noster (utut loci lectionem constituas) gloriam *majoribus* Telesicratis debitam spectat, non *Telesicrati* debitam. Vacat *αὖτις* ut alibi, coll. Nostratium illo wieder erwecken, pro simplici erwecken, et *αὖτις ἀποφέρειν* et *ἐπιστρέφειν πάλιν* pro *ἀποφέρειν* et *ἐπιστρέφειν*, de quo Vig. p. 392. 440. — *ἐγεῖραι*. Bene conferunt Isthm. IV, 39: *Ἀλλ' ἀνεγειρομένᾳ* (fama veterum factorum) *χρῶτα λάμπει*. Addo Isthm. VII, 23. deinceps cit. — *καί*. Böckh. Expl. p. 329: „*Καὶ παλαιὰ* dicitur, *etiam* antiqua quædam gloria, non novitia, quam Telesicrates modo paraverat.“ Immo junge *καὶ τεῶν* (*ἑῶν*) *προγόνων*. *Telesicratis majores quoque celebrandi, non solus ipse*. Ol. VI, 40: *Ἴκωμαί τε πρὸς ἀνδρῶν καὶ γένος*: *ad majores quoque virorum*. Ubi Böckhius. — *παλαιῶν . . προγόνων*. *Veterum majorum*. Ol. XIV, 5: *Παλαιγόνων Μινυᾶν*. Non vacat nostrum *παλαιῶν*. Sermo enim de remotissimis viri majoribus. Ceterum Böckhio teste Ald. habet *παλαιᾶν*, tres codd. *παλαιάν*, quod ultimum mirifice placet, coll. Isthm. III, 25: *Κλεωνύμου δόξαν παλαιάν*. IV, 37: *Φάμαν παλαιὰν εὐκλείων ἔργων*. VII, 23: *Ἀλλὰ παλαιὰ γὰρ εὖδει χάρις*. His loci difficultatibus profligatis videndum

quoque de lectionis Schmidianæ sensu, quem Böckhius (coll. Abhandll. l. c. p. 337) Explicc. p. 328. paucula mutans ita exponit: „*Jam tua, Telesicrate, laude celebrata, quaedam antiqua quoque maiorum tuorum gloria exigit a me, ut debitum oblitteratum revocem, et sitim carminum restinguam, quibus illa maiorum fama indiget.*“ Idem ibidem p. 329: „*δόξα τις παλαιά*, non gloria universe, sed *certa quaedam:* quæ quum antiqua fuerit, et, quod carmine necdum celebrata erat, oblivioni tradita, nunc illa *πράσσει χρέος ἐγεῖραι.*“ Non exposuit V. D., quænam sit illa *quaedam*, s. *certa quaedam* gloria. *Gloria* majorum Telesicratis (si quid in his literis video) istud (quidquid est) requirebat, non *quaedam* eorundem gloria, quod posterius qui poeta hoc contextu dicit, aut ludere, aut cavillari videbitur. Nam vetat omnino contextus, quo minus *τις* sit emphaticum, quod nec Böckhius cogitasse videtur. Deinde *χρέος ἐγεῖραι* lyrice quidem omnino dici posse non nego, quamquam exempla non vidi. Alterum istud (*χρέος πράσσειν*) per se pronum, et usu Pindari firmatur. Postremo suscitandum solummodo veterum Telesicratis honorem Pindarus dixit (diu puto e veterum illorum posteris victor non extiterat, coll. Isthm. IV, 37 sqq.); carmine nondum celebratam majorum gloriam non dicit. Quod ne verisimile quidem. Vide quoque nos ad Ol. XIII. p. 469. Thierschio *δόξα τις* singulare quoddam factum videtur, sc. id, quod deinceps narratur. Exempla hujus dictionis non vidi. Nam *δόξαν τιν'* Ol. VI, 140. est *speciem, cogitationem quandam*. — Post *προγόνων* recte kolon ponunt. — *οἷοι*. Schol. v. 183: *Ὁποῖοι ἦσαν μνηστῆρες οἱ τοῦ νικηφόρου πρόγονοι, οἳ* etc. Böckh. Expl. p. 329: „*Προγ.* et *οἷ. ἔβ.* est de Alexidamo, *uno ex*

majoribus, quibus, ut solet, omnibus tribuitur, quod unus ex eorum societate fecit: hic enim totius ea ætate gentis personam sustinet. *Μναστῆρες, ἄτε μνηστῆρες.*" — *Λιβύσσας ἀμφὶ γυναικὸς ἔβαν Ἴρασα πρὸς πόλιν, Ἀνταίου μετὰ καλλίκομον μναστῆρες ἀγαλέα κούραν.* Schol. v. 183: *Σημειωτέον, ὅτι ὁ ὑπὸ Ἡρακλέους καταγωνισθεὶς Ἀνταῖος Ἰρασσεὺς ἦν ἀπὸ Ἰράσσων τῶν ἐν τῇ Τριτωνίδι λίμνῃ, ὡς φησι Φερεκύδης* (Sturz. ed. II. p. 132., ubi tamen Pherecydes Antæum non dicit Irassæum). Hic ergo interpres non eos sectatus videtur, qui nostrum Antæum ab eo distinguunt (v. rell. scholl.), quem occidit Hercules. Hic enim fuit *ὑβριστής*, coll. Pherec. ed. cit. p. 132. Habes igitur discriminis scholiastarum causam. De fabulis gentilitiis Alexidamum in remotiora, Batto antiquiora, tempora removentibus v. Böckh. Expl. p. 329., coll. Müll. Orchom. p. 346. Quamquam alii veterum Græcos ante Battum ibi consedisse tradiderant. V. libri Thrigeani censor in Eph. Litt. Lipss. 1822. nr. 250. 51. Quid? quod Minos græcam virginem in Libyam tulisse dicitur Apoll. Rhod. IV, 1491 sqq. A Pindaro fabulam de Alexidamo mutatam, contendit alius ibidem Græcus. Quod recte aversatur Böckhius. De nomine filiæ Antæi schol. ibid.: *Ὄνομα δὲ αὐτῇ Ἀλκηΐς, ὡς φησι Πείσανδρος ὁ Καμειρεύς· ἕτεροι δὲ Βάρκην.* Irasa vero Barcæ urbi propinqua. V. Müll. l. c. p. 346. — De v. *σύγγονοι* rell. schol. v. 188: *Πολλοὶ μὲν συγγενεῖς αὐτῆς, πολλοὶ δὲ καὶ ἐκτὸς γένους ὄντες.* In fine tamen carminis Libyes adsunt Nomades, per quorum turbam victor Alexidamus virginem abduxit. Hos ego e procorum numero excludere nolim. Quare enim Pindarus eos certamini adfuisse narravit? Et Phönissæ Dido-

nis

nis Jarba Gætulus matrimonium affectat Virgil. Aen. IV, 196 sqq. Sunt igitur *σύγγονοι* Irasæi, *ξεῖνοι* Libyes. Electum vero *σύγγ.* pro *ἀστοί*, ut *Graecorum stirps* opponeretur *Libybus indigenis*. Alibi, ubi græcarum civitatum cives sibi opponuntur, Pindarus *ἀστὸς* et *ξένος* dicit. V. Ol. VII, 165. Pyth. IV, 138. Isthm. I, 74. — Post *ξείνων* et *ἔπλετο* kola pone. — *πολλοί*. Similes Latinorum locos Gurlittius excitat l. c. p. 27. — *χρυσοστεφάνου ἥβας* (Böckh. *Ἥβας*, velut Ol. VI, 95) *καρπὸν ἀνθήσαντ'*: *Juventutis fructum florescentem*. Ol. VI, 95: *Χρυσοστεφάνοιο καρπὸν ἥβας*. Ubi nos p. 209. Mimnermus II, 7: *Μίννυθα δὲ γίγνεται ἥβης Καρπός*. *Flore juventutis* nil crebrius. V. nostri carminis v. 64. et Pyth. IV, 281. p. 678. Aoristus autem a præsenti vix differet. Cfr. ad v. 22. p. 899. — *πατὴρ δὲ . . φυτεύων . . ἄκουσεν . . οὕτω δ' ἐδίδου*. I. e. *πατὴρ δὲ φυτεύων . . καὶ ἀκούσας . . ἐδίδου*. Schol. v. 194: *Ὁ δὲ πατὴρ Ἀνταῖος ἐνδοξότερον τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ κατασκευάζων τὸν γάμον πεποίηκεν, ὅπερ ἤκουσέ ποτε ἐν Ἄργει τὸν Δαναὸν ταῖς τεσσαρακονταοκτὼ θυγατράσιν αὐτοῦ πεποιηκέναι, κἀκεῖνον ἐμιμήσατο. — ἄκουσεν Δαναόν ποτ' ἐν Ἄργει οἷον εὗρεν*. Attractionis forma pro *ἄκουσεν, οἷον* etc. — *τεσσαράκοντα καὶ ὀκτώ*. Schol. v. 200: *Ζητεῖται δέ, διατί τεσσαρακονταοκτὼ εἶπε, πεντήκοντα οὐσῶν; καὶ ῥητέον, ὅτι Ἀμυμώνη μὲν προδιαφθαρεῖσα ἦν Ποσειδῶνι, Ὑπερμνήστρα δὲ ἐρασθεῖσα Λυγκέως. αἱ δὲ ἄλλαι συνδραμοῦσαι τῷ πατρῴῳ βουλήματι ἀνεῖλον τοὺς Αἰγύπτου παῖδας*. De hoc certamine adeatur Heynius et Böckhius. — *πρὶν μέσον ἆμαρ ἑλεῖν, ὠκύτατον γάμον*. Schol. v. 195: *Τὸ γὰρ*

ἑωθινὸν ἠγωνίσαντο, καὶ πρὸ μεσημβρίας διελύθησαν τοῦ δρόμου, καὶ ἕκαστος, ἣν ἠβουλήθη, ἔλαβεν. Summam certaminis in filiarum procorumque copia velocitatem designat *πρὶν μέσον* rell., non id, quod schol. v. 209. videtur: *Ἔστησε τὰς θυγατέρας ἕως μέσης ἡμέρας, ἵνα δηλονότι προθεωρήσωσιν αὐτὰς οἱ μνηστῆρες, καὶ ἵνα στος ἕληται τῶν δρόμῳ πρωτευσάντων, ἣν ἂν βούληται.* Jam pro *ἑλεῖν* minus diligenter schol. v. 195. habet *γενέσθαι*. Melius alii: *Antequam medius dies iis supervenerat*, sc. *praesentibus*. V. Heyn. et Böckh. Supplet *αὐτὰς* Gurlittius. — *ἐν τέρμασιν ἀγῶνος In fine curriculi, stadii*. Pyth. X, 47: *Ὑπερβορέων ἀγῶνα: consessum*. Vide quoque Gurlitt. libell. cit. pag. 27. Idem deinde locus *γραμμὴ* dicitur, et ipse *τέλος ἄκρον*. Vide schol. v. 208. deinde citatum. Scilicet idem stadii finis et initium. V. Pyth. V, 8. p. 747. 48. ibique nott. — *ἀέθλοις ποδῶν*. Gurl. confert Pyth. X, 36. Idem *δρόμῳ ποδῶν* Nem. X, 89. — *γαμβροί. Sponsi futuri*. V. ad Ol. VII. init. pag. 237. — *Λίβυς. Antaeus*. Ita Didymus scholiastæ v. 207. Ejusdem filia *Λίβυσσα* v. 183. V. quoque Spanhem. ad Callim. Ap. 86. — *ἐδίδου ἁρμόζων* (Heyn. *ἁρμόξων*), i. e. *ἐδίδου κόρᾳ καὶ ἥρμοσεν αὐτῇ*. Pendet igitur dativus *κόρᾳ* ab utroque verbo. Schol. v. 208. *ἁρμ.* i. q. *κατασκευάζων* est. — *ποτὶ γραμμᾷ*. Schol. v. 208: *Ἐχάρασσον δὲ γραμμήν τινα, ἣν ἀρχὴν καὶ τέλος εἶχον οἱ ἀγωνιζόμενοι*. V. omnino ad Pyth. V, 8. p. 748. ibique cit. Völcker. ad Lycophr. vv. XIII – XV., qui de *γραμμῆς* notione docte agit p. 6 sqq. — *τέλος ἔμμεν ἄκρον. Ut esset finis summus*, sc. *ea, ad quam quasi ad finem scopumque currerent*. Theogn.

. 594: *Τέλος ἄχρον.* Est *τέλος ἄχρον* pro simplici *τέος*, velut Isthm. IV, 54. Vocem *ἄχρος* illustravimus d Pyth. V, 8. p. 747. 48. Schol. v. 208: *Ἔστησε γὰρ ὐτὴν πρὸς τῇ ἐσχάτῃ γραμμῇ τοῦ δρόμου, τοῦτο ἄκρον καὶ τέλος διατάξας.* Rectius alius ibidem: *Τέλος καὶ ἄκρον εἶναι αὐτὴν τῷ νικήσαντι.* Et *κοσμήσας* mihi non est *διατάξας* (*ordinans, constituens, deenter instituens,* Er. Schmid.), sed *ornans* (illam). — 'ost *ἄχρον* punctum retine. — Junge *εἶπε δ' ἐν ἐσσοῖς*, ut jam schol. v. 208: *Ἐν μέσοις δὲ ὐτοῖς εἶπεν.* Comma igitur post *μέσσ.* cum aliis etine. — *ὃς ἂν πρῶτος θορὼν ἀμφὶ οἱ ψαύ-σειε πέπλοις.* Jungere poteris *ἀμφὶ οἱ θορών: eam ursu petens.* Erat enim virgo *τὸ τέλος* certaminis.)ui usus v. *ἀμφὶ* dativo junctæ apud Nostrum tritus. 7. indd. Tum erit *ψαύσ.* pro *ψαύσειεν αὐτῆς πέπλοις* κατὰ τ. π.). Alii: *Ὃς πρῶτος ἐπι θορών* (*οἱ*), *ψαύσειεν αὐτῆς*) *ἀμφὶ πέπλοις.* Böckhius: *Ψαύσειέ οἱ* [Schneid. g. v. *ψαύω*] *ἀμφὶ πέπλοις.* Quæ ratio nunc maxime lacet. Sensum expressit schol. v. 208: *Ὅστις ἂν πρῶ-ος τῶν πέπλων αὐτῆς ἐφάψηται.* — *Ἀλεξίδαμος.* chol. v. 214: *Οὗτος πρόγονος ἦν τοῦ νικηφόρου, ὡς προείπομεν* [init. et v. 183]. — *φύγε.* Schol. v. 214: *Τὸ δὲ ἔφυγεν οὐ κυρίως· οὐ γὰρ ἐδίωκέ τις· ἀλλὰ τὸ ἄχος βούλεται παραστῆσαι, παρόσον οἱ διωκόμενοι ἐπι-είνουσι τὸν δρόμον.* Mihi *φυγ.* primo prægnanter di-tum fuisse videtur: *Praetereundo, fugiendo aemulos cur-um absolvit.* Postea idem, ut solet, valuit, quod *δρόμον ρέχειν, ἐξανύειν* etc. — *λαιψηρὸν δρόμον. Celerem ursum.* Certamina, nec non bella velocia dici, mon-travimus ad Pyth. V. p. 769., ubi collectis adde Nonn.

Dionys. X, 385: *Ἀλλὰ ποδωκείης ἀνεμώδεα θῆκεν ἀγῶνα.* Alii *δρόμον* ideo *λαιψηρὸν* dictum volent, quod brevi virium contentione potitus fine sit cursor Alexidamus. Ego ad prius inclino. — *ἱππευτᾶν Νομάδων διὰ ὅμιλον.* Græco interpreti v. 214. *διὰ* male idem ac quod *εἰς*. Est *δ. per*. Isthm. IV, 70: *Διὰ πόντου βῆβαχεν: per mare vadit*. Eurip. Iph. T. 345. Matth.: *Ἥτις διὰ πέτρας Συμπλῆγάδας Ἑλένην ἂν ἦγαγ' ἐνθάδε.* Cf. ad eum locum Marklandi notam cum Eurip. ind. Barnes. Empedocles 163. Sturz.: *Εἴδεα τῶν θνητῶν παντοῖα διὰ χρόνον ὄντα: per tempus durantia*, non, quod Sturtzio placet: *pro temporis ratione*. Multo minus *διὰ χρόνου* cum aliis legas. Vim hanc præpositionis *διὰ* accusativo junctæ non illustrasse videntur grammatici. — *ἱππευτᾶν Νομάδων* (Ahlwardtius *νομάδων*). Schol. v. 214: *Λιβύων τῶν Νομάδων φησὶν οἱ πλείους γὰρ αὐτῶν* (Libyum; sc. Troglodytæ) *ὑποδύντες τὴν γῆν οἰκοῦσιν. — Ἢ καὶ παρὰ τοῦτο* (ab *ἱππικῇ*) *οὕτω καλούμενον ἔθνος. — φύλλ' .. στεφάνους.* De *φυλλοβολίᾳ*, victorum honore, cfr. ad Pyth. IV. p. 705. Böckh. Explicc. p. 329. Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. VII. p. 339. Hinc fluxit illud, quod habet Eurip. Hec. 568. Matth.: *Ἀλλ' οἱ μὲν αὐτὴν τὴν θανοῦσαν* (Iphigeniam) *ἐκ χερῶν φύλλοις ἔβαλλον. — πολλὰ δὲ πρόσθεν πτερὰ δέξατο νικᾶν.* Schol. v. 218: *Πολλὰ δὲ πτερὰ νίκης καὶ πρὸ τοῦ ἀγῶνος ἔλαβε, τουτέστι πολλοὺς καὶ ἄλλους ἀγῶνας ἐνίκησε· πτερὰ γὰρ νίκης περιφραστικῶς τὴν νίκην λέγει.* Adde Er. Schmidium, Heynium, Böckhium.

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ Γ

ΙΠΠΟΚΛΕΑΙ ΘΕΣΣΑΛΩΙ.

ΠΑΙΔΙ ΔΙΑΥΛΟΔΡΟΜΩΙ.

V. 1—48.

Laudatur Hippocleas ob victoriam pythicam. Sequun-
ur patris victoris laudes precesque pro familiae incolumitate
etc. Schol. init.: *Ἱπποκλέᾳ Θεσσαλῷ. Ἦν μὲν τὸ*
γένος ὁ προκείμενος νικηφόρος Θεσσαλός, πόλεως δὲ Πε-
λινναίου· ἐνίκησε δὲ τὴν εἰκοστὴν δευτέραν Πυθιάδα.
δοκεῖ δὲ ἡ ᾠδὴ μὴ ὑγιῶς ἐπιγεγράφθαι Ἱπποκλεῖ
δέον γὰρ Ἱπποκλέᾳ. τὸ γὰρ ὄνομα ἦν Ἱπποκλέας,
ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος δηλοῖ (8. 88.). *ἐνίκησε δὲ καὶ*
βʹ καὶ ογʹ Ὀλυμπιάδα. τὴν δὲ Λακεδαίμονα νῦν
παρείληφεν, ὡς καὶ αὐτὸς δηλοῖ, ὅτι ἀμφότερα τὰ
ἔθνη ὑπὸ τῶν Ἡρακλειδῶν ἐβασιλεύετο. ἐν δὲ τῇ
αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐνίκησε καὶ στάδιον, οὗ οὐκ ἐμνήσθη, ἴσως
τοῦ διαύλου μόνον μισθὸν λαβών. De ultimis v. Böckh.
Explicc. p. 330. — *Ὄλβια Λακεδαῖμον, μάχαιρα*
Θεσσαλία· πατρὸς etc. Böckh. nott. critt. p. 501:

„Poeta ita plane pergit, ut facile intelligas, non invocari Lacedæmonem, sed narrari. Nam, *Πατρὸς δ'*, inquit, *ἀμφοτέροις ἐξ ἑνὸς κ. τ. λ.*, non *ἀμφοτέραις ὑμῖν*. Itaque cum Beckio nominativum *Λακεδαίμων* restitui e Bodl. *γ*.; supra scriptum etiam in Paris. A." Schol. e rell. codd. vocativum habent, qui nec antiquitatis ingenio adversatur (Böckh. in Memor. acad. Berolin. 1822. 23. Sect. philol. p. 380), et Pyth. I, in. optime defenditur. Cfr. quoque Aesch. Ag. 1444. Blomf., ubi Hermannianum *τ'* omnino tenendum. — *πατρὸς δέ*, i. e. *γάρ*. V. schol. v. 1. — *τί κομπέω παρὰ καιρόν*; Schol. v. 5: *Τί κομπῶ καὶ φλναρῶ παρὰ τὸν δέοντα καιρόν;* Schol. Aesch. Prom. 329: *Ματτία: τῇ παρὰ καιρὸν κομπαζούσῃ.* — *ἀλλά με κ. τ. λ.* Böckh. not. critt. p. 501: „Magnifice carminis exordio vates exsultaverat, felicem Spartam, felicem Thessaliam prædicans; jam quasi revocare sese ab incepta via constituerit, mirabundus exclamat: *Quid ego praeter rem* jacto? At rursum collectus animo, *Sed enim Pytho*, inquit, *me patulat, sed Pelinnaeum, sed Aleuadae. Nihil igitur praeter rem aggredior*. Ita fere Hermannus coepit." — De Aleuadis præter eos, quos de illis egisse Gurlittius monet (Pind. pyth. Siegsges. X. p. 5), conf. Schneid. Add. ad Aristot. Polit. p. 494 sqq., Böckh. Explicc. p. 331., Buttmann. von den Aleuaden in Memor. acad. Berolin. 1822. 23. Sect. philol. p. 171 sqq. Böckhio de Diactoridis Scopadæ tempore obloquentem video J. M. Schultzium in Specim. Apparatus ad annales criticos rer. graec. p. 12. not. 28. Ceterum Horat. I, 7, 10. verissime comparat Böckhius. Ejusdem carminis initium, quod Lambino aliisque visum, a nostro abhorret. — *ἀγαγεῖν*

ubjectum est *Ἀλεύα παῖδες*, non Pindarus. V. omnino öckh. Explicc. p. 334. — *ἐπιχωμίαν ἀνδρῶν χλυ-ὰν ὄπα.* Schol. v. 8: *Τὴν ἔνδοξον καὶ ἐγχωμιαστι-ὴν τῶν χορευτῶν φωνήν.* A Pindaro, vel a choro ici hoc potuisse, non est quod moneam. Immo utrique hoc onvenit; et chorum cave excludas. Cum v. *ἀγαγεῖν* fr. Nem. VII, 90: *Ὕδατος ὥτε ῥοὰς φίλον ἐς ἄνδρ' ἰγων κλέος ἐτήτυμον αἰνέσω.* — *γεύεται γὰρ ἀέ-λων.* Schol. v. 11: *Μεταλαμβάνει ἐπιδόξων ἄθλων, ικηφόρος γεγονώς· ὡς νεωστὶ δὲ κατιόντος εἰς τοὺς ἀ-ῶνας ταῦτά φησιν.* Ultimum non inest loco pindarico. Est enim sensus: *Ad certamina descendit, certator est.* Usum v. *γεύομαι* improprium illustravit Potterus ad Ly-ophr. Cass. v. 382. p. 1460. Müll., coll. Müll. ibid. in arietate lect. Sebast. p. 72. not. Alia nos dabimus ad Nem. VI, 40. — *στρατῷ τ' ἀμφικτιόνων κ. τ. λ.* Schol. v. 12: *Ἐν δὲ τῷ τῶν ἀμφικτυόνων καὶ περιοί-ων ὄχλῳ καὶ συνόδῳ ἡ Πυθὼ αὐτὸν ἄριστον τῶν διαυ-λοδρόμων παίδων ἀνηγόρευσε.* Secuti interprr. recen-iores. Sed *στρατῷ* mere dativum esse potest, coll. Ol. IX, 143: *Τὰ δὲ Παῤῥασίῳ στρατῷ θαυμαστὸς ἐὼν φάνη.* Potissimum in certaminibus circumjacentium re-gionum incolæ, non exclusis remotioribus. Et melius omnino verba utriusque loci dativis suis non carebunt. Diaulum illustravit Spanhem. ad Callim. Pall. 23. — *Ἀπολλον (γλυκὺ δ' ἀνθρώπων τέλος ἀρχά τε, δαίμονος ὀρνύντος, αὔξεται), ὁ μέν που τεοῖ-σι μήδεσι τοῦτ' ἔπραξε κ. τ. λ.* Schol. v. 15 *Προσφωνεῖ τὸν θεόν, ἐπειδὴ καὶ Πυθιονίκης ὁ νικηφό-ρος.* Jam verba *γλυκὺ — αὔξεται* cum Heynio in pa-renthesi posita scripsi. Quod si non feceris, loco v. *δαί-*

μονος, cum antecesserit Apollinis allocutio, aliam vocem exspectari dices, e. g. secundæ personæ pronomen. Nostra vero electa ratione *τεοῖσι μήδεσι* optime succedit voci *Ἄπολλον*. Et parenthesis post vocativum non languet. V. Ol. IV. init. ibique nott. p. 163. 64. Jam *δὲ* erit pro *γὰρ* exemplorum l. c. congestorum. — *τέλος*. Respondet huic voci *ὅ μέν που — ἔπραξε*. — *ἀρχάτε*. Respondet *τὸ δὲ συγγενὲς* rell. — *αὔξεται*. Schol. v. 15: *Γίνεται*. Heynius: „*Α.* pro *γίνεται*: sed cum notione prosperitatis, copiæ, magnitudinis: ut passim etc.“ V. nos ad Pyth. IV. init. p. 622. Compara nostrum illud von Statten gehen. — *ὅ μέν που*. *Ille, ut puto*. Cfr. Zeun. ad Viger. p. 446. not. Ad *τοῦτο* schol. v. 18: *Ἐνίκησε, καὶ τὴν νίκην διεπράξατο.— τὸ δὲ συγγενὲς ἐμβέβαχεν ἴχνεσιν πατρὸς Ὀ. λυμπιονίκα*. Schol. v. 18: *Τὸ δὲ ἀπὸ γένους αὐτῷ ἔμφυτον ἐπιβῆναι πεποίηκε τοῖς ἴχνεσι κ. τ. λ.* Simplicissimam cum Böckh. hanc rationem judico, quamquam perfecti hujus significationem activam aliis exemplis illustratam nondum vidi. Cf. Matth. Ausf. gr. Gr. Ed. II. T. I. p. 439. Vulgatam loci significationem defendit Gurlitt. l. c. p. 5. Et *vestigia* patris in certaminibus puer ille premebat, ut alii. V. Pyth. VIII, 48. Nem. VI, 27. — *ἐν πολεμαδόκοις Ἄρεος ὅπλοισιν*. Schol. v. 22: *Ἦν δὲ ὁπλίτης· διό φησιν· ἐν πολεμαδόκοις Ἄρεος ὅπλοις· τοῦ γένους οὖν φησιν ἥκειν εἰς τὸ ἴχνη· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὁπλιτοδρόμος, καὶ οὗτος διαυλοδρόμος*. — Arma Martis *πολεμαδόκα* (*bellum sustinentia*) dicuntur, velut Minerva Antip. Anthol. Pal. IX, III, 3. Quem locum attulit Gurlittius. V. quoque Schneiderum L. g. v. — Post *ὅπλοισιν* punctum figo. — *ἔθη-*

κε κὰι βαθυλειμων' ὑπὸ Κίρρας ἀγὼν πέτραν κρατησίποδα Φρικίαν. Prima sunt pro *ἔθηκε δὲ καί.* Cirrhæque rupes non erit Parnassus mons s. saxa delphica, sed rupes s. mons, cui Cirrham impositam monuimus ad Pyth. V. p. 770 sq. Eadem rupes dicitur *βαθυλειμων*, s. *λειμῶσι βαθέσι* cincta (v. quoque Damm. Lex. p. 1410), velut Aeschylus Prom. 673. Blomf. *Λέρνης βαθὺν λειμῶνα* dicit, i. e. *Lernam, quam βαθὺς ambit λειμών.* Jam Eustathio (p. 743, 30., referente Blomf. in gloss. ad Aesch. l. c., coll. Schneid. L. g. v. *βαθύλειμος*) *τὸ βαθύλειμον* est *τὸ πολύχορτον, κἀντεῦθεν τὸ πῖον τῆς γῆς.* An *λειμῶνες* dicuntur *βαθεῖς* ob montes imminentes? Hoc sensu Nem. III, 30. Nemea *βαθυπέδιος* dicta videtur. Ceterum planitiei Cirrhææ terram non adeo profundam suspicaberis e Pausania X, 37, 4: *Τὸ δὲ πεδίον τὸ ἀπὸ τῆς Κίρρας ψιλόν ἐστιν ἅπαν, καὶ φυτεύειν δένδρα οὐκ ἐθέλουσιν, ἢ ἔκ τινος ἀρᾶς, ἢ ἀχρεῖον τὴν γῆν ἐς δένδρων τροφὴν εἰδότες.* Böckhius Explicc. p. 334: „*Πέτρα βαθυλείμων* Crisæus est collis, de quo v. ad Pyth. V, 23 sqq.: ex hoc loco patet, *in* saxo fuisse *amoenum campum*, ut multis locis; neque enim poterat *πέτρα βαθυλείμων* vocari, nisi in ipso saxo *campus* sive *pratum* erat.“ Eam interpretationem varia infringunt. Eorum quædam ante vidimus. — *κρατησίποδα. Cursu victorem.* Cf. v. 36: *Ποδῶν ἀρετᾷ κρατήσαις.* Nem. III, 90: *Ποσσὶ γὰρ κράτεσχε.* — *ἔσποιτο μοῖρα καὶ ὑστέραισιν ἐν ἀμέραις ἀγάνορα πλοῦτον ἀνθεῖν σφίσιν.* Schol. v. 26: *Ἐπακολουθοίη δὲ αὐτοῖς καὶ εἰς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον ἡ μοῖρα καὶ ἡ εὐτυχία, ὥστε αὐτοῖς αὔξειν τὸν ἀγήνορα πλοῦτον.* Eadem pronominis absentia Ol. II, 18: *Αἰών τ' ἔφεπε μόρ-*

σιμος etc. Cum ἀγάνορα πλοῦτὸν cfr. μεγάνορος πλούτου Ol. I, 4. p. 8. Deinde πλοῦτον idem esse volunt, quod εὐημερίαν, εὐτυχίαν. Male. V. ad Pyth. V. pag. 745. — τῶν δ' ἐν Ἑλλάδι τερπνῶν λαχόντες οὐκ ὀλίγαν δόσιν. Sunt quidem h. l. τερπνὰ (καλὰ interpretatur schol. v. 29) bona omnis generis, inprimis vero (neque enim addidisset τῶν ἐν Ἑλλάδι) principatus e divitiis profectus, artium liberalium (Ol. I. fin.) usus et peritia, victoriæ etc. Et vide v. 33 sqq. Ceterum τερπνῶν δόσιν dictum pro τερπνὰ (δοθέντα), coll. Pyth. I, 88: Κτεάνων δόσιν. V. p. 509. — φθονεραῖς ἐκ θεῶν μεταστροπίαις. Invidiam deorum illustravimus ad Ol. VIII. p. 323 sq. De constructione v. ἐπικίρω v. ad Ol. VI. p. 187. — θεὸς εἴη ἀπήμων κέαρ. Schol. v. 33: Ἀβλαβὴς καὶ ἀνόργητος ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ κατορθώμασιν εἴη ὁ θεός. Repetitur Invidiæ notio. — εὐδαίμων δὲ κ. τ. λ. Per sententiam patri victoris applicitam iteratur ex parte locus v. 29 sqq. — ποδῶν ἀρετᾷ. *Cursu*. Anacreon Anthol. Pal. VI, CXXXV, 2: *Μνῆμα* ποδῶν ἀρετῆς. — τὰ μέγιστ' ἀέθλων. *Olympia* (v. 20). Cf. Ol. I. init. — καὶ ζώων ἔτι etc. Schol. v. 33: Καὶ πρός, ἐπί, τούτοις [ita Heynii editio; tu scribe cum Romana πρὸς ἐπὶ τοότοις] ἔτι καὶ ζῶν ἴδῃ etc. Delevit ἐπὶ Böckhius, ut e varia lectione natum, oblitus, græce dici πρὸς ἐπὶ τούτοις, coll. Vig. p. 621. not. Ad rem v. Böckh. Explicc. p. 335. — κατ' αἶσαν. *Fato annuente*. Idem formulæ sensus Nem. III, 25: Κατ' αἶσαν. Schol. v. 33: Κατὰ τὸ προσῆκον. Quocum cfr. Pyth. IV, 190: Βασιλευομένων οὐ κατ' αἶσαν τιμάν: *non jure possessum honorem*. — ὁ χάλκεος οὐρανός. *Summum, quod mortalis aus-*

qui potest, assecuti sunt. Divino statu interdicuntur. Schol. v. 42: *Ὁ στερεὸς οὐρανὸς καὶ ἰσχυρός.* Nem. VI, 6: *Ὁ δὲ χάλκεος οὐρανός.* Theogn. 869: *Οὐρανὸς χάλκεος.* Anthol. Pal. XV, XXIV, 11: *Χάλκεος οὐρανός τε.* Orph. Fragm. I, 17. Herm.: *Χάλκειον ἐς οὐρανόν.* Nonn. Dionys. XX, 363: *Χάλκεος αἰθήρ.* Addo Heyn. et Gurlitt. Est *χάλκ.* i. q. *ἀσφαλὴς* Nem. cit., de quo v. ibi nott. Cf. quoque ad Pyth. I. init. p. 488. — *αὐτοῖς.* Ita schol. prior ad v. 42. et codd. plurimi. Respicit Noster ad v. 30 (*λαχόντες — ἐπικύρσαιεν*). Tum sequitur locus sententiosus v. 33—41. Est autem *αὐτοῖς familiae victoris.* Vix igitur defendi poterit, quod Böckhius nott. critt. p. 502. vulgatae *αὐτοῖς* opponit. Idem Doctus cum altero schol. et duobus codd. facilius *αὐτῷ* eligit, inprimis propter *περαίνει* v. 45 (Memorr. acad. berol. l. c. p. 390). Sed *περαίνει* est *ejusmodi homo pergit*, coll. schol. v. 43. Namque iterum (post v. 42) sententia sequitur, velut post v. 32. Opitulatur quoque vulgatae sequens v. 47 (*εὕροις ἄν*), ubi sententiam continuatam vides. — *βρότειον ἔθνος.* Nem. III, 128: *Ἔχομεν βρότειον ἔθνος.* Pyrrhichium *βρότειον* defendit Böckhius in Memorr. citt. p. 350. — *ἀγλαΐαις ἁπτόμεσθα.* Schol. v. 43: *Ὅσων δὲ ἀγλαϊῶν καὶ ἀγαθῶν οἱ ἄνθρωποι ἐφαπτόμεθα εὐδαιμονίας. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· τῶν ἀνθρωπίνων καλῶν τὸ πέρας καὶ τὸ τέλος ἔχει ὁ τὴν τοιαύτην εὐδαιμονίαν εὐτυχήσας, τὸ καὶ αὐτὸν νικῆσαι καὶ τὸν υἱὸν ἰδεῖν νικήσαντα.* V. nos ad antecedens *αὐτοῖς.* Idem ibidem: *Ὅσαις δὲ ἀντὶ τοῦ ὅσων· δοτικῇ ἀντὶ γενικῆς ἐχρήσατο.* Aesch. ap. Stob. serm. CXXI (Hell. ad Soph. Oed. C. 951): *Ἄλγος δ' οὐδὲν ἅπτεται νεκροῖς.* De *ἐφάπτομαι* c. dat. v.

interprr. ad Ol. I, 138. — *πρὸς ἔσχατον πλόον.* Dictionem illustravit Heynius. Eam Noster in sequentibus continuat. — *ναυσί τ' οὔτε πεζός.* I. e. *οὔτε ναυσίν, οὔτε πεζός*, coll. v. 64. V. ad Pyth. VI. fin. p. 838. Herm. ad Soph. Phil. 760. Well. ad Aesch. Agam. 518. — *Ὑπερβορέων ἀγῶνα.* Schol. v. 46. 47: *Ἄθροισμα.* Cf. Heynium, Gurlittium, Böckhium, et nos ad Pyth. IX, 202. p. 934. De Hyperboreis v. ad Ol. III. p 144. Schol. v. 47: *Μέχρι δὲ τούτων ὁ Πίνδαρος καλῶς τὸν ἐπίνικον γράφει· ἠστόχησε τὲ τὰ μετὰ ταῦτα, ἀλόγῳ παρεκβάσει χρησάμενος.* Scite Nostrum defendit Böckh. Explicc. p. 330 sq. — Lectionem *θαυματὰν* pro *θαυμαστὰν* Idem defendit ibidem p. 380. —

V. 49—78.

Persei historia Hyperboreos adeuntis. *δώματ'.* Schol. v. 49: *Τὰς οἰκίας αὐτῶν.* Böckhio *δῶμ.* sunt *Apollinis templum*, ob Pherenicum scholiastae Ol. III, 28. etc. Jam *εὐφαμίαι* sunt *hymni*, *laudes apollineae.*— *ὕβριν ὀρθίαν κνωδάλων.* Schol. v. 53: *Ὕβριν γὰρ τὴν ἀναίρεσίν φησι διὰ τὰ σκιρτήματα, ἃ ἐν τῇ σφαγῇ ποιοῦνται οἱ ὄνοι.* Similiter P. passive voce *ὕβρις* usus Pyth. I, 140. Rectius est *ὕβρις* asinorum bene se habentium ideoque lascivientium, quod exsultando (*τῷ ὀρθιάζειν*) significatur. Conf. Archilochi fragm. XVII (Gaisf. P. M. G. T. III. p. 101. Lips.): *Σοὶ δὲ* (Jupiter) *θηρίων ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει.* Dein schol. v. 56: *Ἔπαιξεν ὁ Πίνδαρος, ὡς τῶν θηρίων ὀρθιώντων* etc. Eum notavit Didymus ibidem: *Ταῦτα, φησὶν ὁ Δίδυμος, μετὰ τοῦ γελοίου καὶ ἄσεμνά ἐστι· τίνα γὰρ λόγον ἂν*

ἔχοι ἥδεσθαι τὸν Ἀπόλλωνα τοῖς ὀρθιάζουσιν ὕμνοις; φησίν. — Μοῖσα δ' οὐκ κ. τ. λ. Schol. v. 52: *Οὔκ εἰσιν ἄμουσοι.* Ceterum *οὐκ ἀποδ. τρόπ. ἐπὶ σφ.* minus vulgari dictione expressum pro *οὐκ ἀποδ. τρόπων σφ.* Et *δάφνη aurea* est *τιμία.* V. ad Ol. II. p. 116., ad Ol. X. p. 379. Alia de v. *χρυσοῦς* huc facientia congessere Bastius et Boissonadius ad Aristæneti Epist. I, 1. p. 205 sq., nec non ad Eund. I, 5. Mercerius, Lambecius, Boissonadius. — *ὑπέρδικον Νέμεσιν.* Schol. v. 64: *Τὴν παρὰ τὸ δίκαιον ὕβριν.* Ibidem: *Τὴν παρὰ τὸ* (cod. Gott. *διὰ τὸ*) *δικαιόν τι πράσσειν νέμεσιν.* Alius ibidem: *Ὑπέρδικον Νέμεσιν· ὅτι ὑπερδικαιοῖ καὶ κολάζει τοὺς ἀδικοῦντας ἡ Νέμεσις.* Hoc ita amplector, ut mihi *ὑπέρδικος N.* cum aliis sit *justitiae vulgarem modum transgrediens*, i. e. *valde justa*. Cf. Aesch. Agam. 1367. Blomf. Ubi Ejusd. Glossar. Idem præpositionis usus in vv. *ὑπέρβιος*, *ὑπερφίαλος*, all., quæ Heynius affert. Adi quoque Buttmann. Lexil. II. p. 211. 14. 15. Böckhio est *ὑπερδικαιοῦσα jus exercens, quod supra homines est.* Adjectivorum allatorum analogia facit, ut nostram v. interpretationem non abjiciendam judicemus. — *ἄγειτο δ' Ἀθάνα.* Eandem sociam habuit, cum ab Hyperboreis in Gorgonum terram venisset, Pyth. XII. — *ποικίλον κάρα δρακόντων φόβαισιν.* Est scholiastæ v. 74. *δρακ.* i. q. *μετὰ δρακ.* Quidni *κάρα ποικ. φόβ. δρακόντων*? In isto enim capite angues crinium loco. — *γασιώταις.* Schol. v. 74: *Τοῖς Σεριφίοις.* V. Pyth. XII. — *ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι, θεῶν τελεσάντων, οὐδέν ποτε φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον.* Schol. v. 76: *Ἐμοὶ δὲ ὥστε θαυμάσαι, οὐδὲν εἶναι ἄπιστον φαίνεται, θεῶν καταπραξαμένων.* Vides, a non credendo

veniri ad mirandum, licet contrarium experientia ususque doceat. Venimus a mirando ad fidei denegationem, quem ordinem schol. quoque posterior expressit. Tentemus igitur aliam viam. Quodsi ὥστε in loco pindarico supplendum judicas, supple voculam in fine, ut ἔμμεν ἄπιστα sit pro ὥστε ἔ. ἄ. Dein οὐδέν ποτε erit *nunquam*, vel i. q. κατ' οὐδέν ποτε: *in nulla re*, quod posterius placet. Et φαίνεται pro ἔρχεται, γίνεται, coll. Pyth. XII, 49: *Εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀνθρώποισιν, ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται.* Adde Hoogven. ad Vig. p. 313. not. et Döderlinum ad Soph. Oed. C. 506. Postremo θαυμάσαι pro θαυμασμός. Sensus est: *Me vero miratio circa nullam rem, ubi dii perfecerint, incessit, ita ut* (mihi) *incredibilis sit*. i. e. *Ubi dii quid perfecerint, equidem non miror, ut sim incredulus*. Schol. posterior v. 76: *Οὔτε θαυμάσιον, οὔτε ἄπιστον οὐδὲν ἐμοὶ φαίνεται τῶν ὑπὸ θεῶν γενομένων. Ὅμηρος* [Odyss. X, 306)· *Θεοὶ δέ τε πάντα δύνανται.* Quod non repugnat pindarico ἢ θαύματα πολλὰ (Ol. I, 43. p. 23), quum h. loco mirationi incredulitas succedat. Ceterum nostram loci interpretationem confidenter tunc repetemus, cum exempla invenerimus de hac verbi φαίνομαι vi plane parilia.

V. 79—112.

Poeta se ut alibi a digressione revocat. κώπαν σχάσον κ. τ. λ. Schol. v. 79: *Ἐπιτιμᾷ ἑαυτῷ ὁ Πίνδαρος ὡς πολλῇ χρησαμένῳ τῇ παρεκβάσει, καὶ τροπικῶς προάγεται τὸν λόγον ὡς ἐπὶ νεώς.* Eodem tropo usum vidimus, cum ad digressionem se componeret. — ταχὺ δ' ἄγκυραν ἔρεισον χθονὶ πρώραθε, χοι-

ῥάδος ἄλκαρ πέτρας. Schol. ibidem: *Παῦσον τὴν κώπην, ταχέως δὲ καὶ τὴν ἄγκυραν ἀπὸ τῆς πρώρας τῇ γῇ κατέρεισον καὶ κάθες, οὖσαν δηλονότι τὴν ἄγκυραν βοήθημα καὶ ἀλέξημα τῆς χοιράδος πέτρας. χοιράδες δὲ λέγονται πέτραι αἱ ὕφαλοι, ἐφ' ὧν καχλάζει τὸ κῦμα καὶ λανθάνειν αὐτὰς παρασκευάζει, ὥστε λανθάνειν προσπλεούσας τὰς ναῦς. τὸ δὲ πρώραθεν, ὅτι ἐκ τῆς πρώρας καθίενται αἱ ἄγκυραι εἰς θάλασσαν.* De ultimis v. ad Pyth. IV. p. 629. 690. Et *χθονὶ* est *fundo maris*, non *terrae continenti*. Huic enim *πρυμνήσια* admovebantur. Ceterum *πέτρου ἄλκαρ* fuit in Callim. fragm. CXXIV, ed. Ern. Mutavit tamen post Toupium Nækius, coll. Herm. ad Soph. Oed. C. 315. — *ἐγκωμίων γὰρ ἄωτος ὕμνων ἐπ' ἄλλοτ' ἄλλον ἅτε μέλισσα θύνει λόγον.* Ob apis comparationem unum post alium florem petentis æquabilior erat hæc dictio: *Ἐγκωμίων γὰρ ἄωτον ὕμνων ἐπ' ἄλλοτ' ἄλλον ὥτε μέλισσα θύνει λόγος.* Sed *ἄωτος ὕμνων* est *hymnus floridus*, coll. *ὕμνων ἄνθος* Ol. VI, 180. p. 234., et *λόγος* est *objectum hymni, argumentum*. Formulam *ἄλλοτ' ἄλλος* illustravimus ad Ol. II. p. 96. V. quoque Heynium. — *ἔλπομαι δ' Ἐφυραίων κ. τ. λ.* Schol. v. 85: *Ἐλπίζω δέ, τῶν Κρανωνίων* (i. e. *Ἐφυραίων*, Cranonis incolarum, coll. Cinea, quem schol. attulit; v. quoque Böckh. Explicc. p. 334. Thiersch. l. c. p. 322) *τῶν περὶ τὸν Πηνειὸν ποταμὸν τὴν ἐμὴν ἡδεῖαν ᾠδὴν ᾀδόντων, ἔτι καὶ πλέον τὸν Ἱπποκλέαν ἔνεκεν τῶν στεφάνων σὺν ταῖς ᾠδαῖς θαυμαστὸν καὶ ἐπίδοξον ἐν τοῖς ὁμήλιξι θεῖναι καὶ ἀποδεῖξαι, καὶ ἐν τοῖς πρεσβυτέροις ἀνδράσι καὶ ἐν ταῖς νεωτέραις παρθένοις φροντίδα καὶ μέριμναν, ἀπὸ κοινοῦ θησέμεν.* Crano-

nem Ephyræorum habet quoque numus ap. Mionnet. Description etc. T. II. p. 10. — ὅπ' ἐμάν. Pindarum hoc de Ephyræis hymni sui choreutis dicere, eosque hoc in carmine cantando repetere, constans doctorum opinio esse videtur. Verum hoc mihi nescio quid incommodi habet. Alii Thoracem (*ὅσπερ τόδ' ἔζευξεν ἅρμα Πιερίδων τετράορον*) choreutis interfuisse, et hanc strophan quartam cecinisse putabunt. Tum antistrophan sequentem chorus suo nomine cecinit. Sed lubrica haec ut alia in Pindaro quam plurima. Hippocleam a Thorace amatum puta, coll. scholl. v. 8. 99. — ἔτι καὶ μᾶλλον. Verissime Böckhius: „Magis etiam, quam vel nunc est absque hoc carmine." — ἕκατι στεφάνων. *Hujus victoriae gratia.* — ἄλιξι παλαιτέροις. Puer amabatur a natu majoribus. Simulque *νέαισιν* elegante opponitur huic *παλαιτέροις*. — μέλημα. V. ad Ol. I. p. 53 sqq. Ad rem facit Pyth. IX, 173 sqq. — *καὶ γὰρ ἑτέροις ἑτέρων ἔρως ὑπέκνιξε φρένας. Et hoc tu appetisti, cum alii alia appetant.* Schol. v. 93: *Οὐ γὰρ πάντες τῶν αὐτῶν ἐπιθυμοῦμεν· οὗτος οὖν ἠράσθη τοῦ ἀθλεῖν καὶ ἐφρόντισε καὶ ἐπεθύμησεν.* Eurip. Med. 586. Elmsl.: *Μηδ' ὄλβος, ὅστις τὴν ἐμὴν κνίζοι φρένα.* Tzetza antehom. 322: *Καί τέ γε θυμὸν ἰκναιεν ἀριστοφόνου Ὀδυσῆος.* Usum v. ὑποκνίζειν venereum illustravit Boissonadius ad Aristæn. Epist. II, 1. p. 619. De hominum variis studiis actum ad Ol. VIII. p. 308., ubi nostrum locum omittere non debebam. — *τῶν δ' ἕκαστος ὀρούει, τυχών κεν, ἁρπαλίαν σχέθοι φροντίδα τὰν παρ' ποδός. Quod quis concupivit, si assecutus fuerit, teneat quaeso, concisum sit.* Idque dicitur *φροντίς, objectum curae, desideratum,*

coll.

coll. λόγος, μέλημα supra, atque aliis ejusdem generis. V. ἀμπαλέων illustravimus ad Pyth. VIII. p. 874. — ἐὸ δὲ εἰς ἐνιαυτὸν ἐτέκμαρτον προνοῆσαι. Opponuntur præsentibus (τὰν παρ' ποδὸς) futura. Homm. cuivi angi nolit. Schol. v. 98: Τὰ δὲ μετ' ἐνιαυτὸν μέλλοντα προγνῶναι ἄδηλον καὶ ἀδύνατόν ἐστιν. V. ad Ol. XII. p. 434. Uhi annotatis adjicere libet Soph. Oed. T. 971 Herm.: Πρόνοια δ' ἐστὶν οὐδενὸς σαφής. Zonar. Fragmtn. hist. (Opp. ed. Boissonadi T. I. p. 473): Ἀτεχμάρτου τύχης. — πέποιθα ξεναία προσενεῖν θώρακος etc. Schol. v. 99: Θώραξ εἷς τῶν Ἀλευαδῶν, ἑταῖρος τοῦ νικηφόρου, ὃς καὶ ἠξίωσε τὸν ποιητὴν ἐπὶ τῇ νίκῃ τοῦ ἑταίρου συνυφάξαι τὸν ἐπίνικον. — ἐμὰν τοι πνύων χάριν. Gratiam meam (mihi) spirans, mihi favens. Eurip. Or. 1509. Matth.: Λέγειν ἐμὴν χάριν. Et ποινύων idem esse puto quod πνέων (Buttm. Lexil. I. p. 177 sq. Schneid. L. g. v.), coll. Aeschyli loco simillimo Agam. 1177. Blomf.: Ἀλλ' ἦν παλαιστής, χάρτ' ἐμοὶ πνέων χάριν. Aliter schol. v. 99: Τὴν ἐξ ἐμοῦ χάριν ἐπιθυμῶν. Similiter Böckhius: „Gratiam sive officium, quod carmine pangendo præsto, provoco." — τὸ δ' ἔζευξεν ἅρμα Πιερίδων τετράορον. Schol. v. 99ᵃ: Λέγει δὲ τὸν ὕμνον ὅτι αὐτὸς ἔπεισε γράψαι τῷ νικηφόρῳ τὸν ἐπίνικον. Ibidem: Τὸ δὲ ζεῦξεν ἅρμα ἀντὶ τοῦ ξυνυφάνθαι ἐποίησεν. Cf. Pyth. XI, 49. De curru Musarum v. ad Ol. IX. p. 361. Deinde Böckh.: „Eum nunc lùdibundus vocat ἅρμα τετράορον, quod quaternis strophæ antistrophæque et epodi systematis carmen constat." Acutius quam verius; Musis simplicius per magnificentiam poeta quadrigam tribuit. — φιλέων φιλέοντ' κ. τ. λ. Böckhius Expl. p. 336: „Verba φιλέων etc.

mutuam Thoracis et poetæ caritatem et auxilia significant: ubi alter alterum ducit, junctim incedentes amici alter alterum sublevant: ut Thorax Pindarum, quum hunc carmen scribendum mandat, Pindarus Thoracem, ubi illum hunc laudat." V. quoque Heynium Thierschiumque. Graeci interprr. a sensu loci aberrarunt. — *πειρῶντι δὲ καὶ χρυσὸς ἐν βασάνῳ πρέπει καὶ νόος ὀρθός.* Sententiose loquitur, cum dicere potuisset: *Unum autem amicitiam nostram* (schol. v. 105) *comprobavit.* Debet enim h. l. ad antecedentia referri, monente Heynio. Sententiam exemplis illustrarunt interprr., quibus addo Menandr. fragm. inc. CXLIII (p. 239. Mein.): *Χρυσὸς μὲν οὖδεν ἐξελέγχεσθαι πάρα, Ἡ δ' ἐν φίλοις εὔνοια καιρῷ κρίνεται.* Ibid. p. 323: *Κρίνει φίλους ὁ καιρός, ὡς χρυσὸν τὸ πῦρ.* — *ἀδελφεαὶ ὑός.* Fratres victoris, sundente Heynio, coll. Gurlitt. l. c. p. 18. Scholiastæ v. 107. sunt Thoracis fratres. Melius hoc ob contextum, coll. Böckhio, qui latius hunc in modum extendit: „*Ἀδελφεούς* dicit non solos Eurypylum et Thrasydæum [Herodot. IX, 58], sed omnes tres, incluso Thorace: de Aleuæ enim filiis sagi orationis nexus demonstrat; nec quisquam paulo attentior de Hippoclea fratribus cogitaverit, quibus, etiamsi Hippocleam fratres habuisse sciremus, tantum potentiæ tribui non potuit, ut Thessaliam regere dicerentur; id quod fratribus Larissæis summis hominibus, eximie convenit." — *ἐπαινήσομεν.* Maxime hoc choro convenit. Cf. quoque Ol. II. 3. — *ὅτι ὑψοῦ φέροντι νόμον Θεσσαλῶν αὔξοντες.* Schol. v. 107: *Ὅτι τοὺς τῶν Θεσσαλῶν νόμους αὔξοντες εἰς ὕψος αἴρουσιν, οἱονεὶ δικαίως ἄρχοντες ἐπαίρουσι τοὺς νόμους τῇ δικαιοσύνῃ.* Mihi quoque

νόμος *civitatis forma*, quod graviter positum pro *civitate*. V. ad Pyth. II. p. 577. — ἐν δ' ἀγαθοῖσι etc. Male quidam cum schol. v. 110. init. ad ἀγαθ. supplent αὐτοῖς (fratribus Ἀλευάδαις), obliti, alios quoque Pindari hymnos sententiâ claudi. Confer, si tanti est, Ol. VII. fin. Melius alius schol. v. 110. fin.: *Οἱ ἀγαθοὶ κυβερνῶσι τὰς ἑαυτῶν πατρίδας.* Sententiose hoc dictum, ad ea firmanda, quæ ante monita sunt de fratribus illis Thessaliam bene moderantibus, laudemque continet aristocratiæ, ubi a patre filiis traditur imperium, coll. quoque Böckh. Expl. p. 337. Est δ' (Gurlitt. l. c. p. 18. Thiersch. l. c. p. 325) pro γάρ, et vox ἀγ. respondet superiori ἐσλούς.

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ ΙΑ

ΘΡΑΣΥΔΑΙΩΙ ΘΗΒΑΙΩΙ ΠΑΙΔΙ ΣΤΑΔΙΕΙ.

V. 1—22.

Invocat deas patrias, Semelen, Inonem et Alcmenam, ut adsint pompæ victoris. Locum vero ludorum declarat per campum Pyladis. *Κάδμου κόραι κ. τ. λ.* **Causam invocationis aperit schol. v. 1:** *Τῷ εἶναι Θηβαῖον τὸν Θρασυδαῖον τὰς ἀπαθανατισθείσας ἐν Θήβαις ἡρωΐδας ἐπικαλεῖται.* **De tempore victoriæ videndus schol. inscript., coll. Böckh. Explicc. p. 337. Ceterum Semeles genus non aliter fabulæ initio significat Euripides Bacch. 2. Matth.:** *Ἡ Κάδμου κόρη Σεμέλη. — Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις.* **Schol. v. 1:** *Ἀντὶ τοῦ σύνοικε.* **Ad rem facit Ol. II, 44 sqq. —** *Ἰνὼ δὲ . . Νηρηΐδων.* **Cfr. Ol. II, 51 sqq. —** *ἀριστογόνῳ.* **Cf. Valcken. ad Ammon. II, 75. —** *παρ' Μελίαν.* **Schol. v. 5:** *Ἡ δὲ Μελία Ἰσμηνοῦ ἀδελφή, ὑπὸ Ἀπόλλωνος φθαρεῖσα καὶ γεννήσασα Τήνερον, ἀφ' οὗ ἐν Θήβαις [τὸ?] Τηνερικὸν πεδίον.* **Ibidem:** *Μελία Ὠκεανοῦ θυγάτηρ, ἐξ ἧς καὶ Ἀπόλλωνος*

Τήνερος ὁ μάντις, ὃς παρ' Ἰσμηνῷ τῷ ποταμῷ ἐμαντεύετο. καὶ αὐτόθι μαντεῖόν ἐστιν ὁ καλεῖται Ἰσμήνιον· ἔστι δὲ καὶ πηγὴ ὁμωνύμως τῇ ἡρωΐδι. Quare Melia memoretur, ejus rei causam hinc petes, quod heroina, in Ismenio culta, de pueri Thrasydæi victoria oraculum edidisse mihi videtur. Neque simplicem laudem inesse dicas versui 11: *Ἀλωθέα μαντεῖον θῶκον. — χρυσέωι ἐς ἄδυτον τριπόδων θησαυρόν.* Est ἄδυτον adjectivum, quod jam monet schol. v. 11 Jam schol. v. 5: *Πυχνὴν ὡς δὲ τίθησιν ὁ Πίνδαρος κατὰ τὸ ἀρσενικὸν τὸν ἄδυτον.* Præter hunc locum unus extat in nostris pindd., ubi vox substantive adhibetur, scil. Ol. VII, 59. Genus vocis præter nostrum locum usquam conspicitur. — *χρυσέων τριπόδων.* V. inprimis Spanhem. ad Callim. Del. 89. p. 451. Ern. Adde Heyn. et Böckh. Explicc. l. c. — *ὃν περὶ ἁλλ' κ. τ. λ.* Eximie eum locum honorat ob Ismenum, Meliæ fratrem, e qua filium Apollo Tenerum suscepit. Ismenum quoque Apollinis Meliæque filium interpretes dicunt. Sed fuit *Ismenis* Asopi Metopesque filius, quod testatur Apollodorus III, 12, 6. Heyn.; *Ismenias* Apolline natus. V. Pausan. IX, 10, 5. — *Ἰσμήνιον δ' ὀνόμαξεν* Apollinis græci cultum in sacram Ismeni Cadmei sedem immigrasse, atque Ismeni religionem non quidem extinxisse, sed imminuisse puto; quod quanquam Græcorum fama ita profert, ut Phœbus ipse sedi nomen Ismeni dederit, non alium ego sensum narrationis invenio, quam hunc: Prævaluit quidem Apollinis fatidici cultus, nec tamen Ismeni cultus prorsus occidit; immo uterque sensim coaluit, manente nomine prisco. Quid? quod Apollo ipse Ismenius dictus fuit. De Apolline Ismenio aliter Creuzerus Mythol. Ed. II. T.

II. p. 159. — *καίγνυν.* *Nunc quoque, ut alio tempore.* Ergo cultæ in Ismenio Alcmena Cadmique filiæ. V. Böckh. Explicc. l. c. — *ἐπίνομον ἡρωΐδων στρατὸν ὁμαγυρέα.* Schol. v. 12: *Ἐπίνομον δὲ στρατὸν εἶπε τὰς ἐπινεμομένας καὶ ἐποπτευούσας τὰς Θήβας.* Ibidem: *Τὸν σύννομον ταῖς Θήβαις.* Quod poeta si significare volebat, minus bene omittebat Thebas, cujus omissionis incommodum non cadit in eam interpretationem, quam deinde proponemus. Heynius: „*Ἐπίνομον στρατὸν* v. 13. audacter dixit *consortem turbam*; ut *σύννομοι, qui una pascuntur*, vel *una habitant*." Adversatur præpositio *ἐπί*, quæ non *personae consortium* significat, sed *hominem locumve, qui petitur*. Ol. IX, 10: *Δία τε φοινικοστερόπαν ἀειρόν τ' ἐπίνειμαι ἀκροτήριον Ἄλιδος.* Simplex quoque *νέμομαι* (Nem. III, 144) de motu. Similiter Böckhius: „Meliæ ceteræ heroinæ *ἐπίνομοι* sunt, quippe *σύννομοι* ei *paris juris*, ut Thebaicæ heroinæ." Immo vero *ἐπίνομοι* idem est quod *ἐπινεμόμεναι* (coll. schol. v. 12), sc. *Ismenium petere solitae*. Heroinæ autem sunt Alcmena Cadmique filiæ. De ultimis solis ne cogites, obest *στρ. ὁμαγυρέα.* — *καλεῖ.* Schol. v. 12: *Τίς δὲ καλεῖ; ἤτοι ὁ Ἀπόλλων καλεῖ διὰ τὴν νίκην, ἢ καὶ ἡ Μελία, ὅπερ καὶ βέλτιον· θήλεια γὰρ θηλείας εἰκότως συγκαλοῖ.* Obsequuntur interpretes, et Böckhius quidem ob suam vocis *ἐπίνομοι* interpretationem, quam admitti posse admodum dubitamus. V. quæ de Heyniana monuimus. Et fatendum omnino, contextui melius eum consulere, qui verbi *καλεῖ* subjectum Apollinem esse velit. Hujus enim fuerat antecedens *ἐνίκησεν*. Idemque victoriæ auctor, coll. schol. v. 12. Heroinæ vero si in templum Apollinis

Ismenii convocabantur, rectius eas templi numen Apollo convocabat, quam Melia. Neque id adversatur, quod de laude Themidis, Pythonis, umbilici delphici statim sequitur, quodque a Melia aptius proferri quidam dicent, quam a Phöbo. Habemus enim nunc Apollinem Ismenium, non Delphicum, neque is suam artem prædicari vult, sed Themidem ante ipsum vaticinatam cum sede oraculi. Si Melia heroinas convocasset, Apollinis sui laudem non præteriisset. — *Θέμιν ἱερὰν.* Schol. v. 15: *Θέμιδος ἦν τὸ χρηστήριον, ὅθεν καὶ τὸ θεμιστεύειν.* Adde Aesch. Eumen. 1 sqq. et Gurl. (Pind. pyth. Siegsg. XI. XII. p. 6). — *ὀρθοδίκαν γᾶς ὀμφαλόν. Umbilicum terrae veracem*, proinde *justum*? Ita optime Böckh. Expl. p. 341. Argutatur Gurl. l. c. p. 6. — *ἄκρα σὺν ἑσπέρᾳ.* Böckh. Expl. p. 338: „*Vespera adulta*, non incipiente, sed media, ut *ἄκρα νὺξ* est media et concubia nox [Schneid. L. g. v. *ἄκρος*]." Initium rei vel finem v. *ἄκρος* denotare, extra dubii aleam posuisse nobis videmur ad Pyth. V, 8. pag. 747 sq. Est igitur *ἄκρᾳ σὺν ἑσπέρᾳ* vel *incipiente vespera*, vel *extrema vespera*, i. e. initio noctis. Cf. quoque Er. Schmidium Gedikiumque. Schol. v. 15. *σὺν παννυχίσι* habens, festum vere nocturnum intelligere videtur, quod per se improbabile, nec Pindari verbis inest. Habemus festum vespertinum, pompæ illius olympicae instar (de qua inprimis v. Ol. XI, 90 sqq.), non exclusa prima nocte, quam Ol. cit. videmus. — *χάριν.* Bene ad sensum schol. v. 15: *Χάριν κατατεθέμεναι.* Est χ. totius loci v. 15—18 (*ὄφρα . . ἑσπέρᾳ*) appositio, de qua egimus ad Ol. VII, 30. p. 243. — *τρίτον στέφανον.* Schol. v. 21: *Τρίτον δὲ εἶπεν, ὡς ἢ πατρὸς ἢ προγόνου τινὸς αὐτοῦ νενικηκότος· αὐτὸς γὰρ ἅπαξ ἀναγράφεται*

Πύθια νικήσας. [1]) Quocum Böckhius conferatur Explic. p. 337: „Haec, quae nunc celebratur, victoria familiae est tertia (v. 14)[2]); atqui prima [3]) fuit Olympiae curru parta (v. 46—48), non patris credo, ut schol. v. 21. arbitratur [4]), sed alius cujuspiam; plures fuere Pythiae stadio (v. 49), ex quibus quae inter tres illas secunda est, ea parata erat a patre *Πυθονίκῳ*: igitur una tantum relinquitur Thrasydaei prior victoria." — Reliqua nostri loci improprie ita interpretor, ut puer Thrasydaeus domum paternam victoria sua ornarit, colore petito ab his, qui victoribus frondes, flores, coronas injiciunt (*ἐπιβάλλουσιν αὐτοῖς*). Estque *ἑστία* sensu lato *domus*, quam significationem alibi quoque defendo, nimirum Ol. I, 17. Pyth. V, 14. Aesch. Choe. 258. Similliimeque Ortygiam Hiero victor coronis *ἀνέδησεν* Pyth. II, 9 sqq., i. e. *celebrem fecit*;

---

1) Fidem ultimis, quae scholio inscr. repugnant, denegat Böckhius.

2) Immo Thrasydaei tertia victoria. Hoc suadet primus loci nostri obtutus. Sed obsunt scholiastae inscriptionis, quarum prior, *γέγραπται*, inquit, *ἡ ᾠδὴ Θρασυδαίῳ παιδὶ Θηβαίῳ σταδιεῖ, νικήσαντι κὴ Πυθιάδα, καὶ λγ' δίαυλον ἢ στάδιον ἐν Δρᾳς.* Accedit carminis nostri titulus, qui *παῖδα* Thrasydaeum dicit. Duas igitur omnino victorias reportavit Thrasydaeus, puer priorem eam, quae nostro carmine celebratur, posteriorem vir, quam Pindarus tum nondum noverat.

3) Olympicam victoriam, cujuscunque ex familia fuerit, primo loco ponit, non ut tempore priorem, sed dignitate. Quare alia antecedere poterat, quam primam trium illarum vocamus.

4) Scholiasten ambigentem vides. Sed Pindari plurales (v. 70 sqq.) faciunt, ut non de patre olympionica vel pythionica cogites, sed de allo, quanquam maxime affini, ob voces *ἑστίαν πατρῴαν* (v. 22). V. tamen ad v. 70 sqq.

Pyth. VIII, 80. Alcman *coronis petitur*, i. e. *laudatur*. Böckhius Explicc. p. 341: „*Εστίαν* intellige sacrum in ædibus locum, ubi ara domestica (v. ad Olymp. I, 8—17). Ibi igitur, utpote in domus penetrali religiosissimo suspensæ coronæ sunt.“

V. 23—57.

Digreditur ad Orestis historiam. Comma post *βαλών* agnoscit schol. primus v. 15., *νικῶν* participialiter intelligens; sequitur Romana. Quod multo melius, quam *νικᾶν* scribendo jungere *στέφανον νικᾶν*: *coronam victoriarum*. Cf. Böckh, Expl. p. 341. Pendet *νικῶν* a priore participio *βαλών*, et est pro *νικήσας*, ut sæpe apud Nostrum, coll. indicc. — *ἐν ἀφνεαῖς ἀρούραισι*. Ea laus Delphorum inprimis opes spectare videtur. V. ad Pyth. VI. p. 827. Neque igitur Pyladæ tempus habemus, sed Pindari. Similia suspicati sumus ad Pyth. IV. p. 637. — *Ἀρσινόα*. Schol. v. 25: *Ἰδίως δέ φησιν ὁ Πίνδαρος, Ἀρσινόην εἶναι τὴν Ὀρέστου τροφόν· Φερεκύδης δὲ* [Fragm. LXXV. Sturz. ed. II. p. 210] *Λαοδάμειαν* [ut Stesichorus ap. schol. Aesch. Choe. 720] *λέγων αὐτήν, τὸν ταύτης φησὶ παῖδα ἀνῃρῆσθαι ὑπὸ Αἰγίσθου νομιζόμενον Ὀρέστην εἶναι. τὸν δὲ Ὀρέστην ἐκκλαπέντα εἶναι τριῶν ἐτῶν, ὡς Ἡρόδωρος ἐν Πελοπείᾳ.* De γ. *τριῶν* v. Gurlitt. l. c. p. 8. Nutricis nomen non habet Aesch. Choe. 720. Blomf., ubi gentilitium *Κίλισσα* legendum esse pro *Γείλισσα*, monuerunt Wellauerus Comment. æschyl. p. 44. et Blomf. in pott. critt. — Dein cum Mingarello junge *φονευομένου πατρὸς χειρῶν ὑπο κρατερᾶν Κλυταιμνήστρας*. Ita *φονευομένου* appo-

habenda ratio. V. annotationem ad Ol. I. p. 24. Idem de sua felicitate testatur Agamemnon redux Aeschyl. Agam. 807. Blomf. — *ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων ἄφαντον πνέει.* Loci famosi sensum scholiastes v. 46., quem sequi debebant, scite aperuit: *Ὁ δὲ ταπεινὰ καὶ οἰκτρὰ πνέων, τουτέστιν ὁ εὐτελὴς καὶ πένης ἀφώνως ἥξει, οἷον ζῇ· διὰ γὰρ τὴν πενίαν εὐτελής τις ὢν καὶ ἀφανὴς ἐστιν.* Concedunt interpretes, esse *χαμηλὰ πνέων humiliter vivere, tenui conditione esse*, coll. Heyn. ad h. l. Ita *spirare* signum est pro re signata. Ergo concedent, *βρέμειν* (*loqui*) [3]) aliud signum esse pro re signata, *vita*. Prudenterque humilium hominum *loquela* memoratur, pro vita ipsa. Maxime hoc in civitates aristocraticas democratiâ mixtas cadit, ubi inferiorum mortalium sermo flocci haberi solet, quanquam hi sermone plurimum valere opinentur. Hinc loci hujus dictio colorem traxisse videtur. Alii nostrum *ἄφαντον βρέμει* cum formula *οὐδὲν λέγειν* comparabunt, quod est *nullius momenti esse*, nichts zu sagen haben, coll. Herm. ad Vig. p. 755 sq. Sed eodem redit sensus. Namque sententiæ antecedentis ratio hanc interpretationem non suadet, sed postulat: *Humilis conditionis homo nullius momenti est, latet, quare nec invidiam patitur.* Posterius omissum, ut alia hujus auctoris. Hermannus, *ex plebe*, ait, *homines, si feroces sint et improbi, scelera eorum facilius latere atque ignorari, quam nobilium.* Previdit Ex. Schmidius: „*Pauperiorum et obscuriorum vitia non facile animadvertuntur, sed latent ignota. Omni*

3) Vox fortior, pro mitiori *φωνεῖν*. Cfr. *γαρύειν, βοᾶν* all. Est *βρέμειν sonare*, velut Eurip. Bacch. 162. Falluntur lexicographi, qui solum *fremo* reddunt. Similiter *ταράσσειν* v. 65. pro *κινεῖν*.

enim vitiam tanto conspectius in se Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur. Juvenal. Sat. VIII, [140.1]." Adversatur his inducia antecedentium antithesis: *Felicibus potentibusque invidetur*. Sequi debet: *Humilibus vero non invidetur*. Heyniana ratio, quam Böckhius repetit, multo etiam minus probari potest. Falsum enim, vulgus *solum* obtrectare potentum laudibus, falsius, *clam* (ἄφαντον) obtrectare. Vulgus *palam* obtrectare solet. Neque vero hæc incommoda Böckhius removet sua interpretatione: „*Nam primum potentiorum fortuna invidiam invitat; deinde vero humiles et plebeii homines clam calumniantur, fremunt, frendunt*; ut eorum maledicentiæ occurri haud facile queat, coll. Ol. I, 47." Opponuntur invicem ὄλβος et χαμηλὰ πνέων, s. χαμηλὰ πνέοντος τύχη, conditio. Ceterum totam sententiam non sine ratione familiæ victoris prolatam ego existimo. Similiter Gedik.: „Videtur omnino universa hac digressione in Agamemnonis historiam *pericula principum* pingere, et securam privatorum hominum vitam commendare voluisse. Quare inf. v. 78. ait, *τῶν ἀνὰ πόλιν τὰ μέσα μακροτέρῳ ὄλβῳ πεφαλότα*." Böckhius Expl. p. 341. 2: „Ceterum hæ sententiæ vide ne ad familiam Thrasydæi pariter atque ad Atridarum res pertineant." — Ἀμύκλαις. Amyclis secundum Pausaniam (II, 16, 5. III, 19, 5) Cassandræ Agamemnonisque sepulchrum. V. Gedik. Pind. carm. sell. p. 242. Böckh. nott. critt. p. 506. Explicc. p. 342. — ὄλεσσε. Schol. v. 47: *Ἀπολέσθαι πεποίηκε κόρην Κασάνδραν· αἴτιος γὰρ αὐτὸς τοῦ ὑπὸ Κλυταιμνήστρας ἀποθανεῖν γέγονεν.* Cf. Pyth. X, 109. Agamemnonis suamque necem Cassandra jungit Aeschyl. Agam. 1284.

43), sed alius quidam, isque justus vir, *ἀσυχᾶ νεμόμενος αἰνὰν ἴβριν ἀποφυγών* (55), qui *μέλανα ἀν' ἐσχατιὰν καλλίονα θάνατον ἔσχε, γλυκυτάτᾳ γενεᾷ εὐώνυμον κτεάνων κρατίστων χάριν πορών* (56 sqq.). Fuerit is homo potens; interemtus sit in turbis, quæ ante pugnam Plataicam Thebis fuerunt, per propinquum vel affinem hui minus potentem, ut Agamemno per Clytæmnestram et Aegisthum; excesserit illius familia ex urbe, fortasse in Phocidem; mox ubi Græci Pausania duce Thebas in deditionem acceperant, Thrasydæi familia aliqua ratione ulti eos sit, qui propinquo necem attulerint, opitulante forsitan Lacone Pausania. Ita quidem Agamemnone significaretur is, qui ex Thrasydæi familia scelere circumventus esset; Oreste illi, qui facinus essent ulti; Aegistho, in cujus nece episodium v. 37. desinit, iste, qui Thrasydæi necessario exitium molitus esset: tyrannidis autem reprehensio eo commodissime referetur, ut poeta nimium potentiam, quæ utrique parti perniciosa fuerit, non appetendam esse doceat, et sibi æquum jus, quod post Thebarum deditionem abolita paucorum dominatione institutum est, maxime probari declaret. Quæ quamvis ficta sint, tamen non præter probabilitatem ita fingi posse Thebanarum rerum, quæ tum fuerunt, ratione considerata intelliges." Exponit deinde Thebarum isto tempore historiam.

V. 57–96.

Revocat se a digressione; victoris et patris victorias memorat etc. *Ἦ ῥ'*. *Revera*. Böckhius ob Pyth. IX, 63. *ἦ ῥ'* legit; minus bene, puto. Ibi enim

ἰ ῥα secundo loco positum est, coll. pag. 904. 5. Quod secus nostro loco et Pyth. IV, 100. p. 643. Ego ῥα tum scribo, quum initio positum est, sequiturque ἤ. Adde Gurlitt. l. c. p. 13. Ceterum post τοπρὶν et post ἐναλίαν interrogandi signa pono. Ita loci gravitatem augebimus, nec tam aperte digressionem poeta fabitur. — κατ' ἀμευσιπόρων τριόδων. Ita Böckhius, flagitante metro. Hunc præpositionis κατὰ usum illustrat Viger. p. 629 sq. Böckhio obloquitur Ahlwardtius. Pluralem τρίοδοι bene illustravit Böckh. nott. critt. 507. Explicc. p. 342. De ἀμευσιπ. schol. v. 58: Ἀμευσίπορον δέ, ἣν ἀμειβόμεθα καὶ ἀνύομεν. Rectius chneid. L. g. v.: „Wo sich die Wege kreuzen, vom eraden abweichen.“ Non aliter Gurlitt. et Böckh. ll. c. — ἤ μέ τις ἄνεμος ἔξω πλόου ἔβαλεν, ὡς τ' ἄκατον εἰναλίαν. Cum colore vocum ἔξω πλόου r. Pyth. X, 79. Non diversum ἔξω δρόμου Aeschyl. gam. 908. Choe. 507. Ubi Blomf. gloss. Dein ὡς ὅτ' βάλλει) illustravimus ad Ol. VI. p. 185 sq. — Μοῖσα, ὸ δὲ τεὸν κ. τ. λ. Supple ἦν ob συνετίθευ, non ἐστὶ um aliis. *Sed, Musa, tuum erat, te decebat.* De particula δὲ post vocativum egimus ad Ol. I. p. 25. all. Hanc sententiam antecedenti aliter oppositam esse, quam ulgo existimant, sequens tractatio satis docebit. — παρέχειν φωνὰν ὑπάργυρον. Hæc velut schol. v. 63. nge, ut παρέχειν habeat accusativum expressum, quo bsente vide ne σεαυτὴν supplendum sit. Commodius sequentibus (ταρασσέμεν) γλῶσσα subintelligetur. ingua autem dicitur ὑπάργυρος, i. e. *cui argentum subit*, velut terra Incert. Rhes. 967 (Eurip. opp. ed. Matth.): ρυπτὸς δ' ἐν ἄντροις τῆσδ' ὑπαργύρου χθονός. Ni-

mirum argento subdito movetur, ad canendum incitatur. Recte schol. v. 58: *Ἔμμισθος. — ἄλλοτ' ἄλλᾳ τε-ραττέμεν ἢ κ. τ. λ. Alio tempore aliter movere*, i. e. *ad aliam atque aliam narrationem linguâ uti.* Schol. v. 58: *Τὸν ὕμνον ἄλλοτε ἄλλῃ μετάγειν.* Alius ad v. 63: *Ἀναχινεῖν τὰ ἐγχώμια.* Vox fortior *turbare* pro leniori *movere*. Cfr. *βρέμει* v. 46. Proprie intelligendum *ταράξῃ γλῶσσαν* Eurip. Iphig. Aul. 1518. Matth. Böckhius Expl. p. 342: „*Aliás ad aliud argumentum vocem admovere*, neque in una re diutius consistere, ut nunc in Oreste, sed transire etiam ad victoris laudes: cfr. Pyth. X, 54 sq." Immo poetæ mercede conducti cum ob alias causas, tum quod sæpius aliis canunt, multa hymnis suis immiscent, a quibus alii poetæ abstinent, ut Noster, quem illis ita se opponentem vides: *Digressus quidem et ego sum, neque tamen ut poetae mercede conducti. Ego volens meoque consilio ad narrationem meam deflexi.* Falsum quoque, quod habet Böckhius Explicc. p. 338. infr.: „Quid quæso illi dixissent, quibus se mercede conductum carmen scripsisse v. 41. 42. poeta fatetur, si carmen ipsis obtulisset re plane aliena refertum?" Non fatetur hoc; respice quæso particulas ἀ et *δέ*. Ex mente vero Böckhii Noster nonne de se fatebitur, quoniam mercede conductus sit (conduci soleat), variis se artibus opus habere, ut possit carminis vi quadam expressi telam ad finem perducere (*ἄλλοτ' ἄλλᾳ γλῶσσαν ταρασσέμεν*)? Quod ridicule indignum nostro vate. Mercedem non acceperat; hinc libertate sua utitur in laudando victore ejusque familia, narrationem intexens quibusdam scilicet importunam, molestam, tristem, nec tamen a laudatoris ingenui consilio alienam. Dixi

in antecedentibus, fateri Pindarum digressionem. Non alius erit sensus, si negantem illud feceris. Tum erit hæc loci interpretatio: *Nam a scopo digressus sum? Minime. Sed digrediendum mihi fuisset, si canendi mercedem accepissem. Quod non cadit in me.* Nostrum vero locum respicere Tzetza videtur Chiliad. VIII (histor. 228. inscript.) p. 314. Kiessling.: *Περὶ τοῦ, μήπως, καθά φησι Πίνδαρος, κατὰ Σιμωνίδην τὴν Μοῦσαν ἀργυρείαν ποιήσαιμεν* etc. Ubi Passovius (Jahn. Jahrbb. für Philol. etc. I. 285) comma post *Πινδ.* deleri vult, poni post *Σιμωνίδην.* Utut locum Tzetzæ distinguas, apertum tibi erit, jam inter veteres fuisse, qui locum Pindaricum non de ipso Pindaro intelligerent, sed de aliis poetis mercede conductis. Vulgatæ interpretationis incommoda non removit Thierschius. — *τό γέ νυν.* Hæc junge cum *ταρασσέμεν*, quod vidit schol. v. 63: *Ὀφείλεις δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀνακινεῖν τὸ ἐγκώμιον ἢ αὐτῷ τῷ πατρὶ τοῦ Πυθιονίκου, ἢ αὐτῷ τῷ Θρασυδαίῳ.* Vides, interpretem in Nostro pro *Πυθονίκῳ* genitivum legisse. An fuit illi pater per filium *Πυθόνικος*? — *ἐπιφλέγει.* Schol. v. 63: *Διαλάμπει.* Intransitivum ut simplex *φλέγω* Ol. II, 131. Nem. VI, 66. — *τὰ μὲν . . σὺν ἵπποις.* Verborum ordinem aperit schol. v. 20: *Τὰ μὲν γὰρ ἅρμασι καὶ τεθρίππῳ σὺν τοῖς ἵπποις τοπαλαιὸν καλλίνικοι γενόμενοι τῶν πολυθρυλλήτων ἀγώνων ἔσχον τὴν ταχεῖαν ἀκτῖνα καὶ λαμπηδόνα ἐν Ὀλυμπίᾳ.* Jam nostro *τὰ μὲν* in sequentibus respondere debebat *τὰ δέ*; respondet *Πυθοῖ τε.* Illustravit hujus generis pindarica Gurlitt. l. c. p. 15. Cf. quoque Herm. ad Viger. p. 701. — *ἀγώνων θοὰν ἀκτῖνα. Certaminum celerem radium*, i. e. *gloriam.* Böckhius: *Glo-*

riam, currus velocitate celeriter paratam. Mihi cum Gedikio et Gurlittio lucis ipsa natura spectari videtur. Scilicet fama victorum cito per omnem Græciam disseminabatur. Similiter Ol. XIII, 54. diem per se spectatum celerem dici monuimus p. 451. — *σὺν ἵπποις.* Hominum equorumque honor juxta ponitur. V. ad Ol. V. p. 175. Nolis enim *σὺν ἵπποις* idem dicere, quod *ἵπποις* (*equorum ope*). — *Πυθοῖ τε* rell. Schol. v. 70: *Αὐτὸς δὲ ὁ Θρασυδαῖος ἐν τῇ Πυθοῖ στάδιον ἐνίκησε. Τὸ δὲ τῷ Θρασυδαίῳ πεπραγμένον συλληπτικῶς ἐπὶ πάντων τέταχεν.* Nimirum unius victoria ad omnem familiam redundabat. — *καταβάντες.* Ex urbe Delphis in campum Crisæum pugnaturi *descendebant.* V. p. 770 sq. — *θεόθεν.* Schol. v. 76: *Θεῶν βουλήσει.* Heynius aliique *θεόθεν καλῶν* (*ὄντων*) jungi volunt. Prius placet. — *καλὰ* non sola certaminum studia spectare, nexus sequentium docet. Sunt omnis generis laudes. V. quoque Gurlitt. — *δυνατὰ μαιόμενος ἐν ἁλικίᾳ.* Jungunt *δυνατὰ* (*ὄντα*) *ἐν ἁλικίᾳ.* Melius schol. v. 76: *Τὰ δυνατὰ ζητῶν καὶ ἐπιθυμῶν ἐν τῇ παρούσῃ μοι ἀεὶ ἡλικίᾳ, τουτέστιν ἑκάστοτε.* Aliis *ἡλικία juventus* est, in qua homines, quod sibi proposuerunt, maxime perficiunt. Latius vocem patere, contextus antecedentium et sequentium docet. Aliam ætatem alia decent, certaminum studia juvenilem et virilem, virilem reipublicæ cura. — *τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν* i. e. *τὰ πολιτικῶν.* De *ἀνὰ* cum accusativo v. p. 557. Matth. Gr. gr. Ed. II. p. 1148. — Ad rem maxime facit Euripides Jone 623 sqq.: *Τυραννίδος δὲ τῆς μάτην αἰνουμένης Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδύ, τὰν δόμοισι δὲ Λυπρά τις γὰρ μακάριος, τίς εὐτυχής, Ὅστις δεδοικὼς καὶ περι-*

βλέπων βίαν Αἰῶνα τείνει; δημότης δ' ἄν εὐτυχὴς ζῆν ἄν θέλοιμι μᾶλλον, ἢ τύραννος ὤν, ᾯ τοὺς πονηροὺς ἡδονὴ φίλους ἔχειν, Ἐσθλοὺς δὲ μισεῖ, κατθανεῖν φοβούμενος. Ibidem v. 634. de eadem re: Εἴη γ' ἐμοὶ ζῆν μέτρια μὴ λυπουμένῳ. Alium Eur. locum (Suppl. 237 sqq.) excitavit Gurlittius. — ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς. Schol. v. 82: Ἀντὶ τοῦ μέσαις, κοιναῖς καὶ συμμέτροις. Rectius aliis ξυναὶ ἀρεταὶ sunt virtutes *civiles*, virtutes *civibus communes*, quas non unus et alter, ut tyrannus, exercere possit, sed unusquisque liberaliter educatus. Ita optime Böckhius. — τέταμαι. Schol. v. 82: Ἔγκειμαι, τὴν ἐπιθυμίαν τεταμένην ἔχω. De hac voce v. Heynium ad Isthm. I, 70., de συντέταμαι Wyttenbachium ad Eunapium T. II. p. 79. Boissonad. — In reliquis lego (φθονεροὶ δ' ἀμύνονται), τᾶν etc. *Laudes civiles appeto; invidi vero (hinc) arcentur.* I. e. *Laudes appeto, quas invidia tangere et evertere non potest.* A loci sensu nexuque prorsus alienum ἄτας scholiastæ. Neque ἀμύνονται idem esse potest quod βλάπτονται, vel βλάπτουσι, quod scholiastæ suadent. Tyrannorum sors invidiam habet, cum sit plurimis interdicta, modumque vulgarem superet. Unde periculum. Quod secus in civilibus laudibus, quæ sunt μέσαι. Eas appetere omnes possunt; quare singulorum excluditur invidia. Hinc illæ tutiores, θάλλουσι μακροτέρῳ ὄλβῳ, cum absint hominum vel lividorum, vel injuria affectorum insidiæ. — τᾶν ἄκρον: *quarum apicem*, ornate dictum pro τάς (*quas*). Jam ἄκρας ἀρετὰς habes Ol. XIII, 19., ἄκρον vero ἀρετᾶς, quod mirifice favet Hermanniano τᾶν, Nem. VI, 39. — ἀσυχᾶ τε νεμόμενος: *tranquille vivens*, i. e. *rerum novarum non cupidus.*

Dicit hoc Noster ut reipublicæ aristocraticæ civis. Amat stabilem statum aristocratiæ. — *αἰνὰν ὕβριν ἀπέφυγεν: si vitata insolentia modeste, civiliter vixerit.* — Post *ἀπέφυγεν* comma cum Herm. pone. — *μέλανι δ' ἀν' ἐσχατιὰν καλλίονα θάνατον σχήσει: Is vero in termino* (vitæ) *atram mortem habebit pulchriorem* (aliis), i. e. *εὐθανασίᾳ* is beabitur. Particulam ἄ in apodosi positam illustravit Herm. ad Vig. p. 785. 845. Cum *ἀν' ἐσχ.* compara *ἐς τελευταν* Ol. V, 52. Et *nell.* est mortis prædicatum. — *γλυκυτάτᾳ γενεᾷ εὐώνυμον κτεάνων κρατίστην χάριν πορών.* De opibus quominus hæc intelligas, per se quidem nil obstat, hoc sensu; *Opum cum honore partarum summam* (quæ summa est) *parans gratiam.* Aliud tamen suadet contextus sequentium, ubi sermo de heroum quorundam gloria. Est igitur *εὐώνυμος χάρις* cum scholl. v. 83. i. q. *εὐωνυμίας χάρις, s. εὐωνυμία, gloria.* Ea opum summa dicitur. Pyth. I, 96. *τιμὰν* prædicat *πλούτου στεφάνωμα ἀγέρωχον.* — *διαφέρει.* Schol. v. 91: *Παντὸς διαφέρει καὶ διαστέλλει.* Cfr. Schn. L. g. et Lexx. latt. v. *differo.* — De Jolao Castoribusque Böckhius Explicc. p. 339: „In quibus quod ultimo loco de Jolao et Tyndaridis adjectum est, id eam ob causam assumptum videtur, quod illi maxime ludorum victoriis nobilitati sunt; ita quidem etiam Isthm. I, 15 — 32. illos heroas nominat in oda Thebano scripta; utroque loco commodissime, quum Jolaus et Dioscuri et stadio et curru insignes fuerint, atque illic curulis, hic stadii victoria, additâ etiam curulis decoris Olympiæ parati mentione, celebretur: Jolaus autem potissimum, utpote heros indigena, poetæ ante oculos versatus ad Castores quoque addendos invitasse videtur. Mirere sane,

n Castoribus adjungi, altero illos die Therapnæ habitare, altero in Olympo: verum id eo consilio dictum est, aut ut miraculo major Castoribus honos accederet, aut ut alicui ex Thrasydæi majoribus illorum simili immortalitatem augurarétur exemplum nobilissimum." Nostrum locum atque Orestis cum Pylade encomium de Thrasydæi amore fraterno intelligendum putat Fæhsius. Similiter Thierschius. — *τὸ μὲν παρ' ἅμαρ*: *altero die*. Soph. Oed. C. 1448: *Παρ' ἦμαρ*. Ubi Döderlinus, coll. Matth. Gr. gr. Edit. II. §. 588. c. p. 1173.

ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ ΙΒ'

ΜΙΔΑΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΙ

ΑΥΛΗΤΗΙ.

Schol. inscript.

Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Μίδᾳ Ἀκραγαντίνῳ. οὗτος ἐνίκησε τὴν εἰκοστὴν τετάρτην Πυθιάδα καὶ τὴν κέ· φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ Παναθήναια νενικηκέναι. ἱστοροῦσι δέ τι ἴδιον σύμπτωμα συμβεβηκέναι περὶ τὸν αὐλητὴν τοῦτον· ἀγωνιζομένου γὰρ αὐτοῦ ἀνακλασθείσης τῆς γλωσσίδος ἀπροσίως καὶ προσκολληθείσης τῷ οὐρανίσκῳ, μόνοις τοῖς καλάμοις τρόπῳ σύριγγος αὐλῆσαι· τοὺς δὲ ἀχροατὰς ἡσθέντας καὶ ξενισθέντας τῷ ἤχῳ τερφθῆναι, καὶ οὕτω νικῆσαι αὐτόν. De tibiæ genere v. quoque Thierschium.

V. 1—31.

Agrigento deæ urbique commendatur Midæ corona Pythia et ipse victor, qui Græcos arte vicit, quam invenit Minerva, quum Perseus unam e Gorgonibus occidisset. — *αἰτέω σε.* Schol. v. 1: *Ὁ λόγος ἀπότασις τῷ Πινδάρῳ πρὸς τὴν ἡρωΐδα Ἀκράγαντα ἢ καὶ τὴν*

Ἀκράγαντα πόλιν. Miscet ut alibi heroinæ urbisque attributa. — *φιλάγλαε* etc. De urbis magnificentia v. Böckh. Explicc. pag. 343. — *Φερσεφόνας ἕδος.* Schol. v. 1: *Ἀπὸ μέρους δὲ τὸ ὅλον ἔφη· ἁλὴν γὰρ τὴν Σικελίαν ἐδωρήσατο τῇ Περσεφόνῃ ὁ Ζεύς.* Probabilius, ita dictam urbem ob singularem deæ cultum, de quo tamen tacere historiam video. V. tamen schol. Ol. II, 25. ibique Böckh. Explicc. p. 123. — *Ἀκράντος.* Eum fluvium numi urbis habent. V. Eckh. D. V. N. T. I. p. 193. Mionnet. Descript. T. I. p. 215. Museum Wiczay T. I. p. 48. — *κολώναν.* Schol. v. 3: *Λέγεται γὰρ ἐφ' ὑψηλοῦ κεῖσθαι.* V. quoque Cluver. Sicil. antiqu. p. 254 sq. Sturz. ad Empedocl. p. 346 sq. Jacobs. ad Anthol. gr. Lips. T. VI. p. 317. Böckh. Explicc. p. 343. — *ναίεις.* Proprie de heroina, improprie de urbe, i. e. pro passivo. V. schol. v. 3. et Phocyl. IV, 1: *Πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον οἰκεῦσα.* Apoll. Rh. I, 831: *Νήσων, ὅσαι ναιετάουσιν.* Callim. Del. 267: *Αἳ περιναίετε νῆσοι.* — *ἀθανάτων ἀνδρῶν τε σὺν εὐμενίᾳ.* Hæc recte jungit schol. v. 6: *Σὺν θεῶν καὶ ἀνδρῶν εὐμενείᾳ.* Falluntur aliter jungentes. Namque dativum *εὐδόξῳ Μίδᾳ* (*ab inclyto Mida*) a *δέξαι* pendere, apertum. V. nos ad Ol. XIII. p. 448 sq. Sunt autem *ἀθάνατοι* heroina cum reliquis Agrigenti diis tutelaribus, *ἄνδρες* cives Agrigentini. — *στεφάνωμα τόδ'.* Schol. v. 6: *Τὸν ὕμνον.* Suadere hanc interpretationem videtur locus Nostro similis Ol. V. init., ubi v. nott. p. 174. Quidni vero ipsam coronam Pythiam victor heroinæ obtulerit? — *αὐτόν τε νιν.* *Eumque ipsum.* Ol. VI, 21: *Αὐτόν τε νιν.* Ubi nostrum locum omittere non debebam. V. quæ ad eum locum (p. 189)

annotavi. Similiter *μιν αὐτὸν* legit Doctus quidam Theogn. 611 (Gaisf. P. M. G. T. III. p. 71. ed. Lips.). — *Ἑλλάδα.* Magnifice dictum pro *Ἕλληνας συναγωνιστας.* V. quoque Heyn. et Böckh. — *θρῆνον διαπλέξαιό.* Schol. v. 12: *Συνθεῖσα.* Tritum in *sermone componendo πλέκειν, ὑφαίνειν* etc., nec facit nostri verbi praepositio, ut sit de *artificio* compositionis cogitandum. Incert. Rhesi 831. Matth.: *Πλέκων λόγους.* Oppiani Halieut. IV, 77: *Μῆτιν ὑφαίνειν.* Anthol. Palat. II, 70: *Μέλος ὑφαίνειν.* — *παρθενίοις ὑπό τ' ἀπλάτοις ὀφίων κεφαλαῖς.* Schol. v. 15: *Ὑπὸ παρθενίοις Γοργόνων κεφαλαῖς καὶ ὀφίων ἀπλησιάστοις κεφαλαῖς.* Ad rem idem schol.: *Μυθεύεταί τι τοιοῦτον, ὅτι, ὅτε ὁ Περσεὺς ἐκαρατόμησε τὴν Μέδουσαν, αἱ δύο ἀδελφαὶ ἐθρήνουν τὴν ἀδελφήν, καὶ ἐκ τῆς κεφαλῆς αὐτῶν καὶ τῶν ὄφεων τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν συριγμός τις ἀνεδίδοτο.* Schol. v. 18. de virginum nominibus: *Σθενοῦς καὶ Εὐρυάλης.* — *λειβόμενον. Profluentem.* Schol. v. 15: *Καταστρωδόμενον.* Cantus comparatur cum fluido. V. nos ad Ol. XI. p. 388. Cum Böckhio post *κραμ.* comma pone, post *ἄγων* punctum, quod posterius jam habet Romana. Male distinxit Heynius, coll. ad v. *ἦ τοι.* — *τρίτον μέρος.* Schol. v. 19: *Τὴν μίαν* (Medusam)· *τρεῖς γὰρ ἦσαν.* — *ἄνυσσεν. Confecit, occidit.* V. Schneid. Lex. g. v. Schol. v. 19: *Ἀνυσθῆναι ἐποίησεν.* — *εἰναλίᾳ τε Σειρίφῳ.* De h. adjectivo v. indd. pindd. — *λαοῖσί τε. Et incolis. Λαοῖσι* in unam syllabam contrahi, negat Hermannus, proponens *ταῖσί τε* vel *τοῖσί τε.* Quorum posterius maxime placet. — *ἦ τοι. Revera.* Sententiam hæc particula inchoat velut Ol. II, 5. XIII, 118.

Nem. V, 78. — *Φόρκοι᾽ . . γένος.* Schol. v. 24: *Φόρκυος γένος τὰς Γοργόνας φησί. τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν τριῶν ἀκουστέον, ὅτι τὴν μὲν μίαν ἐκαρατόμησε, τὰς δὲ δύο ἐξετύφλωσεν, ἀφελόμενος τὸν ἕνα ὀφθαλμόν· μόνῳ γὰρ ἑνὶ ἐχρῶντο αἱ τρεῖς.* — *λυγρόν τ᾽ ἔρανον.* Schol. v. 25: *Λυγρὸν ἔρανον εἶπεν, ἐπεὶ ἐν ἐράνῳ ποτὲ ἐπέταξεν ἑκάστῳ ὡς ὢν βασιλεὺς ὁ Πολυδέκτης προσφέρειν αὐτῷ δῶρον καὶ τῷ Περσεῖ τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος.* Regem in saxum versum dicit Nonnus Dionys. XLVII, 553: *Καὶ κατὰ πικρὸν ἄναχτα πολυκλύστοιο Σερίφου Λαΐνεον νέον ἄλλον ἐσαθρήσω Πολυδέκτην.* Tzetza Lycophr. 838. p. 828: (Perseus) *ἐλθὼν παρὰ τὴν οἰκίαν τοῦ Πολυδέκτου, καὶ συμπόσιον λαμπρὸν ἐφευρών, δείξας τὴν Γοργόνος κεφαλήν, πάντας ἀπελίθωσε.* — *ματρός τ᾽.* De Persei matre Danaë liberata schol. v. 24. recte cogitat. — *ἔμπεδον δουλοσύναν. Stabilem, diuturnam servitutem.* De h. adjectivo v. Schneid. L. g. v. — *ἀναγχαῖον λέχος.* Vi mulierem duxerat Danaën. Cfr. interprr. Duo ista, convivium matrisque servitus et matrimonium, male cessere Polydectæ. — *εὐπαράου Μεδοίσας.* Schol. v. 24: *Ὅτι περὶ ἑαυτῆς ἡ Μέδουσα ὡς εὐμόρφου διέκειτο· διὸ καὶ περὶ κάλλους τῇ Ἀθηνᾷ ἐφιλονείκησεν.* — *χρυσοῦ.* Orph. *Λιθ.* 545: *Χρυσοπάτρῳ Περσῆϊ.* Alia v. ad Isthm. VII, 6.

V. 31–56.

Minerva igitur invenit artem tibiarum, imitans Euryalae planctum; tum nomum illum poly-cephalum denominavit. Sequuntur sententiæ, rebus Midæ adaptatæ. *ἀλλ᾽.* Redit poeta ad v. 12 sqq., ubi Minerva tibiarum

artem invenisse dicebatur. Significat istum reditum particula *ἀλλά*, de qua v. nos ad Ol. V. init. p. 166., ad Ol. VIII. p. 292. — *τούτων πόνων.* Congressus erat cum istis monstris. Paulo aliter schol. v. 31: *Ἐπιδιῶξαν γὰρ* (Gorgones) *τὸν Περσέα μέχρι Βοιωτίας.* Vides, veterum quosdam Persei cum Gorgonibus certamen in Böotia collocasse, inter quos Noster quoque fuisse videtur, qui, si ea, quæ deinde *eodem contextu* de calamis Cephissiis dicit, ad primam tibiarum inventionem divinam retulit, non tantum ad usum calamorum vulgarem, historiam mythicam cum victoris sui rebus sapientissime copulasse videbitur. De loco fabulæ nostræ uberior erit doctorum duumvirorum tractatio, Mülleri scil. Orchom. pag. 356 seq. et Böckhii Explicatt. pag. 344 seq. — *αἰλῶν τεῦχε πάμφωνον μέλος.* Gorgonum planctus imitans Minerva tibias invenit. Libycas ut alii scriptores vocat Nonn. Dionys. XL, 227 sqq.: *Λίζυγες αὐλοὶ Φηκτὸν ἐμυκήσαντο Λίβυν γόον, ὃν πάρος ἄμφω Σθενώ τ' Εὐρυάλη τε μιῇ πολυδειράδι φωνῇ Ἀρτιτόμῳ ῥοιζδὸν ἐπεκλώσαντο Μεδούσῃ, Φθεγγομένων κεφαλῇσι διηκοσίῃσι δρακόντων· Ὧν ἄπο μυρομένων σκολιὸν σύριγμα κομάων Θρῆνον πουλυκάρηνον ἐφημίξαντο Μεδούσης.* Alium Nonni locum excitavit Schneid. ap. Böckh. Explicc. p. 344. — De v. *πάμφωνος* v. ad Ol. VII. p. 241. — *Εὐρυάλας.* Schol. v. 35: *Ἀπὸ μιᾶς ἤρξατο καὶ τὸ περὶ τὴν ἑτέραν τὴν Σθενὼ πάθος παραστῆσαι.* — *χριμφθέντα.* Schol. v. 35: *Ἐκδοθέντα.* Compara nostrum ein Geschrey ausstossen. De græca v. confer inprimis Ruhnk. ad Tim. 104. Schneid. L. g. v. *χρίω.* Böckh. Expll. p. 345. — *ἐριχλάγχταν.* Schol. v. 35: *Μεγαλόχραχτον, μεγαλόηχον.* — *κεφαλᾶν πολ-*

λᾶν νόμον. I. e. *nomum polycephalum*. Nominis rationem ipse Noster significat, coll. schol. v. 39 (et schol. v. 15): *Ἐπεὶ καὶ αἱ τῶν δρακόντων πλείους εἰσὶ κεφαλαί, καὶ αἱ συρίζουσαι πλείους ἦσαν, ὧν κατὰ μίμησιν συνέθηκε.* Aliter reliqui Græcorum, qui istius nomi alium inventorem aliamque rationem tradiderunt. Cfr. schol. v. 39. Böckh. Explicc. p. 345. — *εὐχλεᾶ λαοσσόων μναστῆρ' ἀγώνων.* Schol. v. 42: *Ἔνδοξον ὑπόμνημα τὸ τῶν ἀγώνων τῶν τοὺς λαοὺς σοούντων καὶ παρορμώντων εἰς τὴν θέαν. φησὶ δὲ τὸ μέλος.* Nomus iste *certaminum memor studiosusque* dicitur, quippe *in iis audiri solitus*. Eo enim utebantur concertantes. Erat autem Apollineus. V. Böckh. Explicc. p. 345. 46. Deinde *ἀγῶνες* mihi quoque certamina sunt indistincte, non aut gymnica, aut musica. — *λεπτοῦ διανισσόμενον χαλκοῦ θαμὰ καὶ δονάκων.* Schol. v. 43: *Διαπορευόμενον τὸ μέλος ὁμοῦ διά τε χαλκοῦ καὶ καλάμου, ἀντὶ τοῦ διὰ τῶν αὐλῶν.* Non abundanter hoc loco *χαλκὸς* memoratur. Rupta fuerat Midæ *γλωσσίς* (schol. init.), quam ære constitisse putes, coll. Gurlitt. l. c. p. 27. Böckh. Explicc. p. 346. Ita bene præparavit transitum ad sequentem sententiam, quæ ad casum Midæ singularem alludit. — *παρὰ καλλιχόρῳ πόλει Χαρίτων. Ad Orchomenum*, coll. schol. v. 45. Jam *καλλιχ.* Charitesia quidem Orchomeniorum spectare poterit; sed est hæc vox aliorum quoque locorum epitheton honorificum. Hymn. h. in Herc. v. 3: *Θήβης καλλιχόροις.* Alcman. fragm. CXXIX. p. 83. Welck.: *Καλλιχόρου Οὐρίας.* Eurip. Heracl. 359. Matth.: *Καλλιχόροις Ἀθάναις.* Callimachi fragm. CCLVIII (Ern. T. I. p. 532): *Καλλιχόρου χθονός.* Anthol. Palat. VI, ccxii, 2 (Simonides): *Ἀγορῆς*

καλλιχόρου. VII, CCLIV, 3 (Simonides): *Καλλιχόρου πα τρίδος.* DCCXVIII, 1 (Nossis): *Καλλίχορον Μιτυλάνα* XV, 2, 1 (Incertus): *Καλλιχόρου πόληος.* — *ναίουσι* Schol. v. 45: *Τὸ δὲ ναίουσι κάλαμοι σκληρῶς καὶ ἀ θυραμβικῶς προήγαγεν· ἔδει γὰρ εἰπεῖν φύονται* Immo jucundissime calami personam induunt, coll. *μάρτυρες* v. 48. Simili *προσωποποιΐᾳ* Eurip. El. 72 Matth. lotus (tibia) dicitur *Μουσᾶν θεράπων.* — *Κηφισίδος ἐν τεμένει.* Schol. v. 45: *Ἐν γὰρ τῷ Κηφισσῷ οἱ αὐλητικοὶ κάλαμοι φύονται.* Agrum Orchomeniorum Cephissus fluvius permeat, coll. Müll. Orchom. p. 42. In eo fluvio ut in lacu, cui nomen Cephissus dedit, calamos crevisse dices. Melius Καφ. est lacus Cephissis (Copais). V. Heyn. et Böckh. Nam feminino P. utitur; est autem sermo de lacus nympha, coll. *τεμένει: loco sacro,* s. templo, s. luco. Fuit iste lacus cum adjacente regione nymphæ *τέμενος,* ut Syracusæ Martis Pyth. II, 2., Aegyptus Nili Pyth. IV. 99. V. quoque Schneid. Lex. g. v. *τέμενος.* Böckh. Explicc. p. 346. istum locum calamorum *τέμενος* dicere videtur. — *πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες.* Böckh. l. c.: „Calami dicuntur *πιστοὶ χορ. μ.*, quod comites choricis cantoribus adsunt et cantus quasi legitimi justique probatores (*δοκιμασταί*)." — *εἰ δέ τις ὄλβος* etc. Schol. v. 49 (de voce *φαίνεται*): *Γίνεται.* Eurip. Alc. 915. Matth.: *Συμφορὰ φανεῖσα.* V. nos ad Pyth. X. p. 946. Ad rem idem schol.: *Τοῦτο δέ φησιν, ἐπειδὴ ἀπροσδοκήτως ἐνίκησε, κλασθέντος τοῦ καλάμου.* — *εἰ δὲ τελευτάσει νιν ἤτοι σάμερον δαίμων.* Scholl. v. 49. 64. *ἤτοι* scribentes post *σάμερον* supplent *ἢ ἄριον,* vel *ἢ ὕστερον.* Non melius alii pro *νιν* legunt *νη*

(*nunc vel hodie*). Retine ἦτοι (*profecto*); νιν spectat vocem ὄλβον. V. omnino Böckhium Explicc. p. 347.— ἀελπτίᾳ βαλών. *In rem non expectatam injiciens*. Similiter schol. v. 54: Ἐν ἀνελπιστίᾳ καταστήσας. Thierschius: Stürzend in Hoffnungslosigkeit. Idem tamen suspicatur τιν' ἐν ἀελπτίᾳ. Sed abesse poterat præpositio motum locumque significans, coll. Eurip. Phön. 1534. Matth.: Σκότον ὄμμασι σοῖσι βαλών, i. e. ἐπ' ὄμμασι. Aesch. Eum. 445. ed. Schwenck.: Πέδῳ πεσών, i. e. ἐν πέδῳ πεσών. Aliis ἀελπτίᾳ ablativus est: *percutiens re non expectata*.— ἔμπαλιν γνώμας. *Praeter opinionem*. De v. ἔμπαλιν v. ad Ol. XI. p. 420., ad Ol. XII. p. 434. Rem bene mihi scholl. v. 49. 54. illustrasse videntur his verbis: Τοῦτο δέ φησιν, ἐπειδὴ ἀπροσδοκήτως ἐνίκησε, κλασθέντος τοῦ καλάμου.

Ad voluminis I. partem I.

Nova Addenda.

P. 7. l. 3. infr. post *oculis* hæc adde: Cum his, quæ dixi, confer Max. Tyr. Or. XL. T. II. p. 264 Reiske: Ὡς γὰρ ἐν νυκτὶ φῶς ἐκ πυρὸς τοῦ δι' ἡμέρας φανέντος ἐκμαιότερον ὑπὸ πολλοῦ τοῦ περιεχυμένου σκότους ἐλεγχόμενον, ἐν δὲ ἡλίῳ τὸ αὐτὸ ἀμυδρὸν καὶ ἀσθενὲς πρὸς ἀνταγωνιστὴν ἰσχυρότερον etc.

P. 8. l. 18. post ἡ ἥλιος adde: Maxime vero ad nostrum locum facit Max. Tyr. Or. XL, 4. T. II. p. 265. Reiske: Οὐκοῦν ἐν ἡμέρᾳ ἥλιος κρατεῖ, τὸ ἄριστον καὶ ἐκμαιότατον τῶν ἐν οὐρανῷ σωμάτων.

P. 11. l. 10. post *sunt* adde: Censor Olympiorum Gottingensis (Gött. gel. Anz. 1827. p. 92) hymnum disse-

minari quaquaversum negat, solumque Hieronem spectari contendit. Quodsi vero Hieronis laudes deinde memorantur, inde non sequitur, hymnum ad eum solum dirigi. Negat idem, esse *ἀμφιβάλλομαι disseminor*, *in omnes partes jactor*. Immo verbi ea primitiva vis est, ubi locus non exprimitur, quem id spectat, quod jactatur. Exprime locum: jam erit *ἀμφιβάλλομαι circumdor rei*. Idem Doctus aliam interpretationem proponit veterum poesi mirifice repugnantem: „Hymnus Olympiâ, ut ab objecto suo, prodiens animos poetarum amice eum salutantium amplectitur."

P. 14. l. 18. post *affundit* adde: Nostrum locum excitat Aristidis schol. p. 5. ed. Frommel.

P. 18. nota l. 1. infr. post *videtur* adde: Postremo in simili causa *immortale* opponitur *mortali* in epigrammate, quod vulgavit Köhlerus V. C. in libello: Description d'une medaille de Spartocus p. 59: *Ἀθάνατον θνητῷ πατρὶ γέρας τελέσας.*

P. 19. l. c. post *πῦρ* adde: V. quoque Reisigii enarrat. ad Soph. Oed. C. p. LXVII.

P. 22. l. 1. post *ἀποικίας* adde: Diogenes Laërt. VII, 1: *Κύπρου πολίσματος Ἑλληνικοῦ, Φοίνικας ἐποίκους ἐσχηκότος.* Ibidem l. 8. post *ἄποικος* adde: De Pelopis patria v. quoque Meinek. ad Euphor. pag. 1". Ibidem l. 11. post *Γαιαόχῳ* adde: De *Γαιαόχῳ* v. nunc Döderl. ad Soph. Oed. C. 1066.

(In Addendis [ad pag. 23] p. 480. l. 4. post *conferatur* adde: Thucyd. II, 87: *Καί που τι καὶ ἡ ἀπορία πρῶτον ναυμαχοῦντας ἔσφηλεν.* Ibidem l. 7. post 110. adde: 435. Ibidem l. 8. post *προοτυπενόησεν* adjice: Adde Eundem p. 72. 345. Idem T. I. p. LV.).

P. 28. l. 9. infr. post *equis* adde: De Neptuni *τραίνᾳ* v. Böttigerum in Amalth. T. II. p. 302 sqq., coll. tamen iis, quæ contra monuit Amaltheæ censor in Ephemm. Heidelbb. a. 1823. p. 1242 sq.

P. 29. l. 5. post (*γεννᾷ*) adjice: Neque omnino dett. *χρ.* temporum magnum intervallum significat. V. vocis *ὕστερος* usum ap. Aesch. Ag. 683. Blomf.: *Ὑστέρῳ χρόνῳ.* Ubi sermo de Paridis poena non ita multo post crimen commissum inflicta.

P. 31. l. 9. Censor Gottingensis l. c. p. 92. Plastenen Paus. V, 14, 4. a Rhea non diversam putat, eandemque Pelopis matrem suspicatur. Adde nos p. 480. in Addend. Ibidem l. 17. post *naturae* addatur: Aristot. Eth. Nicom. IV, 7 (Zell. T. I. p. 411). Idem VIII, 12. ibique Zell. T. II. p. 368.

P. 33. l. 1. infr. post *possumus* adde: Sensum meum non assecutus videtur censor Gotting. l. c. p. 33. Non ego dixi, *Pindarum* locutum de Pelope gratiarum agendarum causa diis mactato. Inerat hoc *veteri* de Pelope mactato *narrationi*, quam tamen P. respuit, ut impiam.

P. 35. l. 17. post *habetque* addatur: M. Planudes in græca Ovid. Metam. I, 361 conv. (Boisson. p. 20): *Τίνι ταραμυθουμένῳ τὰς λύπας ἂν ἔπεσσες;* — Ibidem l. 18. post *ἔδων* adde: Aesch. Prom. 446. Blomf.: *Συνοίᾳ δάπτομαι κέαρ.* Ibidem l. 23. post *improprio* adjice: — *μέγαν ὄλβον.* Aesch. Choe. 853. Blomf.: *Μέγαν ὄλβον.*

P. 39. l. 9. post *δοκέων δὲ* adde: Censori hoc Gotting. l. c. p. 93. displicet. Quamquam hac sola electa interpretatione pronomen *αὐτῷ* non vacabit.

P. 41. l. 17. post 184. — adde: *ἀλᾶται.* Conferunt Eurip. Tro. 635. Addo Aesch. VII Th. 784. Blomf.: *Ὀμμάτων ἐπλάγχθη: ocalos* (visum) *perdidit.*

P. 42. l. 2. post *πόνον* adde; Sc. construe: *Ἔχει πόνον τέταρτον μετὰ τριῶν*, i. e. *μετὰ πόνου τριῶν* (cum labore trium illorum), inæqualitate comparandi haud rara, ut Ol. XII, 19 sqq.: *Υἱὲ Φιλάνορος, ἤτοι τεά κεν Ἐνδομάχας ἄτ' ἀλέκτωρ, Συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ Ἀχλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε ποδῶν.* Ubi *ἐνδομ. ἀλέκτωρ* est pro *ἐνδομάχα ἀλέκτορος* sc. *τιμά.* Aesch. Ag. 1619. Blomf.: *Ὀρφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν φέρεις.* I. e. *Orpheae linguae.* Idem VII Th. 1006: *Πῆμα πατρὶ παρεννόν: calamitas similis calamitati patris.* Cfr. omnino Matth. Gr. g. Ed. II. §. 453. p. 848 sq. Schæfer. ad Lamb. B. Elips. grr. p. 3. Idem. Melett. p. 57. Jacobs. ad Anthol. Palat. T. III. p. 63. Idem ad Achill. Tat. p. 747.

P. 43. l. 17. post *πάλιν* adjice: V. quoque interprr. ruperrimos ad Soph. Oed. C. 1411.

P. 44. l. 1. post *κόνις* adde: De lanugine h. l. et cognatis adi quoque Blomf. gloss. Aesch. VII Th. 530.

P. 45. l. 19. post *Ἀφροδίτης* addatur: Theognis (Gaisf. P. M. G. T. III. ed. Lips.) 1293: *Ἀφροδίτης δῶρα.* 1304. 1332: *Κυπρογενοῦς δῶρον.*

P. 46. l. 15. post *Ἀφροδίτης* adde: Cum Oenomao alium confer *γαυβροχτόνον*, Evenum, de quo omnino adeundus Phavorinus Lex. gr. p. 786. — Ibidem l. 7. infra post (*capit, tenet*) adde: Cognatum Latinorum *luco.* Horat. Sat. II, 7, 102: *ducor libo fumante*, i. e. appeto libum f.

P. 47. l. 3. post *Pyth.* IX, 120. adde: Aesch. Prom. 720: *Πρᾶξιν Ἰοῦς.* Ubi conf. Morellius. Idem Choe

801: *Πρᾶξιν οὐρίαν.* — Ibidem l. 5. post 781. adde: et Lobeck. ibid.

P. 48. nota 13. fin. post *attulerat* adjice: Cic. Tusc. II, 27. fin.: *Equi Pelopis illi Neptunii, qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur.*

P. 49. l. 5. post *velocissimo* adjice: Nostrum locum respicere videtur schol. Aristidis p. 103. ed. Frommel.

P. 52. l. 8. infr. post *ὑμέτερον* adde: Simonides poem. LV, 1 (Gaisf. P. M. G. T. III. p. 175. ed. Lips.): *Ὅτ' ἐνίκα Ἀντιοχὶς φυλὴ δαιδαλέον τρίποδα*, i. e. *ἐνίκησε καὶ ἔλαβε.*

P. 54. l. 7. post *necessitatem* adde: Eurip. Hel. 198: *Ἰλίου κατασκαφὰν πυρὶ μέλουσαν δαΐῳ.*

P. 56. l. 5. post (Schütz.) adde: Anthol. gr. Lips. T. XIII. p. 335. a.

P. 57. l. 14. infr. post *Σχαμάνδρου* adjice: Aesch. Choe. 360: *Σκαμάνδρου πόρον.* Ibidem l. 13. infr. post *Ἀδριαχοῖο* adde: V. quoque Blomf. gloss. Aesch. Choe. 65. Tertullian. de Pall. 2: *Fluminum viae.*

P. 65. l. 2. infr. Euphor. Fragm. LIV (Mein. p. 125): *Εὐδείελος αἶα.*

P. 69. l. 6. post *ἀνιέμενον* addatur: Achill. Tat. II, 29. Jacobs.: *Λόγος γὰρ γλώσσης βέλος, ἄλλης γλώσσης βέλει θεραπεύεται.* VII, 4: *Τοξεύσαντος λόγου.* Aristæn. epist. II, 4: *Ὥσπερ βέλη τὰ ἔπη ἀφεῖσα.* Ubi cfr. VV. DD. p. 641. ed. Boiss. Ibidem l. 12. post *λόγοις* addatur: Ibidem Phocyl. 116: *Ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τοιώτερόν ἐστι σιδήρου.* V. quoque Jacobs. ad Anthol. Pal. T. III. p. 316.

P. 70. l. 11. infr. post *Isthm. IV, 8.* adde: Censor Gotting. l. c. p. 93. vulgatam tueri videtur: *hoc vitae tempus.* Num hoc alteri post mortem vitæ opponi vult? Quod christianismum redolebit, non ethnicismum. An pythagorice dictum putat cum Göttlingio?

P. 76. l. 15. post *produci* adde: Censor Gotting. l. c. p. 93. quædam monet, ad quæ respondeo. *Ὄπις* (sic scribo cum Schneid. L. gr. v. *ὄπις*) apud Pind., excepto carmine Pyth. VIII, 101., est *vox.* V. indd. Deinde *ὄπα* (sc. *rationem, providentiam*) nondum deprehendi nisi junctam cum voce *θεῶν.* Postremo non exposuit idem V. D., num legat *ξένον* an *ξένων.*

P. 77. l. 11. infr. post *ἐτύχθη* adde: V. quoque Gierig. ad Ovid. Metam. XIII, 282. et Boissonad. ad Eund. (e convers. gr. M. Plan. p. 564), nec non Blomf. glossar. Aesch. Pers. 355.

P. 83. l. 7. post *monentur* addatur: V. quoque Rei-. Enarrat. Soph. Oed. C. p. CVIII.

P. 84. l. 10. post *ἄτυχτον* adde: Aristæneti Epist. 6: *Πλὴν ἐπεὶ τὸ πραχθὲν οὐκ ἄλλως ἔχει.* Ubi confer, æ post Lambecium congessit Boisson. p. 329 sq. Quom V. D. copiis addo Simonidem poem. CXII (Gaisf. P. . G. T. III. p. 188. ed. Lips.): *Τὸ γὰρ γεγενημένον κέτ᾽ ἄρεκτον ἔσται.*

P. 85. l. 1. post *μαχάρων* addatur: De Tempore o v. quoque Musgr. et Hell. cum Döderl. ad Soph. Oed. 1446 sq. Hellerumque ad eundem Oed. C. 605. — Ibim l. 2. infr. post *παλιγκότους* adde: Idem VII Th. 4. Blomf.: *Πρᾶγος νεόκοτον*, ubi propter antecedentia n exclusa videtur *κότου* (*irae*) notio. V. tamen Blomf. ɔss.

P. 91. l. 5. infr. post num. *214.* adjice: Addo.

P. 94. l. 3. infr. post *τελευτῆς* adde: V. quoque inprr. Oed. C. 721.

P. 95. l. 10. post *πότμος* adjice; V. quoque Musgr. Soph. Oed. C. 1446 sqq.

P. 98. l. 11. infr. post *ἀγῶνα* adde: Sibylla Pausan. 9, 5: *Πολέμοιο μάχην καὶ δηϊότητα.*

P. 101. l. 12. infr. post *docent* adde: In amore quoe simplex *τυχεῖν* usurpatum, coll. Bast. et Boisson. ad istæn. I, 16. p. 458. ed. Boiss. Alia de simplici *τυγχάνω* v. ibid. p. 675.

P. 110. l. 12. infr. post num. *346* adde: Et *Ἐριννὺς* sch. Choe. 641. Blomf. *κλυτὴ* dicitur.

P. 111. l. 10. post *πικρᾶς* adde; Simillimus tamen em Soph. Oed. R. 1303. Erf.: *Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐσιδεῖν Δύναί σ᾽, ἐθέλων πόλλ᾽ ἀνερέσθαι, Πολλὰ πυθέσθαι, πολδ᾽ ἀθρῆσαί· Τοίαν φρίκην παρέχεις μοι.* Ibid. v. 12: *Ἐς δεινόν, οὐδ᾽ ἀκαυστόν, οὐδ᾽ ἐπόψιμον.*

P. 116. l. 11. infr. post. num. *246. 47.* adde: Alia v. *χρυσοῦς* huc facientia congessere Bast. et Boisson. Aristæn. Epist. p 205 sq. 316 sq.

P. 117. l. 7. infr. post *πάρεδρον* adde: Aesch. om. 18: *Ὀρθοβούλου Θέμιδος.*

P. 120. l. 3. infr. post *narrat* adde: De Elysio praealios v. Wyttenbach. ad Boissonadii Eunapium T. II. 112 sqq.

P. 122. l. 13. post *νήπιος* adde: Iph. T. 1061: *Εὔνετον ξυνετοῖσι βοάν.* Ibidem l. 18. adde: Simillimo *σοφοὶ* et *ἀξύνετοι* sibi opponit Herennius Philo in mine medico ap. Galen. compos. medic. sec. loc. L. IX.

p. 297 (v. Sprengel. pragm. Gesch. der Arzneikunde ed. III. T. II. p. 74): *Γέγραμμαι δὲ σοφοῖσι, μαθὼν δέ τις οὐ βραχὺ μ' ἔξει Δώρον· ἐς ἀξυνέτους οὐκ ἐπόψεαι περαν.*

P. 124. l. 17. post *definio* adde: Redeo ad veterum interpretationem, Simonidem Bacchylidemque tangi putantium. Cfr. Neue cit. p. 481. Cens. Gotting. l. c. p. 95. et nos ad Pyth. XI. p. 967.

P. 125. l. 5. infr. post ὄρνις addatur: Ibid. VII. CLXI, 1 (Antipater Sidonius): Ὄρνι, Διὸς Κρονίδαο ἄκτορε.

P. 127. l. 17. post *occupare* addatur: Censor Gotting. l. c. p. 96. πόλιν Agrigentum esse putat, annorum vero numerum spectare Telemachum, e Theronis majoribus qui sub Ol. LVI Phalaridis dominationem everterat.

P. 133. l 7. infr. post ἵππων adde: Sed Aesch. Prom. 7. ignem Vulcani ἄνθος dicit.

P. 135. l. 10. infr. post *junctam* adde: Censor Gotting. l. c. p. 96. vulgarem rationem defendit, et carmen Theoxeniorum gratia scriptum contendit.

P. 136. l. 8. infr. post βοαὶ adde: Simonides poem. CXV (Gaisf. P. M. G. T. III. p. 189. ed. Lips.): Καλλιβόας αὐλός.

P. 142. not. 2. l. 4. infr. scribe: *oculis, vitro* etc.

P. 143. l. 7. infr. post num. *375.* adde: Merobaudis Panegyr. v. 40 (Niebuhr. ed. II. p. 14): *Pulvereum glauca crinem praecingit oliva.*

P. 150. l. 9 post num. *984.* adde: et Jacobs. ad Anthol. Palat. T. III. p. 117. — Ibidem l. 9. infr. post αἴσαι adde: Pyth. II, 12. Hiero Dianæ quoque victoriam curulem debet, coll. ibi scholl.

P. 156. l. 11. post num. *I, 24* adde: coll. Blomfield. gloss. Aesch. Choe. 163. VII Th. 862.

P. 165. l. 6. post αἰών adde: Soph. Oed. T. 155. Περιτελλομέναις ὥραις.

P. 170 l 7. infr. post κακοδοξίας addatur: De ultimis cfr. VV. DD. ad Aristæn. Epist. p. 647. Boisson. — Ibidem l. 4. infr. post *Argonauta* adjice: V. διατάσσω illustravit Boissonadius ad Eunap. T. I. p. 165. 185. 230.

P. 171. l. 17. post *init.* adde: Simile κρατεῖν ἀγῶνα coll. Boisson. ad Eunap. T. I. p. 511.

P. 177. l. 10 post ἁβρόν adjice: V. ἁβρὸς illustrat. Boisson. ad Aristæn. Epist. I, 22. p. 525. — Ibidem l. 19. post *vide* addas: Conferatur omnino Schneid. l. g. v. ἀνατίθημι.

P. 178. l. 4. post *potuerit* addendum: Quid? quod urbs Camarina nomen traxisse quibusdam videtur a fossis suis et canalibus, coll. Viscont. apud Welcker.: Die äschyl. Tril. Prom. p. 130. Alia suppeditant Gallæus, Obsopæus et Hofmannus ad Sibyll. oracc. L III. p. 470. Gall.

P. 179. l. 8. post *interpp.* adde: Simillimus Libanius Orat. XI. T. I. pag. 282. Reiske: *Τὰ μὲν γὰρ* (montes) *ταῖς λιθοτομίαις ἴστησι τῇ πόλει* (Antiochiæ) *τοὺς τοίχους.* — Ibidem l. 13. post *ἄλσος* adde: Cic. Or. 3: *Omnis enim ubertas et quasi silva dicendi,* coll. ibid. Schirach. p. 16. et Scheller. L. L. v. *silva*. Adde Tertull. de anima c. 2: *Quanta sit silva materiae istius apud philosophos*.

P. 180. l. 6. infr. post *admoneat* adjice: Addo Wyttenb. ad Aristæn. Epist. I, 15. p. 456. Boisson.

P. 182. l. 3. infr. post *etc.* adde: Hesiod. O. et D. 374: *Πατρώϊον οἶκον ἱερβέμεν.*

P. 183. l. 4. post *Lips.* adde: et Boiss. ad Eunap. T. I. p. 528. Ejusdem generis Aesch. VII Th. 769. Blomf.: *Ὄλβος ἄγαν παχυνθείς.* Ubi editor.

P. 186. not. l. l. 1. infr. post *ταμίας* adde: Inscriptio Atheniensis, quam vulgavit Boissonadius ad M. Plan. convers. gr. Metam. Ovid. p. 653: *Τὸν θεσμῶν ταμίαν Ἐρεχθέα, ἁγνὸν ὕπαρχον, Πλούταρχος μύθων ταμίης ἔστησε.*

P. 188. l. 17. post *ἀκλεής* adjice: De similibus oxymoris v. Boiss. ad Max. Plan. convers. gr. Metam. Ovid. p. 77.

P. 189. l. 10. post *Θεαιτήτῳ* adde: Eunapius Maximo p. 57. Boiss.: *Πολλὰ ἀπὸ στόματος φράσας.* Ubi conf. Boiss. T. I. p. 307.

P. 190. l. 12. infr. post *πυρᾶν* adde: (ut dicitur *τάφον τελεῖν, sepulchrum facere,* coll. Döderl. ad Soph. Oed. C. 1430).

P. 191. l. 3. post *septem* adde: Aesch. Choe. 863. Blomf.: *Δεσπότου τελουμένου: domino* (cæde) *confecto* (occiso). Statuenda huic voci vis e contextu.

P. 192. l. 2. post *ἦβην* adjice: Duplicemque Amphiarai laudem repetit Soph. Oed. C. 1315: *Ἀμφιάρεως, τὰ πρῶτα μὲν λόχευε χρατὶνων, πρῶτα δ' οἰωνῶν ὁδοῖς.* — Ibidem l. 16. post *ὤν* adde: Soph. Oed. T. 90: *Οὔτ' οὖν προδείσας εἰμί.* Oed. C, 1128: *Οὐδ' οὖν ἐάσω.* Ubi Döderl.

P. 194. l. 14. post num. *40.* adde: Döderl. ad Soph. Oed. C. 735. pag. 416. — Ibidem l. 6. post *praebente*

adde: Postremo ἐξ est *prae*, coll. interprr. Soph. Oed. C. 738. p. 417. Hell. et Döderl.

P. 195. l. 12. post *Scholiastes* adde: Eunap. Proöm. p. 5. ed. Boiss.: *Ἀληθείας πρόθυρα καὶ πύλας.* Ad quem locum conferendus editor p. 147. V. eundem p. 392. 508.

P. 198. l. 8. post *immemor* adde: His addatur, quæ habet Blomf. in glossar. Aesch. VII Th. 856. — Ibidem l. 12. inf. post *ἀείρειν* adde: Adde Abresch. et Boisson. ad Aristæn. Epist. II, 4. p. 643.

P. 199. l. 17. infr. post *etc.* adde: Alia congessit Boisson. ad Aristæn. p. 659. Addo Eumathium pag. 89. Boiss.: *Καί τις ὀδύνη γλυκάζουσα κατέδραμέ μου τὰ μέλη.*

P. 201. l. 7. post *Harmonia* addatur: Pro genio loci erit quoque ille serpens, Seleuco obviam factus Liban. or. XI. T. I. p. 302. Reiske. — Ibidem nota 3. in fine post *dualem* adjice: Plut. Tib. Gracch. 1: *Λέγεται δέ ποτε συλλαβεῖν αὐτὸν* (Tib. Gracchum, Tib. patrem) *ἐπὶ τῆς κλίνης* (filioli) *ζεῦγος δρακόντων*, marem et feminam.

P. 205. l. 11 post *perviamque* adde: coll. Cic. quæst. academm. IV, 39.

P. 208. l. 13. infr. post *interprr.* adde: et Meinek. ad Euphor. p. 130. sqq.

P. 210. l. 4. num. *891.* adde: ibique Hemsterhus. (Gaisf. P. M. G. T. I. p. 167. Lips.).

P. 221. l. 1. post Heynio. — adde: *πολλὰ δὴ πολλαῖσιν.* De h. vocum concursu v. Boiss. ad Nicet. p. 243., ad Aristænetum p. 457., ad Max. Plan. convers. gr. Metam. Ovid. p. 321. b.

P. 223. l. 15. post num. *82.* adde: et Döderl. in sua Hellerique edit.

P. 224. l. 2. infr. post num *344.* adde: V. quoque Bast. ap. Boissonad. ad Eunap. T. I. p. 571. Blomf. glossar. Aesch. Choe. 570.

P. 229. l. 16. post *διέπειν* adde: Aristæn. Epist. I, 15. p. 73. Boiss.: *Γῆς θεοῦ τὸ πᾶν διεποίσης.* Nicetas Eugenianus in epist. ad Grammaticam p. 11 (Boiss. ad Aristæn. p. 618): *Τόξα διέπει.*

P. 233. l. 7. infr. post *Böckhinsque* adde: Addimus Hieroclem Stob. Florileg. tit. LXXIII (p. 449. Gesn.): *Διορμίζεται γὰρ ὑπὸ τοῦ τοιούτου* (si quis sobolem habuerit) *τοῖς προσήκουσιν ὁ βίος, ἀνάλογον ταῖς ἐπὶ πολλῶν ἀγκυρῶν σαλευούσαις ναυσίν.*

P. 236. l. 10. infr. post (*Lips. p. 87*) adde: et Jacobs. ad Anthol. Pal. T. III. p. 839.

P. 238. l. 17. post *ita*, adde: *simul*. V. Blomfield. gloss. Aesch. VII Th. 965.

P. 240. l. 9. infr. post *πότμος* adde: Verbum *ἐποτρύνω* illustrat Blomf. glossar. Aesch. Agam. 1241. Choe. 1.

P. 241. l. 14. post num. *309*. adde: coll. interprr. ad Aristæn. Epist. I, 26. p. 572 sq. Boiss.

P. 243. l. 10. post num. *1458*. adjice: His adde Boissonad. ad Max. Plan. convers. gr. Metam. Ovid. p. 195. — Ibidem l. 9. infr. post *extulit* adde: V. quoque Heindorf. ad Plat. Gorg. 135. p. 210., ad Horat. Sat. I, 4, 110.

P. 248. l. 8. post *sermonem* adde: Nec aliter Soph. Oed. T. 821. Erf.: *Ἆρ' οὐκ ἀπ' ὠμοῦ ταῦτα δαίμονός τις ἂν Κρίνων ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἂν ὀρθοίη λόγον;* Ubi schol.: *Ἀποφαίνοιτο.* Eodem pertinere poterit significatione originaria *ὀρθὸν ἔπος* ibid. 506. Et ap. Aesch. Ag. 1451. Blomf.: *Νῦν δ' ὤρθωσας στόματος γνώμην: nunc vero promsisti, exposuisti oris sententiam.*

P. 251. l. 5. post *κοτίνου* adde: Lucian. diall. mortt. XI, 3: *Εἶχε δὲ πάνυ καρτερὰν (βακτηρίαν) ἐκ κοτίνου ποιησάμενος.*

P. 253. l. 5. post *πλῆθος* adde: Apollinis oraculum Tlepolemo editum repetit Max. Tyr. Orat. XXXV, 7. Reiske.

P. 254. l. 10. infr. post *ἐπέκλυσε* adde: Liban. ed. Reiske. T. IV. p. 200, 15: *Ὥστε καὶ πόλεις ὅλας εὐδαίμονας ποιεῖν ὑετῷ χρυσίου.* Ubi schol. (Reiske. ibid.): *Τοῦτο λέγει διὰ τὴν Ῥόδον, περὶ ἧς φησὶ Πίνδαρος.*

P. 258. l. 10. post *Lips.* adde: et Meinek. ad Euphor. p. 128.

P. 270. l. 12. post *desisset* adde: Similiter Aesch. Choe. 843—846. Ubi Blomf. gloss.

P. 271. not. 12. lin. 4. post *interprr.* adde: coll. Hemsterhus. (Gaisf. P. M. G. T. I. p. 161. ed. Lips.).

P. 272 l. 5. post num. *225*. adde: V. quoque Boisson. ibid. T. I. p. 538.

P. 273. l. 8. *Ἰάλυσον* penultimam corripit velut *Ἀμφίλυσος*, coll. Meinek. ad Euphor. p. 62.

P. 276. l. 10. post *στέφεσθαι* adde: Euphor. Fragm. LXXIX. ed. Mein.: *Στεφαμένη θαλεροῖσι σινήντετο διχτάμνοισιν.* — Ibidem l. 7. infr. post *poterat* adde: V. quoque Reisig. Enarrat. Soph. Oed. C. p. XCVIII.

P. 277. l. 5. infr. post *patebit* adde: Thucyd. I, 105.

P. 280. l. 18. post *ἄωτον* adde: Soph. quoque Oed. T. 810. Erf. *ξένους* et *ἀστοὺς* juxta ponit. Adde Nostrum Pyth. III, 125 sq.

P. 291. l. 5. inf. post *ἄνω* adde: et Blomf. gloss. Aesch Choe. 786. Ibidem l. 6. jam dele *et* ante *Schneid.*

P. 295. l. 7. infr. post ἐλέγχων adjiciatur: Simonides poem. LXIII, 3 (Gaisf. P. M. G. T. III. p. 177. ed. Lips.) de puero victore: *Κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ' οὐ χείρονα μορφῆς.*

P. 296. l. 7. infr. post num. 79. addatur: De Jove ξενίῳ notavit Creuzerus in Meletemm. part. I. p. 16. monente Boisson. ad Max. Planudis conv. gr. Metam. Ovid. p. 433. — Ibidem l. 1. infr. post *etc.* adde: Latius patet ῥέπειν ap. Soph. Oed. T. 840. Erf. Ubi vid. Brunckius.

P. 300. l. 8. post Θήβην adde: Pyth. II, 107: *Διστεφάνων ἀγυιᾶν.*

P. 301. l. 14. post *fqq.* adde: Ad Euphorionis fragmentum, quod de eadem re profert scholiastes vet. v. 41 (Böckh. p. 194), conferas Meinekium in Euphor. fragmm. p. 131.

P. 305. l. 17. post *sq.* adde: et Böttigeri Amalth. T. II. p. 302.

P. 308. l. 9. post μελέτα adde: Pyth. X, 93: *Καὶ γὰρ ἑτέροις ἑτέρων ἔρως ὑπέκνιξε φρένας.*

P. 310. l. 17. post ἐνεστώσης adde: Eunapius Porphyrio (Opp. T. I. pag. 10. Boiss.): *Πᾶσαν μὲν αὐτὰς ἀνατρέχων χάριν*, bene puto vertente Wyttenbachio T. II. p. 41. ejusd. ed.: *Ipse omne venustatis spatium emensus.* Dictio impropria nasci poterat ex antecedenti *ἐπιτρέχει τοῖς λόγοις.* Quod utut se habeat, colorem e Graecorum *σταδιοδρομίᾳ* petitum suspicor. Videatur quoque Simonides fragm. CXLIV (Gaisf. P. M. G. T. III. pag. 203. ed. Lips.): *Τί ταῦτα τῶν μακρῶν λόγων ἀνέδραμον;*

P. 320. l. 9. post *Böckhio* adde: Sed vide ibidem nos p. 813.

P. 324. l. 6. infr. post *mortui* adde: Gregor. Naz. in Muratori Anecdd. p. 1 (citante Boissonadio ad Eunap. T. I. p. 553): *Ἀλλά μιν ἔσχε μόρῳ φθόνος.* Contrarium illud veterum philosophorum: *Ὁ φθόνος ἔξω θείου ῥοῦ ἵσταται*, de quo vide, quae congessit Wyttenb. ad Eunap. T. II. p. 102. De *φθόνῳ θεῶν* v. quoque Boissonad. ad Aristæn. Epist. p. 674. Idem ad Max. Plan. convers. gr. Metam. Ovid. pag. 454. et Blomf. glossar. Aesch. Pers. 368.

P. 330. not. 3. l. 3. post κατοικεῖ adde: De hoc v. inprimis Spanhem. ad Jul. Cæss. p. 115. ed. Heusing.

P. 336. l. 3. infr. post *Πιερίδων* adde: Est hoc ἄειρειν idem quod ὀρθοῦν, coll. indd. pindarr.

P. 337. l. 14. post πυρσῷ adde: Alia congessit Hemsterhusius ad Hes. Sc. Herc. 18 (Gaisf. P. M. G. T. I. p. 168. ed. Lips.).

P. 338. l. 3. post (*Meineke p. 83. 84*) adde: coll. iis, quæ ad Platonis Phædon. (p. 257. ed. Lips.) congesserunt Wyttenb. et Ruhnk.

P. 339. l. 12. post num. *129*. adde: Aesch. Choe. 594. Blomf.: *Ὑπόπτερος φροντίσιν*. Ubi v. Ejusd. gloss.

P. 341. l. 9. post *divinum* adde: Achill. Tat. V, 2: *Κατὰ δαίμονα*. Aristæn. Epist. I, 10: *Κατὰ θεῖον*. Ubi v. Boiss. p. 355.

P. 343. l. 2. infr. post num *326*. adde: Blomf. gloss. Aesch. Choe. 808.

P. 344. l. 3. infr. post *sq.* adde: V. quoque Pyth. I, 166 sqq.

P. 346. l. 6. infr. post *cit.* adde: De hac montis locorumque aliorum scriptione v. quoque Boissonad. ad Max. Plan. convers. gr. Metam. Ovid. p. 80.

P. 350. not. 7. l. 1. post *definit* adde: Athenas alii habent, coll. Musgrav. ad Soph. Oed. C. 1582.

P. 353. l. 20. post *hom.* adde: in Cer. — Ibidem l. 22. post *videtur* adde: Affert eum Buttm. Lexil. II, 270.

P. 354. l. 4. infr. post *persona* adde: Erat quippe Locrus in matrimonio, sed nullam inde sobolem habebat. Hinc Opuntis filia pro pellice haberi poterit, quamquam obest *ἄλοχος* v. 94. Simile vero Polybi Corinthii gaudium de Oedipode filio adoptivo Soph. Oed. T. 1015 sq. Erf.

P. 356. l. 20. post *Socratis* hæc adde: Non aliter Aesch. Prom. 304. Blomf.: *Οὐ γάρ ποτ' ἐρεῖς, ὡς Ὠκεανοῦ φίλος ἐστὶ βεβαιότερός σοι* (*me fidelior*). Tacit. Annal. II, 71: *Flebunt* (Germanicus moriens de se verba facit) *Germanicum etiam ignoti*, i. e. *me*.

P. 360. l. 2. infr. post *Barnes*. adde: et Blomf. gloss. Aesch. Choe. 699. Ibidem l. anteced. post *gr.* jam deleas *et*.

P. 362. l. 11. post num. *126*. adde: et Boissonad. ad Aristæn. epist. II, 5. p. 652. — Ibidem nota 10. l. 1. infr. post *ἀμφιλαφῆ* adde: De h. voce videatur quoque Boissonadius ad Aristæn. Epist. pag. 264 sq. Blomf. glossar. Aesch. Choe. 325.

P. 366. l. 18. ante v. *φῶτας* adde: *ἀργυρίδεσσιν*. De h. v. cfr. interprr. Aristæn. p. 712. Boisson.

P. 371. l. 10. post *ὀρᾷ* adjiciatur: Adde interprr. Aristæn. p. 250 sq. Boisson. et Blomf. gloss. Aesch. VII Th. 53.

P. 375. l. 6. infr. post *ὕμνοι* adde: V. Pyth. III, 113.

P. 376. l. 7. infr. post *ὕμνοι* adde: Postremo vide, ne sic tota sententia jungi intelligique possit: *Μελιγάρυες*

ὕμνοι, ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων, τέλλεται π. ὅ. μ. ἀ. Est *ἐ. λ.* antecedentis vocis *ὕμνοι* appositio generalis; deinde *καὶ* jungendum vel cum *τέλλ.*, vel cum *μέγ. ἀρ.* Ad istud cfr. Herm. ad Vig. p. 847. Tum erit pro *μέν*, et respondebit in seqq. *δ'*. Quodsi cum *ἀρ.* junges, oppositas virtutes dices aliis rebus, quæ cani possint. Melius tamen cum verbo ita copulabis, ut sit Nostrum denn auch, coll. nobis ad Pyth. IV. p. 657. Postremo *τέλλεται* ita positum, ut sequatur prædicati numerum, non subjecti, coll. Matth. Ausf. gr. Gr. §. 305. p. 706. ed. II. Usum Latinorum illustravit Schellerus Ausf. lat. Sprachl. ed. IV. p. 368.

P. 377. l. 8. infr. post num. *132.* adde: De *ἀνάζεμαι*, voce statuaria, adeatur inprimis Boissonadius ad Eunap. T. I. p. 339.

P. 382. l. 7. post *Böckhius* adde: *Ῥήτορας ἄριστους (summos oratores)* habet Liban. Orat. XI. T. I. p. 334. ed. Reiske.

P. 389. l. 6. post *αὐδῆς* adde: Similes *πηγαὶ λόγων, φιλοσοφίας*, coll. Boisson. ad Eunap. T. I. p. 193.

P. 394. l. 17. post *patet* adde: coll. Herm. ap. Heyn. T. III. p. 307.

P. 400. l. 6. infr. post *λέγεται* adde: Soph. Oed. T. 632. Erf.: *Τὸ νῦν παρεστὸς νεῖκος εὖ θέσθαι (bene finire?) χρεών.*

P. 402. l. 3. post *sect. 3.* adde: Soph. Oed. C. 1439: *Ἀντῆσαι κακῶν: mala nancisci.* Ubi Musgr. Jacobs. Döderl. — Ibidem l. 12. post *ἀβουλία* ante posterius parentheseos signum adde: coll. Aesch. VII Th. 747. Blomf.: *Ἀβουλίαις ἐγείνατο μὲν μόρον αὑτῷ: stolide paravit sibi calamitatem.*

P. 404. l. 4. post *animadversionem* adde: Sed vide, ne sit *δόρπου λύσις* idem quod *δόρπον*, velut dicitur *βίου τέλος* pro *βίος*, coll. nobis ad Ol. XIII, 80. p. 459. Est enim *δεῖπνον* etc. *λύειν* idem quod *solvere*, coll. Dorvill. ad Charit. II, 4. p. 307. ed. Lips. — Ibidem l. 8. infr. post *ἀνάκτων* adde: Simonides poem. I (Gaisf. P. M. G. T. III. p. 159. Lips.): *Θεῶν δ' ἐξ ἀνάκτων.*

P. 404. l. 18. post *Vern.* adde: Non aliter *χάλαζα* (pro *gallis*) Soph. Oed. T. 1279: *Ὄμβρος χαλάζης αἱμάτων ἐτέγγετο.* — Ibidem l. 19. post *carebat* adde: De *νώνυμος* v. Blomf. gloss. Aesch. Pers. 999.

P. 405. l. 9. post *χρόνον* adde: Omnia enim Tempus videt. Soph. Oed. T. 1212: *Ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνος.* — Ibidem l. 14. post *πεφυκέναι* adde: Eunapius Aedesio (Boisson. T. I. p. 41): *Ὁ δὲ χρόνος ἀπή-*

λεγξεν ἅπαντα. Simonides poem. CX (Gaisf. P. M. G. T. III. p. 188. ed. Lips.): *Οὐκ ἔστιν μείζων βάσανος χρόνου οὐδενὸς ἔργου, Ὅς καὶ ὑπὸ στέρνοις ἀνδρὸς ἔδειξε νόον.* Adde Eundem Simonidem poem. CLXXII (Gaisf. ibid. p. 200).

P. 409. l. 8. infr. post *Halirrhotio* adde: præter Liban. T. IV. p. 402 — 419. ed. Reiske. — Ibidem l. 4. infr. ante πέτρῳ adde: ἔδιχε. Pyth. IX, 218. Aristænet. Epist. II, 1. p. 129. Boiss.: *Τόξα δίκει.* Ubi cfr. Boiss. p. 616.

P. 417. l. 8. infr. post *denotat* adde: V. quoque Hemsterhus. ad Hes. O. et D. 20 (Gaisf. P. M. G. T. I. p. 160. ed. Lips.).

P. 418. l. 9. post *monui* adde: Ceterum πυριγενέτης (Aesch. VII Th. 192) et πυριγενής (Eurip. Hippol. 1223) proprie intelliguntur in aheneis instrumentis.

P. 426. l. 11. post ἀναιδές adde: Achill. Tat. IV, 19: *Ἀχάνθας ἀναιδεῖς*, ubi v. Jacobs. p. 748.

P. 429. l. 2. infr. post *robustus* adde: de qua v. cf. Boisson. ad Eunap. T. I. p. LIV. 268. Wyttenbach. ad Eund. T. II. p. 275.

P. 431. l. 17. post *videtur* adde: Cum Σ. *T.* conf. Aesch. Ag. 647. Blomf.: *Τύχη δὲ σωτήρ.* Ubi Blomf. gloss.

P. 433. l. 7. post μάχας. — adde: λαιψηροὶ πόλεμοι. Schol. v. 1: *Σφοδροὶ τὴν ὁρμὴν καὶ δραστήριοι.*

P. 434. l. 1. post αἰγιόχοιο adde: Soph. Oed. T. 911. Erf.: *Πρόνοια δ' ἐστὶν οὐδενὸς σαφής.* Ubi Brunck., nostri loci haud immemor. — Ibidem l. 8. post τύχης adde: Eunap. fragmm. hist. (Opp. ed. Boiss. T. I. p. 473): *Ἀτεχμάρτου τύχης.* Similiter de incertitudine proxime instantium Pyth. X, 96: *Ἀρπαλέαν σχέθοι φροντίδα τὰν παρ' ποδός· τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν ἀτέχμαρτον προνοῆσαι.*

P. 435. not. 3. post *sqq.* adde: Eodem trahes gemmam, cujus descriptionem e Ficoroni *Gemmis antiquis* repetiit Osannus in Böttigeri Amalth. T. II. p. 270. Habet illa gallum gallinaceum canentem, circa vero legitur: *ΑΣΤΟΜΑΧΙ*, quod mihi est pro ἀστομαχία (ἀστυμαχία, *certamen publicum*). Laudatur puto gallus, qui in certamine publico victor extiterat. Osanni interpretatio (*sine bile*) galli naturæ repugnat. Adde censorem Amaltheæ in Ephemerr. Heidelbb. a. 1823. p. 1241. — De gallorum apud Græcos certaminibus v. quoque Franc. Furia ad Aesopi Fab. XVI. p. 12.

P. 436. nota 5. l. 5. post *Pottero* adde: Perquam

bellicosos dicit gallos gallinaceos Dio Chrysost. orat. IV. T. I. p. 159. ed. Reisk.

P. 439. l. 3. post (*Antipater*) adde: Liban. T. IV. p. 1009, 4. ed. Reisk.: *Κορινθίων πλούτῳ.* — Ibidem nota l. l. 3. post *Γαδειρίδας* adde: Aesch. Prom. 754. Blomf.: *Ἐπ' αὐταῖς στενοπόροις λίμνης πύλαις.*

P. 441. l. 3. post num. *87.* adde: Simonides poem. CXXXIX (Gaisf. P. M. G. T. III. p. 195. ed. Lips.): *Ὑνησίπολιν δίκαν.* — Ibidem l. 14. post *singulorum* adde: Politice Aeschylus quoque Dicen intelligit Choe. 937. Blomf.

P. 442. not. 2. l. 2. post *κεκορημένος* adde: Non aliter Soph. Oed. T. 867. Erf.: *Ὕβρις φυτεύει τύραννον, Ὕβρις, εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν.*

P. 446. l. 5. post num. *26.* adde: Welckero (Nachtrag zu der Schrift über die Aeschyl. Trilog. p. 241. not. 179) est *βοηλάτης* cum veterum quibusdam *is, qui magnum sonitum* (*βοὴν*) *ἐλαύνει.*

P. 450. l. 2. post *Sabina* adde: Ed. II. — Ibidem l. 4. post num. *10.* adde: Meineke ad Euphor. p. 108 sq. — Ibidem l. 19. post (*adeptus est*). — adde: *διαύλου.* V. Spanhem. ad Callim. Pall. 23. p. 625—29. — Ibidem l. 22. post *ἄθλους* adde: Cui interpretationi (*certamina*) eximie favet Anthol. Planud. Epigr. CCCXXXVII, 5 (Anthol. Pal. T. II. p. 728): *Πολλάκι κρατα πύκασσε πανημερ-οισιν ἀέθλοις.* Ubi *ἀεθλ.* non erunt nisi *certamina*, cfr. v. *πανημερ.*

P. 451. l. 9. infr. post *ἐνιαυτῶν* adde: Idem IV, 24: *Πτερόεσσα ὥρη.*

P. 452. l. 5. infr. post num. *14* ante posterius parentheseos signum adde: Aesch. Prom. 77. 81. 515. Blomf.

P. 455. not. 6. l. 6. post *κοινός* adde: Gierig. ad Ovid. Metam. XII, 7. Boissonad. ad Max. Plan. convers. gr. Metam. Ovid. p. 511. b. — Ibidem not. 7. l. 2. post *sunt* adde: V. quoque Blomf. gloss. Aesch. Pers. 615.

P. 456. l. 4. post *Thebano* adde: vel pompa triumphali. — Ibidem l. 14. post *γαρύων τε* adde: Similiter Aesch. Prom. 453. Blomf.: *Μέμψιν οὔ τιν' ἀνθρώποις ἔχων, ἀλλ' ὧν δέδωκ' εὔνοιαν ἐξηγούμενος*, pro *ἐξηγησόμενος.*

P. 461. l. 1. post v. *supra cit.* adde: V. quoque Boissonad. ad Eunap. T. I. p. 289. — Ibidem not. 12. l. l. infr. post *τύχης* adde: D. Pauli Epist. Rom. XI, 33: *Ὦ βάθος πλούτου.*

P. 463. l. 17. post Wirklichkeit adde: Theophyl. Simoc. Epist. XXXIV (Boisson. ad M. Plan. convers. gr. metam.

metam. Ovid. p. 663): *Ὁ μῦθος οὗτος, ὦ Χρύσιππε, τὴν ἀλήθειαν καθάπερ ὕπαρ φθέγγεται.*

P. 464. l. 4. post *L. g v.* adde: De usu h. v. adjectivali pro adverb. cfr. VV. DD. ad Aristæn. Epist. p. 697. Boiss. — Ibidem l. 16. post num. *533.* — adde: *Ἱππεία Ἀθάνα.* V. Bekk. Anecdd. grr. p. 350, 25. Spanhem. ad Callim. Pall. 6. — Ibidem l. 5. infr. post *ἀπώμοτον* adde: V. quoque, quæ habet Schneid. L. g. v. *ἀπώμοτος*, et Bekk. Anecdd. grr. p. 21, 4. — Ibidem l. 3. infr. post *equum* adde: Falsum igitur, quod habet Grammaticus etc.

P. 466. l. 16. post *sqq.* adde: De Chimæra v. Boisson. ad M. Plan. conv. gr. metam. Ovid. p. 411. a.

P. 467. l. 8. post *antecedente* adde: Dicere poteris, articulum h. l. habere contemtionis quandam speciem, ut sit sensus: *Tela, quae justo copiosiora videri possint.* Simile Aesch. Prom. 458. Blomf.: *Τὸν μακρὸν χρόνον* (die ganze lange Zeit). Cfr. Agam. 604. Alius articuli sensus in eadem re Nem. III, 130., ubi *χρόνος* persona est, ideoque articulo recte gaudet. Postremo in formula *τὰ πολλὰ* (Soph. Oed. C. 1275. ed. Hell. et Döderl., et alibi) articulus nostræ voci so respondere videtur, ut sit *τὰ πολλὰ* nostrum so oft.

P. 469. l. 8. infr. post *Choeph. v.* adde: 136.

P. 471. l. 3. infr. post *Höhe* adde: Horat. Epist. I, 11, 26: *Locus effusi late maris arbiter.*

P. 478. l. 1. post num. *91.* adde: coll. 463. — Ibidem l. 6. post *πατῶν.* adde: Oed. T. 823. Erf.: *Ὦ θεῶν ἁγνὸν σέβας.* — Ibidem l. 9. post *εὐχος* adde: Incommodum est, quod de nostro loco suspicatur Döderl. ad Soph. Oed. C. 1003.

P. 481. l. 10. post *βαθύβουλον* adde: Eunap. Fragmm. histor. (Opp. ed. Boiss. T. I. p. 479): *Μετὰ βαθείας σπουδῆς καὶ φροντίδος.* — Ibidem l. 7. infr. post *στέρνον* adde: Sed Aesch. VII Th. 386. est luna *noctis oculus*. Ubi v. Blomf. glossar. — Ibidem l. 4. infr. post num. *CCCLXXXIX, 1* adde: De alia cerva, mille annorum, Dianæ famula, v. Sil. Ital. Pun. XIII, 115 sqq. Similiter *antiquus* Romanis pro *sancto*. V. Döderl. ad Soph. Oed. C. 1621.

P. 482. l. 22. post *ῥοαῖς* adde: Sibyllina oracula L. V. p. 604 (ed. Gall.): *Ὄμβρος πυρὸς αἰθομένοιο*, Eunapius in Aedesio (Opp. ed. Boiss. T. I. p. 41): *Ἀποῤῥοαί τινες ὥσπερ ἀστέρων.* — Ibidem l. 24. post *ἴβης* adde: De *ἄνθει ἴβης* etc. v. Abresch. ad Aristæn. Epist. I, 19. p. 494. ed. Boiss. — Ibidem l. 29. 30. post

ἐπιειμένος adde: Seneca Agam. 8: *Hinc auspicari regium capiti decus Mos est Pelasgis.* — Ibid. l. 4. inf. post ἐγνώρισε adde: V. tamen Matth. Ausf. G. G. p. 443. ed. II.

P. 483. l. 10. post X, *16.* adde: Simillimus Soph. Oed. T. 1069. 70. Erf.: *Τοὐμὸν δ' ἐγώ, εἰ σμικρόν ἐστι, σπέρμ' ἰδεῖν βουλήσομαι.* Ubi cf. Erf. Adde Döderl. ad Oed. C. 1283.

P. 484. l. 6. post *Branckio* adde: Sophocli vero obversatus videtur Simonides poem. XIII (Gaisf. P. M. G. T. III. p. 163. ed. Lips.): *Τίς γὰρ ἀδονᾶς ἄτερ Θνατῶν βίος ποθεινός, ἢ ποία τυραννίς;* — Ibidem l. 11. post *Eur.* adde: Or.

Ad voluminis I. partem II.

Addenda.

P. 490. l. 13. post *v. 10.* adde: Liban. Orat. XI. T. I. p. 300. ed. Reiske: *Ζεὺς δὲ κινήσας ἐκ τοῦ ἀκίπτρου τὸν ἑταῖρον ἑαυτοῦ καὶ φίλον ὄρνιν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἔπεμψεν.*

P. 497. l. 12. post νήσους adde: Diodor. Sic. I, 24: *Τὴν ὑπερκειμένην χώραν: regionem superiorem.*

P. 501. l. 10. post *segniore* adde: Thuc. III, 88: *Νομίζουσι δὲ οἱ ἐκείνῃ ἄνθρωποι* (Liparæi), *ἐν τῇ Ἱερᾷ ὡς ὁ Ἥφαιστος χαλκεύει, ὅτι τὴν νύκτα φαίνεται πῦρ ἀναδιδοῦσα πολύ, καὶ τὴν ἡμέραν καπνόν.*

P. 505. l. 8. post ἠπείρων adde: Liban. Or. XI. T. I. p. 301. Reiske: *Σελεύκου μὲν οὖν ἡ πόλις ἐπώνυμος.*

P. 506. l. 5. post *audiat* adde: Simile Inc. Rhes. 224. Matth. — Ibidem l. 8. post num. *50.* adde: De Apolline *Λυκείῳ* v. præter alios Blomf. glossar. Aesch. VII Th. 133.

P. 521. l. 6. post *Hermannum* adde: et Bröndstedium. Eâd. linea post num. *231.* adde: T. III. p. 53 sqq.

P. 522. l. 15. post *aliosque* adde: Oppian. Halieut. II, 18: *Ἥρατο τιμήν.*

P. 528. l. 7. post num. *1071.* adde: Blomf. glossar. Aesch. Pers. 222.

P. 543. l. 10. infr. post *schol.* adde: et Schneider. L. g. v. *χίων.*

P. 545. l. 9. infr. post *Gesn.* adde: Juno de Ixione apud Lucian. diall. deorr. VI, 4: *Μὴ ὥραισιν ἴχοιτο τῶν ὑπὲρ αὐτὸν ἐπιθυμιῶν.*

P. 561. l. 3. post *ἐμοί.* adde: 754: *Θέλων δὲ τῶνδε πεύσεται λόγων.*

P. 562. l. 3. post *moderaturque* adde: Et *κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμενοι* (*ad citharam accedentes*) sunt Isthm. II, 4. Ubi Dissenius.

P. 564. l. 1. infr. post *ἔβα* adde: Aesch. Agam. 1419 sqq. Blomf.: *Ἡ δέ τοι.., κεῖται, ἐμοὶ δ' ἐπήγαγεν* etc. Choe. 328: *Λίπαις τοί σ' ἐπιτύμβιος θρῆνος ἀναστενάζει. τάφος δ' ἱκέτας δέδεκται.* 449: *Σέ τοι λέγω, ξυγγενοῦ, πάτερ, φίλοις. Ἐγὼ δ' ἐπιφθέγγομαι,* 696: *Οὔ τοι κυρήσεις — ἄλλος δ'* etc.

P. 567. l. 17. post *μαχέσαιτο* adde: Aesch. Agam. 712: Blomf.: *Ἄμαχον ἄλγος.*

P. 575. l. 17. post *εὐμενῆ* adde: V. quoque Max. Tyr. Or. XVIII, 5. T. I. p. 346 — 357. ed. Reiske. Verum jus talionis jam inter Rhadamanthi dicteria latum fertur. V. Aristot. Eth. Nicom. V, 5., citante Blomf. in glossar. Aesch. 307. Adde Elmsl. ad Eurip. Med. 256. Welcker. ad Theogn. 431. p. 25. — Ibid. l. 8. infr. post *Meinekius* adde: coll. Welck. l. c.

P. 581. l. 5. post num. *117.* adde: et Lambin. ad Horat. Epist. I, 2, 57. Simillimus vero sententiæ nostræ Aesch. Agam. 244. Blomf.: *Ἴσον δὲ (τὸ προκλύειν) τῷ προστένειν.* Ubi Blomf. gloss.

P. 585. l. 9. post *procuraverat* adde: Postremo de Chirone medico v. quoque Max. Tyr. Or. XXXIV, 1. T. II. p. 153. Reiske.

P. 587. l. 7. infr. post *λῆμα* [1]) adde: De voce cfr. Blomf. glossar. Aesch. VII Th. 444. — Ibid. l. 5. post *contextum* adde: Postremo Coronis in numis Pergamenorum. Ejus enim filius Aesculapius, istorum Deus tutelaris. V. Eckhel. D. V. N. T. II. p. 465.

P. 588. l. 16. post *appositum* adde: *ἐπίσκοπος* eodem sensu Aesch. Choe. 120. Blomf. Minerva vero *ἐπίσκοπος* dicitur, coll. Blomf. glossar. ibid.

P. 590. l. 13. post *ἠδυνήθην* adde: 574: *Ὅτε τὰν ὁμοπάτριον ἔδνοις ἄγαγες Ἡσιόναν πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκτρον.*

P. 592. l. 8. Post *Blomf.* adde: Qui tamen fallitur. Habet enim Schütz. scholion alio ordine p. 386.

P. 594. l. 12. post num. *315.* adde: De genere v. *νεκρὸς* v. Blomf. gloss. Aesch. VII Theb. 1015.

P. 601. l. 10. infr. post num. *752.* adde: Obloquitur Döderl. ad Soph. Oed. C. 107.

P. 604. l. 3. infr. post *piget* adde: Nocturna sacra omnia Thebis post Pindari ævum expulsa videntur, coll. Cic. legg. II, 15. ed. Mos. et Creuz.

P. 613. l. 15. Post num. *101.* adde: Aesch. Choe. 939. Blomf.

P. 625. l. 8. pro *p. 947. sq.* scribe: p. 944. 947. sq. 950.

P. 626. l. 10. infr. post *Graevius* adde: Neque de eadem scriptura Aeschylo Pers. 312. reddenda dubitare debebat Blomf. nott. critt ad l. c.

P. 627. l. 12. post num. *339.* adde: Delphini in Theræorum numis. V. Mionnet. Description de médaill. ant. T. II. p. 332.

P. 631. l. 3. post. num. *407.* adde: Pyth. IX, 177: *Βαθυχόλπου Ἰᾶς.*

P. 632. l. 1. post *etc.* adde: V. Blomf. glossar. Aesch. Choe. 579.

P. 633. l. 13. post *νόστον* adde: Apoll. Rh. IV, 901: *Μελιηδέα νόστον.*

P. 638. not. 8. post num. 8) adde: Alia congessit Matth. Ausf. G. G. §. 430. p. 797. ed. II.

P. 643. l. 12. infr. post *μύθων* adde: Idem ibid. XVI, 96: *Μύθων ὀρθὰ κέλευθα: verba.*

P. 645. l. 10. post num. *XVI.* adde: Et sacer omnino hic numerus Conf. Valck. ad Theocr. II, 43. Voss. ad Virgil. Ecl. VIII, 73. Döderl. ad Soph. Oed. C. 472. Deinde *τρὶς* pro *πολλάκις*, coll. Blomf. glossar. Aesch. Choe. 308.

P. 646. l. 14. post num. *65.* adde: De v. *δύσθροος* cfr. Blomf. Gloss. Aesch. Pers. 642.

P. 653. l. 9. post *Anton.* adde: Blomf. gloss. Aesch. VII Th. 744.

P. 655. l. 9. infr. post *ferinæ* adde: Fuitque magister ejus Chiron venator Max. Tyr. Or. XXXIV, 1. T. II. p. 153. Reiske.

P. 656. l. 5. infr. post *habet* pro puncto fige comma et adde: coll. Anthol. Pal. T. II. p. 728: *Ἀνδρὸς ὀπιζομένου Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο.*

P 658. l. 4. infr. post *conf.* adde: Reiske ad Max. Tyr. Or. XVIII, 1. T. I. p. 340.

P. 663. l. 2. infr. post num. *1378.* adde: Gurlittius (Pind. pyth. Siegsges. IV. Sect. II. p. 40) comparat Leuconoës nomen Horat. Od. I, 11.

P. 665. l. 11. post *Ern.* adde: Candidique Diei et Auroræ equi. V. Aesch. Pers. 392. ibique Blomf. gloss.

P. 677. l. 8. post *poterat* adde: Cf. Aesch. Agam. 42. Blomf.: *Διθρόνου καὶ δισκήπτρου τιμῆς.* Soph. Oed. C. 426. Herm.: *Σκῆπτρα καὶ θρόνους.* Paulo aliter Eurip. Phön. 588: *Σκῆπτρα καὶ μέρη χθονός.*

P. 681. l. 5. infr. post *ὅρκοι* adde: Luciani Cataplus 11. (Opp. T. III. p. 188. Bip.): *Ὅρκος αὐτοῖς ἦν ἐγώ.* — Ibid. l. 4. infr. post *ὅρκον* adde: De formula nostri loci v. quoque Buttm. Lexil. II. p. 56.

P. 691. l. 9. post *Jacobs.* adde: ibidem et.

P. 692. l. 9. post *invocarant.* — adde: *ἐμβαλέειν χώπαισι.* Schol. v. 356: *Ἐρέττειν.* Apoll. Rh. 589: *Ἐμβαλέειν κώπῃσιν, ὅσον σθένος.*

P. 698. l. 10. ante *Addo* adjice: Prom. 703.

P. 722. l. 9. infr. post num. *1118.* adde: Censor Agamemnonis Blomfieldiani Anglicus p. 289. ed. Lips.

P. 724. l. 18. post num. *61.* adde: Aesch. Agam. 271. Blomf.: *Καὶ τίς τόδ' ἐξίκοιτ' ἂν ἀγγέλου τάχος: Quis assequatur hanc nuntii celeritatem?* Ubi tenendum omnino *ἀγγέλου* pro *ἀγγέλων*, vel *ἀγγελῶν*, all.

P. 728. l. 11. post *es* adde: Priori sententiæ parti maxime congruit Luciani Nigrinus 38. T. I. p. 55. Lehm.: *Ἐπὶ τὸν τρώσαντα ἰλθόντας ἰᾶσθαι παρακαλεῖν.*

P. 745. l. 2. infr. post *σθένων* adde: Aesch. Agam. 753. Blomf: *Δύναμιν πλούτου.*

P. 748. l. 6. post *fine* adde: Huic vero vitae summitati oppositum *καταβιοῦν*, *vitam agere*, proprie *descendendo* quasi *vitæ finem petere.*

P. 750. l. 1. fin. post *Bacchæ* adde: Aesch. Eum. 349. Schwenck.: *Διόμεναι λάχη, persequentes* (administrantes) *munera.*

P. 757. l. 18. post *σύντροφον* adde: Soph. Oed. C. 7. *Χὠ χρόνος ξυνὼν (ἐμοὶ) μακρός: tempus meum longum, longævitas mea.* Ubi Herm. confert Oed. T. 956. 1075. Quorum locorum posterior maxime quadrat.

P. 758. l. 10. post *sq.* adde: et Schwenck. ad Aesch. Choe. 236.

P. 789. not. 28. l. 1. post *Eum.* adde: 136. 37. Schw.: *Κἀπολακτίσασ' ὕπνον Ἰδώμεθ'.* 330: *Σπευδόμεναι.. ἐμαῖσι λιταῖς ἐπιχραίνειν.* — Ibid. l. 4. post etc. adde: Suppl. 734. Well.: *Κακῶς γ' ἂν ἡμῖν ξυμφέροι ταῦτ', ὦ τέκνα, εἰ σοί τε καὶ θεοῖσιν ἐχθαιροίατο.* Agam. 528.

Blomf.: *Τερπνῆς ἄρ᾽ ἦτε τῆσδ᾽ ἐπήβολοι νόσου;* — *Τῶν ἀντερώντων ἱμέρῳ πεπλημμένος.* Choe. 96. sqq.: *Μὴ κεύθετ᾽ ... λέγοις ἄν* etc. — Ibid. l. 6. post *ἅμα* adde: Oed. C. 171. Herm.: *Ὦ ξεῖνοι, μὴ δῆτ᾽ ἀδικηθῶσοι πιστεύσας.* 247: *Ἐν ὑμῖν ὡς θεῷ κείμεθ᾽.*

P. 791. not. l. 1. infr. adde: V. quoque Elmsl. ad Eurip. Med. 552.

P. 801. l. 8. post *sollemne* adde: Thucyd. II, 100: *Ὁδοὺς εὐθείας ἔτεμε.*

P. 808. l. 15. haec ita lege: Eodem loco sepulti Themistocles, Brasidas Timoleoque (hi quasi *κτίσται* Magnesiæ, Amphipoleos et Syracusarum) Thuc. I, 138. V, 11.

P. 827. not. 1. l. 1. infr. post num. *794* adde: V. quoque Aesch. Pers. 4: *Πολυχρύσων ἑδράνων.*

P. 834. l. 21. post *Aesch. Ag.* adde; 748. Blomf: *Τὸν δ᾽ ἐναίσιμον τίει βίον*: *Honorat vitam fato præstitam*, non *vitam justam*, quod repetitionem minus aptam gigneret. Ibidem etc. — Ibidem l. 6. infr. post *viventem* adde: Ibidem 1647: *Δόμους πεπρωμένους*: *fato tributas domos*, i. e. *vestras, proprias, ubi commorari debetis.* Alibi quoque *vita hominis* pro *homine ipso.* V. Choe. 436. Blomf.: *Μόρον κτίσαι μωμένα ἄφερτον αἰῶνι σῷ*: i. e. *tibi.* Confer quoque illud *nomen Romanum* i. e. *Romanus* et Nostrum: *ein Mannsname* i. e. *ein Mann.*

P. 858. l. 6. post *robur* adde; Anthol. Pal. IX, DLVII 1 (Antipater): *Ὁ σταδιεὺς Ἄρης, ὁ Μενελέος, οὐ κατελέγχει Περσέα, σὸν κτίστην, Τάρσε, Κιλισσα πόλι. Τοῖοι* [*τοίου*?] *γὰρ παιδὸς πτηνοὶ πόδες.*

P. 875. l. 13. post *Schneid. L. g. v.* adde: Aesch. Ag. 1221: *Σὺ μὲν κατεύχει*: *tu quidem precaris.* Choe. 82: *Πῶς κατεύξωμαι πατρί;* 133: *Κατεύχομαί σοι.*

P. 876. l. 7. post (*καθ᾽ ὅσον*) adde; Soph. Oed. C. 223. Herm.: *Δίος ἴσχετε μηδὲν ὅσ᾽ αὐδῶ*, i. e. *Δ. ἴ. κατὰ μηδὲν ἐκείνων, ἃ αὐδῶ.*

P. 884. l. 12. post *ἐρείδων* adde: Similis Clytæmnestra maritum occidens Aesch. Choe. 421. Blomf. Eum. 346. (Well.) *Ἐρινὺς* parricidas insectans dicitur *ἅλομένα ἀνέκαθεν* (*desuper illis insiliens*).

P. 895. l. 14. post num. *886.* adde: Choe. 142.

E m e n d a n d a.

P. 135. l. 3. infr. lege *χρέος; αὖθις ἐγεῖραι καὶ παλαιῶν δόξαν* etc. — P. 148. l. 3. infr. lege *sumi putitur.* — P. 158. l. 10. recte monuit Censor Gottingensis l. c. p. 96., a me illustrari *τι* ed. Heyn., aphalmate typographico natum. Scribe *ἔστι*, et lele in seqq., quae illud *ἔτι* spectant. — P. 181. l. 5. lege *Olymp. IV.* — P. 187. l. 1. sq. dixi, conjungi non posse *ταμίας Διός.* Sed v. Karsten. spec. Pind. p. 125. ibique cit. Anthol. epigramma. Iam ad vulgatam *βωμῷ μαντείῳ* recurro. — P. 206. l. 10. lege *id. Flac.* — P. 211. not. 5. l. 3. lege *ὄθεν.* — P. 223. l. 12. dele *Eumolpidarum.* — P. 265. l. 4. lege *histrionibus.* — P. 365. l. 3. lege *obest.* — P. 375. l. 9. lege *Pyth. VI, 10.* — P. 399. l. 5. lege: *Pluralem* (s. *dualem*) *tuentur* etc. — P. 459. not. 11. l. 9. *comma* pone post *vitam.* — P. 462. l. 15. lege *quibus Asium* etc. — P. 470. l. 17. lege *Διΐ.* — P. 491. l. 16. lege *ὑγρόπελως.* — P. 492. l. 7. lege *οὔπω.* — Ibid. l. 7. infr. l. *13.* pro *113.* — P. 501. l. 8. lege *cit.* — P. 506. not. l. 4. lege *Schneid.* — P. 507. l. 11. lege *progrediatur* cum puncto. — P. 515. l. 7. post *Cxc* dele signum. — P. 523. l. 14. lege *156.* — P. 529. not. 13. l. 2. lege *Theogn.* — P. 548. l. 19. lege *substruens.* — P. 558. l. 18. lege *333. 466.* — Ibid. l. 1. infr. lege *Diod. XI,* 11. — P. 577. l. 1. infr. et P. 578. l. 1. supr. lege *τηρέωντι.* — P. 613. l. 1. infr. lege *ἄλλοτε.* — P. 616. l. 9. lege *τὸν.* — P. 631. not. l. 14. lege *χυλκεόνωτον.* — P. 637. l. 11. infr. lege *εὑρήσει.* — P. 647. l. 14. lege *μέρος.* — P. 709. l. 10. infr. lege *solummodo.* — P. 741. numerus paginae esse debet *741*, non 739. Idem vitium omnes paginas totius plagulae, quae est 48., obtinet. — P. 787. l. 1. lege *ἀτελής.* — P. 817. not. 43. l. 4. pro *quod* lege *quem.* — P. 819. l. 18. pro *πάντεσσ'* lege *πᾶσιν.* — P. 909. l. 7. infr. lege *Φυΐστος.* — P. 937. l. 3. lege *ΔΙΑΓΑΟΔΡΟΜΩΙ* — P. 942. l. 9. infr. lege *τούτοις.* — P. 960. l. 3. infr. lege *nobilium* pro *ignobilium.*

Indices verborum, rerum, scriptorum, emendationum calci voluminis posterioris subjicientur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google